10
5-F
100

10
7 C
31

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

10-5-F-100

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIOPOLITOGRAPHIA

Siue

OPVS HISTORICOPOLITICVM

PRÆCLARISSIMI HVIVS ÆTATIS HISTORICI,

RODOLPHI BOTEREI IC. IN
Magno Franciæ Conſilio Aduocati,

IN QVO RES TOTO PENE ORBE HISCE PROXIMIS ANNIS geſtæ, luculentiſſimis Commentariis & obſeruationibus ſimul ac diſcurſibus Politicis ita illuſtrantur, vt ab Anno Domini MDXCIV. vſq; ad annum MDCX. nec, quid geſtum fuerit prætermittatur, nec quid ſequendum aut vitandum ſit Summo Pontifici, Imperatori, Regibus, Principibus, vel etiam Ciuibus ac priuatis, non quam diligentiſſime annotetur & moneatur.

In hoc Hiſtoriarum opere nil reperitur, quod Eccleſiam Catholicam Romanam offendat.

Cum Indice rerum memorabilium copioſiſſimo

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA



FRANCOFVRTI,
Apud IACOBVM FISCHERVM.
M DC XIII.

Digitized by Google

RODOLPHI BOTEREI
IN MAGNO FRANCIÆ CONSILIO ADVOCATI,

COMMENTARIORVM DE REBVS TOTO PENE ORBE GESTIS,

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Liber Primus.

VT qui peregre profecturi ſunt continent ſe domi, donec hyems, AN. CHRI.
nimbi, aliæque moleſtiæ viarum deſinant; ſic Annales colligere 1594.
meditanti, execrantiq; vrbium excidia, incendia, hominum interneciones & lanienas, latrocinia, & vt verbo dicam, diritates o- *Cur fiat ini-*
mnes quas bella ciuilia inuehunt, mihi induciarum & pacis leni- *tium ab hoc*
tas expectanda fuit; non quod penitus bella taceantur, ſed quod minus ciuilia *anno.*
ſint, ac iam elanguida & prope in deliquio, pacatiora tempora ſpondeant, & ſcribentibus minus ad liuorem procliuia ſint.

Lutetiani, ſemeſtribus induciis recreati, in eas annonæ anguſtias rurſus dilabi verebantur, vltra non eſſe prorogatas dolebant, ac pacis ſummo deſiderio tenebantur. Rex ad eam appetendam, eo lenocinio ante famelicos ineſcauerat; ægre enim ab vbertate & commeatu rerum omnium, ad ſummam egeſtatem reditur: negatis autem longioribus induciis, extrema omnia quæ paſſi erant, vt peculium belli reditura, imminebant, paulatim vero fœderatio tabeſcebat, & in dies partes regiæ inualeſcebãt, de agnoſcendo Henrico IIII. crebri rumores iam non trepide nec ſubmiſſe vt antea, ſed compitatim & liberis vocibus, *Hi*ſpanici ſatellitii bonos omnes iam tædebat, deſpici, & cauillis appeti cœperunt, & qui cuſtodiæ ciuium erant adhibiti, aduerſus eos cuſtodia egebant. Initium eſt recuperandæ libertatis, iam non ferre vel diſſimulare ſeruitutem; fruſtra Cardinalis Placentinus & Dux Feriæ aures feriunt, claſſicum concinunt, Religionis ſpectro illudunt, iam concionatores parietibus, vel ſaltem ſurdis & nauſeantibus vociferantur, compagemque fœderationis dehiſcentem & prope iam luxatam ſtringere conantur. Vt morbi corporum ſic animorum, tempore vel non ſperatã medelam ſortiuntur.

Digitized by Google

1594. Vittius primæ nobilitatis & ſtrenuitatis Eques, qui Henrico III. interempto, ad fœderatos defecerat, ad obſequium redit, & noxam deditione Meldarum compenſat, exemplo commilitonibus relicto vt ſimilia audeant, quod paulo poſt contigit; nam quo feruore incœpit, eodẽ deſiit, & defecit factio. Quemadmodum enim poſt Guiſiadum fratrum cædem, vrbes, oppida, viculi, vltro & agminatim, ſe in Ducis Mainii dabant obſequium & clientelam; ſic poſtquam væſania deferbuit, pene in nictu iugum excuſſerunt. Vitrii autem & Meldenſium ad Regem acceſſio, vt factioni Hiſpanicæ trepidationem, ſic ad libertatem ſuſpirãtib. ad ſimile facinus audendum, non modo fiduciã auxit, ſed calcar addidit, cauſſantibus ſibi prærepta, quæ ex Meldenſibus horreis annona deuehebatur, Lutetiam indigentiorem, omnem viciniam, quæ amica fuerat, hoſtilem fore, Lutetiæ proxime euenturum, quod ſolet præcordiis & artubus, vt ſubducto alimento contabeſcant, cum fame pluſquam Saguntina pugnare denuo; virgulta, fœdas carnes, & morticinia, inſtar vulturum depaſcere, nec animum nec conſtantiam ſibi adeſſe.

Ad obſequiũ Regium Vitrii reuerſio.

Valerius Maximus.

Quid vero (inquiebant Lutetiani) non pertulimus? id ipſum quod Hieroſolymitani, Saguntini, Sancerrani, & Caſilinates, qui obſidione Annibalis clauſi, alimentorum facultate defecti, lora neceſſariis vinculorum vſibus ſeducta eq; ſcutis detractas pelles, feruenti aqua reſolutas, mandere coacti fuere, fædiora & magis horrenda relatu, clauſa Lutetia pertulit. Bellinus vero præfectus vrbis, ea animi moderatione motus omnes compoſuerat, vt Senatui populoq; Pariſienſi acceptiſſimus eſſet, contra illis Sexdecim (bone Deus! quales hac prima pagina, non Celtiberos, patriæ deſertores & transfugas nominabo? non ſatis ad ſcelus dira hæc ſunt nomina, quin vocem carnifices & latrones) Regiarum partium ſuſpectiſſimus erat: Vrbs inediæ & miſeriarum iam non patiens, in duas partes ſecta erat: ſincera & ſana conſtabat P. Conſc. & bonis ciuibus, qui cauentes Religioni, ne quid detrimenti caperet, cauſſæ nomen dederãt: altera erat paucorum, furens cædibus, latrociniis fœdiſſima, inſanabilis, quæ nullo amore patriæ & boni publici, ad mentem reuocari poſſet. XIX. Cal. Feb. Senatus ſtatuit Arreſto, vt Hiſpanicæ factioni obuiam iretur, vt exterus miles vrbe decederet, vt Belinus omnibus modis in præfectura retineretur, mandat Decurioni mercatorum, vt cũ Ædilibus communem det operam rebus procurandis, quæ vrbis & ciuium incolumitati ac regni publicæ quieti neceſſaria ſint, Curiam relictis forenſibus tricis & controuerſiis huic vni negotio vacaturam. Dux Mainius hoc ſubolfacto ne Senatuſconſultum promulgaretur præſens ipſe interceſſit; rogat Patres Conſcriptos vt militiæ irrequietis laboribus condonẽt, ſi pro ſua dignitate eos rarius inuiſerit, cum Hiſpanis paciſci de regno nunquam illi in mentem veniſſe, eorũ auxilio in rerum ſuarum anguſtiis vſum fuiſſe, vt moris eſt omnium principum, q vbi bello premuntur, fœderatorum copias ſibi adiungunt, ea tamen cautione vt regiminis clauum eis nuſquam commiſerit, dolere quam plurimum quod Belinus, vltro & volens ſecedere velit, cuius fidem ſingularem tot experimentis ſibi ſpectatam ad cuſtodiam vrbis priuatim elegiſſet, rogatque Senatum, ne vltra de politico & vrbano regimine ſtatuere: Mainius vbi finem dicendi fecit, & vale-

Bellini moderatio.

Les Seize.

Bipartita Lutetia.

Arreſtum Senatus.

Ducis Mainii ad Senatum Pariſiẽſem Oratio.

dicto

Digitized by Google

dicto proceribus togatis, multo accuratius, rebus publicis proſpiciunt, protracta deliberatione poſt primam à meridie, decretumque, vt ex primoribus ſelecti ad Mainium pergerent, rogaturi, vt Belinum in vrbe & præfectura contineret, monentibus reſpondit, id ſerum eſſe, cum Belino hæreret, conſtanti propoſito & mente immota, vrbanæ præfecturæ renunciare: Poſtera die Senatus, qui ſalutem populi ſupremam eſſe legem putauit, de retinendo Belino aliud decretum repetit, cui ſi Mainius non gerat morem, quotquot ſunt Conſcripti, purpura dimiſſa foro & curia, vel vrbe ipſa diſceſſuros: ſed fruſtra abire volens Belinus, hac remora & anchora detinetur. Abiit ille quo anhelabat ad Regium obſequium: At Sexdecim latrones, illo amoto, plura auſuros ſperabant, in eius vicem ſuffecto Briſſaco Comite, quod à primo ouo belli, atque ab ipſa ferali die doliariorum, multa ſtrenue cum turmis Academicorum egiſſet, & poſt comitia Bleſenſia ad Guiſianas partes, quarum tenaciſſimus ſemper fuerat, rediiſſet, ſed egregie vt dicitur coruos deluſit hiãtes. At, vt fieri ſolet, in anarchia, paucos ſatellites vi & metu armorum, plus poſſe quam multos bonos, pauculi illi ſicarii, vicatim reliquis ita minaciter imperabant, vt ſeruitutem ſuſpirare, hæreticum eſſet, de Regis publica eiuratione, ad Dionyſianam ædem, multa impie & plus quã dici poteſt mendaciter, apud vulgus efferebant per conductos potiſſimum concionatores, qui in Eccleſiarum cathedris nihil aliud vociferabantur; inſuper libellos, inſignib. mẽdaciis confectos ſpargebant: inter eos excuſus eſt furtiuis typis, vt à typographo audiui, authore Cruceo (is erat ex Sexdecim, forenſis rabula, tam ingenio, quam manu maleficus) *Maheuſtrius & Manantius* per dialogiſmum, Mænipæus & Hipponacteus libellus, in Mainium & bonos ciues, Hiſpanicarum partium aſſertor, vt ab earum mancipio ſcriptus. Lutetiam vero, impotentius, & duriore iugo premebant Sexdecim illi latrones, quam olim Athenas triginta Tyranni, vt qui ſacræ & profanæ poteſtati imperarent, hoc eſt Pontifici Max. & Mainio, qui vnus poſt carnificinam Præſidis Briſſonii, coercendos cogendoſque in ordinem putauit, effecitque fœliciter & cordate, amouitque omnes ædilitate & præfecturis, ni ferocientibus frenum impoſuiſſet, ab illis paſſurus erat.

H. bet quod ſtupeat ætas poſtera, paucos homines, nuperos, ganeones ex fęce vulgi, populoſiſſimæ vrbi, Senatui, Decurionibus, omnibuſq; ordinibus, imperitaſſe. Cum ad Gregorium XIV. & Philippum Regem ſcripſiſſent, vterque nebulones iſtos, nedum reſponſo dignatus eſt, ſed auxiliorum ſpe eorum inſaniam aluit; non modo Regis (quem vel Nauarreum Regulum nuncupari perhorreſcebant, poſtulantes vt ſolo verbo hæretici indicaretur) eos tædebat, ſed & Mainii, vt qui ab Hiſpanis auerſus eſſet, eorũ dominatũ, tam perdite ambientes, vt Regi Philippo, per epiſtolam regnum Gallicum obtulerint, quæ vna, cum quodam patre Matheo tabellario, dum per agros Boiorum iter facit, intercepta fuit, & delata ad Regẽ. Monuiſſe ſatis fuit, exſcribere piaculum putaui, ne recitatione facinus recrudeſcat. Dorſeium, Hannequinos fratres, d' Alberaium Patritios Lutetianos, optimoſq; ciues ferunt Mainio ad quietem vrbis tria ſuaſiſſe, vt concionatores in pulpitis, cædium & factionum, magis quam verbi diuini præcones compeſceret; Sexdecim tolleret; Hiſpanos pręſidiarios vrbe miſſos faceret.

1594

Diſcedit vrbe Belinus.

Le Maheuſtre & le Manant.

Dux Mainius quos votabant Sexdecim coercet.

Reſcripſerũt ad ſexdecim Tyrannos Pontifex & Rex Hiſpa.

Regi Hiſpanico regnum Gallicum offerunt.

Tria duci Mainio ab optimis ſummiſq; viris ſuadentur, ad compeſcẽdam Tyrannidem.

Digitized by Google

1594. Mænipeus ille ſcriptor, in Mainium multa probroſè & virulenter ingerit, potiſſimum quod ex Sexdecim, furciferos quatuor laqueo ſuffocandos curaſſet, qui de republica & Vnione tam præclare eſſent promeriti, beatos illos & diualibus faſtis aſcribendos prædicat, gentem Hiſpanicam, vt tenaciſſimam religionis extollit, fœlicia eſſe regna, quibus Philippus imperet. Mainio tam aculeato opere exaſperato, mens erat vlciſci, vel ſaltem proſcribere, qui ſcripſiſſet; ſed de authore, cum non liquido conſtaret, damnatus liber, & quotquot intercipi potuere exuſti; virulentia tamen & mordacitate immortalis factus, & quia vetitus, cupidius exquiſitus. Fœderatæ omnes vrbes, earumque præfecti, Mainio Duci, nihil aliud literis perſonabant, quam vt ſaluis rebus, in portum rediret, cum Rege paciſceretur, & tot Galliæ iam fatiſcentis ſub falce bellorum ærumnis mederetur: *Villartius Rothoma præfectus ad regiū obſequiū reuertitur.* Villartius Rothomagi præfectus, qui tam fortiter obſeſſam vrbem propugnarat, vt vere neque fucate Regem Eccleſiæ gremio reſtitutum vidit, Ducem monitum facit, vt ſi finem tot communibus malis imponere procraſtinaret, ſibi in animo eſſe rebus priuatis cum Rege proſpicere: Dux Villartio per Porteum Abbatem Thironeum renunciat, vt pro nutu res ſuas ageret. Ille capta opportunitate Porteo internuncio cum Rege redit in gratiam. *Lugdunenſium ad Regē reuerſio.* Lugdunum Meldarum exemplum æmulati feſtinat, ſic in libertatem ſe vindicauit. Dux Nemoroſius in munitiſſimo caſtro, quod vocāt Petram-ſciſſam ad oram Araris, inſomni cuſtodia ciuium ſeruabatur: Marchio Sanſorlinus frater eius carcerem aduerſus oppidanos plus quam hoſtili direptione vlciſcebatur, prædiis Lugdunenſium occupatis & incenſis, hiſque qui intercipi poterant in duriſſimam ſeruitutem abductis. Iam illi tantis cladibus impares, multa apud Mainium conqueſti erant, qui auxiliaturum ſpondebat, ſed vt ſunt emunctæ naris, ſubolfaciunt has ſuppetias ad opprimendam durius libertatem ſuam, hocq; colore Mainiū ſtatuiſſe, mille ducentos Heluetios qui recens legebantur ad cuſtodiā vrbis immittere, quo præſidio impoſito eam ſortem habituros, quam equus aduerſus ceruum, qui accito hominis auxilio, eoq; ſeſſore in tergum accepto, & ore lupatis

Non illum dorſo, non frenum depulit ore.

Alphonſum Corſicum Franciæ mareſcallum, militiæ gloria clariſſimum, in vicino agro oberrantem, clam accerſunt, ille in ſuburbiis, intempeſta nocte, turmas equeſtres pediteſq; collocat, regiæ fidei ciues IIX. EID. Feb. aurora tempeſtiuius, extremam oram pontis, qua itur ad Diui Nicetii ædem occupant, fœderatos, non ſine vi deturbant, vindicias Galliçe libertatis inclamant, vulgus effuſum voces geminat, ſeruitutem exuendam, nec vltra ingemiſcendum ſub iugo. *Petr. Spinacus Archiep. Lugdun.* Petrus Spinacus, Archiep Lugdunenſis, fœderatorum ſummum columen, vir conſilio & prudentia ſpectatiſſimus, quo vno, in rebus ſuis Guiſius vtebatur, cū barone Lucio & Chaſelio nepotibus ad frementem populum accedit, ſæuientē animis ſi poſſit mitigaturus, non audit verba, faces, ſaxa, arma, & omne genus telorum quærit, rapit, vibrat: fiunt comitia, Spinacus, qua pollebat facundia, Mainio addictiſſimus, Decurionibus, Ædilibus, ac omni ordini, ſuaſum facere nititur, vt Ducis Niuernenſis, qui Romam ad S. Pontificem, legatus Henrici 4. ierat

Digitized by Google

poſt eiurationem, veniam & pacem Eccleſiaſticam impetraturus, reditus ex- 1594.
tetur, interea ſequeſtra adminiſtratione regendam vrbem, quę neutri parti
udiens. At minus æquis an..ibus, Spinaci Antiſtitis ſui ſententiam excepere
;dunenſes, non hærendum in dubio, inter Regem & Mainium, non eſſe quid
ium, magno f..e..nitu dimiſſa concio, nec voti compos Spinacus, domum re-
: poſtera die, non iam ſubmiſſe & tepide, ſed publico ſacramento in verba
a iuratur, exceptis pro ſymbolo, candidis faſciis, & cum ſericea textura defi
:t, linea deſumpta eſt, nolæ claſſicum lætitiæ perſonuerunt, Ambroſianum
ticum, quod pean eſt Chriſtianorum, in primaria æde decantatum, ſerotini
es per compita accenſi, ſtemmata Hiſpani & Allobrogis exuſti, lilia lauro,
lera, & ſericeis faſciis circundata loco conſpicabili erecta ſunt. Item preno
, Alphonſus, cum fortiſſimo delectu nobiliſſimorum procerum, in vrbē ad-
lus, qui firmata vrbe præſidiis, Ædiles aduerſæ f..ctioni obduratos, munere
..lico abdicat, aliis ſuffectis qui tam procliues in partes regias, quam iſti auerſi,
re etiam iuſſi, qui Allobrogi, & Hiſpano, nimium fauiſſe viſi fuerant. Inſuper
:reto, in poſterum memorabili, ſancitum à Lugdunenſibus, nullum deinceps
erum (vt ſunt Allobroges, Inſubres, & Itali, qui vicinitate Galliæ frequentes
ūnt, & figunt ibi lares ſuos, ac vt aduenæ volucres nidificant, potiſſimum in
guibus & aptis locis) ad vrbanæ præfecturæ munia, eſſe admittendum, edi-
li ſanctione à Rege impetrarunt Lugdunenſes ne intra vrbem & ſuburbia,
:rius religionis, quam vniuerſæ & receptæ cultus obſeruaretur, neue arx vrbi
:dominans, quam vernacule citadellam vocamus, ex veteris exciſæ ruderibus
:alia excitaretur: plura poſtulantibus Rex annuit, in præmium vere leoninæ
:nuitatis. Vtque in naui, ſi maior comp..ges dehiſcat, cæteræ contignationes,
am facillime diſſoluuntur: ſic Lugduno partibus regiis adiuncto, vrbes mino-
illico ſe fœderationi ſubduxerunt ac æmulatæ ſunt, quod reliquæ feræ face-
it, domito vel mitigato leone Lugduni defectio non mediocriter fœderatos
mmouit, & in poſterum ſua in factione nutabundos fecit. Vrbs eſt, quæ Mu-
tio Planco ſua debet incunabula, Populi Rom. colonia, priſcorum Rhetorum
:midata ara, Celticæ emporium, ianua Alpium, ſpecula Italiæ: vbi

Rhodanus ingens amne prærapido fluit,
Ararque dubitans quo ſuos curſus agat,
Tacitus quietis alluit ripas vadis.

Initium deditionis Lugdunenſis.

Priuatū decretum vrbis Lugdunenſis ne in Ædilitatem exteri admittātur.

Cautio de religione Orthodoxa.

Commendatio Lugdunenſis vrbis.

Facto Lugduno regiarum partium, Vienna ad quinque milliaria pauebat, vt
inor fera ſolet, vicino & rugiente leone: Maſilia, Eoi orbis peregrinis mercib.
..tens, ſupero Rhodano occupato, mutandarum mercium præreptam ſibi fa-
..ltatem dolebat. Sequani & Allobroges, vicini non fore quietos, vt experti
nr, præſentiebant: quinimo reginæ vrbis reliquas minores, quantumuis in fœ-
:tatione pertinaces, vel ſeruas, vel vectigales fore. Exemplis ſapiunt vel inſani-
it mortales: ſic à qua factionis exemplum acceperant, ab ea reſipiſcente poſt
..ſequii acceperunt. Aurelia ad Ligerim, primam facem belli accenderat, & de-
..ionis exemplum reliquis præbuit, toto quinquennio tenax propoſiti, regia-
..m partium inimica, ſi qua vlla fuit, Caſtræum, ex veteranis Galliæ anteſigna-

Deditio Aurelianenſis.

Digitized by Google

1584. nis præfectum habebat, qui vno vinculo, illam & Auaricum Biturigum, cum gemino ducatu regebat, ab eiuratione Regis, cœpit paulatim cogitare, de reuerſione ad obſequium, iamque ille poſt inducias ſemeſtres, apud Aurelios publica concione animum aperit, pro aris adytiſque arma induiſſe, antea periclitanti religioni auitę fulcrum, quoad potuit ſubmiſiſſe, nunc vero ſtabilita, nec iam inclinante, poſt publicum Henrici IV. ſacramentum non ſibi eſſe legitimam cauſſam vltra prorogandi belli, rogare bonos omnes, vt receptui canant, ſibi æquum & Chriſtianum videri, vt cum pro aſſerenda religione, publice arma ſumpta ſint, nunc aſſerta eſſe dimittenda.

Mareſcalli Caſtrai oratio apud Aurelios

Laborabat Aurelia, ſpecie hominum, qui priuato cœtu, pluſquam Chriſtiani videri volebant, eorum ſodalitium, à funiculo (erat inter eos teſſera quædam ſpectro pietatis obducta) dicebatur, ad regium nomen frendebant, vt olim vetus Roma, exactis Regibus accitiſque Conſulibus, Brulartio Theologo concionatori vehementer irati erant, quod cum antea factionis tuba fuiſſet, 13. Februarii ex Diuo Paulo, ſibi facto argumento, Imperatoribus & Regibus qui à Deo dati ſint; neceſſario eſſe obſequendum, huic vni propoſito defixe immoratus, profeſſus eſſet. Funicularii in ſe conïecta eſſe tela, ſentiebant, nec diuturnum fore imperium, dilabentibus, & contrarium ſuadentibus his, quibus authoribus ſuaſoribusque conditum fuerat; ſed faſtidium belli, tam alte mentibus inſidebat, calamitas tam grauiter omnium fortunas attriuerat, vt pax, ſuaſore non indigeret.

Secta quadã Aurelianenſis.

Funicularii.

Vt vero finem dicendi fecit Caſtræus, Aurelianus Epiſcopus Albaſpinæus, Decuriones, Ædileſque, ac boni ciues aſſenſere, & de Rege agnoſcendo propoſitum firmant; mittunt feciales, qui obſequii & deditionis ſumma capita deferant, perbenigne ſuſcipiuntur, poſtulantibus Rex ita propitium ſe præbuit, vt nihil ſit illis negatum. Caſtræo ſumma militiæ pręfectura mareſcalli, qua titulo tenus, à Mainio Duce inſignitus erat, ab eo cuius erat defetendæ, confirmatur. Multa ſunt Aureliis conceſſa, quæ quod communia ſint pene omnibus vrbibus, quæ ſpontaneam deditionem faciunt longiorem paginam vix merentur, dedignatur enim hiſtorica narratio, indicare verbis quod tritum eſt, & vti dicunt, digito monſtratur.

Conſpiratio ad pacẽ Aurelianenſ.

Vidimus eos Carnuti de pace ſupplices

Superiore anno Dux Niuernenſis, apud S. Pontificem nihil profecerat, ſurdo verba faciens cum pararet reditum, pulſare fores fidentius non trepidauit, iam enim Romæ plurimos ambactos & clientes ſibi deuinxerat, factio Hiſpanica langueſcebat, Borboniano nomine in dies inualeſcente. Ergo vale dicturus, interpellat Clementem VIII. vt nouiſſimis verbis illum amice & beneuole dimiſſum faciat, reſpondeatque, quid ipſe Regi ſuo ſit renunciaturus, ac cum ſcripto remitti viget, cum bis ad eum Rex ſcripſerit, vel vna epiſtola dignandum eſſe: de ſede Apoſt. tam egregie promeritam eſſe Galliam, vt ſuo Imperatori, quod vel hoſtibus non negatur, non eſſe negandum.

Ducis Niuernẽſis legatio ad Pontif. reditusque ad Regem re infecta.

Pontifex ſępius interpellanti reſpondet, ſcripto nihil reſponſurum, cauſſatus non longe antea, anteceſſorum diplomata damnata Senatuſconſultis Galliæ, carnificis manu publico igne exuſta fuiſſe: ante pontificatum in Sarmatia, aliiſque regnis, multa vicarium tractaſſe verbis, plura quam epiſtolis, vtque fidem acceperit ab aliis, ſic verbis dediſſe. Niuernenſis contra, non diploma ſub plumbo, vel ſub annulo, ſed priuata ammanuenſis manu epiſtolam

Pontif. cauſſatio cur ſcripto Regi non reſpondeat.

Digitized by Google

1594.

olam poſcere, qua de legationis ſuæ rebus geſtis, apud Regem conſtet, cum ab o Rex abſolutionem veniamque petierit, vel ſcripto indulgendam, aut ſaltem ,egandam: Regem his eſſe moribus, ita à natura comparatum eſſe, vt à fuco ſit alieniſſimus, & qui à Ludouico II. filio Carolo VIII. quod latine hoc vnum diſceret præſcriptum axioma, prorſus ignoraret *qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare*. ab eo auſpicato die quo ad Dionyſii ædem, nouę ſectæ repudium miſit, ea obſeruantia coluiſſe Sedem Romanam, vt Placentini Cardinalis audax facinus, de abroganda lege Salica & Francica nata ab incunabulis regni, ac eligendo Rege extero, Senatuſconſulto vindicandum noluerit, atque ſummæ Curiæ apud Turones agenti, pro dignitate Francicæ Coronæ patriis legibus id affectanti inhibuiſſe; paterni eſſe officii, vt filium pronum errata confitentem, paratum omnia quæ pater indixerit exequi, ſuſcipiat, ac intimo oſculo, pleno ſinu & vlnis amplectatur, ni fecerit, apud Deum patrem miſericordiarum teneri. Vtque ille Niuernenſis flecteret inclementer agentem, pronus in genua, Regi propitium eſſe rogat Pontificem. Nihil motus ore facundo & flebili, nihil demiſſis genibus, perſtat immotus Pontifex nihilque reſponſurum ſcripto, quod Regis eiuratio, ficta & compoſita ad recipiendas vrbes eſſet. Cui Niuernenſis *rogare vt ille quid à Rege actum eſſe velit, præſcriberet*: cui Pontifex; *contraria quæ egit, agat*: rurſus Niuernenſis argute & cordate, *fecit quidem quæ infecta eſſe non poſſunt, non ita eſſe rerum myſticarum ſcientem, vt quæ ad promerendam gratiam Apoſtolicæ Sedis neceſſaria ſunt, nouerit: indice & præſcriptis verbis opus eſſe: Sunt*, (inquit Pontifex) *in Gallia ſummi rerum Theologicarum magiſtri, ab eis quid facto opus ſit, diſcat*: Hem, retulit Niuernenſis, *Pater ſancte, de eius ad Eccleſiæ gremium reuerſione Theologorum teſtimoniis fidem habebis*? Quod cum Tacitus Papa præteriiſſet, *Deus bone!* paulo commotior inquit Niuernēſis, *quid Regi meo agendum ſuaſerim, vt ille gratiam tuam promereatur, cum quæ ad obſequium Pontificiæ ſedis & ad ſalutem animæ conducibilia ſint ipſe nec præſcribere nec monere velis? pulſanti toties Eccleſiæ fores non aperire, non eſt clementiæ Chriſti Seruatoris, qui nullum anxium de ſalute licet omnibus flagitiis demerſum, nunquam tamen inauditum dimiſit, quin potius Euangelicis hieroglyphicis pingitur ſpecie boni paſtoris, qui vnam ouem dilapſam & errantem, relicto vniuerſo grege, per auia & inacceſſa peruigil quæſierit, ac inuentam ceruici impoſitam ad caulas reduxerit*.

Niuernenſis ad Pontif. de non ficta Regis conuerſione.

Acerrima diſſertatio Niuernenſis cum Pont. Max.

Adiicit Niuernenſis multa ad præſulatuum abbatiarum aliorumque beneficiorum formulas, quæ ex edictis curiarum regni, per delegatos Pontifices concedi ſolent, rogat num ad nominationem regis, ex fœdere concordatorum ſumma ſacerdotia conferre velit? Reſpondet, *Nauarrum non habere loco eius, cogitaturum nihilominus quid ſuper re iſta ſtatuat*. Poſtridie per Cardinalem Toletanum, renunciat Niuernenſi, pro legato eum non habuiſſe quæ cum eo tractauerit, id priuatim & ex mutuo alloquio, ad tentandum aliquod leuamen publicæ calamitatis. Niuernenſis, re audita non ſemel obſtupuit, ac nutu & ſilentio indignationem teſtatus compellat Toletanum, num ille ſerio vt à Pontifice dicta retulerit, cuicum eam eſſe mentem Pontificis aſſeueraret, iam non compos animi, & ſupra modum ira & dolore æſtuans, dixit, non eſſe huius generis & nominis, vt ſibi tamdiu vanis expectationibus illuderetur, Pontificiam tractationem

De nominatione Regia ad prælaturas quarum collationes ciuili bello per patrios vicaneoſque Pontif. expediebantur poſtulatio ad Pōtif.

Digitized by Google

1594. nem, ſibi videri inſtar eſſe puerilium iocorum, in quibus nihil ſerium, nihil conſtans, paſtoralis eſſe officii, ſupplicem Regem non ſic ablegandum, ante oculos ſibi proponeret Pontifex, in Anglicos & Germanicos principes inexorabilium anteceſſorum animum, quanta clade Eccleſiam affecerit, quamuis Rex Chriſtianiſſ. à fide Orthodoxa tam ſolemni ritu iurata, nuſquam ſit deuiaturus; ſed cum claues ita lilia deſpiceant, vereri ne Eccleſia Gallicana, ſibi in ſacerdotiis aſſignandis delegandiſque, Roma deſpecta & irrequiſita, ius ſibi dicat: dolere plurimũ vicem Galliæ, quæ tot annis exagitata ciuilibus bellis, à portu in altum, diuturnioreſque procellas relapſura ſit. Tolletanus dicenti ſerenior factus arriſit, addiditque non eſſe opis ſuæ, Gallicis ærumnis mederi: cui Niuernenſis, *Nos*, inquit, *non ſubmiſſe ſed toto cachinno rideamus, longum flere omnibus dabitur, à nobis luctus incipiet, ſed ad vos tandẽ deſinet.* Niuernenſis non vltra ferens, iniquis auribus ſua poſtulata accipi, ſtatuit abire Roma, non tamen inſalutato Pontifice, cui cum vale diceret inſigniter nobilium Gallorum comitatu ſeptus, agit gratias, quod priuatim eum perbenigne & comiter ſuſcepiſſet, quod autem vt legatum audire recuſaſſet plurimũ dolere, eaque acerbitate animi, vt optaret cum ad hanc Romanam profectionem ſe paraſſet, vt ſibi primo actu itineris crus effractum fuiſſet: iterum dolere, & medullitus mærore confici, quod de conuerſione Regis, ſincere & ſine fuco aſſeueranti non crediddiſſet, vel elicito cruore ſubſignare parato, relicto obſide vnico ſuo pignore filio quem in caſtro ſancti Angeli cuſtodiæ manciparet; Regem vltro & Chriſtiana fide peracturum, quidquid pro commiſſorum pœnitentia præſcripſiſſet: cui Pontifex: Gallicis calamitatibus æqualiter ingemiſcere, quas vel brachiorum cruriſque damno & abſciſſione lubens ſanaret; ſed pro rerum ſtatu, nihil vltra poſſe annuere, cum ſe dabit opportunitas, omnia quæ ex re & bono Eccleſiæ, & publicæ quietis erunt, facturum. Sic dimiſſus Niuernenſis, Roma indignanter & ſtomachoſe admodum diſcedit, itinere obuios habuit fœderatorum legatos, Cardinalem à *Ioieuſa*, & Baronem de *Seneſce*, illuc vnde digreſſus erat, pergentes, quo telam quam orſus erat, contrariis poſtulationibus retexerent: quæ ſolet in occurſu, potiſſimum peregrino ſolo, vrbanitas Gallica exhiberi prætermiſſa eſt, vtrique ſe inſalutatos prætereunt, vtque animis ſic ſemita ſe diuiſerunt. Admiſſus ad colloquium Cardinalis, multa præfatus de inclinante ſtatu Catholicorum, inualeſcentibusq; partibus regiis, ad bellum ſubſidium petit; auro & milite plurimum laborari ab illis, ni præſto adſit, fœdus cum religione collapſurum. Cui paucis Pontifex, quo ad militem Hiſpanum Regem eſſe conſulendum, auri ſibi nihil eſſe, omni ſuo ærario exhauſto bello Turcico, vrgeri ab Vngaris, vt ſit auxiliator, ſed æris tenuitate prohiberi: ſic non lætiori reſponſo oratores fœderatorum beauit Pontifex, quam paullo antea Niuernenſem. Ille autem Romæ eam repulſam paſſus, dum in Galliam redit, ad principes Italos, quos in Regem propenſos nouerat, diuertit; vt in amicitia & fide, & oppugnatione Hiſpanicæ factionis contineret, quæ non modo Galliæ ominoſa & pertimeſcenda eſt, ſed toti Italiæ, cuius caput, vmbilicum & extrema poſſidet. Adit ergo Hetruriæ & Mantuæ Duces, à quibus ſupra quam narrari poſſit, magnifice exceptus eſt totis ſuis ditionibus, per diuerſoria perſoluto viatico.

Ridentis in re luctuoſa ſeuera caſtigatio.

Reſponſum Pontif.

Occurſus in Italico itinere Niuernẽſis & legatorũ aduerſa partis.

Nota.

Concio fœderatorum.

Reſponſio Pontif.

Digitized by Google

1594.

Veneti vtriuſque magnificentiam nedum adæquarunt, ſed ſuperarunt Ni-
nenſi & filio, iure ciuitatis & patriciatu donatis, quod apud eos ſummi ho-
ris & amicitiæ ſupremum eſt ſymbolum. Diui Marci ærario, armamentario,
nibuſque poteſtatis Venetæ reſignatis theſauris, quibus Regem ad Regni v-
erſam reciperationem adiuturos pollicebantur.

Erneſtus Archidux præficitur regē de Belgio.

Ab exceſſu Alexandri Farneſii Parmenſis Dynaſtę, (cui Hiſpanus debet re-
uias ſeruati Belgii) ſumma rerum & vicaria poteſtas diu in incerto fuit: ille qui
n niſi Auſtriis & gentilibus fidem habet Erneſtum agnatum, Archiducem
ſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ, Tyroli, conterminiſque prouinciis præfectura Cæ-
ea, ad Belgii ſupremum vicariatum euocat, tanto lubentius quod anno ſupe-
re in Lutetianis comitiis, orator ſuus Dux de Feria, palam profeſſus erat de-
nſam illi Iſabellam Auguſtam, hocque potiſſimum colore Erneſto futuro
nero regnum Gallicum ambibat; demens cæco & perdito ambitu nugator,
i neſcius legum noſtrarum, Salicæ potiſſimum quæ regno æquæua eſt, & cum
is cælo demiſſis ac pubeſcentibus adoleuit, in tribunitiis inconceſſiſque co-
tiis nil niſi cachinnum & ſannas retulit. At Erneſtus perquam ſedato ingenio
optimis moribus princeps, cum Seruatoris natalitia Herbipoli celebraſſet,
r Vbios & Mænapios, anno ineunte iter facit, qua progreditur ſummis hono-
us exceptus, totum Ianum in quotidianis pompis & ouationibus vel inuitus
egit; donec tandem pridie quàm deſineret, Bruxellas ingreditur, tam ſtupen-
apparatu, vt Hiſpano-belgæ non pœnitendam iacturam temporis & auri fe-
rint: dum enim ludicra agunt certamina, haſtiludia, circenſes & equeſtres lu-
s, ex huiuſcemodi delitiis Batauí ſibi lucrum facientes, Erneſto arduum & in-
plicabile negotium faciunt. 19. Februa. Sigiſmundus Sarmatarum regno,
ecicum ab auo Guſtauo & Ioanne patre, ſibi relictum adiunxit, Sueciæ, Go-
iæ, Vuandaliæ, aliique indigenæ, ne duobus regnis impar eſſet, neue Poloni-
m anteferret, relicto in Suecia Prorege, & Auguſtanam confeſſionem quæ à
ultis annis ibi inueteraſcit, ſuffecto orthodoxorum cultu excluderet, priuſ-
iam inauguraretur, conceptis formulis & exquiſitis verbis, multa à Sigiſmun-
o exegere, in quæ iurare adactus eſt, potiſſimum in conſortium regiminis ad-
ibiturum Ducem Carolum, nec aliis adminiſtris conſiliariiſque vſurum quam
idigenis, vnde poſthac Sigiſmundo, longa factionum ſeges & bellorum ilias
orta eſt; nulla enim fides regni ſociis. Vbi vero Sigiſmundus, Ioanni patri iuſta
erſoluit, ipſe cum Auguſta vxore, de more gentis Vſpaliæ inauguratus, manda-
vicariis adminiſtratione regni Suecici, Sarmaticum longe amplius opibus, &
to imperio repetit.

Dux de Feria in Comitiis Lutetianis noſtratibus illudens Iſabellæ dotis ergo regnum ambibat.

Lex Salica nata cū Gallico Imperio.

Aduenit Belgium Erneſtus.

Sigiſmūdus Rex Poloniæ in Suecicum auitum & patrium regnum aſſitomitur.

Sigiſmundus non niſi iuratis pactis inauguratur

Redit Sigiſmundus in Poloniam.

Res Vngarica.

Deſinente Februario, Archidux Matthias Cæſaris fratris vicarius, Iauatinum
am ingenti exercitu proficiſcitur, vt ibi conſtituto velut obice Turcicę illuuiei,
am à Chriſtianorum finibus longe propelleret; & profecto non parum illi bar-
ari attriti & conſternati fuerant, vtque funditus delerentur, vigente Pontifice
ſix. conſpirantibus ad ſociale & ſacrum bellum principibus Chriſtianis, æris
ublici collatio facta eſt: ipſe Pontifex 500. pedites, equites vero 500. propriis
umptibus alendos ad Cæſarem delegauit, & ad ſtipendium vniuerſo Clero de-

In Turcicum bellum Italorum principum æris collatio.

 cu-

Digitized by Google

1594. cumalem nummum indixit; æmulati piam liberalitatem Hetruriæ, Mantuæ, Ferrariæ, Parmæ, Vrbinatium Duces, & quæ titulo Reſpublicæ ſe iactant Genua & Luca, attributis ad militarem erogationem ſpontaneis indictionibus. Vereor autem, ne quis fabulæ deputet, quod memorant Germani ſcriptores, ludicrum & puerile bellum, quod per ſpeciem edidit Berlibergius Græciæ. Ille enim captandi augurii & ſpectaculi cauſa, adoleſcentium duas cohortes in campum emittit, cis Albam Regalem, vni Chriſtianorum, alteri Turcarum attributo nomine & vtriuſque gentis inſignibus. Impuberibus arma erant fuſtes & baculi, congrediuntur, Chriſtiana Turcicam fugauit & vicit, vnde barbaris dirum omẽ, & ſumma inceſſit trepidatio, quam euentus ratam fecit. Cum enim Archidux, per interceptum equitem Turcicum exploraſſet, Nouiogradum quod ſeptem milliaribus Alba Regali diſtat, exili præſidio munitum, à militibus incoliſque ibi plurimum trepidari, expugnandi oppidi egregiam occaſionem ſibi oblatam ratus, cum id verum eſſe ab exploratoribus intellectum eſſet, Chriſtiana acies illico mittitur, tormenta admouentur, cumque oppido propugnando barbari ſe impares agnoſcerent, igne paſſim immiſſo, & per domos bacchante, in arcem, quæ loco edito mœnibus, vallo & foſſa tutiſſima erat, profugiunt. Præerat machinis, Bernardus Leo Gallus pyrotecniæ peritiſſimus, qui decem machinis VIII. D. Martii tanta vi arcem concuſſit, vt hiatu facto Chriſtiani ad inſultum proruperint; ſed obſtabat ingens ligni ſtrues, ex trabibus virgultiſque contexta, quæ iniectis ſulphureis iaculis facibuſque conflagrauit, aditumque fecit liberiorem Chriſtianis, quos barbari ſclopis, haſtis, contis, atque omni arte & virtute bellica longe dimouebant. Æſtus ille Martis in multas horas, vtrinque grauiſſimam ſtragem edidit, ſed machinarum verberatione recrudeſcẽte, atq; interfecto Turcicarum machinarum præfecto (is Germanus erat fidei eiurator) de deditione colloquium faciũt, quæ his pactis inita; vt nullis ſecum euectis ſarcinis, ſine fraude ad ſuos ſe reciperent. Præfecto, qui Begus nuncupatur, adempti equi bellatores, & gregarii dati ſunt, ad vecturã ſui, vxoris, & filiæ, excuſſi præterea omnes, ne quid vltra pactum vrbe exportarent. Nouiogradum annis ſexaginta barbari occupauerant, amiſſum propere & ſegniter tanto magis doluerunt, quod Albæ Regali, Budæ & Peſti tutandis iuuandiſque ſi obſiderentur, opportuniſſimum eſſet. Ferunt Begum Nouiogradenſem, à Baſſa Budenſi de proditione accuſatũ, quod biduo poſt obſidionem ignauiter nulla edita fortitudine, Othomanicæ gentis ſummum propugnaculum vltro dediďiſſet. Ille in Budenſem culpam reiicit, quod laborantibus & acerrime oppugnatis, ſuppetias non tuliſſet; nihilominus ad furcam damnatur, qui fruſtra quiritans & prouocans ad Ammurathẽ laqueo ſuffocatur. Hac clade res Turcicæ plurimum attritæ ſunt, acceſſitq; naufragium ſtupendæ claſſis, quæ iam ponto Euxino late carbaſa explicabat; illa cum oſtium Iſtri ſubiret, fœda tempeſtate procelliſque ſupra modum indignantibus iactata periit. In Vngaria, æque fœliciter res geſſit Comes Sereinius: is enim adiunctis ſibi Stiriæ copiis Caniſa egreſſus Præſentſam aggreditur; ſed obſidionis conſilio intellecto barbari rebus ſuis exportatis, vrbe incenſa emigrauerant. Comes vbi aduenit, iam non oppidum, ſed collucentem incendio aream obſtu-

Ludicrum certamẽ puerorum omen victoriæ Chriſtianorum.

Nouiogradẽſis deditio & pacta.

Res Vngarica

Digitized by Google

uit, eoque ægre ſedato reliquias tutatus eſt. Dehinc Sigetum profectus ſi- 1594.
ter derelictum fœdatumque recepit. Amurathes, vt totà Chriſtianis acce-
clades vlciſceretur, in eos terra marique experiri conſtituit, miſſa legatione
'enetos, vt per mare Adriaticum claſſi ſuæ ſecuram nauigatione quo in Dal-
iam aduerſus Cæſarem præliaturus traiiceret, permitterent; illi iniqua po-
ita detrectant, cauſſati impium & indecorum, vel apud barbaros, à Chriſtia-
Chriſtianorum hoſtes iuuari.

Aliquot vrbium & propugnaculorũ expugnatio à Chriſtianis.

hriſtophorus Tiffembachius in ſuperiore Vngaria, Hatuuanam prope Bu-
pluſquam dici poſſet munitiſſimum propugnaculum adoritur, & tam arcta
dione premit, vt ad obſeſſos proſerpendi ne rima quidem pateſceret: nihilo-
us Baſcias Budenſis, quam celerrime conſcriptum exercitum ſubſidio mit-
ui cum tranſitu fluminis Saui, ob illuuiem vorticeſque aquarum prohibere-
liunde vadum quærit, vt traiecto ex inſperato inopinantes Chriſtianos in-
eret, ſed Tiffembachius perſpecta fraude, barbaris occurrit, & ſuperato flu-
e quas illi moliebantur inſidias, in eos regerit, atque ex improuiſo adortos
t & concidit, nec profligare & cædere deſiit, donec Buda Peſtum & Soluo-
reliquias ab internecione ſeruauerint. Tiffembachius luculentiſſima epi-
ad Archiducem Matthiam, ſeriem rei geſtæ, cæſorum, vulneratorum, capti-
imque; numerum, prædam & manubias recenſuit.

Tiffembachii egregiũ facinus.

thodoxi regia conuerſione plurimum recreati, vt colophonem eius vncti-
n deſiderabant, quæ Regibus Chriſtianis à Clodoueo primo tincto & in-
o, ita inualuit, vt ab hac inauguratione, regni primordia quam primum au-
ntur, quod illis aduerſus hoſtes ſuos, ſemper fauſtum & ſalutare fuit. Ritus
otus myſticus, aut potius cœlicus; quandoquidẽ conſtãti fama creditur, ad
gendum Clodoueum, genium cœli aligerũ phiala chriſma detuliſſe, quod
m is ſumma cura & veneratione aſſeruatur, quo nouelli Reges ab Archipre-
Rhemenſi inunguntur, vt olim ille Clodoueus à Remigio: Galliæ, Angliæ,
gariæ Reges, prope ſoli oleo delibuti ſunt, more ducto à Regib. Iudæ, qui
nate vngebantur, minus religioſe Imperatores, imperandi initium facie-
, qui paludamenti amictu, purpuræ & diademate impoſito inaugurabanr-
ic olim, Petrus Bleſenſis Regem ad ſacrum chriſma cohortabatur: *De Da-
poſtquam à Samuele vnctus eſt, ſcriptura teſtatur, quod directus ſpiritus Domini in Da-
die illa, & in reliquum, Saul quoque die illa, qua ille lenticula à Samuele perfuſus eſt,
tus fuit in virum alterum, & inſiliente in eum ſpiritu Domini, cum acceſſiſſet ad cuneum
etarum, cum eis prophetare incœpit.*

Res Gallica.

Vnctio Regũ Galliæ.

d non niſi expugnatis Rhemis, vbi ara Remigii, vbi ampulla cœleſtis olei,
ionem perfici poſſe à vulgo creditum, cum tamen à multis ſæculis, noſter
Carnutæus, in non diſſimili Rhemorum contumacia, hunc ſcrupum exe-
, qui author fuerit Ludouico Craſſo, vt Aureliæ inaugurationis regiæ my-
ſacra ſuſciperet, cum ritus ille non tam locis addictus ſit, vt ſi temporum ne-
ceſſitas, alio transferri non poſſit. Ille enim Craſſus, in Baſilica ſanctæ Cru-
Aurelianæ, à Vermileone Archiep. Senonenſi, in Regem vnctus fuit Carnutũ

Cur vnctioni regiæ vrbs Carnutẽa delecta ſit.

Digitized by Google

1594. his ritibus peragendis vt ſecurum & valde opportunum delectum eſt. multa Regem impellebant, ædes Virginis toto orbe celeberrima, quam anteceſſores ſui Vindocini Duces, ingentibus prædiis donariiſque affecerant, confinium agri Lutetiani, vt biduano itinere Pariſienſes tanto ſpectaculo adeſſe poſſent, atque vrbs ad capiendam aulam quæ effuſiſſima ſperabatur, vt certe fuit, ciuibus, domibus, artificiis, mercibus & annona potens: nec profecto celſitudini tanti myſterii locus impar; nam vt quæ multa ſunt Chriſtianæ pietatis ornamenta atq; inter illa præcipuum ſummumq; ciuitatis præſidium virginis ſacram interulam prętermittam, vel ipſa gentilitate in Galliis Carnutum magna poteſtas & virtus

Lib. 5. de bel.

bellica. Iulius enim author eſt apud eos Taſgetium ſummo loco natum in ea ciuitate regnum obtinuiſſe. Myſterio deerat, illius peragendi quæ ſolet eſſe materia, ampulla Rhemenſis, quæ cum nec vi nec gratia à perduellibus haberi poſſet,

Ampulla Cænobii maioris monaſterii.

Martiniana ſuffecta eſt, quod ei eadem vis numinis inſit; vetuſtas enim quę pro magno & incorrupto teſte eſt, refert attrito & luxato grauiſſime Diuo Martino, ope humana deſtituto, ac prope conclamato à cœleſti genio phialam delatam, cuius linimine repente conualuit, eam ſtupore tanti miraculi, in hunc diem, in Turonum maiori monaſterio religioſe ſeruatam, vt Seuerus Sulpicius, Fortunatus aliiq; eruditione ac ſanctitate haud deſpicabiles viri, ſcriptis reliquere. Ergo

Cōtrouerſia inter Reg. Belua. Archiep. Bituricen. & Nic. Thuanum Epiſc. Carnutēſem quis Regem vngeret.

rerū omnium velociſſima fama, tota Gallia de Carnutea vnctione rumores ſpargit, adſunt ex remotiſſimis angulis, putes recenſeri Galliam, iuſſoſq; omnes indigenas Carnuti profiteri, non capit aulam neq; vicinia omnis, ſub dio pernoctat vulgus, equis, carris, impedimentiſq; permiſtum: auleis ſtragulis tabulatis ædis primarię medutillitiū exornatur, pridie Calend. Februarii dies Dominicus ꝯſtituitur, diſceptatū inter Reginaldū Beluæum Bituricenſem Archiep. & Nicolaū Thuanū Carnuteum Epiſcop. quis ſacra perageret. Beluæus contendebat, dignitate metropolitana tum magni eleemoſynarii, qui Regis & Aulæ peculiaris eſt & quaſi domeſticus Antiſtes, hunc ſibi honorem deberi, in tot Præſulū cætu, qui ad conſecrationem acciti ſint, à nemine ſibi inuideri, inſuper de ſemetipſo antea conceptæ expectationi plurimū fidebat, qui in diſſidio cum Romano Pontifice, noua & inſolenti creatione, ſe Patriarchā Galliarū deligi ſperabat. Thuanus vir ante inſulas conſularis, egregie litteratus & cordatus, gente patricia & longo ordine auorum purpurata, hanc gloriam ſibi prępripi non tulit, contenditq; aduerſus Beluæum, ſibi priuatim deberi, fruſtra iactare titulum Metropolitani, cū illi Carnutea diœceſis non ſubiaceat, vt in foro extra territorium ius dicenti, impune non pareri, ſic in eum nihil habere iuris magni Eleemoſynarii dignitatē non illi patrocinari, quæ in dioceſanos ſuo potiſſimum ſolo, ſuis aris adytiſq; nullum illi tribuat imperium; nemini enim inuito Epiſcopo, in ſua æde ſacra operari, canonum decretis fas eſſe, vt ſponſum in laribus ſuis, ſic illum in baſilica ſua, nulli

Carnuteus Epiſcop. eſt vicarius natus Senon. Archiep.

præter Archiepiſcopum Senonenſem ſummumq; Pontificem audientem eſſe, antiſtare prouincialibus Epiſcopis, ſi abſit Senonenſis, in comitiis & ſacrorum ſolennibus, ingenita prærogatiua vices agere. Pro Nicolao Thuano ius dictum, huiuſque inaugurationis perficiendæ honor delatus eſt, quo rite & luculenter perfunctus eſt: monaſticis primoribus Turonum Ampullam deferentibus,

ipſo

Digitized by Google

peruigilio regiæ vnctionis, Clerus, Iuridici, Decuriones, Ædileſque vrbis, 1594.
ibus vexilliſque diualibus expanſis obuiam proceſſerunt, in monaſtica Diui
i æde pignus ſacrum deponitur, Dominica vnctionis quatuor ſummi proce-
quos Barones vocant, cum equitum ſelectiſſima turba, ſignis ſuis ſtemmati-
pictis præeuntibus, vt deferatur rogatum eunt, tabulis conſcriptis peracto
o reſtitutam iri ſacram ampullam ſeſe obligant, illam maioris monaſterii ſa-
a, candido ſonipede albis ſerici operis ephippiis ſtraguliſque inſtrato, vectus
erebat: vt mos antiquus in cõſecratione regia ſeruaretur, in Laudunẽſis, No-
dunenſis, Bellouacenſis, Cabillonenſis, Lingonenſiſque Parium Franciæ An-
tum, Aquitanici, Tholoſatis, Normani, Burgundici ac Flandrici & Campani
em Ducum ac Parium, quod illi abeſſent, iſti quod eorum tituli regno coa-
rint, alii in eorum vicem & munia ſuffecti ſunt, ritus conſecrationis ita vulgo
i ſunt, & Gallicis libris toties repetiti, vt eos recenſere minus ſit hiſtoricum:
il in tota inauguratione diſſonum, aduerſum & præpoſterum contigit, vt nu-
n liquido præfuiſſe tam auguſto operi conſtiterit; ad ſecundam vſque à meri-
res ſacra protracta eſt, qua peracta poſt miſſilia numiſmatum ſingulari icone
cuſſorum, poſt vulgi irrequietas acclamationes, Rex cum primoribus Aulæ
atiſque exterorum principum, ad epulas conceſſit, ſerotino conuiuio exce-
ſororem & Aulæ heroinas: poſtera die torquem militiæ ſacri pneumatis, qui-
ſ oportuis ceremoniis ſuſcepit, ceruici innexa cruce penſili cerulea faſcia, atq;
auro textili pallio itidem alia inſuta cruce, iurauit in verba militiæ ex inſtituto
nrici III. qui poſt veteranum Diui Michaëlis ordinem, huic nouo ortum de-
. Abſtineo referre, totius vnctionis ſeriem, ritus, preces pro regibus municipa-
n conceptas, & cuius ſolent profiteri ad aras ſacramenti formulam, ac plura
ſtici operis, quod illa qui huiuſcemodi ſacris operatus eſt Nicolaus Thuanus
ali opuſculo rem omnem accuratiſſime poſteris ſciendam publicauerit. Regi-
ibuto omnia quę anteceſſorib. cælitus collata ſunt, contigere; ex hinc .n. fœda
petigine ſtrumarum percuſſos ſanauit, obſtupentibus Hiſpanis, qui ex omni
turia cateruatim ad medicas manus aduolabant, vtque illis ſupplicibus, cælicã
em depoſcentibus medebatur; ſic in eum obluctantes, iiſdem victricibus ma-
bus cædebat: ita vt quæ illis ſalutares erant iſtis exitiales. Regibus Chriſtianiſ-
nis hoc priuatim indultum, (quanquam Polidorius hiſtoriæ Anglicanæ ſcri
or, Regibus Britannicis id ipſum tribuat) quod ſi vnquam verum fuit, cum pri-
religione exoleuiſſe credendum eſt: nam quis Hiſpanorum ſtrumoſus in An-
ia medelam quærit? Dicet aliquis, inteſtino odio vtriuſque gentis, Iberi An-
os vel in hoc genere morbi auxiliaturos faſtidiunt: num Gallis æquiores ſunt
iſpani? qui vel ipſa ſæuiſſima tempeſtate bellorum fœdari hoc morbo, à Rege
eos pugnante, ſoſpitatem ſuam vi tacita numinis effuſiſſime impetrarunt. Eo
ſo tempore quo Rex ſacro oleo delibutus, regni inſignia capeſcebat, Franciſcus
uxius Candala, ex illa gente, quæ inter Aquitanicas nobilitatis vetuſtatiſq; pri-
atum tenet, vt quæ gentilitate Regem attingat, inter mortales agere deſiit, vir
n tam ſanguine longo & ſtemmatibus poſteris noſcendus, quam omnium di-
plinarũ artiumq; abſoluta cognitione, præcipue Mathematices, cuius fouẽdæ

Delatio ampulla poſt oppignoratam fidem Baronum ad primariam ædem.

Suſceptio ordinis S. Spiritus.

Vis cælica & peculiaris Regum Gallia in ſanandis ſtrumis.

Obitus & elogium Frãc. Fuxii Candala.

1594. tanto deſiderio tenebatur, vt in Academia Burdegalenſi profeſſori huius ſcientiæ, optimum annuumque ſtipendium conſtituerit, Trimegiſtum & Euclidem non modo latine & vernacule reddidit, ſed cum vterque abditiſſimo pœnu arcana interioris ſapientiæ abſcōderet, vnus fuit Candala, qui ex arca latentes theſauros deprompſit, vt ſi interpretem legeris, in eius pectus Trimegiſti & Euclidis animam demigraſſe credas. Præterea herbarum, metallorum, omniumque quibus natura mortalitatem iuuari voluit, ſummus indagator, ita vt ex abditis rerum cauſis elicuerit fugientis animæ retinaculum, quod *Elixia* vocant; ſed cui ſua admirabilis cognitio, aduerſus fatum præſidio non fuerit, qui tamen ſerus, hoc eſt nonagenarius interierit. Myſticæ vnctionis ea vis fuit, vt repente omnes fœderatæ vrbes, Mainio repudium miſerint; ille tamen his anguſtiis adduci nō potuit, vt Hiſpanicæ poteſtati ſe & quæ perſtabant in ſua fide vrbes ſubmitteret, in anarchia Gallicam mentem retinens: quinimo in regenda Lutetia, aduerſus Sexdecim illos latrones, eam ipſe adhibuit moderationem, vt à præfectura vrbis arcuerit, quod vel in hoſte laudandum eſt, qui reb. penè conclamatis, cum ad triarios pene deueniſſet, tamen Gallicam libertatem extera tyrannide opprimi non tulit.

Mainii mēs auerſa ab Hiſpanis.

Deditionis Lutetianæ egregium cōmentum.

Egregio commento deditio vrbis compoſita: Briſſacus amoto Belino videbatur Hiſpanicæ factionis adeo tenax, vt nulli de agnoſcendo Rege in ſuſpicionem venire poſſet, clam tamen emollitus ad colloquium cum domino à ſancto Luca, qui Briſſaci ſororem duxerat, colore litium, quæ inter vtrumque de dote & dotalitiis, arduæ erant, elicitur, adhibitis ab vtroque aduocatis ad dirimendam controuerſiam, ſed verius ad illudendum, clam enim illi de deditione Lutetiana conueniunt; redit Briſſacus cum litis ſuæ arbitris, publice iactās pertinaciā gentilis ſui nihil inter eos actum, vtque fucum faceret, de illo proterue & acerbe loquebatur.

Aulicorum bonus dolus.

Rex itidem inter epulas palam & apud omnes Briſſacum vt Hiſpanum & patriæ deſertorem inſectabatur, ſed verbo tenus, cum ab eo ſummæ rei votū expectaret. Sandionyſianum oppidum, Vicio erat tanquam ſpecula, ad exploranda abditiſſima quæcumque Lutetiæ ſtruebantur, vicinitas illi molitiones tacitas, furuos aditus, & penitiſſima colloquia cum primoribus Lutetianis cōciliauerat, in horas & momenta fiebat certior, quid rerum ageretur in vrbe, neque eum vel rumuſculi factioſorum latebant, acceptoſque è veſtigio ad Regem circa Siluanectum oberrantem, per veredarios curabat referri: biduo antequam vrbs reciperetur, ad eum mittitur delineatio, qua Hiſpanobelgarum ſtationes, vigiliæ, ꝑſidia quibus excubarent vicis compoſitiſq; quantaq; eſſent, qua multifariam irrūpendum, qui auxiliares futuri erant, deniq; qua ſemita, quibus ordinibus ad tantū facinus fœliciter & innocenter perficiendum, progrediendum eſſet: Et ſane Vicius omnem iſtam telam peroportune texuit, caſſes & retia ad feram præripiendā ſubdole admodum poſuit; nec conatibus præda defuit quæ captis non capientibus lucro ceſſit; perierant enim niſi periiſſent: At cum Briſſaco clandeſtinis alloquiis Lhuillerius præfectus mercatorū, Langleſius Ædilis, Dorſſeius Præſes prætorianus, magiſter itidem purpuratus præſes Molæus, qui tūc cognitoris publici in pro-

Vicius Sandionyſii oppid. præfectus omne negotium recuperationis procurauit.

Digitized by Google

tocuratione fiſci munere fungebatur, aliiq; complures, qua arte & verſutia 1594.
uente ſine cæde & latrociniis, ex faucibus Hiſpanorum vrbs eripi Regiq; de-
oſſit inter ſe cogitant, & conſilium ineunt, periculoſæ res plena erat aleæ, vt
rix vndequaq; aculeata, vix innoxie attrectari poteſt; ſic Lutetia obſeſſa & val-
compitatim, ſatellitio præſidioq; Hiſpanorum, tot excubitoribus ad cuſto-
n inſomnibus & acutiſſime oculatis, vix in libertatem vindicari poſſe ſpera-
ır. Tandem poſt varias diſceptationes, hoc aſtu fallendos Hiſpanos & rem
gendam decretum eſt, vt pridie quam rex ingreſſurus eſſet, rudera & mace-
quæ aggeſta tellure portam nouam muniebant, effoderentur, hoc colore q̃-
,vt muro ſtructili & cæmento, validius obſtrueretur, quo hoſti circum ober-
i minus peruia eſſet, nocte illa quæ deditionem antecederet, Briſſacus, Lan-
ius, Ædiles, Decuriones aliique propoſiti conſcii, Dionyſianam, Martinia-
ıq; portas occuparẽt, per nouam portã vbi regii obrepſiſſent, à Diui Honora-
ɔrta quãprimum aggeſtiones & impedimenta ruderum crebris foſſoribus re-
ıerent, recipiendæ vrbi dies dicta XI. Cal. Apri. luce dubia ſub Auroræ cre-
ulo, Rex pridie in oppido Dionyſiano, fortiſſimos militum ad quinq; mil-
oegerat, Briſſacus vt cœptis vis omnis Hiſpanorum abeſſet, pedeſtriũ copiarũ
ectum nomine Iacobum Ferrarienſem, eorum partibus addictiſſimum, in-
oſo aſtu cum ſuis vrbe ablegat, ad intercipiendum aurum regium, quod fin-
t exili comitatu, Carnuto ad Dionyſianum oppidum deuehi: ille auri fame
:eps, per Iacobeam portam, ſub noctem cum ſuis egreditur, per tenebras fru-
erarios vectores inquirens: Non latuit Ducem de Feria, & Didacum d'Ibara,
ıariosq; ex Iberis, clam res nouas ſtrui, rumor erat, cum Rege Mainium redi-
n gratiã, quod Hiſpanos tota nocte inſomnes & excubitores fecit, qui cum
ãco renunciaſſent, vulgi eſſe ſomniũ reſpond.t, trepidare illos ad motũ atũ-
s: interdum tamen metum ſecuritatis eſſe patrem, ipſe ad vrbem luſtrandam
orumque ambitum præeuntibus tædiferis pergere adhibitis aliquot Hiſpa-
vt ſuſpicaces metu ſolueret, ac tandem nocte prouecta peracta luſtratione,
nihil inſidiarum, nihil hoſtilis tumultus depreheđiſſent, Briſſacus domum
uierem Hiſpanos dimittit. Sexdecim Celtiberi, ſuſpicaces pene noctem in
ıbiis exegerãt, ſed fracti ſomno paulo ante lucem ad quietem diſcedunt, cõ-
xpergefiunt, regium aduentum præſtolantes, opportune excitati ad ſalutem
s; Ingleſius Dionyſiana porta egreſſus, vt tenebris & alto ſilentio omnia te-
,vbi neminem ex regiis foras adeſſe ſenſit, vrbem regreditur, paulo poſt ve-
,ne mora damno eſſet rurſus exit; auſpicate admodum Vitrius, cum dele-
quitatu adfuit, vrbẽ ſubit illico portam & circumcirca vicinum aggerẽ oc-
.r: At vero aliunde vbi nunc regia lætitia, & ſuburbani horti, Rex cum ſuis
ıa habebat, præmittit Doum cum cohorte ſua cataphractorum, qui demiſſo
icio ponte, confeſtim vrbem inſiliunt, & leua per aggeres ad diui Honorati
am feſtinant. Germanici aliquot pedites qui non longe excubias agebant,
propulſare conati protinus fugantur: Briſſacus & Lhuillerius vrbis claues
i offerunt, vtrique plurimum gratulatur, ac Briſſacum ſumma præfectura
eſcalli Franciæ in ipſo veſtigio inſigniuit. Luparam, Caſtelletũ, & munitio-
ra vrbis

Cõſilium & aſtus de capiẽnda Lutetia.

Deditur vrbs 22. Martii.

Briſſaci inſignis ſolertia.

Subolfaciũt Hiſpani conſilia deditionis.

Briſſaci aſtutia ad fallẽdos Hiſpanos.

Vitrius primus diluculo ex regiis vrbem tacite ingreditur.

Donatur ex tẽpore Briſſacus præfectura Mareſcalli.

1594.

Hiſpanorum vrbe recepta trepidatio & de ſecuritate poſtulatio.
Noua facies vrbis.
Regis ad ædē Virginis progreſſus.
Druſii Archidiac. ad Regem pia admonitio.
Regis votiua proteſtatio.

ra vrbis loca Regii occupauerant; eggeſtio rudetum à porta diui Honorati vrgebatur. Hiſpani de ingreſſu Regis certiores facti, vt ſe impares ſenſerunt, domi ſe continent: iam tota vrbe non aliæ voces exaudiuntur, quàm *Rex viuat*; nulla obluctatio aduerſus Regios progredientes, nulla ſtrages, nulla internecio, Duci de Feria incolumitas & reditus ad ſuos ſine damno & iniuria promittitur; dummodo cum ſuis quiete ageret & connaſaret. Regiæ comitati gratias agit & oblatis conditionibus morem gerens colligit ſarcinas ipſaq; die ſuorum tyrannide liberatam Lutetiam reliquit. Vt omnia pacata Rex vidit, Hiſpanos non iam minaces, ſed ſuplices, vota & gratias Deo & Virgini perſoluturas, ad eius ædem pergit: anteibant ſexcenti, à vertice ad genua ferro tecti: primores Eccleſiæ ad veſtibulū Regem excipiunt, Archidiaconus Draſius, abſentibus Antiſtite Gondio & Seguierio Decano, in hæc verba Regi oblocutum ferunt; *Rex inuictiſſime, acceptam victoriam ſine cæde, & feritate receptam vrbem, vni Deo referre te æquum eſt, poſt incluctabiles ærumnas, tandem votis potiri tribuit: tanti beneficii non immemorem ſubditorum curam gerere decet, imitatione Chriſti, cuius in hac cruce aurea iconem vides, & es deoſculatus, vt ille hominem indutus, ſæculo agens, mortalium ſaluti æternum proſpexit, vt ille tibi fidus & obſequens erit populus, ſic te illi optimum Regem præſta.* Archidiacono Rex pauca hæc ex intimis præcordiis effatus. *O Deus exercituum, manus & clipeus pugnantium, non quas debeo, ſed quas poſſum, ob magnitudinem in me tuorū beneficiorū, gratias refero, tā effuſe mihi ſemper, ſed potiſſimum à mea in gremium Eccleſiæ reuerſione tanto cumulo ea contuliſti, vt his nulla mea oratio, nulla vota reſpondere valeant, ad columen fidei Chriſtianæ, oppignoratam ad aras Dionyſii fidem, nuſquam fallam, & in ea propugnanda viuere ac mori mihi perpetuo immotum erit, populi ſubleuandis ærumnis nulla in parte deero, atque iuriſiurandi Deum & Virginem teſtes mihi eſſe volo.* His prolatis ad primariam aram Rex pergit, aduolutuſque genibus, ſacro interfuit; quo peracto voce & tubis canticum Ambroſianū decantatur, nolæ boatu æris, lætitiam alternant, non tam facies captæ, quam triumphantis vrbis, ita omnia repentè ex lugubri & ferali ſtatu, in lætum & ouantē conuerſa ſunt: officinæ artificum, quæ in tumultu occludi ſolent, apertæ, & ſi quæ exquiſitiſſimæ merces ex anteacta egeſtate proferuntur; iam non furtim nec parce comeatus inuehitur, ſed totius vbertatis cornu effunditur; illecebra potens ad ineſcandos homines, qui tamdiu duriter & ad menſuram panem furfureum comederant.

Per Tibicines venia & publica ſecuritas proclamatur.
Peleui Cardinalis ſtatim ab vrbe recepta obitus.

Dum Rex operatur ſacris, Caduceatores, compitatim tota vrbe publicam veniam rerum præteritarum, claſſico tubarum pronunciāt ſparſis per vulgus libellis indulgentiæ principalis, ne in poſterum ciuium animis vlla trepidatio reſideret; Duciſſis Nemoroſi & Montpenſierii, Placentino & Peleuæo Cardinalibus, Rex vitæ & fortunarum incolumitatem, per internuncium pollicetur. Hac ſingulari manſuetudine Peleuæus vnus neutiquam recreatus eſt, ſeu morbi acumine, ſeu mœrore concepto extinctæ factionis, cuius fax fuerat, poſtridie moritur. Fatum tam repentinum ægritudini animi, potius quam corporis tribuunt; quod Regem in vrbe triumphantem, nō ſolum videre ſed nec audire pertinax animus ferre potuerit.

Quo ordine ædem Rex adiuerat, eodem peracto ſacro, ad Regiam Luparæ iiſdem vulgi ouationibus digreditur. Poſt epulas diſceſſum Hiſpanorum videre feſtinat,

Digitized by Google

at,via Dionyſiana ex alta ſpecula compoſitis agminibus exeuntes deſpicit;in- 1594.
Parthenopæos & Hiſpanos milites Dux Feria, Didacus d' Ibara, Ioannes Ba-
ta Taxius,inſignibus equis vecti conſpiciebãtur. Rex omnium manipulorum
ohortium ſigniferos & triumuiros, nutu ſalutauit, cauillo illudens; *Hen? Regi
ro me commendatum habete; diſcedite ô commilitones! ſed nuſquam reuerſuri.* Sexde-
lli, & quos flagitiorum torquebat recordatio publicæ veniæ diffidentes
ſonati permiſtique copiis ſimul exeunt. Illi inter milites nihilominus vt trãſ-
æ, vultu & veſte diſcriminati, ſed libertate abeũdi neutiquam prohibiti ſunt,
t optimo iure pro illatis vindicandiſque iniuriis potuiſſent; ſed boni ciues e-
is purgamentis, in poſterum quietiores fore rati, illis ſpõtaneum exilium nõ
iderunt: quandoquidem patria extorres omnibus exuti fortunis, in Belgio
ım omnium inedia ſatis graues pœnas dederunt. Ille dies Martii 22. in poſte-
ı memoriæ perenni commẽdatur, indictumque vt illo faſtis diualibus addi-
quotãnis ſupplicationes publicæ fiant, ſintque feriæ ab operibus, vt olim ſub
:olo VII. die 7. Aprilis, quo vrbs ab Anglis liberata fuit, decretum, & nũc ad-
:religioſe indicta feſtiuitas colitur.

Factioſi ex vrbe diſcedunt.

Dies recepta vrbis in poſterũ feſtus eſſe iubetur.

Non minus enim geniales ſunt illi dies, quibus ſeruamur, quam quibus na- "
nur. Quinimo multo iucundiores, quod naſcentibus nullus ſenſus ſit boni "
epti; ſeruatis vero damni vitati ſumma percipiatur voluptas, & iucunda ſit re- "
datio. At cum æque nomini Gallico infeſti ſint Hiſpani & Britanni, cur cum "
vtriſque liberati ſimus, Diis æqua gratia non perſoluetur? Vrbis facies ea, quæ
minis longa tabe & macie effecti, poſt eluctatum morbum, vt recreari incipit,
oſſeo & gracili fit teres & ſucculentus, pallor & luror cutem deformare deſi-
at, cruor ſuffuſus vultum pumicat; quæ lababant genua, ſtabili fulcro corpus
:inent. Sic recepta Lutetia, cum antea ægra, ieiuna, macilenta & vix oſſibus
rens conualeſcit, paſcitur, abundat, priſcum decorum repetit, ſolitudo fugit,
mus tamdiu occluſæ & inanes, reuerſis ciuibus complentur, cum Rege vber-
rerum omnium ſubit, cum Hiſpanis inedia panis, & eſculentorum tenuitas
;iunt, conuectores annonarii Andegauo, Cœnomano, Neuſtria intermiſſum
ndiu commeatum dietim repetunt, iam non furfureo pane, & ſiliquis æſtu-
ıoſe confecto, virgultis & palmitibus aut immundis carnibus vulgus fœde pa-
:ur, vt quondam obſidione illa quæ Saguntinam & Sancerranam, inopia vi-
is ſuperauit; ſed cupedinarii lautioras epulas & promulſidem affatim propi-
nt paruum diſcrimen inter vrbem effœtam, ieiunam, ſeruam, imo nullam, o-
lentam, fœtam & liberam interfuit, nempe regius ingreſſus & Hiſpanorũ exi-
:. Fœdabant oculos ſemirutæ domus, caduci & annoſi parietes, cum repente
ificiis inſtaurantur tanto ornatu, vt qui Lutetiam laceram & gipſatam inue-
, marmoream propemodum facturus ſit & prope iam depulſo vrbis ſenio, re-
uatione ædificiorum iuueneſcat. Nobis poſtliminio reuerſis vrbemque va-
am ſubeuntibus priſca parœmia vſurpanda fuit, quæ de Megalopoli vrbe Ar-
diæ olim iactabatur, *Magna ciuitas, magna ſolitudo*, fœda Lutetiæ facies, obſo-
a lacera ianuis veſtibuliſque ædium gipſo obductis, ad arcendam pluſquam
othicã & Vandalicam feritatẽ Hiſpanobelgarum, & Lanſquenetorum, qui ab-

Lutetia ex longa inedia & macie reſtauratio.

C ſentium,

Digitized by Google

1594. ſentium, vacuas ædes diruerant, trabibus, tignis atque omni ſtrue fabrilium lignorum in cinerem verſis. Illi enim, non niſi domorum ſubuerſionibus, vigiliarũ ignes alebant, multo charius, quam Arabiæ fœlicis Reges, quos Cinamomi arbuſtis cedriniſque trabibus focum ſtruere referunt.

Deditio arcis Antonianæ.

Vna arx Antoniana, propugnatore domino du Bourg, regium obſequium detrectabat, ad quatiendum murum, iam admotæ machinæ omni ſpe præcluſa auxilii, cum tormentis nec murus aheneus imperuius ſit, de deditione paciſcitur, cum ſuis commilitonibus armatis ad proximam vrbem fœderatorum inoffenſe abiturus arce cedit. Dehinc Chiuernius Cancellarius, à P. Conſcriptis aliiſque Curiæ aſſeclis, ſacramentum exigit, in aliis præfecturis vt vectigalium, rationum, vrbanæ præturæ, idem factum: Magni Conſilii pars illa quæ vrbe ſe continuerat itidem apud Cancellarium, qui in eo Senatu caput eſt, fidem profitetur; 30. Martii coactis claſſibus Senatuſconſultum promulgatur quo bello ciuili in regium nomen Henrici III. memoriam eiuſq; manes, in Henrici IV. gloriam & gentem quodq; ſancitum & decretum fuiſſet, nullum, irritum, iniuſtumque pronunciatur, ex publicis monumentis eradi & aboleri, in conſcios cædis deteſtandæ Henrici III. inquiri & vindicari iubetur. Ducis Mainii præfectura, ſeu vt vocant Regni Vicariatus abrogatur, inhibeturque omnibus, ne eo elogio in poſterum eum nuncupent vel agnoſcant, neue quis illi vlla in re auxilietur: qui contra fecerit vt reus maieſtatis læſæ capite plectatur. Duci Mainio, gentilitiiſque ſuis Lotharingii ſtemmatis, Principibus, Antiſtitib. proceribus, nobilibus, vrbibus, oppidis ſuarum partium aſſeclis, mandatur vt reſipiſcãt, & ad obſequium quamprimum reuertantur, quæcumque in recentibus comitiis Lutetiæ habitis propoſita vel ſancita ſint, vt legi Salicæ, publicæ quieti aduerſa, Hiſpanicis præſtigiis, faſcinationibuſque excogitata, ſimiliter irrita & conuulſa pronunciantur, vetaturque ne in poſterum Lutetiani ciues priuatos cœtus, Rege & Senatu inſciis ineant, abrogantur etiam à fœderatis decretæ ſupplicationes, ob dies ſibi (vt putabant) fortunatos, eorumque memoriam ex publicis faſtis eradi iubetur. quotannis 22. Martis pro recepta & liberata vrbe ab vniuerſo Clero, Senatu purpurato concomitantib. vrbis ordinibus ſupplicatio, quam proceſſionem vocant, decernitur.

Cancellarius Magni Conſilii primarius Præſes, eſt enim prætorium, ille præfectus prætorio.

Senatuſcõſultum.

Reuerſio magni Conſilii à Carnuto, Senatus ex Turonibus.

Olierius Senator primus de recepta vrbe Carnuti nunciũ detulit mihi obuiam factus.

Senatus qui migrauerat Turones, magnum Conſilium ex Carnuto, paulo poſt antiquas ſedes Themidis repetunt, prima fama deditæ vrbis, Carnutum delata pegaſeo curſore Olierio Senatore, qui poſtridie poſt ingreſſum Regis circa decimam Carnutum adueniens pluribus obuiam factus, iam acceptum rumorẽ confirmauit. fortuito mihi contigit adeſſe turbæ, ac tam fœlici accepto nuncio, velox ad magni Conſilii Patres propero, Atrienſi innuens, mihi nõnihil quod vrgeret, Patribus indicandum eſſe, rogo vt pulſet fores, quo aliquem eliciat, recuſat ille, quod controuerſiæ arduæ litis colophonem imponerent, inſto aliquid omni lite maius & conducibilius eſſe, quod eos ſcire quamprimum neceſſe ſit, adiicio: victus ille feſtinatione mea pulſat, aperitur, adſum & verbo vnc Lutetiã receptam denuncio, relicto tribunali circunſtant vrgentque à quo acceperim, cito & laudo authorẽ meũ Olierium Senatorẽ, quem equo deſilientem viderim,

Tilc magnũ Conſilium dirimebat Iam. le Ab- [illegible] rien Sergii & B[illegible] [illegible] Domen. de Vera.

qui

Digitized by Google

·alam profeſſus ſit heſterna die Regem in Lupara pranſum vidiſſe. Dimitti- 1594.
tum, lis dirimenda in alium diem relinquitur, vix digreſſi loco, cum vulgi ites & profugorum Lutetianorum incredibis lætitiæ, ac campanarum claſ-n, nuntium confirmat, tota dies poſt Deo immortali perſolutas gratias, concionationibuſque publicis ceſſit.

2. Aprilis Dictator purpuratus Academiæ, cum ſuis ſodalibus quatuor fatum accitis decanis & primoribus, Regem adeunt, proni in genua obſecrāt, ordini ac cæteris vrbis æque ſe propitium præbeat, nō ingloriam eſſe parantæ vrbis Academiam, quæ peculiari & antiquo nomine Regum ſe filiam itet, ab his conditam, adultam, ornatam atq; in hunc vſque diem auſpiciis eralitate Regum, nominis ſui celebritate totum orbem compleuiſſe, ſi ex emilia nonnulli intemperiis acti, linguam vel mucronem calami in regiam udinem acuerint, publicæ inſaniæ eſſe condonandum, plures fuiſſe qui e re amo, multo fœlicius fortiuſque, hoc piaculum vindicarint, ſcriptiſque ſuis nicæ factioni ſempiternam infamiam aſperſerint. Rex paternum affectum ſuiſq; alumnis eiuſque priſtinum ſplēdorem, bello ciuili penitus collapſum ıraturum ſpondet, tantam operam paci & litteris exornandis dare, in ani- voto ſibi eſſe, quantam antea bellis opportune conficiendis dederit, vt a- Caroli Magni gloriam, ſic ſtudiis pacis & ornamentis litterarum, vt ad æque- peret, ſibi rerum geſtarum vltimum laborem, & ad immortalitatem adi- peteſſe. His pignoribus regiæ fidei, litterati profeſſores quam lætiſſime s repetunt.

Rector Academiæ Regē adit & concione excipit.

Regis ad Academicos pergrata reſponſio.

22. Aprilis in Regis muſæo Nauarræ, Doo vrbis præfecto Archiep. Bitu- Reginaldo Belnæo, pluribuſq; aliis Rector & Academici omnes in ver- iurant. At vero nemo ſatis vicem, ſquallentemque faciem Vniuerſitatis, Regis ingreſſu dolere & mirari poterit, neque enim priſcæ dignitatis pi- nebat, Celtiberi Hiſpanobelgæ, Parthenopæi milites, ruſtici circumia- gri barbara & immunda ſupellectile pecoribuſque & armentis muſæa leuerant. Vbi litteratorum facundia olim perſonabat, diſſonę voces militū rum, balatus ouium, mugitus armentorum, exaudiebantur, & (vt verbo lutulentiora Augiæ ſtabulo erant collegia, diuturnum ibi ſilentium Mu- , atque Amiclis ipſis taciturnior Vniuerſitas. Hāc paulatim ſolitudinē exe- , viri primæ eruditionis Henricus Monantholius, & Renatus Choppinus, enrico 4. panegyricum dixerunt, vterque illum quam laudator ſuus olim num puluinaribus, aris, aditiſque auguſtioribus cumulauit.

Squallor & ſordes Academiæ poſt Regis ingreſſum.

Panegyrici Regis ab Henrico Monantholio & Rena. Choppino.

Aprili menſe, vrbs Trecarum, æmulata Reginam cæterarum Lutetiam, illæo principe ablegato, Dinteuillæum ante bella ciuilia proregem ſuum iuit; certamen erat & ambitus inter fœderatas vrbes, quæ prior ad obſequiū t, Pictones Garites, Villanoua, Marmanda, & tota Vaſconia minores vrbes tatim ſe dedunt; Neuſtriæ pene omnes, Villartius Theſſaliarchus ſecum ad partes abduxerat; Morini, Veromādui, & pars illa q̄ populari verbo Picar- dicimus, Ambiani, Bellouacenſes, Laudunum & Fera, variis ſtudiis agita- nutantq; in ſorte mutanda, quod ſponte feciſſent ni vi & metu præſidia-

Tricaſſium ad regiū obſequium reuerſio.

Item Vaſconicarum vrbium.

Garites Iu. Cæſari le pen ple d'Agenou.

Item vrbiū Picardiæ.

 riorum

Digitized by Google

1594. riorum coercerentur. Abbatiſuilla quæ quod ad oſtium ſit Oceani, maritimæ omnis oræ frenum dicitur, Amanuenſi Regio nomine *Le Franc* indigena, tacitis conſiliis impellente deditionem facit; Rex ob egregie nauatam operam, *Franco* ſuiſq; gentilibus nobilitatis immunitatem & ſtemmata, atq; vrbi ampliora multo iura & priuilegia ob ſpontaneam deditionem indulſit.

Abbatiſuilla ad Regem reuerſio.

Obſidio Capellæ ab Hiſpano belgis.

Tunc tēporis Carolus Mansfeltius copiarum Belgicarū præfectus, Capellam munitiſſimum oppidum obſidet, foſſa & aggerib. altis caſtra cingit, è quib. à Rege qui propere ſuis ſuppetiaturus adfuerat, eliceri haud potuit, his latibulis munimentiſque ſeptus, intercluſo omni aditu, ad immittendum militem obſeſſis, Capellam expugnat.

Laudunni obſidio.

At Rex reciperatione alterius vrbis, vt penſaret damnum, Laudunum obſidione cingit, non ſemel Hiſpano-belgæ, cum fœderatis militem & commeatū nocturnis obreptionib. inuehere conati ſunt, ſed intercepta & deleta auxilia, Mānſfeltius in dēſiſſimis ſyluis ſancti Lamberti, totam aciem in qua circiter octo millia pugnatorum numerabantur, abdiderat; hoc à Rege intellecto omnibus copiis in eum pergit; Ille ex latebris nemorum, caſtra in colle leuiter faſtigiato, cum octo campeſtribus machinis collocat, in altero colle ex aduerſo Rex caſtra itidē ponit, cum pari numero tormentorum, quibus viciſſim alterniſque iactibus vtraque acies ſeſe impetit: hanc velitationem initium pugnæ daturam Rex ſperabat, ſed Mansfeltius, quem immittendi militis & comeatus Laudunum, vna curæ angebat, ſuos in ſtatiuis continet, ac furtim octo cētum ſelectiſſimos milites, cum plauſtris & carris annona onuſtis per deuia & ambages viarum immittit, qui tamen 17. Iunii non longe à Lauduno intercepti & interfecti, ex internecione quadraginta tantum dilapſis Hiſpanis Italisque, qui Laudunum ſe receperunt. Hac ſtrage nihil fractus Mansfeltius, poſtridie idem facinus redintegrat, ad pene duo millia cum circiter ducentis carris & plauſtris, rurſus per auia ſyluarum immittit; quorum latentem progreſſum vbi per explotatores Bironius Mareſcallus intellexit, media ſylua inſidias collocat, quas cum præſenſiſſent Hiſpani, nihilominus vi viam ſibi facere interriti ſtatuunt, ac ſumma fortitudine progreſſi, inter opaca ſyluæ, qua interlucentes catapultariorum lichnos proſpiciunt, ſcloporum grandinem denſe emittunt, vlteriuſque pergunt, donec Bironius obuiam factus cum leuioris armaturæ equitibus, nobiliumque Gallorum delectu pedeſtribuſque copiis, pedem ſiſtere, & ſummam martis experiri aleam coegit, Hiſpani pedites primum impetum Gallorum retuderunt, ac per horam ancipiti exitu ac pari damno vtrimque fortiſſime pugnatur, Bironius & nobiles equis deſiliunt, Giutius qui ſuos in inſidiis continuerat; erumpens laboranti Bironio ſe ſociat, iunctiſque Heluetiorum manipulis, Hiſpanos pedites toto agmine prætumpunt, turbatiſque ordinibus fugant, ſternunt, mactant, vt cæſorum numeros octo centum fuiſſe dicatur, reliquias equitum Giurius ad Feram vſque inſequutus eſt: Mansfeltius ſuorum accepta clade, prima vigilia noctis, ex ſtationibus aciem educit, magna feſtinatione præuertens Regis paulo tardiorem inſequutionem, Feram ſe recipit, & refecto milite per Attrebates Belgium repetit, quos ferrum non ſuſtulit, lues & febrium æſtus confecit, languentium multitudo Duaci, Attrebati,

Auxiliares qui Laudunno immittebantur intercepti & necati.

Altera & ingens ſtrages Hiſpanorū.

Summa victoria.

Recipit ſe Feram Mansfeltius.

bari, noſocomia compleuit & ſerpente contage publicam ſalutem grauiſſime 1594.
[illegible]inauit, Rex prærepta oppidanis omni ſpe auxilii, & commeatus obſidionē
[illegible]ius in dies vrgebat, Giurius dum incautius in ſtatiuis caſtrorum oberrat, ſclo- *Giurius in*
transfixus occiditur; Rex, nobilitas, omniſque militia, vt ſummum Ducem *caſtris occidi-*
[illegible]m bellicarum, ſingulari gloria clariſſimum diu luxerunt, ſed Anna Hural- *tur.*
[illegible]hiuernia enixa poſthumum, qui paulo poſt moritur, maritum & prolem *Conſolatio*
mortaliter defleuit, cui Ianus Paſſeratius vernaculam conſolationem, ſumma *Iani Paſſera-*
[illegible]andia ſcripſit, tanto mœrori adhibita medela, quam Seneca olim Martiæ lu- *tii ad viduā*
[illegible]ti adhibuit; ex Giurii fato indignatio oppugnationem vehementius matura- *Giurii.*
Ferunt aliquot ante dies, quam Giurius occumberet, dum in caſtro Ferarien-
rope montem Argiuum, à militia tantillum feriatus cum gentilibus ſuis deli- *Au chaſteau*
[illegible]ur; cubanti virginem vultu admodum decoro apparuiſſe, eumque blanda *de Ferrieres pres de Mons-*
voce aut verius ſuſurro compellaſſe, heu? tune ſic altum ſtertis? euigila, iam *targis.*
eſt migrandum. dubio affatu & ancipiti oraculo, num loco vel ex hac vita; *Giurius pau-*
quantumuis bellicoſiſſimus, cui cum laruis pugnare erat inſolens, ſpectro *lo ante mor-*
[illegible]itus ſtratis primum, mox ſe cubiculo proripit nuduſque in triclinium fugit, *tē ſpectro ter-*
enſis tædis, rogatur quid rei ſit, vnde metus, quod vel quale oſtentum Giuriū *retur.*
[illegible]per interritum terruerit, vbi ſe ex pauore recepit, fatur anhelus, *è repulcherri-*
metu perculſum, cumque à ſiſcitantibus reſponderetur, ſibi mortalium formo-
[illegible]mo à ſpecie ſimillima vanum fuiſſe pauorem. Adiicit Giurius pauiſſe, quod
[illegible]ctrum nihil humani mortaliſue præ ſe ferret, fortiſſimum quemque appari-
[illegible]ibus ſterni. Vbi vero illuxit neſcius quid portenderet in Laudunenſia caſtra
[illegible]it, quibus vbi ſucceſſit, eam quam diximus mortē oppetiit: Res huiuſcemo-
[illegible]d Bruti caſum proxime accedit, niſi quod laruale terriculum immani & hor-
da ſpecie Brutum perculſit, addiditque viſurum in Philippis, & vidit paulo
[illegible] mortem; Giurium vero vt veriſimile eſt, bonus genius virginis decora ſi-
[illegible]itudine veluti proximæ beatitatis prænuncius commouit. Virtus bellica &
[illegible]ororis, in Giurio dubia palma certabant, ſed qui in cute curanda non eſſet
[illegible]le operatus, nec fuco & calamiſtris formam excolebat, quod ſolent elegan-
[illegible]es Aulici quinimo non indecoro puluere ſordidus militiæ laboribus neutri-
[illegible]m parcebat. Fœderationis acerrimus fuit oppugnator, ad vrbis portas creber
[illegible]uotidianus, quo annonam & commeatum auerteret, vnde à Lutetianis in
[illegible] tam implacabile odium ingenitum vt Eccleſiaſtæ in publicis concionibus
[illegible]nibus diris Giurium deuouerent, qui vnus vrbi populoſiſſimæ & eſurienti a-
[illegible]oniam inuideret. Balagnius Cameraci nuper factus regulus, puluere tormen-
[illegible]o & globis Regem opportuniſſime iuuit; hiatu muri facto Laudunum omni- *Oppugnatio*
copiis inuaditur, obſeſſi vim egregie propulſant, ter inſultus redintegratur, *Laudunēſis.*
[illegible]antæ vi impares oppidani, de deditione verba faciunt, quæ his pactis tandē,
[illegible]ulii compoſita: *Carolus Emanuel Ducis Mainii filius, Burgus Laudunenſis præfectus* *Deditio &*
uni militum, nobiles, duces, centuriones, vrbana præfecturæ officiales, primarii, ciues, mi- *pacta.*
laici, Galli & exteri milites intra diem Auguſti 2. Laudunum vrbem cum tormentis, pul-
bellicisque armamentis dedituros promittunt, niſi prima die Sextilis à Duce Mainio vel
ratis, obſidione liberentur, vel ab eis non pauciores mille auxiliatores immittentur, ea lege

[illegible library stamp]

[illegible] *[illegible] in [illegible] milla [illegible] iuuent, portas tantum aperient: quod ſi pauciores [illegible] numero, vrbe emiſſuros pollicentur, quibus ad [illegible] [illegible] daturum ca [illegible], qui Ducem [illegible] de [illegible] ſine ſuccurratur [illegible] cum [illegible] ardente [illegible] qui eos [illegible] Feram, aut Sueſſiones pro [illegible] [illegible] res que ſuas ſaluas fore, cuilibet ab vrbe diſceſſum liberum [illegible], ſi ad regiarum partium vrbes ſe ceſſerint, fortunis ſuis libere vſuros, ſecus ſi ad fœderates reuertantur: omni Clero Laudunenſi exacti temporis remiſſa eſt decumalis penſitatio, æris publici condonata exactio, & à quæſtoribus rationes accepti & expenſi probatas iri ſancitum, ſi ad munimentum vi aut diruta domus, ſupellex, vel quid aliud, regias partes amplexantibus ademptum eſt paſſi damnum, Magiſtratui Aedilibusque vrbis nullam controuerſiam vel moleſtiam faciant: qui a Mainio magiſtratu aliaue præfectura eiuratione aut per obitum affecti ſint, accepto regio diplomate libere & ſecure muniis ſuis perfungentur.* De huiuſcemodi pactorum fide implenda, dant oppidani obſides, Antiſtitem Laudunenſem, Fræſneum & Belfontium Tribunos militum, ac primæ notæ nonnullos ciues. Dicta die expectato auxilio fruſtrati oppidani, vrbem dedunt, quibus inconcuſſe ex fide bona pacta ſeruata ſunt.

Condit[illegible] deditionis cum [illegible] [illegible] deditur.

Erneſto Archiduci pompa ab Antuerpianis exhibita.

Archidu. Erneſtum menſe Iunio, Antuerpiani ſumptuoſiſſimæ pompæ apparatu excipiunt; ſed dum tempus & opes inaniter terunt, *Grænoſa* Friſiæ munitiſſimum oppidum, milite, commeatu omnique bellica ſuppellectile inſtructum, à Comite Mauritio Naſſauuio obſidione cingitur, oppidani fiducia rerum omnium quæ ab obſeſſis deſiderantur, egregie hoſtem propulſant, pluribuſque machinis illum in caſtris appetunt, quam ipſe illos. Mauricius vt vi aperta ſic occulta per cuniculos obſeſſos premit. At cum nihil inuictum ſit aduerſus pertinacem obſidionem, niſi foris ſuccurratur, obſeſſi cum ſerum vel nullum auxilium expectarent, Mauricio ſe permittunt.

Obſidio.

Deditio Oppidi ab Friſia noch[illegible]

Ambiani, Bellouaci, & finitimæ vrbes, Laudunenſi expugnatione territæ, ſpontanea deditione periculis ſe ſubducunt. Caſtrum Theodorici eorum exemplo reſipiſcit, & pactione non illaudata, inſtantem obſidionem anteuertit. Auguſtoritum Pictonum moderatore Duce Elbufio ex Lotharena familia, (quod mirentur poſteri) Regem vltro agnouit; Galliæ antiquam vicem [illegible] putes, cum tot annis præpedita & oppreſſa ab Anglis, Carolo 7. victore & profligante veteranum hoſtem, effuſe & pene in nictu munitiores vrbes, municipia, caſtra & propugnacola, iugo Anglicano ſe ſubduxerunt, ita vt qui feruor, quæ omnium feſtinatio ad inſaniam fuit, ad ſanitatem decocto veterno idem fuit concurſus. Mainius cum dubiam fidem fortuna ferret, amiſſis ambactis & clientibus, qui antea multarum gentium ſe imperatorem viderat, externa auxilia emendicaturus Bruxellam iit, ſed ægre & anguſte illi ſuppetiatum, propter Hollandicas infeſtationes, quibus non mediocriter Belgium premebatur. Mainius late amiſſo imperio, reliquias in Burgundia ſibi ſeruandas ſtatuit, quæ adhuc pene integra perſtabat in fide.

Deditio multarum vrbium & defectio à fœderatis.

Supplicium de ſicariis Præſidis Briſſonii

At in conſcios diræ necis Præſidis *Briſſonii, Larcherii, & Tardii,* virorum conſularium,

Digitized by Google

n, ſeueriſſime vindicatum, ac capitali iudicio Senatus 27. Sextilis, ipſe ar- 1594.
qui furcæ eos alligauerat, furcæ ipſemet alligandus damnatur, & à gentili
queo ſtringitur: eandem ſortem nacti duo alii furciferi tædifera traducti-
tius affecti. In præcipuos authores carnificinæ, Buſſeium ſicarium, Con-
orum incarceratione famoſiſſimum, Morinum Cromæum, Cruceum, Ha-
mium cæteroſque ob immania ſcelera in Belgium profugos, latum iudici-
uo damnati membra ferro quati, laceroſque rotæ alligari, & cum pœnæ e-
gi ſubduxiſſet, pictis iconibus in eos vindicatum, memoriæ clariſſimorum
um litatum, ſed glorioſum Senatuſconſultum, funus magnificum, literato-
eniæ, parentalia non rediuiuos fecerunt, ſi quis tamen ſenſus manibus,
etum nomen ab infamia, oſſibus & cineri tacitum ſolatium. Poſtridie ve-
m Briſſonius, ad carnificinam raperetur, non ſemel nec ab vno ferunt ad-
tum à factioſis & ſanguinariis in caput ſuum dirum aliquid ſtrui. In arcano
ſſu habito decem tantum conſciis, Briſſonium per ſicarium necandum ſta-
nt, ad cædem conductus eſt gladiator quidam, nomine Epiſcopus, homo
itus & notæ audaciæ. vt tamen de Briſſonio audiuit, apud ſe facinus exhor-
per internuncium de coniuratione monitum facit. Cui cum vix fidem ha-
Briſſonius, conductum ad necem domum accerſiuit, cui id ipſum fatetur,
ius enunciat, hanc cædem ſibi imperatam, vt captiuus iamque morti addi-
aput ſuum ſeruaret, Sexdecim procraſtinationibus deluſiſſe, cauſſatum a-
llos commilitones audentiſſimos expectare ad conſortium cędis. Briſſonio
r erat, vt ocyſſime Lutetia ſe ſubduceret, pollicitus fidem operamque ad
yſiopolim; Cui Briſſonius fato reuinctus, grates agit, obteſtatus multis de
s à diſceſſu prohiberi. Poſtera die 14. Nouembris, cum Theologicis diſſer-
ibus in muſæo Nauarræo aſſideret, à Cœnobiarcha Diuæ Genouefæ, taci-
urro ad aurem denuo monetur, vt vitæ proſpiceret, à factioſis ſibi præſens
nere exitium; ſed verba ſurdo fecit. poſtridie ac diluculo cum de more adi-
uriam, à ſatellitio comprehenditur, deduciturque in Caſtelletum: vt fera-
cum ſubiit, à Cromeo rogatur num recens ad Nauarreum ſcripſiſſet, quod
nficiaretur Briſſonius; addidit, num ad illum argenteam gazam & ſuppel-
em miſiſſet, negauit id factum, cum à furibus ſubrepta fuiſſet. Subiecit cur
rdum nocentem morti non addixiſſet? reſpondet, pro tribunali non illi ſe-
udicem. Hamelinius alter Catilina vrbis, in procinctu cruce rubra (quæ
micæ gentis eſt ſymbolum) notabilis, iracunde & indignanter humerum
nii percutiens inſultauit; *Hen hodie Deus vltor, à te animam repoſcet, ſummaque tibi cedit, quod ludibrio vulgi & infami ſpectaculo ſubducteris.* Interea togatorum
nitate, ſic præſtantia ingenii Antiſtiti, tabula Cruceus crucem parabat;
ulum & viciniam Caſtelleti globis factioſorum ſepierat. Terror vt ad-
gat à Cōmentarienſi, quid rei eſſet? inſolens eſſe intra ſepta carcerum duos morte afficere: cui alter *Ne ſis percunctator, aſcende ſuperius & arbiter eſto, nũ la-cãdis locus opportunus ſiet.* feralis homo ex trabe & tigno carnificinã poſſe pa-
ōdet; cui Cromeus *Ergo Briſſoniũ alliga, & eliſis faucib. vitã adime.* Cromeo di-
mo, niſi viſo capitali decreto factuũ negat, cui Cromeus, *Nĩ è veſtigio feceris,*
id

1594. *ad ipſum feres.* Iſte nectens moras adiicit ſibi non eſſe laqueum & funes, foris exeundum vt ſibi compararet. Cruceus veritus ne ſi elaberetur carnifex, non eſſet rediturus, funes obtulit, quos Commentarienſis illico emendos curauit. Iubetur protinus adeſſe Briſſonius, qui imminentis fati, ſed ſero præſagus credulusque, Cocherio cuidam inſequenti, qui Subpræfectum capitalem agebat, inquit; *Heu quo me rapitis, ſinite in eo ergaſtulo eſſe quietum, adhibite cuſtodiam, meis ſumptibus alendam, ne de fuga ſitis ſoliciti, quam nec apertis ianuis affectarem, cum nullius noxæ in publicum mihi conſcius ſim.* Vt triclinium conſcendit, carnifex manum iniicit, quæ ſolet damnatis ſtupea vincula nectit, ligneam crucem obtulit, quam Briſſonius non deſpectu ſimulachri, hac loquutione recuſauit: *Crux illa tibi ad nocentium vſus quotidiana eſt. At quandoquidem non licet vincto, diſcinge thoracem fibulatum, habeo ſub interula penſilem, qua portiuncula ligni dominica reconditur, illa eſt quam veneror & exoſculor.* Diſcincto pectore oblatam ſæpius ori admouet. Morientem editionis libri, qui ſub incude erat, vna cura torſit, rogauitque ne quis illum temere interpolaret. Trabi alligatus anxie ſtrangulatur, Lacherius Senator Pariſienſis mortis fit ſocius, vt Briſſonium exanimem à tigno pendulum vidit; *Heu! properate carnifices, tanto homine diriter ſuffocato mortem non deprecor.* Illo extincto, tertium addunt Tardium præfecturæ Pariſienſis Conſiliarium; qui carceris limen haſtati munierant, forenſem togam Briſſonii interpollatori veſtiario addicunt, cuius precio in caupona grecantur. Vt de laniena rumor in vrbem erupit, trepidatum vehementer ab omnibus bonis, quibus ſimilis fati timor imminebat, ab illis ſcriptum ad Mainium vt ad coercendam feritatem quamprimum adeſſet. At Leſtrigonum efferata rabies priuatis parietibus non ſe continuit, cadauera necatorum per baiulos luce tempeſtiuius lucernis iter monſtrantibus, ad publicas furcas in platea Grauiæ deuehunt, cuilibet addito falſo infamique elogio proditionis; præibant gladiatores non pauci, ne vulgus immanitate facti exaſperatum ſæuiret in eos, & ſimili aut acerbiori ſupplicio, ſummum facinus vindicaret. Vt ſpectando exſatiati oculi, ipſe carnifex viduis & gentilibus auro cadauera tradidit. quo vno ſcelere teterrimo factus reus vrbe recepta à conſanguineo diri miniſterii ſucceſſore ſtrangulatur. Vel Hiſpanis præſidiariis horrori fuit ſummum nefas, quandoquidem apud Philippum vicarii longe à ſe facinus depulerunt. Briſſonius per omnes gradus togæ ad ſummi magiſtratus faſtigium euaſit. Tiraquello contribulis (vterque enim Fontenaio Pictonici ſoli oppido genitus) eruditione non inferior, luce forenſi in agendis cauſis ſuperior, quas Tiraquellus pro Roſtris egiſſe vix ab vllo perhibetur, cuius facundia priuatis tectis continebatur paginiſque admiranda perlegitur. Formulas actionum, & ſolemnia verba Quiritium, Briſſonius ex abditiſſimo antiquitatis penu collegit; Regias ſanctiones, & ſparſa prius edicta, vt errantes Cycladas nullo ordine indigeſta in vnum corpus congeſſit, quod ab Henrico III. qui hanc illi lucubrationem impoſuerat, inſtar Iuſtinianei *Henricianum Codicem* inſcripſit: opus multi olei & vigiliarum, quo occupatorum ſtudia non parum promouentur. In Briſſonio bonæ omnes artes, & ſapientia ciuilis magnam iacturam fecerunt, nec poſt Cuiacium ex noſtratibus alter fuit, qui iuri ciuili & forenſibus formulis, ex vniuerſali litteratorum campo decerptis clario-

Elogiũ Barnabæ Briſſonii.

Opera quæ de iure ſcripſit Briſſonius.

Codex Henricianus.

rem

tcem attulerit. Ille ex leuibus initiis in ſummum oratorem cauſſarum pri- 1594.
mum effulſit, mox inclareſcente fama, triumuir fiſcalis factus eſt, poſt ſummũ
ial conſcendit, præſes nedum purpuratus ſed infulatus, & pileatus factus:
ed nimis popularis eſſet illi noxiæ fuit, quam enim alii ſeueritate retinue-
uthoritatem, comitate vrbaniori amiſit; ſi malis audentius obuiam iiſſet,
licæ diſciplinæ neruum non ita ſocorditer relaxaſſet, à fœderatis mitius
tum fuiſſet, ſic quas ab aliis exigere pœnas debuit, quod indulgentior fue-
e dedit, exemplo poſteris memorabili vt indomitæ feræ belluęque multo-
apitum legum fræna imponant; vulgus enim terrere ni paueat, vbi perti-
ii impune contemnitur.

Expoſtulatio in Ieſuitas.

Ieſuitas magna procella inſurrexit, in eos frementibus Academiæ profeſſo-
quod ſeorſum & extra ordinem priuatum habeant ſodalitium, ad hunc
diem decreta Vniuerſitatis detrectaſſe, Rectori non eſſe audientes, ſuis «
taxat præfectis priuatim morem gerere, vt Caſtorem dubii eſſe ordinis, o- «
m plumas furari, non vna Sparta eſſe contentos, qui paſtoribus ſuas oues «
iant, priuatis ſacrificiis quemlibet ſuſcipientes & expiantes, ceterorum e «
ſ dites eſſe, neſcio quo hamo ex nobiliori qualibet familia adoleſcentes in «
s expiſcari, ſuis faſcinationibus bello furente omnem pubem traxiſſe, ob-
& eſuriente Lutetia frequenti ſchola docuiſſe, Ignatianos ſolos facere Vni-
atem, quæ olim tot muſæis frequentibus & vix turbis auditorum capien-
floruerit, priſcam gloriam nunquam fore rediuiuam, niſi eiectis qui eam
dinem fecerint. His & pluribus in publico conſeſſu propoſitis, in æde Ma-
nea hoc decretum promulgatur *Anno Domini milleſimo quingenteſimo nonage*

Verba decreti Academici vt ſe habet in actis publicis

uarto, die Lunæ decima octaua Aprilis, conuocata vniuerſitas omnium ordinum huiuſ
yti ſtudii Pariſienſis apud ædem Diui Mathurini pro ſupplicatione peragenda ab Aca
, in ædem ſanctæ Capellæ regalis palatii Pariſienſis, ad reddendas gratias altiſſimo Deo,
luctione huiuſce almæ vrbis, proſperitate & fœlici ſucceſſu Chriſtianiſſ. & inuictiſſ. mi
ii noſtri Henrici IV. Regis Francorum & Nauarræ, conſeruatione dictæ vrbis ſub di-
& protectione dicti domini noſtri Regis, ac pro quamplurimis aliis rebus ad Academiam
ntibus, atque ſuper ſupplicatione facta à domino Laurentio Bourceret artium doctore,
andis in ius Ieſuitis, vt omnino eiiciantur. dicta vniuerſitas debite vt moris eſt, hora ſo-
: conſenſu vnanimi omnium doctorum & magiſtrorum, ſingularum quatuor faculta-
& quatuor procuratorum nationum, nemine repugnante cenſuit & determinauit, eſſe
ndum ſupplicationi dicti Bourceret, ideoque in iudicium & ius rite & conuenienter Ie-
eſſe vocandos, vt eiiciantur omnino. Eam ob rem cenſuit Academia ex ſingulis ordini-
minandos aliquot ſelectos viros, qui ea diligenter curent, quæ ad litem contra Ieſuitas
ndam pertinent: vnde facultas Theologorum nominauit D. magiſtrum Adrianum
boiſe ſummum Regiæ Nauarræ moderatorem, & alium doctorem, quem dictus D.
boiſe eligere voluerit: facultas decretorum, quæ acta ſunt approbauit, & quia vnicus
m doctor nomine D. Dauidſon, aderat, promiſit ſe nominaturum aliquem alium ex ſuis
ribus: facultas Medicorum, ordinauit D. M. Iacobum Couſinot: Poſtremo facultas artium
nauit dictum M. Bourceret, & D. Georgium Criton: ſicque ſtatutum fuit vnanimiter &
ne repugnante concluſum per D. Iacobum d'Amboiſe Academiæ Rectorem totamque

Digitized by Google

1594. *vniuerſitatem ſigillatim decretū.* cera rubea ſigillo Academiæ dū Val actuarius ſubſignauit. Hoc programmate fultus Rector 22. Maii pro more recepto, Latina expoſtulatione apud Senatum acerbe & vehementer admodum Ignatianos in vltimas terras deportandos cōtendit, Neotericos, nuperos Hiſpano-belgas, Spartacos, Synones vocat, qui falſo ſe venerabili nomine Ieſu venditent, qui nihil a-

Concio forenſis Rectoris Academiæ.

„ liud quam bella ciuilia, perduellionatum, Salicæ legis repudium, Capetiæ do-
„ mus exitium, in ſcholis, in Eccleſiis ſuaſerint, denique nihil ab eo prætermiſſum,
„ quo eos poſtremiſſimos nequiſſimoſque mortalium faceret: fauebant tempora poſtulatis Academiæ, & recordatio malorum recentium, vel ſilenti Rectori patrocinari, Ignatianis ora obſtruere videbantur, neutiquā tamen animos deſpondent, obteſtantur Decretum 22. Aprilis non legitimis comitiis prolatum, ſed furtim & tumultuario ambitu nonnullorum, qui frequentiam ſcholæ Ieſuita-

Verba ipſiſſima Rectoris ex eius oratione excerpta.

„ rum inuident extortum contendebant, primæ claſſis Theologos Sorbonicos,
„ Nauarricos, Cholletios non ſubſcripſiſſe, ex facultate Pontificii iuris vnum duntaxat, cum nunc adeo ieiuna, & conclamata ſit illa facultas, vt collegium ad v-
„ num redactum ſit, regios item profeſſores qui Academiæ nobiliorem partem faciunt, tribunitię huiuſcemodi cauponationi non aſſenſiſſe, quin imo ſi rogati accitique, procul dubio contrarium ſuaſuros fuiſſe, atq; hoc tale decretum furtiuum nullum iniuſtum atque irritum eſſe. Sodalitium ſuum iampridem in Piſſiacenſi colloquio Antiſtitum, & totius Cleri aſſenſu receptum, non poſſe con-

Ieſuitarum oratio & ſui ordinis propugnatio.

” uelli & deturbari niſi contrario diſſenſu, non ſemel hoc turbine fori concuſſos,
” ſed quos Senatus pro ſua ſumma prudentia, Claromontana ſua ſtatione quietos
” eſſe voluerit, quod fœderatis concionibus ſcriptiſue fauerint non priuatum eſſe,
” ſed publicum crimen, cum reliqui vrbis præcones nihilo mitius ſe geſſerint,
” id factum temporum vitio, cum falſo ſibi perſuaſum eſſet religionem periclitari,
” clementia principis vniuerſa condonata, quæ cum omnibus data ſit, ſibi priua-
” tim non eſſe negandam, publicæ inſanię pharmacum obliuionem, vel ex edicto
” iniunctum, peccari in legem renouatione eorum, quæ princeps optimus æterno
” ſilentio ſepulta eſſe voluerit. Vocati in ius vadimonium ſæpius procraſtinant;
” tandem ianuis clauſis controuerſiam agitari impetrant; ſed vbi fores patuere, tā-
” ta vis irrupit vt frequenti foro lis peracta ſit. Academiæ Cauſidico, in conſortium
” venit paſtorum Curialium vrbis aduocatus, qui hoc vno potiſſimum telo Ieſui-
” tas appetebat, quod ſacra exomologeſi & ſynaxi, parochianos ſubſtraherent; vnde anarchia & ſumma rerum omnium perturbatio nata ſit. Probro illis datum

Ieſuitis quæ obiiciuntur.

„ eſt Carolo 5. & Philippo filio Hiſpaniarum Regibus fidam operam locaſſe, qua
„ vniuerſi orbis imperium captatis animis hominum, illis vel alteri conciliarent,
„ tota Italia & Hiſpania ſummas opes conſequutos, ad purpuram Cardinalium
„ iam ſibi viam feciſſe, ſummum ambire ſacerdotium, quo omnia pro nutu ſuo re-
„ gere valeant, ſibi in votis ſummum eſſe & præcipuum, vt Generali ſuo qui per-
„ petuo ex gente Iberica creandus eſſet per omnia & in omnib. obſequentes ſint,
„ Regi Hiſpaniæ igitur ſummam fœlicitatē & totius orbis dominium precari, plu-
„ reſque eſſe qui auderent precantes nuncupatim *pro Rege Philippo*, è cōuerſo à Re-
„ ge Chriſtianiſſimo alieniſſimos fuiſſe, nec mirum cum duob. dominis ſeruire non poſſint.

Digitized by Google

1594.

:.Huius dogmatis authores fuiſſe, *videlicet Papam, quantumuis Hiſpanicis partibus ictum, ius habere ſoluendi ſacramento & obſequio ſubditos in Regem ſuum, ius eum abdi- di regno vtq; occupantis fiat*, menſe Ianuario 1589. cum in ſcholis Sorbonicis quę) illa agitata fuerit *Num ſubditi obſequio erga principem ſuum ſolui poßint*, *Fabrum* *ebotium, Chauagnacium*, & veteranos id nuſquam fas eſſe contendiſſe; Iuniores . in ſcholis Ieſuitarum, hoc peſtiferum dogma didiciſſent, quæſtioni nefandiſ- ıæ calculum & aſſenſum præbuiſſe. Denique in eos longa ſcelerum ilias decā- ı, vt non vno telo percuſſi ſint, ſed toto corpore ferrum exceperint. At ne ſi- tio tot probra agnita viderentur, peracta forenſi actione hanc colluuiem de- gere non erubuerunt, edito ſcripto Apologetico, quo Rectorem & Academi- ; non eſſe ferendos, cum nō ſua interſit, ſed publici cognitoris ac Triumuiro- n fiſcaliū, in quorum manu publica ſit cenſio & animaduerſio. Decretū Ma- ıtineū Sorbonica definitione conuulſum his verbis *Cenſere prædictos patres ſocie- s Ieſu redigendos & recenſendos eſſe in ordinem & diſciplinam vniuerſitatis: regno autem lluo nullo modo expellendos*: Facultatē artium decreto fidem abrogaſſe, ſyngrapha am procuratorū nationalium, Decanū profeſſorum iuris Pontificii, medicinę ndicū non de expellendis, ſed tantū cogendis in ordinē cogitaſſe, Rectorem ne vnum decreti eſſe conditorem: Ex quadraginta circiter paſtoribus vrbanis, tuor eſſe duntaxat qui controuerſiæ nomen dediſſent, Epiſcopo & Decano iis, non paucis licuiſſe vniuerſorum nomine in foro cauſam dicere. Sodaliti-) Ieſuitarum in Tridentina ſynodo pontificiis reſcriptis *Pauli 3. Iulij 2. Pii 4. & regorii 13 & 14.* à Clero Gallicano in Piſſiacenſi conſeſſu, ab Henrico II. Fran- co II. Carolo IX. Henrico III. atque à ſupremis curiis approbatum & receptū natum Pariſienſem non ſemel pias largitiones & legata ſibi facta addixiſſe: ımeram rationalium computorum immunitati collegiorum ſuorum calcu- m adieciſſe; non eſſe quod Rector ipſe & commilitones Academici conque- ıtur, ſi quidem parati ſint iurare in verba & decreta Academiæ, Regi Henrico ſummam fidem & intimum obſequium polliceri, colere & obſeruare pro) legitimo principe qui à Ludouico IX. indigete ortum duxerit, quē ordo ſan- inis & cognationis ac patriæ leges ad auitum imperium acciuerint; publica & iuerſali clementia Regis & rerum præteritarum condonatione nō eſſe exclu- ndos, qui cum cæteris dictorum factorumue conſortium habuerint, vt publi- delictis ſic gratia ęquandos, ſi ſua domeſtica facta citra liuorem excutiantur, inus fuiſſe populares, Tribunitios & rerū bellicarum gnaros, cū nec fœderati- ıi publicæ quā Vnionē vocabant, nomen dederint, vt ab Eccleſiaſticis pro cæ- ate temporū factum fuit, non galeā, non arma induiſſe, non in publica luſtra-)ne nedū Eccleſiaſticorū ſed religioſorum armatorū conſpicuos aut irriden-)s potius fuiſſe, non externo auro & ſtipendiis venalem fidem habuiſſe, nō cœ- ous illicitis aut cruentis conſiliis interfuiſſe; peccaſſe quidem exemplo & cum ıteris publicam inſaniam inſaniuiſſe: in poſterum non eſſe metuendum ab il- ;, vt reb. aulicis & politicis ſe immiſceant, quandoquidem ſui ſodalitii priuatis gib. in noua congregatione Romæ recenſitis Nouembri 1593. cautū vetitumq; diſtricte, vt ab omni rerum ſæcularium tractatione, & principū negotiis abſti- neant.

Verba decreti Sorbonici.

Ieſuitæ cooptationi in Academiā ſe ſe offerunt.

Armatorū Eccleſiaſticorum ludicra proceſſio.

Nouum ſtatutum Ieſuitarum.

D 2

1594. neant, ſi regno faceſſere cogantur æmulorum inuidia, non leue damnum bono publico illatum iri, cum pii elargitores conditoreſque ſui collegii Claromontani, legatorum indictionibus anniuerſariiſque parentalibus priuentur, ex primariis patriciiſque viris non paucos, emiſſis regno Ieſuitis qui hoc inſtitutum profeſſi ſunt, liberis agnatiſque cariturros, pubem Chriſtianam ac præcipue egentes, quorum minerualibus perſoluendis res anguſta domi impar eſt, non leuē iacturā facturos, qui ſubſunt ferulę Ieſuitarū, magno compendio temporis & ſumptus, plurimum proficere, præcipue in diſciplinis placitiſque Philoſophorum, in quibus citra inuidiam, ſui profeſſores primas tenent. Hęc vel non diſſimilia Apologeticus ſcriptor multo latius explicabat, ac probra forenſia ſigillatim ſuoque ordine ſic diluebat; illis ſcilicet quatuor potiſſimum obiici; *primo quod S. Pontifici nimium addicti ſint: 2. quod à Gallis degeneres, Hiſpanicos mores induerint. 3. quod irrequieti ſint & Tribunitii in vulgo. 4. quod Regum principumque ſint ſicarii.* Quo ad primum referebat Apologeticus, Ieſuitas cum naſcentis Eccleſiæ Chriſtianis Roma. Pontificem vt vicarium Chriſti in naui Petri gubernatorem, caput Eccleſiæ agnouiſſe, hæc elogia & obſequia non eſſe priuata neque recentia Ieſuitarum, ſed orbis vniuerſi, qui Chriſto regeneratus ſit; Papam nunquam rerum temporalium moderatorem, clientelari obſequio & vaſſallorum more agnouiſſe, qui in Principū Regumque ditiones & imperia ius ſummum diſtringere, & ea ad nutum variare poſſit, falſo collegę ſuo Bellarmino tribui, quod ille in ea fuerit ſententia, citatū mendoſe & maligne caput 9. lib. 5. affirmaſſe quidem Papam in exarchatu, Bononia, Spoleto, Æmilia, Rauenna, ceteriſque Pontificiis ditionibus ſummum eſſe principem, ius habere vitæ & necis, denique agere quod Reges omnes in regnis ſuis, tribus votis duntaxat alligari. quartum habere aliud *certo modo* circa miſſiones tantum, hoc eſt, ſi S. Pontifex cuipiam ex contubernalibus, vt ad iuuādam rem Chriſtianam (quod vel iniuſſi ab ortu ſuo fecerunt) ad Indos Peruuianos, Leſtrigonas profectionem imperauerit. Quarto illo voto ad obeundam illam prouinciam & duriorem ſi iubeatur alligari, votum illud vt à probro vindicetur, eius hanc eſſe conceptis verbis formulam; *inſuper promitto ſummo Pontifici ſpecialem obedientiam circa miſſiones.* Votum illud quartum non tam Ignacianum, quam commune cum vniuerſis præsbyteris, qui cum initiantur, apud ſuos Præſules hoc ſacramento ſe alligant, *Promittis mihi & ſucceſſoribus meis reuerentiam & obedientiam? promitto.* Quod Celtiberi ſint, pugnantia illis exprobrari, nam ſi vt primo capite inſimulati ſunt quod Pont. fici Max. clientes ſint & ſeruiliter addicti, non poſſe fieri vt Hiſpano ſeruiant, cum dominium ſit impatiens conſortis, Pontificem & Hiſpanos Reges, in ſæcularibus plærumque eſſe admodum diſſitos & diſcrepantes, ita vt viciſſim armis experiantur & decernant. Non cœlo & ſolo Hiſpanico natos, tota Gallia nullum habere Hiſpanum commilitonem, cum religione neutiquam exuiſſe patrios mores, non illam ademiſſe ingenium & manſuetudinem Gallicam, non eſſe hoc opprobrium tribuendum optimo inſtituto, vt quaſi Circæo poculo in aliam gentem transformati & efferati ſint, vel vultu ipſo teſtari patriam, non aduſta & fuſca cute referre Africanos, concordes eſſe votis & ritibus viuendi, ſed genio & natura, cum

Apologetica reſponſio Ieſuitarum ad quatuor potiſſimum quæ illis obiiciebantur.

4. Votum Ieſuitarum.

Nemo poteſt ſeruire duobus dominis.

Digitized by Google

1594.

ı ſtoica ſeueritate Hiſpanorum multum diſcrepantes, non ſolum indigenas quotquot Galliam incolunt Ieſuitæ, ſed non paucos eſſe, qui gentilitate & natione proxima P. Conſcrip. attingant; mirari ſe plurimum quod pro exactoribus, inſtitoribus, emiſſariis, ambactiſque Hiſpanorum traducantur, com eam noxam inciderint, patriam parenteſque & amicos hac proditione venent; ab Hiſpano non aurum non ſtipendia meruiſſe, vt plurimi qui in ſumma ſtate Lutetiana, auro Indico, fidem venalem habuerint; anguſtias annonæ, ı cæteris anxie toleraſſe, in eadem naui feciſſe, quod lex nautica & Rhodia de u cogit; argumento eſſe vt plurimum, nuſquam ſe deuouiſſe Regi Hiſpano, od cum prece, pretio, comitiiſque publicis, regnum Galliæ affectaret, & ambi-illum ad eos non ſcripſiſſe, vt ad plurimos, quorum interceptæ literæ nomi- & ſyngraphas prodiderunt. Cum vero anno ſuperiore populari inſania, Autæ ſeu Infanti Hiſpanicæ & Erneſto Archiduci, (quaſi lilia haſtæ & auctioni-ac pluris licitanti ſubiacerent) deferendum regnum publicaretur, Ieſuitas ı inſolens propoſitum vt portentum, priuatim verbo & facto exhorruiſſe. ın eſſe veriſimile ſodalitium ſuam D. Lodoici memoriæ tum ob ſummum incælites ſuum principatum, tum ob ſenioris Borbonii Cardinalis ſui gentilis nma beneficia addictiſſimum, ſuis nepotibus vt auita lilia eriperentur & Frã o ſolo auulſa, in alienam gentem coaleſcerent procuraſſe. Cunabula Ignatii yolæ inſtitutoris ſui, à maledicis male intellecta, cum ille non Hiſpanus, ſed ur & Cantaber fuerit, & vt populariter loquar, Nauarræus, & ſi iura finerent nrici IV. & proauorum indigena & ſubditus erat.

Sed feramus fuiſſe Hiſpanum; DD. Dominicus Calguritanus, hoc eſt, me-Hiſpanus fuit, Franciſcus Italus & Aſiſias, nihilominus Dominicani & Francani, non publice iactantur & exploduntur pro Hiſpanis & Italis. Ignatianum tituтum non in Hiſpania, ſed in Regna Galliæ Lutetia, primordia duxiſſe, à yola qui cum ſibi accitis decem artium magiſtris, lucro animarum & iuuen-is inſtitutioni ſe deuouit.

At qui obſtrepunt, non niſi Hiſpanum creari Generalem ordinis Ignatiani, l hoc vno rerum geſtarum & recẽtium profiteri imperitiam, cum Claudius ab quauiua, ex Partenopæorum principum familia ortus, hoc nunc munere pergatur, cuius gentilibus, Hiſpanus infenſiſſimus fuit, quod partes Gallicas, A-gauorumque Ducum aduerſus Aragonios ſequuti ſint, qui eum antecellerat il. Traiectenſem Belga-germanum in ſuo ſodalitio pro principibus, precatios & vota quotidiana, indiſcriminatim fieri, ſed priuatim enixe & effuſe pro g bus principibuſque, in quorum finibus ſuum habet incolatum. Emundum ıgerium, ſui ordinis olim tota Gallia notiſſimum, in ſua Chriſtiana parenæſi o incolumitate Regum Galliæ priuatas preculas ſcripſiſſe. *Aquauiua Generalis Ignatiarum.*

Ribadanieгem Hiſpanum pro Hiſpano Rege idipſum feciſſe, quod Gallis-ſuitis noxæ tribui non æquum ſit, nec in liturgia, aliſue precationibus, vocem am ab vllo mortalium exauditam, *Oremus pro Rege noſtro Philippo*, id confictum b his qui nedum Miſſæ interſunt, ſed eam teterrimo odio inſectantur loco ıuenti habendum ſimiliter, quod illis exprobratur, aduerſus Antonium Luſi-

Digitized by Google

1594. taniæ Regem, pro Philippo ſtetiſſe. At quæ Genuæ ad oram Liguſticam, Hiſtoria excuſa dicitur, Geneuæ potius excuſam fuiſſe, quæ non pro germana, ſed ab æmulis conficta habenda. Matheum illum, qui ad Regem Hiſpaniæ, à Sexdecim vulgo nominatis perſonatus tabellarius ſcriptas literas deferebat, vt ex probatur, non fuiſſe Ieſuitam, ſed ex Mendicantium familia eumque Hiſpanum; Ieſuitas non Gallos iuuenes, in Hiſpanos commutare, quod mendaciter obiicitur, cauere quidem quam plurimum ne hæretica prauitate imbuantur.

Quo ad 3. obiectum *ſeditioſos eſſe & vulgi concitatores*, ab iſto ſcelere alieniſſimos, in Italia, Hiſpania, Germania, Belgio, & Sarmatia, à pluribus annis ſcholas & ſodalitia habuiſſe nec apud gentes illas, de eorum morib. vllum vicinum cõqueſtum, ſcholis & concionibus occupatos, longe à tumultu & intemperiis vulgi, in Muſæis quietos vixiſſe, Varadum regiæ cædis ſicario Barierio non ſolũ non ſuaſorem fuiſſe, ſed cum à perdito & dementi vrgeretur, hominem ablegaſſe; fiducia inſontis animi, poſt ingreſſum Regis Lutetiæ mãſiſſe Varadum, donec certior factus, tanti criminis labe aſpergi, atque hinc in diſcrimen vocari, liuori delatorum ſe ſubduxiſſet, nec illum tam conſcientia ſceleris, quam quod intellexiſſet, maluiſſe Regem eum alibi eſſe, quam Lutetiæ, vt voto morem gereret, diſceſſiſſe. multo effuſius, ſtili ſpongia, abſtergere maculas enixus eſt Apologeticus ſcriptor, quæ miſſa facio, quod in commentariis, ſtrictim delibaſſe ſatis ſit.

Libellus ſupplex Card. Borbonij ad Senat. Pariſ. Item alius libellus Ducis Niuernenſis. Ambarri apud Cæſarẽ in Comment peuples a l'entour de Neuers.

Peruicerunt tamen Ieſuitæ, tum priuatis efflagitationibus, tum principum ſummorumque procerum ſuffragiis, vt lis mora, pro derelicta veteraſceret. Carolus Borbonius Cardinalis, procellæ inſultantium, tanquam obicem ſe oppoſuit, dato ſupplici libello, ad P. Conſcriptos, menſe Iunio, cum grauiſſime decũberet, adiecto in calce propria manu, *Si per valetudinem liceret apud vos poſtulata præſens facere, vox perageret, quod tremula manu exarat calamus.* Ludouicus à Gonzaga, Dux Niuernenſis, libello itidem ſupplici non ſolum rogat in ſuo Niuernenſi oppido, Ambarroſque apud ſuos, indigenas & cenſitos, muſæum Ieſuitarum ſartũ ſaluumque relinqui, ſed ob collegarum aliquot dementiam non eſſe vindicandum in vniuerſos, in ſua recenti Romana legatione, regno locupletiſſimum teſtimonium reliquiſſe quam de eius Regiſq; incolumitate, anxius fuerit, ſi quid moliti eſſent Ignatiani, quod Regi & regno ad exitium eſſet, primum fore vltorem;

Tertius libellus pro Ieſuitis ab Epiſcopo Claromõtano.

Marchionis Canilliaci pro Ieſuitis teſtimoniũ.

Chromontanus Epiſcopus ſimiliter, interceſſit, ne proſcriptione illorum, indicta onera & munia, teſtamento olim anteceſſoris præſulis, infecta manerent; & quia aduerſarii Ieſuitas adoleſcentium nobiliorum expiſcatores & qui Lamiarũ more è ſinu parentum alumnos præriperent, aſſeclas & heredipetas prædicabãt, edito exemplo fratris Marchionis Cannilliaci, quem præſtigiis ſuis, ex vlnis ſuorum auulſum iactabant, ipſe Marchio, publico teſtimonio fratrem, nulla arte vel aucupio, ab illis ſeductũ vel ſubductũ pronunciat. Sic tãtiſper prima illa procella deferbuit, quietura in paucos meſes, donec ſæuior, decumano fluctu reſurgat.

Cardin Borbonij Iunioris obitus, & encomium.

Pergamus vltra, ex ordine temporum: Ille Cardinalis Borbonius longa tabe & macie exhauſtus, ſtilicidii anxietate grauiſſime laborans, deſinẽte Iulio, in palatio Abbatiali ſancti Germani ſuburbani, in vlnis Commoleti aliorumq; Ieſuitarum,

Digitized by Google

m,quos in diuturna lucta morbi, ad vtramq; autem & ceruical perdios per- 1594.
:eſq; habuit, placide expirauit. Princeps comis, literatus, ordinis Eccleſiaſti-
ndex & aſſertor ſummus, cui non tam lilia & ſtemma regium, quā boni mo-
: non fucata religio, purpuram conciliauerant, contigit mihi, biduum ante-
n fatis concederet, audiſſe luctam medicorum, inter quos empiricus qui-
, Paracelſi ſectarius, iam conclamato ſalutem pollicebatur, ſi curandus tra-
tur, ea lege, vt ſi non mederetur, pro præmio vltimas pœnas ſponte lueret.
r ſuos, dubitatum num circumforaneo tradendus eſſet, quod non pauci an-
oant, quandoquidem medicorū ordo pro defuncto haberet, contra alii quo-
ſententia peruicit, non eſſe ferendum, vt ganeo de genere illorum qui nego-
tur animas noſtras, & per mortes experimenta agunt, morte principis Bor-
ii, fallaciam artis ſuæ nobilitaret. Ille tamen reclamantibus cunctis, cum offi-
iſſime vel ante diem occidere maturabat.

Empirici medici audax pollicitatio de reſtituenda ſanitate Cardi. Borbonio.

Menſis Maius, huius anni florem ſuauiſſimum & immarceſſibilem protu-
Hiacintum nempe olim Diui Dominici in ſui ordinis primordiis ſodalem,
s diualibus per Clementem VIII. additum; ille ante Pontificatum cum Hip-
tus Aldobrandinus nuncuparetur. à Sixto anteceſſore in Sarmatiam miſſus,
omponendos bellorum motus grauiſſimos, inter eum Moſchouiæ, Molda-
, Valachiæ, finitimosque Getarum principes, dum legatione perfungitur, à
natis de ſanctitate Hiacinti, miraculiſque quæ mortalis edidiſſet, hiſque quæ
ius tumulum, poſt ſuam immortalitatem crebro fiunt admonetur, rogatur-
vt Romam redux, apud Sixtum ſit deprecator, vt eum æuiternitatis indige-
oniſque honore dignetur; non defuit poſtulatis Sarmatarum Hippolitus, ſed
us, grauioribus curis præpeditus, bello ciuili Galliæ, proſcriptorum latroci-
, qui flagitioſiſſime Italiam diuexabant, immortalitati Hiacintum com
ndare haud potuit; mortuo vt ſucceſſit Hippolitus, factuſque Pontifex, Cle-
nſq; appellatus interpellatur à Rege Poloniæ, vt qui legatus Apoſtolicus, de
icinti inſignibus factis, ampliſſime certior factus fuiſſet, eum poſt tot ſæcula,
ſempiterno in cœlo fruentem in calendarium referre, vltra non differret.
nuit Clemens, & repetita factorum piorum probatione, miraculiſque longo
ine annalibus recenſitis, cœtui beatorum 15. Calend. Maii annumerat, indi-
que quotannis, eius memoriæ feſtum diem 15. Sextilis: Guillielmus Blancus
iſcopus Graſſenſis & Vencienſis, heroico verſu, Hiacinti hiſtoriam, apotheo-
, diualemque cooptationem, eleganter texuit; hinc aræ, puluinaria, ſuperum-
ſolemnia nouo cæliti poni cœperunt, deſiitque nomen Hiacinti fabu-
fœdiſque Apollinis amoribus inceſtari, nec iam Chriſtiani illud erube-
nt.

Diui Hiacinti Dominicani in Sarmatia nati apotheoſis.

Clem. VIII. ante pontificatum vocabatur Aldobrandinus, egeratq; oratorem pontificium in Sarmatia.

Apotheoſis diui Hiacinti.

Couerdam ab Hiſpano-belgis obſeſſam, Mauricius ordinum Hollandiæ
eſignatus & vicarius, non modo liberauit, ſed arces, quibus ad vrbem com-
atus præcludebatur, deleuit, hocque fræno coercitos ciues ſoluit, mox Gron-
gam obſidet. primaria eſt vrbs Friſiæ in Traiectenſi diœceſi, quæ olim præſu-
ſuum, pro dynaſta non modo miſtico, ſed & ſæculari & ſupremo agno-
bat.

Mauritius Couerdam obſidione liberat.

Dehinc

1594. Dehinc ad Saxonem eius iure translato, Gronningenſes, cum ægre eius dominatum ferrent, diutiſſime & implacabiliter, pro libertate cum eo dimicarũt, tandem ab eo redacti in ſummas anguſtias, de pace oratum mittunt, depoſcentes vt arce ad coercendos poſita liberarentur, quod cum Saxo renueret, oppidani efferati reſponſo, vltro ſe in Caroli Gueldrij clientelam dederunt, qui deſiderio propagandæ ditionis ſuæ, rem oblatam perlubenter & opportune accepit, miſſis præſidiariis qui Gróningam à Saxonica tyrannide vindicarunt, exciſa tamen, & funditus euerſa illa arce, quæ ciuibus fræno & terrori erat.

Obſidet Gröningam. Cuius ditionis olim Gröninga. Subducunt ſe Saxonicæ dominationi & ſe dedunt Duci Gueldriæ Gröningenſes. Saxo omne ius in Gronninga & Phriſia ceſſit Carolo 5. Cæſari.

Saxo non ferens, ab æmulo Carolo Gueldrio, ampliſſimam vrbem ſibi præripi, cum illo diutiſſime, vario & inæquali marte pugnauit, ſed poſt longa faſtidia bellorum, vt qui peregrino ſolo præliaretur, Carolo V. Cæſari non modo Gronningæ, ſed totius Friſiæ iure prætenſo, ducentis mille ſcutis auri acceptis ceſſit. Mauricius, vbi caſtra foſſis ſtationibusq; ſecure muniuit, ſex propugnacula, ſubito opere excitauit, vnicuique attributis ad præſidium, ſex pedeſtribus cohortibus, ac duodecim machinis.

Oppidani nullo extero milite, vel ſaltem exili inſtructi erant, alioquin ampliſſimo commeatu, armis, telis, puluere ſulphureo, cæteriſque quæ propugnandæ vrbi conducibilia ſunt.

Reſponſum faſtus & audacia plenũ.

Mauricius, per tibicinem de deditione, cum oppidanos interpellaſſet, reſpõſum accepit, non niſi poſt annum integre dilapſum, de re huiuſcemodi deliberaturos, interim dum voluatur, illi in caſtris ſudandum & algendum, vana potiundæ vrbis expectatione.

Eruptio ab oppidanis & Anglorum ac Scotorum ab eis ſtrages.

Mauricius, faſtum oppidanorum, repentina & irrequieta tormentorum eiaculatione vleiſcitur, ac potiſſimũ, turrim prætoriã vulgo *Dreuentelaer*, omni verberatione quatit, q̃ non ferens tantã vim tandem collapſa eſt. Angli & Scoti, propius muro ſubrepſerant, furtim ſubterraneis ſibi effoſſis cõditoriis & ſcrobibus, quos vt ſubmouerent oppidani, nocte illuni erumpunt multoſque incautius altiuſque ſtertentes mactant: portis interdiu ruebant, donec obiicibus & impedimentis præcluſæ.

Mirus caſus.

Mauricium machinis fulminantem, oppidani contrariis appetebant, ita vt ambiguũ, ab vtriſq; vnde maior bombus, vis & ſtrages. Qui res Belgicas & Hollãdicas vernacule ſcripſit, homo indigena non vanæ fidei, vt ſuſpicor, caſum haud reticendum narrat, ex oppidano tormento, globum in fauces machinæ Mauricianæ, tam certo ictu intromiſſum, vt vi illa, ſuſcepto igne, diſploſa machina, globo ſuo alium retruſerit: quod minime dubium videri poteſt, cum qui obſidentur, vt hoſtiles machinas euertant, vtroque oculo & ad amuſſim collimant. Dum Gronningæ laboratur à ciuibus, Ernæſtus Antuerpiæ in publicis ouationibus, ludis, ſpectaculis inanem operam & impenſam faciebat: vbi tamen eum deliciarum cœpit ſatietas, cogitat de obſidione depellenda, ſed dum moratur procraſtinat, dum Fuentius Hiſpanica cunctatione periculator, omnia quaſi quadam trutina perlibrat, Bataui cuniculos vrgent, & celeritate auxilia Belgarum anteuertunt.

Gronningẽſes intra ſe rixantur.

Gron-

Gronningæ euerſis antemuralibus, ſpeculis, turribus, ac magna parte mu- 1594.
m lacera, tumultuantur inter ſe ciues, alii à Mauricio non alieni, de admit-
lo ſententiam dicunt, cū nulla ſpes auxilii, ab Hiſpanobelgis affulgeret. Cō-
'tæſules, Abbates & miſtici omnes, cauentes religioni Orthodoxæ, cuius mu-
nem à Mauricio indubie perhorreſcebant, pro aris adytiſque ſtandum pro-
antur, neue altera factio præualeret, ex ſuburbio in vrbē admiſſus, cū quin-
cohortibus Coronarius *Verdugo*, cuius præſidio cordatiores facti oppidani,
ua cum exteris militibus conſpiratione, Hiſpano Regi iureiurando ſe deuin-
t, ſe tandiu propugnaturos Gronningam, donec obſidione ſolueretur. Bata-
ng lari aſtu oppidanos circumuenerunt: illi enim, poſtquam altis ſuffoſſio-
is propugnaculum, vulgo *Ooſtrepoort* excauarunt, nitro & ſulphure ſubterra-
s fornices infarciunt, mox vt ad lanienam, & occultam internecionem, ob-
s pellectarēt, in propugnaculum inſultum ſimulant, ad quem propellendū,
tota vrbe eſſet concurſum, cuniculorum pulueri admoto igne, magna vi de-
ente terra, moles omnis funditus euertitur, ciues militeſque, alii in Mauri-
a caſtra vſtulari & laceri, turbine igneo deiiciuntur, alii chaſmate & hiatu
e inuoluuntur, alii in proximum fluentum ruunt, qui ſemineces ſuperſtites
fuere, quantumuis debiles & luxati, in vrbem diffugiunt; Mauriciani, propu-
uli rudera occupant, atque ex ima tellure, ſex oppidanorum depreſſas machi-
effodiunt, amiſſo illo antemurali, magna animorum conſternatio oppida-
ſubiit, ac ſuppetiarum ſpe lapſi, miſſo tibicine ad Mauricium, deditionem
licentur, ſi rurſus eos de facienda interpellauerit; cui Mauricius, ſatis ab eo
nitos fuiſſe, rurſus non interpellaturum, cum iam vrbs illi in manu ſit, vel ſu-
nam aleam Martis ſubirent, vel de pactis dedēdæ vrbis arbitros & colloquu-
s in ſua caſtra mitterent. minaci illo reſponſo territi obſeſſi, non vltra victo
mperium detrectant, miſſiſq; de pace fecialibus Gronninga deditur. pactis,
omnino iniquis, niſi q̄ orthodoxa religione exulare iuſſa, noua diſtricte in-
atur. Mauricius, poſtquam vrbi proſpexit, refecto muro, præſidio impoſito,
ctoq; non modo Gronningæ, ſed totius regionis præfecto, Guillielmo Naſſo-
o gentili ſuo, Amſterdamum victor & laureatus ingreditur, mox Hagam, &
iter facit, acclamationibus, honoribus, ampliſſimiſq; donis cumulatur. Grō-
ga autem, obiter me magni Rodolphi Agricolæ cognominis mei memorem
r, cuius natalibus & ſingulari opera (nam audio fuiſſe Syndicum publicorū
negotiorum geſtorem, aut vt de tanto viro concinnius vrbaniuſq; eloquar,
tum apud Maximilianum II. Cæſarem.) vſque adeo gloriatur, cunaſque &
res ſibi vindicabit, quamdiu bonis diſciplinis, quarum ſuo æuo ſummus fuit
tiſtes, ſuus conſtabit honos.

Catholici Gronningā præſidium Hiſpanicum admittunt.

Gronningēſes ſacramēto propugnationis vrbis ſe deuinciūt.

Vi ignea ingens ſtrages.

Colloquium de deditione.

Deditio Grōninga.

Miſſa interdictus vſus.

Rodolphi Agricola Elogium.

Nouiomenſem obſidionem, diuturnius quam ſperarat, fœderati protraxe-
t, præfecto & propugnante Decluſæo inter eos duce fortiſſimo, vt ille pene
nes finitimas vrbes defeciſſe ad Regem vidit apud ſe de obſequio & deditio-
le liberat.

Obſidio Nouiomenſis.

Mainium in Belgio apud Erneſtum de auxiliaribus copiis ſupplicem eſſe,
m fore auxiliatorem, foris nullum expectandum ſubſidium, intus ciues lon-

Digitized by Google

1594. gioris obſidionis pertæſos, milites ab eruptionibus crebris non paucos deſiderati, cæteros vigiliis fractos langueſcere, & futuris inſultibus impares, hinc ille ſummum imminenſque excidium deditione non ignobili anteuertendum ſtatuit: ergo initis pactis, ineunte Autumno, Nouiomo cedit, & cum ciuibus & commilitonibus in verba fidemq; Regis iurat. Vix datum erat à bello ciuili recreari, & iam tranquillioris ſtatus Gallia fidem cæpiebat, cum ecce derepente in Pictonibus, Xantonibus, Petragoriis, finitimiſque agris, neſcio quo æſtro percitum vulgus exſurgit, vicatim collectis turbis armatum non modo ad bellicos vſus conſuetis telis, ſed fuſtibus, ſudibus & ſimilibus ruſticani operis inſtrumentis, late effunditur, ab edacitate & intemperiis verbo appoſito nuncupatum; Nobilium caſtra, domos, villas incendit, minora oppida expugnat, magiſtratum ſi furentibus non ſe adiungere velit, abdicat, interceptos nobiles ſibi anteſignanos facit, qua ruunt, omnia nedum turbata, ſed perdita faciunt.

Deditio Nouiomi à præfecto Deſciuſæo.

Vulgi tumultus & vaſania vulgo Croquans.

Colluuies iſta, torrenti non abſimilis, qui repentino exortu facto ſibi incremento à nubibus, quamdiu ſuppetunt fluctus, & vortices, obuia quæq; prorumpit; vbi vero ſudum illuxit, & occluſæ nubes, exhauſtus repente deficit, atque vbi deſpumabat torrens, ſicca ſemita nulla furentis veſtigia ſunt; ſic menſe altero, omnis iſta væſania deferbuit, quique in his turbis modo agebat militem, paulo poſt manum aratro & ligonibus retulit. Rex tamen omnibus publicam inſaniam condonauit, ac damnum paſſis ob cædes & incendia ſilentium indixit. nā vt antiquus ille, Quidquid multis peccatur inultum eſt, Ratisbonæ Cæſar Rodolphus hoc anno comitia omniū ordinū Germaniæ indixit, ac vere iā adulto, incredibili & ſtupendo apparatu, vrbē ingreditur: pompam retexere in opere negotioſo, nihil ad poſteros pertinet, oſcitantium labor eſt. Indicta potiſſimum comitia, vt in bellum Turcicum, publicum ærarium conficeretur. imminebat enim totis viribus communis hoſtis Chriſtianorum, ita vt relicto Byſantio, ſubacta & triumphata Pannonia de migrando in Germaniam cogitare videretur.

Ratisbonæ dieta Imperialis.

Ex voto Imperatoris, ad ſumptus belli ingens vis auri decreta, indictumque Antiſtitibus, & plæbanis paſtoribus, vt parochos ſuos, de erogando militari ſtipendio aduerſus fidei hoſtes commonefacerent, vtque in ſingulis baſilicis gazophylacium poneretur, ad recondendas pias erogationes. His comitiis Septēuir Colonienſis, infulas & inaugurationem Electuratus à Cæſare ſuſcepit, ceremoniis quæ quod minus populares ſint carptim referendas putaui.

Electoris Archiep Colonienſis à Cæſare inauguratio.

Sub ſerico tentorio & periſtromate penſili, alto ſolio Cæſar inſidebat, circunſtantibus Moguntinenſi, Treuirenſi, Saxone, Brandeburgenſi electoribus, circumfuſa Germanicorum principum & nobilium corona: prodiere in conſpectum Cæſaris, ſex ab electore Colonienſi oratores, ac Maximilianus Bauariæ Dux, Georgius Ludouicus Lanrgrauius, Comes Iſſemburgicus, iiſque ſummi omnes Dynaſtæ, Imperii beneficiarii omnes Auguſtique Germanici contubernales, Cancellarius Colonienſis & longa manus nobilium, hi omnes ad portam imperialis triclinii, ſe in genua demittunt, Medio etiam progreſſu iterum, ac poſtremo ante Cæſarem aduoluti, Cancellarius infulas & inueſtituram Septemuiratus ſuplex depoſcit.

Ritus Electoratus ſuſcipiendi.

Poſtulatio Colonienſis Cancellarij.

Pera-

Peracta conciuncula, iubentur in pedes erigi & abire ſeorſum, vt de poſtu- 1594.
i deliberetur.

Habito conſilio, haud mora accerſiti, ſubmiſſis toties poplitibus, Cæſari ſe ſpicuos faciunt, qui cum per vicecancellarium, poſtulatis Colonienſis annuiſ, regreſſi in veſtigia, non frontibus neque tergis obuerſis, morantem foris ad-nt, & deducunt, ſtipantibus; duce Bauariæ Auguſto, duce Holſatiæ aliiſq; ſum-is principibus Colonienſis eadem ipſe poſtulata repetit, mox Cæſar ſolio im-otus, detecto tamen capite, cæteris electoribus nudo vertice, hiſque ſtantibus, Magũtinus Septemuir, ſuper codice lithurgico, quem miſſarum ritualem vocãt, n pectus Cæſaris adacto, fulcientibus ipſo Maguntino & Treuirenſi, conceptis verbis, ex cauta formula Imperii ſacramentum à Colonienſi exegit. Saxo gladiũ Cæſari porrigit, cuius manubrium deoſculandum Colonienſi admouet, hiſque ritibus, Colonienſis inauguratus eſt. At oppido & quam opportune res nummaria, ad conſcribendum militem in comitiis decreta eſt, quandoquidem à multis annis, vix maior vlla illuuies Turcica, Vngariæ, & Germaniæ fines inundauit.

Nota abeundi modum retrogradū ad maiorem venerationē Cæſarea maieſt.

Decima enim quarta Quintilis, Archidux Mathias, intermiſſa obſidione Strigonii (vrbs eſt ad Iſtrum, eadem ripa qua Budum & Iauarinum vulgo Raab, vrbes munitiſſimæ ſunt, at illa tripartita nunc dicitur, ꝙ veteri noua vrbs acceſſerit, & à duabus altera ſit littoralis nuncupata) Comorã ſe recipit. Ægre Mathias, & Germanici omnes, veteri vrbe iam occupata diſceſſerunt, atq; plurimũ obteſtati ſunt Franciſc. Dux Saxoniæ, Auguſtus Brũſuicenſis, & cæteri ne iam parta dimidia victoria, integra amitteretur: ſtantibus pro obſidione plures obſtiterunt, nec res Chriſtianas in ſummum periculum adducendas, cum certis rumoribus numeroſiſſima & recenti acie Sinanum Baſciam adeſſe nunciaretur. Ergo demiſſo Strigonio, receptui canitur, traiectoq; Danubio in aduerſam ripam caſtra educuntur, vel monentibus ſuperis. Inſtabat enim Baſcias, & Chriſtianorum extremũ agmẽ anteambulones & velites Turcæ pene inſectabantur, ita vt ſi ſegnius traieciſſet acies Chriſtiana, plus dimidio Turcicæ inferior, inæquali marte dubio euentu inire prælium coacta fuiſſet. Sinan Baſcias, vt interiecto Iſtro Chriſtianos in tuto vidit, quo illos auxilia morantes, confeſtim ad pugnam eliceret, circa Iauarinum caſtra locat. In his centum quinquaginta millia, Baſciæ ſtipendia feciſſe, Germani ſcribunt.

Intermiſſa obſidio Strigonii Germanis aduerſus Mathi. Archiducem frementib.

Intermiſſa obſidio Strigonii.

Numerus exerciti Turcici.

Iauarinum, vrbs eſt in confluenti Danubii & amnis *Raab*, à quo illi nomen paluſtri loco, vndequaque aquis ſtagnantibus circundata, ita vt nec cuniculis ſuffodi, nec ſcalis appeti, ac ægre machinis verberari poſſit, cum vliginoſa & tremula tellus, glebis fatiſcentibus molem tormentorum non ſuſtineat. Vix ad duo millia, ſtabant ad præſidium Chriſtiani, exile quidem, & tot millibus Barbarorum longe impar: Mathias vt ſuis laborantibus præſto eſſet, vel vt ab obſidione Baſciam dimoueret, in inſula Comora, quam multifariam ſectus Iſter, curſum obliquans latiſſimam efficit, caſtra ponit, loco perappoſito, vt obſeſſis auxiliaretur, ponte ex ratibus compacto, quo recens miles Iauarinum immitti poterat *Ardechius & Sedrinus* Comites oppido præpoſiti, ſuburbia incendunt, virgulta nemora & grandes arbores ſuccidunt, & quæcumque

Iauarini binã denominatio & ſitus paluſtris.

Mathiæ caſtrametatio in Inſula Comora vt Iauarino laborantib. auxiliaretur.

Digitized by Google

1594.

Iani Medicæi auxiliare aduentus.

obſidentibus opportuna ſpectabantur, tumultuario opere tolluntur, dum alii trepidant, alii fremunt, alii cordatiores, ad molimina Baſciæ exultant, Ianus Medicæus, cum duobus mille peditibus, ac nobilium Italorum turma equeſtri cōmodum adfuit; tam benigne & honorifice, quam neceſſario exceptus, vt qui rebus arctis ſuccurſum veniſſet recenſito exercitu, rogatur ab Archiduce, qui militari gloriæ quærendæ cauſa aduentaſſet, quærendæ oblatam occaſionem non repudiaret, opportuniorem nec clariorem deſiderari poſſe quam propugnationem Iauarini; Medicæus, ſummæ laudi hanc Spartam ſibi deferri credidit, atque è veſtigio, *Ferdinando Roſſio* præfecto, vt Hetruſcum florem nobilium, & copias Italicas Iauarinum deduceret mandat: ſitu locorum explorato, Baſcias non niſi expugnata inſula, Iauarinum expugnari poſſe proſpexit, ex qua videlicet ſtrato tabulato, ſuper alligatos lintres, in horas recens miles & commeatus inuehi poſſet.

Vaſtitas & populatio Turcica.

Moles & aggeſtio quam Turcæ erexerunt.

Ergo ad dimouendum ex inſulari ſtatione Archiducem, animum adiicit. Barbarus omnem oram, populationibus incendiiſque deformat, non impune tamen; *Palfius* enim Germanicorum equitum Dux fortiſſimus, palantes & ſparſos, quotidianis excurſionibus Turcas Tartaroſque demetebat. Medicæus cum Iauarino ſucceſſit, non longius quam ad ictum manualis catapultæ, Turcas metaros videt, inſtar montis aggeſtam tellurem, vimine intexto & glebis erigunt, quo vim oppidanorum propulſarent, & deſuper collocatis machinis verberarent.

Eruptio antelucana Roſſii præfecti Italorum vulgo Camiſadi.

Audax ab vtriſq; facinus.

Contra oppidani, fœlici admodum eiaculatione, pluriesque repetita grandine ferrea, molem Turcicam deiiciunt: *Roſſius*, quæ inſequuta eſt nocte, cum ſuis Italis induſiatis, vt diſcriminari per tenebras lineo candore ſe agnoſcerent, eruptione facta Turcica caſtra prærumpit, ferro & face expugnat, & ad duo millia barbarorum mactat tantaq; trepidatione vniuerſam aciem turbauit, vt Turcæ vix orto ſole animos receperint.

Depulſio Turcarū ab antemurali quod clam interceperāt.

Qui ceciderunt ex Italis.

Suſpicio internæ proditionis ab ipſis Chriſtianis in Chriſtianos.

Acceſſio Tartarorum in caſtra Turcica.

Nocte poſtera, anteactam ſtragem vlciſci parat Baſcias, ſumpta occaſione imbris effuſiſſimi, quo ingruente minus cautos vigileſque Chriſtianos fore credidit, vt re vera contigit. fiducia enim tenebrarum & nimborum, dum ſegnius ſe gerunt, antemurale propugnaculum per ſuos ianiſſarios, nō ardua contentione intercipit. forte *Roſſius* hac ipſa hora, præeuntibus tædiferis, ambitum murorum luſtrabat, agnitiſque Turcis iam ponti ſublicio proximantibus, claſſicum canit, commilitones ex proximis ſtatiunculis clamoſius excitat, inclamanti Itali adſunt, cū reliquis præſidiariis, ac ſtrictis mucronibus, haſtiſque Turcas propulſant, (quandoquidem vſum catapultarum imber nimius ademerat) cedunt illi, pedem referunt, inq; ipſo antemurali, relictis ſignis, cū ingenti ſuorū ſtrage deiiciuntur, ex Italis non plures quam quinquaginta deſiderati, inter quos *Iacobus Medicæus, Ricaſſolus, & Frācolinus*, Hetruſcæ nobilitatis primarii equites: nocte diſcuſſa, viſæ pluribus locis, intus & in vrbe admotæ quadraginta ſcalæ, vnde proditionis inteſtinæ orta ſuſpicio, cui obuiā itū eſt vigiliis excubiiſque crebrioribus vndique diſpoſitis: At paulo poſt Turcicis caſtris acceſſere quinquaginta mille Tartari, potius oneri quam ſubſidio; ſunt enim magis helluones latroneſque, quam milites, qui

fuges

Digitized by Google

ges perdere & conſumere nati, numerum faciunt. Baſcias veteranus bellica- 1594.
m rerum vſu exercitatiſſimus, per emiſſarios, Iauarinum cum omni genere ci**briorum** vt refertiſſimum intellexit, haud fame expugnandum putauit, contra **ut locuſtis** edacibus, ſuam annonam depaſcentibus, verebatur plurimum, ne in **caſtris ſumma** inopia laboraretur, cum ſui & ſuccedentes Tartari, ſegetes & pa**bula longe** lateq; deuaſtaſſent nihil cunctatus, tota vi ad expugnationem ſe ac**cingit, trifariam** locatis machinis, tanto impetu Iauarinum verberat, vt oppida**ni non leuiter** hoc fragore concuſſi ſint, ſubmotiſque è muro Chriſtianis, eiacu**lationibus** tormentorum Turcæ aliquot antemuralia interceperant, Baſcias ta**men, hoc** progreſſu nihilo lætior, Iauarini expugnationem deſperat, niſi capta **inſula, qua** recenti milite & quotidiano commeatu recreabatur. Caſtra Cæſaris **& Chriſtianorum**, in inſulari metatione 25. millia peditum 9. equitum adæqua**bant**, in dies ſuccreſcentib. nouis copiis. Ex aduerſo inſulæ, Baſcias longam foſſam duxerat, qua conditi catapultarii Turcæ, Chriſtianos ad oram inſulæ relictos præſidio, non mediocriter infeſtabant: Hi erant equites Germani, vernacule *Lanſqueneti*, quos vigiliis confectos, oſcitantius excubantes, vt ſubolfecit Baſcias 15. Auguſti cum nox ibat in lucem, lintribus cimbiſq; traiectos Ianiſſarios, ad inuadendam oram Inſulæ immittit: illi ex inſperato ſopitos *Lanſquenetos* ſtationibus præſidioque depellunt, duobus occupatis tormentis, in ipſo nictu Baſcias, ex aduerſo littore machinas & ſclopetarios, illa ingenti foſſa collocauerat, vt ex inſula propugnantes depelleret. *Lanſqueneti* cordatiores perſtabant in ſtatiuis, ſed viſis ducentis circiter Turcis ſclopetariis, cimbis alueum traiicientibus, vniuerſi ſe dant in fugam. Illi ſuperato vado, occupata ora inſulæ, machinas Chriſtianorum in ipſos obuertunt: *Ianus Medicæus* ex fugientium trepidatione, re intellecta, cum Franciſco Montano, ſuis accitis ad occupatam illam partem inſulæ propetat. Hungarici equites ſuccedũt, ſed fruſtra, de regreſſu in hoſtem *Lanſquenetos* trepidantes commonefaciunt. Medicæus, Montanus, & Italæ copiæ tanta vi & ardore martis, in barbaros inſiliunt, vt è ſtatiuis occupatis deiecerint, ita vt ex ducentis Ianiſſariis 20. circiter ad ſuos per Iſtrum traiecerint. Ora inſulæ recepta, maiora præſidia ne quid per incuriam ignauiamque male contingeret, collocantur. Baſciæ vt conatus iſte non ſucceſſit, iam non cimbis & lintribus, ſed equeſtri effuſione Tartarorum, vado ſuperato inſulam inuadendam ſtatuit. Tartari, equorum pernicium audacia, quod in natatu plurimum valeant, & pene indefeſſi ſint ac prope hippopotami, ex omni gente tranandis fluminibus aſſueti ſunt; Baſcias loco vad[illegible]ſo, & propter æſtum m[illegible]nus alto & verticoſo, aditum ſibi facere in inſulam iubet, vt ea parte incautos, & qua minus vim inſidiaſque ſperarent, adorirentur, primus vadum enatantis *Palfius* it obuiam, & ad quinque millia iam inſula receptos regredi cogit, qui nullo ordine cum ſe præcipites in flumẽ dediſſent, non obſeruata ſemita vadi, obruti ſunt, & quos non hauſit vnda, ferrum ſuſtulit, nec prius receptui Chriſtiani cecinerunt, quam Turcæ & Tartari in ſtatiua ſe recepiſſent; d[illegible] M[illegible] Iauarino proſpicit, Maximilianus Auſtrius, Cæſaris vicarius in Cr[illegible], vt Turcicam a[illegible] ab obſidione depelleret, coacta priuata acie, ad viginti millia, vndequaque Turcas ſparſos & palantes intercipit

Iauarini ſumma expugnatio.

Numerus Chriſtianorum in Inſula Comora.

Lanſquenetorum à Ianiſſariis interceptio & depulſio ex ſtatiuis.

Fuga Lanſquenetorũ.

Reciperatio à Chriſtianis eius quod Turcæ inuaſerant.

Conſuetudo Tartarorum in fluminib. traiiciendis.

Dimerſio Turcarum fugante eos Palfio.

Alia facinora Maximiliani in Turcas.

1594. & mactat, *Petrinum*, *Craslochium*, *Siſſeginum*, & *Garam*, muniriſſima propugnacula expugnat, ſed Baſcias nihilo mouetur ab obſidione Iauarini, cuius expugnatio amiſſorum damnum facilime ſarciat, in dies auxiliaribus copiis, Mathiæ Archiducis acies increſcebat, quæ tuta inſulari ſtatione, quotidianis ſubſidiis obſeſſos reficiebat.

Baſciæ de expugnanda inſula propoſitum. Baſcias inſulam expugnandam ſtatuit, Buda & Strigonio rates, lintres, phaſellos celoces & omne genus nauigiorum aduehi curat, quibus colligatis Iſtrum vice pontium ſternat. Interea in caſtris non otioſe agebat; vrbe diurnis nocturniſq; eiaculationib. verberata tam certo crebroq; excidio, vt per vicos & plateas non impune iretur. Mathias 28. Sextilis, audito à Ianiſſariis & Tartaris tumultuatum, quos ægre Baſcias ſedaſſet, totis viribus Turcica caſtra prærumpere conſtituit. *Palfius* equeſtribus copiis, *Ianus Medicæus* pedeſtribus præficitur, ad ſex millia Pannonii equites, vna porta exeunt, aliunde Germanici ad tria millia, nauibus ſuperato Iſtro, in continentem exponuntur. *Chriſtianorum in Turcas eruptio.* Inſequebatur Medicæus, cum Italicis peditibus, ex vniuerſa acie selectis mille haſtatis, & ſexcentis ſclopetariis. Palfius millia quatuor Hungaricorum equitum cum delectu Germanorum atq; Hetruſcorum equitum ducebat: ille traiecto Iſtro, peropportune turmas diſpoſuit, vt laborantibus peditibus præſto adeſſent, & Turcicum equitatum longe arcerent.

Prædatio Chriſtianorum nedum illis victoriã ſuſtulit, ſed ſummum excidium attulit. Vngari primo impetu, ſtationes Turcicas prærumpunt, & obuium quemque mactant, impactis clauis rimæ tormentorum, ſed dum prædationibus exuiiſque auidius immorantur Ianiſſarii, metu diſcuſſo Pannonios præda & ſtatione, cruente admodum depellunt, maioremque ſtragem daturi erant, ni Medicæus & Roſſius cum mille haſtatis, Ianiſſariorum impetum coercuiſſent: ſed quos cimbis expoſitos diximus Germanos, peſſime habiti à Ianiſſariis, quos cũ obuios habuiſſent, pugnam detrectantes pedem referunt, & ignaua trepidatione ac fuga in cimbas, turbatis ordinibus regrediuntur; pars cęſa ferro, pars merſa Iſtro; cimba prætoria qua *Gitzcoffleriu* præfectus vehebatur, pondere depreſſa, imo flumine ſorbetur. Aliunde Vngari addentes animos Iano Medicæo, prælium fortius redintegrant, iterumque ſtationibus hoſtem depellunt, Turcicus equitatus ſuis auxilio præceps feſtinabat, ſed Palfius obuiam factus, terga vertere coegit. *Euentus pugnæ.* Nihilo territi Turcæ, succreſcentibus equitum copiis, cum Palfio manus conſerunt: Itali Germanique equites, vt tantæ moli Palfium imparem laborantemque vident, illi ſe ſociant, vtrinque fortiſſime pugnatur. Barbari vndequaq; effuſi, Cæſareos ſepire & inuoluere globis ſuis conantur, ſed Medicæus cum haſtatis ſclopetariiſque inſidias aſtumque prohibuit, quatuor horis pugnatum, cęſa ex barbaris tria millia, ex Chriſtianis quadringenti, pluribus ſauciatis. Sinan Baſcias ſuorum excidium vlturus, vicena millia Turcarum & Tartarorum *Papam* mittit, qui ferro & incendiis omnem orã vaſtarẽt, illi ex præſidiariis ad tria millia egreſſos intercipiunt, mactantque.

Dolus Turcicus. Baſcię cum per vim potiundæ inſulæ nulla ſpes eſſet, hoc aſtu fallendos Chriſtianos cogitat, ad Palfium qui in memorabili illa eruptione vulnus acceperat, per captiuum Chriſtianum, ſcribere Tartarorum præfectum iubet ſibi in

Digitized by Google

mandatis eſſe, vt Vngariam & Auſtriam ferro & igne funditus euerte- 1594.
dolere ſibi plurimum, tam feralia mandata exequi, totque excidiis pa-
edere obuiam eundum, vtrinque tentandos animos, ſi Palfius de re
rem conſulere velit, apud Biſantinum Imperatorem pacis internuncium

Hoc ſparſo rumore, induciarum ſpes omnium mentes imbuit, atque il- *Remiſſis domum Panonũ Turca reliquias Chriſtianorum dolo inuadit.*
e deluſus Palfius vt Vngarici pedites, ſe ex tantis laboribus reficerent, miſ-
cit. Baſcias hoc præſidio, quod ſummũ erat, vt vacuam inſulam ſubolescit,
tembris diluculo, qua Tartari equites antea, traiecto Iſtro, aditum inſulæ
ti fuerant, Natoliæ Baſcias aduectis Strigonio & Buda nauigiis, Ianiſſarios
ſulam exponit: venientibus Lanſqueneti vel ſocordius quam antea nul-
itata alea martis, ſtationibus decedunt, fuga & clamoribus omnem a- *Hoc ipſo loco alia fuga Lanſquenetorum.*
turbant, ea equitum duodenis millibus conſtabat, peditibus ſexcentis,
cæteri ad cuſtodiam Iauarini eſſent, Vngarici à militiæ laboribus feriati a-
uertiſſent, equites qua laboratur, denſantur tripartito agmine, ſed ina-
era, cum in ſtationibus propugnandis vel oppugnandis, peditatu opus.
gruentibus Turcis & nauigiorum compage aditum ſibi facientibus, eque-
copiæ nulli vſui erant, aduocare pedeſtres, quæ octo miliaribus aberant ni-
erum erat.
Archidux inito confeſtim ac in arena capto conſilio indicit, vt per pontem *Chriſtiani inſula Comora diſcedunt.*
m, tentoria impedimenta & omne caſtrenſe peculium, inſula euehere-
vtque in minorem inſulam nocte media acies emigraret. Propoſito ob-
Danubii repentinum incrementum, cuius illuuie piſtrinum molare loco
ſum, vorticibuſque vndarum infero flumine raptum, ex ratibus pon-
compactum diſrupit, quo impetu illiſæ rates ſolutæ rudentibus dilapſæ *Ratium cõpactarum ex incremento Danubij diuulſio.*
, alia via effugii quærenda fuit, cum negaretur per tabulata ratium, vi-
fiit vt tempeſtiuius aurora, onerarii, baiuli lixæ conuectoreſque im-
mentorum, per pontem Altiburgi exirent, diſpoſito equitatu ne quid
æ in ſarcinas auderent, reſque non ita fœliciter primo Chriſtianis ceci-
hoſtes enim prærepto eorum conſilio vt migrationem in minorem in- *Expillatio à Turcis ſupellectilis Chriſtianorum.*
n prohiberent, ſarcinarum conuectoribus occurrunt, fugantque aurigas,
ectis quadrigarum loris in equos inſilientes Altumburgum vnde digreſſi
ant, ſe recipiunt, ita vt barbati ſarcinis, pretioſa ſuppellectile, annona omni-
caſtrenſi peculio nullo negotio potiti ſint. Archidux eo damno nihilo con-
tatus, caſtra metari in minori inſula iam parabat, cum incoepto abſiſtere co-
, equitibus Germanis in quibus ſummum erat robur, per Altumburgum
igientibus, ea trepidatione & pertinacia ad fugam vt ad ſigna nec lituo nec
e nec minis reuocari potuerint, ibi eos ſiſtere enixus eſt, ſed ſurdos monuit
nib. oblitis militiæ quo pedes ferebant, ignauiter diffugientibus. Archidux
Medicæo, Comite Serenio & Montano, quadraginta circiter cataphractis,
demque peditibus perſtabat in inſula cum ingruentibus vndequaque Bar-
s, ſetus de receptu ſummo cum diſcrimine cogitat; In vado Iſtri Turcæ &
bari, tam exili robore ſeptum intercipere ſperabant, iamque ſpe ipſa pre-
cium

1594. cium redemptionis hauſerant, cum adiunctis ſibi auxiliaribus copiis expectatione eos fruſtratur. In hac obſidione potiſſimum, dictũ Iulii Caeſ. de bello ciuili probatur, *Multum cũ in omnib. reb fortunã, tum in re militari valere.* Illa expanſis velis aſpirare primũ Chriſtianis viſa eſt, poſt facta nouercalis infœlici exitu pellundauit.

Archidux Turcarum expectationẽ ludificat.

Lib. 6. de bello ciuili.

Sinã Baſcias, receptis inſulis maiori Sigeth, minoriq; q̃ adiacet, vnde Iauarinũ quotidiana inuectio militis & recentis commeatus aliã foſſam ducit, q̃ Danubius non illi æquior, teſtagnante fluctu cõpleuit, iam liberius omnib. machinis vrbẽ verberabat, & ex editioribus terræ tumulis, in triuiis & compitis prętereuntes vt ſagitta ferit ſcopum, percutiebat, vulnerati plurimi, autumnalibus morbis affecti ſauciorum numerum æquabant, iam obſeſſos vigiliarum eruptionum caſtrenſiumque laborum tædebat, fiducia illis decreſcebat, ſuis vtraque inſula deiectis, barbaris contra augebatur, annona iam carior & parcius in milites erogari cęperat: Comes Dardechius, & Roſſius Italorum præfectus, ſpe & verbis has anguſtias lenibant, fractumque militem erigebant. Archidux Mathias qui foris agebat, nihil non mouebat, vt Iauarino ſuccurreret, vndeqnaque copias accerſebat, vt recenti milite abductis ſauciis & diutino labore confectis vrbem recrearet, ſed incaſſum, rogauit, monuit, ita veteris diſciplinæ obſequium exoleuit: inter Italos & Lanſquenetos qui pręſidio Iauarini relicti erant, non ſolum ſimultates, ſed aperta & inteſtina odia, conqueſti enim ſunt Itali vel ſcripto, germanos pedites, in ipſa ignescente ſcloporum eiaculatione, pro Turcicis hoſtibus non paucos ex ſuis occidiſſe.

Summum diſcrimen Chriſtian. obſeſſorum.

Inter Chriſtianos animorum auerſio.

Barbari in dies magna internecione afficiebantur, ſed populoſiſſimæ genti, apud quam vnus multarum vxorũ vir promiſcue fœtificat, multorum ſtrages non tanta erat, quam vnius Chriſtiani in obſeſſa vrbe amiſſio. Baſcias tandem redactis in ſummas anguſtias oppidanis, vt ſuorum ſanguini parceret, in ſummo inſultu quem ad expugnationem parabat, illos illecebra æquiſſimarum cõditionum pellicit, re apud viros militares diſcuſſa, Perlinus præfectus ſeu Chiliarchus (Coronarium vulgo vocant) non abnuendas conditiones, quę non ingloriæ eſſent, ſuaſit; ſi repudientur, omnium vel internecionem vel ſuperſtitibus ſeruitutem perpetuam & duriſſimam qualis eſt triremium, imminere:

Colonel.

Roſſius contra deditionem procraſtinandam, ſed Dardechius Perlino ſe adiungens deditioni inclinat, vtriuſque ſumma capitis diminutione, quam anno ſequenti paſſuri ſunt, vt infra è re ſua dicetur. Ergo Iauarinum tam fortibus militiæ auſis experimentiſq; propugnatum, ſummo dedecore Chriſtianorum deditur 29. Septembris, his nempe pactis, quorum infamiam omnibus vndis dealbare & abſtergere Iſter nunquam poſſit: Vt præſidiarii loco cedentes, cum armis & peculio caſtrenſi, explicatis ſignis, lichnis ſcloporum ardentibus, tubis timpaniſq; ſonantibus exirent:

Deditio Iauarini Italis reluctantib. Dardechio & Perlino contra annuentibus.

Poſtridie Sinan Baſcias vrbe potitur, cum tritici farris ingenti copia, pulueris tormentarii vi magna, machinis maioribus centum quinquaginta, ex 6000. qui ad præſidium ingreſſi erãt milites vix egreſſi 2500. ex Italis plures deſiderati, quam ex promiſcuis gentibus, annona, machinis, puluere, aliiſque Chriſtianorum exuuiis manubiiſque Baſcias inſtructior animoſiorq; factus, Comoram aggredi parat, vt in expugnata inſula hiberna caſtrorum conſtitueret: Ille igitur è veſtigio Comoram obſidet. Propugnatori cui nomen *Branni*, Archidux

Pacta deditionis.

Obſidio Comoræ Inſulæ.

Digitized by Google

indubii auxilii ſpem facit, liberaturumque obſidione, fidem oppignorat, vt 1594.
o poſt liberauit. Barbati enim, vt exploratum habuere Archiducis aciem vi-
s millibus peditum, equitum dimidio conſtare, non vltra morati ad Como- *Baſtia à Co-*
, caſtrorum turbatis ordinib. impedimentis relictis excedunt. Bruma ingra- *mora diſceſ-*
ens vtriſq; ferias militiæ dedit, manipulis in hiberna deductis. Itali, Vngari, *ſio.*
natæ, qui auxiliatum venerant, domum ſe recipiunt, vt & Tartari, quos *Vai-*
Tranſyluanus interceptos mactat, prædam ingentem illis mortalium fura- *Tartarorũ*
mis abſtulit, mille Chriſtianos mancipio & ſeruitute ſoluit, denique vno il- *internecio.*
xcidio tot illorum latrocinia, excidia & incendia illata Christianis, egregie
s eſt.

't fœderatio, glutino & nexu indiſſolubili Lotharenorum principum ſtetit, *Res Gallicæ.*
upta compage, ſeorſim & ſeparatim res ſuas agentibus diſſoluta. Dux Lotha-
giæ occurrendum ſibique conſulendum putauit, Baſſon petreo internuncio, *Dux Lotha-*
rocurante cum Rege, his pactis 16. Nouemb. fœdus percutit. Inter vtriuſque *renus cũ Re-*
ditos ſinceram firmamq; pacem, qualis ante inteſtina bella fuerat, coalituram: *ge paciſcitur*
ris Ducis de dote materna, auiæque bonis Catharinæ Medicææ, ſatisfactum *Pacta inter*
aluo iure prætenſo Ducis & liberorum, ſuper ducatib. Andegauenſi & Brita- *Regem &*
o, ac Comitatibus Ffocenſi, Bleſenſi & Coutiaco: in Virodunenſi & Tullenſi *Lotharenũ.*
idis, Lothareni Ducis liberos, vices regias acturos, ita vt primogenito morti- „
e proximus in præfecturam ſuccedat, præſidiariis militibus Regem ſtipendia „
ſ ællorum ærariorum albo perſoluturum, abeunte quolibet Centurione, „
tharingi filium, duos Regi nominaturum, ex quibus quem libuerit Rex dele- „
rus ſit, magiſtratus officialeſque omnes, regio diplomate impetrato in mu- „
s functionibuſque ſuis fore ſecuros, Ducem Iametium dediturum, in cuius „
em *Dupeum & Asleuaium*, munitiſſima propugnacula duci reſtituentur, ſaluo *Reſtituitur*
nen illi iure feudi & clientelæ, quo Iametium ſibi beneficiarium contendit, *à Lothare-*
idali controuerſia ad arbitros & Anteceſſores remiſſa, qui intra anni exitum *no Iametiũ.*
n diriment. „

Regi Villam francam reſtitutum iri, eumque (vt qui de dote Claudiæ „
leſiæ Lotharingiæ Duciſſæ teneretur; luunt enim nouelli reges regiorum „
erorum penſitationes, quas appanagia vocant) facturum vt dotales re- „
us, poſtpoſitis omnibus creditoribus perſoluantur, vim ingentem auri, „
æ millionem adæquat, Duci Regem perſoluturum, tum ob priuatum ſuum „
bitum, tum etiam ad leuandos belli ſumptus, & quia in tenui ære Rex eſſet, „
dia & coronæ cenſus pro parte oppignoraturum, donec annuis penſitatio- „
ius æs integrum diſſoluatur. Lotharenum Cardinalem, omneſque Lotharin- „
e indigenas, initiatos ſacerdotiorum quæ poſſident in Gallia ab initiis induciis „
ctus percepturos, vt Francigenæ in Lotharingia pari fruitione æquabuntur. „
ſi impetrato faciali, tum ob fœliciter pactum fœdus, tum ob militaria ſti- „
ndia quæ ſibi Germanicorum equitum Duci deberi contendebat, ex an- „ *Guiſii Ducis*
s præteritis pro luitione Vallicoloris pagus in agro Campano oppignora- *& fratrum*
. *ad regium*

Guiſius & fratres, gentilem ſuum Lotharingiæ Ducem æmulari, cum Rege in *obſequiũ re-*
uerſio.

Digitized by Google

1594. gratiam redeunt, ad obſequium reductis vrbibus, quæ in fide ſua erant non diſſimilibus pactis reliquarum vrbium nempe in ambitu & ſuburbiis Rhemenſis vrbis, non niſi orthodoxæ religionis cultum ſeruatum iri, Eccleſiaſticis ciuibuſque res ſuas ſaluas fore, amota omni regia pignoratione, vectigalium tributorumque ex ante actis annis, Regem illis gratiam facere, pontificia diplomata legati Cardinalis Peleuæi & Abrincenſis Epiſcopi, de conſiſtorialibus infulatiſque beneficiis, irrita & nulla fore, illis tamen fruituros regio & delegatorum præſulum diplomatibus impetratis.

Cautio de cultu religionis Orthodoxæ.

Miles veteranus titulo ſancti Pauli, non tam genere & natalibus, quam fortitudine bellica apud fœderatos clarus, eo potentiæ tenuem ſortem prouexerat, vt à Mainio vicariatu Campaniæ, quamdiu Guiſius ille iunior cuſtodia apud Turones coerceretur, & ſummo tribunatu militiæ ſiue præfectura Mareſcalli Franciæ donatus, toti illi prouinciæ ſeu nulli audiens imperabat.

Titulo ſancti Pauli gregarius ad ſummas opes & tribunatum euocatus homo audax & inſolens à Guiſio occiditur.

At cum pace, (cuius ſuboleuerat tacita conſilia iniri à Guiſio & ſuis gentilibus) præuidiſſet, hoc faſtigium dignitatum tueri non poſſe, atque in ordinem redactum iri, ad Hiſpanos meram defectionem cogitabat, ad quam vt ſibi ſecure & libere aditum faceret, atcem vrbi minacem ex genere illarum quas fræna & flagella ciuium vocant, conſtruxerat, impoſito Hiſpano-belgarum ſatellitio; quorum fide & præſidio ſe ſecuriorem fore putabat.

Ille ergo alter regulus ſeu palatinus Campaniæ, nulli audiens, nulli obſequens ſumma poteſtate vt ſibi videbatur attributa, Duricoterum Rhemorumq; libertatem ita ſeruiliter duriterque coerceuerat, vt non ferentes faſtum & impotentiam hominis, ſæpius apud Guiſium, iam ante triennium cuſtodia Turonenſi callide & fœliciter dilapſum, patrio regimini Campaniæ reſtitutum, quiritabantur, crebriſque flagitationibus vrgebant, vt à ſuis ceruicibus, hoc iugum ſeruitutemque depelleret; ſæpius amice & beneuole, Guiſius lenociniis fortunæ inſoleſcentem hominem rogarat, vt arcis & ſatellitii minis ac terrore oppidanos, fœderationi ſemper & vt plurimum addictos liberaret, quod toties non ſolum negauerat, ſed per deſpectum addiderat Guiſio, illud nunquam actum iri. Ille verbi acrimoniam ſeu ſurda aure præteriit.

Citadella ciuitatū fræna vulgo dicuntur. Duricoterū Iulio Cæſari Rheimsen Champagne.

At cum denuo rogaretur, vt libertati Rhemorum hoc ipſum condonaret, qua ſolebat fronte id facturum, Guiſio iterum negat, manumque ad capulum gladii admouet ſeu diſtricturus.

At excelſi animi princeps, à cuius parte iſte gregarius, gloriam & ſummas opes potentiamque ſibi acciuerat, non tulit hanc ſpeciem, & illo ocyor ſtricto mucrone medium transfigit.

Illo in tota Campania æmulo Guiſii ſublato, quas arces validiſſimas & munitiſſima caſtella occupabat facile in eius poteſtatem vltro deuenere, cumq; rerum potiretur ſecundis rebus tantum abeſt vt factus ſit elatior pertinaciorque in Regem, vt quamprimum de obſequio & veteri Lotharenorum in Reges cultu & obſeruantia oratores miſerit.

Vaiuo-

Digitized by Google

1594.

Vaiuoda Tranſyluaniæ pugnaciſſimus, non mediocri clade Turcas affecit, taq; magnitudine geſtorum inclaruit, vt cum ſummo terrori barbaris fuiſſet, riam Chriſtianam Archiducis Caroli filiam vxorem deſponſam poſtulaue- paulo poſt Turcæ perſonati dolo & inſidiis circa Iauarinum circumiacentem illam occupant.

Res Vngarica & Tranſyluanica.

In Scotia Catholici, qui ſe cryptis & latebris tuebantur, priuatimq;, & clan- um ſuos ritus peragebant, prædicantium iam non ferentes anathemata, exi- & proſcriptiones, coactis manipulis, inita pugna victores euadunt, cauſſati ia non in Regem ſumpta, cuius obſeruantiſſimos ſe prædicabant, ſed pro aris tiſque, & propulſanda non quidem Scotica, ſed pluſquam Gottica ſerui- e.

Vaiuoda Tranſyluania vxorem duxit ex gēte Auſtria.

Res Scotica

Nam in Calcedonia, Caluini veſania nō omnes familias faſcinauit, populares artifices, plurimū hac ſcabie iniquinati ſunt, nobilitas vero cordatior in religi- e antiquauit & adhuc perſtat, quamuis ſemotis locis vt de priſcis Chriſtianis ibit Plinius, antelucanum carmen Deo ſuo canere clam cogantur. At prædi- ntes toto Regno Catholicorum reliquias inſectari, ad cædem & carceres con- itere, non deſinunt: qui iam non ferentes impotentiam hominum, quam ob- quio & deprecationibus non potuere aſſequi ſecuritatem, ferro eam tueri, cō- ruerunt, nec mora, catholici tacita fœderatione inuicem de vi propellenda que ſociali bello conſilium ineunt, quod hoſtes non latuit, qui aperto marte, plicatis vexillis, aciem numeroſiſſimam expediunt.

Catholici in Scotia aduerſus miniſtrorum nimiam ſeuitatem inſurgunt.

Catholicorū cauſatio.

Impar numero congreſſus, ita vt manipuli aduerſus confertiſſimas legio- s aleam martis periclitarentur.

Mille equites conſcribunt orthodoxi, pro inſignibus labarum crucis an- ferunt, ſacra exomologeſi & ſynaxi ſe præmuniunt, mox auſpice Chriſto con- ediuntur; initium pugnæ Catholicis, non vtique proſperum, Barone anteſi- no in præludio pugnæ grauiſſime ſauciato: ſed incaleſcente æſtu, hoſtes pa- or & ignauia mox fuga diſſipat; inſectantur Catholici, cædunt & mactant, præ- aſiſq; itinerib. fugam morantur, & ſumma internecione Puritanos (hoc enim ulo Scoti ſe iactant, quamuis à noſtratibus Caluinianis vel tantillum differāt) octo millia interficiunt.

Ipſa autem victoria quamuis liquido conſtet, non tam humano robore, iam cælitus contigiſſe Catholicis nedum quietem in poſterum, ſed graui- rem inuidiam ærumnaſque concitauit, miniſtrorum hinc adeo bacchan- inuidia, vt qui eos tecto, menſa, potu, aliaue humana ope iuuiſſet, qui- ue eos latentes non prodidiſſet, ex ſuggeſtis aqua & igni interdicerent, reoſ- ue vtriuſque maieſtatis pronunciarent, ita in Scotia impotenter dominan- ur, & ſæuiunt, imperitantque proceribus & magiſtratui pſeudo-præco- es iſti.

Atque ex proſpero illo euentu, Miniſtrorum feritas in eos viru-

Digitized by Google

1594. lentius ſæuiit, vſque adeo pudoris & modeſtiæ obliti, vt Regem ex manſuetudine in Catholicos publice damnarent, qui loquacium hominum temeritatem coercuit, nihilo tamen orthodoxis æquior, quos per auia & montana ſparſos, fame & rerum omnium inedia laborantes regno ſecedere ſi non coegit, tulit tamen.

Regis Scotiæ in Catholicos animus.

Paſchalis Ciconia dux Venetiarum, hoc anno vltimam manum nouę ciuitati impoſuit, illa in foro Iulij, prope Aquileiam condita, *Palma* nuncupatur, forma orbiculati, compitis viiſque publicis, ædificiorum compari & æqua ſtructura; inſigniter decora, nec minus tuta potenſque nouem propugnaculis, ſpatio CL. paſſuum æqualiter inter ſe diſſitis: totidem areas, ſeu publicas plateas habet, inter quas, vna eſt Appia, in vrbis meditullio qua in modum excelſæ turris, epiſcopium ſeu ſpecula exſurgit, vnde pomerium, & omnis vicinia opportuniſſime deſpicitur, ita vt nec homuncio obrepẽs ſe conſpectui ſubducat, quo fit, vt ægre inuadi poſſit, & caſtra circum admoueri: ad æuiternitatem, ſub fundamentis, auro, argento, ære, conflata numiſmata condita ſunt, his litterata notis: *Paſchale Ciconia Duce Venetiarum, Anno* M. D. XCIII. Inuerſis numus, crucis ſymbolo cum hac epigraphe percuſſus erat *In hoc ſigno vinces.* In orbiculo vero legitur Fori Iulii, *Italiæ & Chriſtian. fidei propugnaculum*, nec dicto fides aberit, quandoquidem veteris Aquiliæ vicem ſupplet, quæ quanta olim & potens fuerit ciuitas, non longe à mari Adriatico, veſtigium eſt priſci ſplendoris, qui adhuc ſupereſt Patriarchatus Aquilienſis. Palmam Veneti nuncuparunt, vel quod inſtar palmæ in pondus renitentis ineluctabilis ſit, vel quod agro amœno & fertili poſita, qui *Natiſone* fluuio alluitur, fœcunditatis & cornucopiæ palmam referat, *Vtinum* tamen vrbs eſt princeps Iſtriæ Veneti imperii, vbi præfectus ſeu proconſul, ius dicit vicaria poteſtate Ducis & Venetorum.

Noua vrbe condita à Paſchali Ciconia Duce Veneto.

Forma nouæ vrbis quæ Palma dicitur.

Monumẽta ad perennitatem conditæ vrbis altæ tellure deffoſa.

Aquilia vetus & percelebris ciuitas patriarchatu inſignita.

Cur Palma noua vrbs dicta ſit.

Mercolius in Britannia fœliciter res ſuas agebat, de deditione nequaquã cogitans, Hiſpanos acciuerat, quibus ad præſidium munimentumque priuatum, oppidum maritimum nomine *Blauetium* tradiderat. Mareſcallus d'Almontius mittitur late imperantem coerciturus, vt ille Hiſpano milite, ſic iſte Anglo fultus, *Quinperquorentium & Morlauium* Britannicas vrbes, poſt arduam expugnationem recipit, & ex proſpero euentu ſpem capiens, propugnaculũ quo Hiſpani erumpentes, intercluſo portu & nauigatione *Breſtam* ſummopere infeſtabant, non ſine ſtrage ſuorum d'Almontius expugnat, Angli internecione Hiſpanorum, cædem præfecti ſui *Forſibithri* inſatiabiliter vlciſcuntur. Mercolius ſuis ferus auxiliator hanc iacturam doluit, ſed multo grauius ſancti Maclouii, oppidi quod tota Britannia emporium eſt percelebre omnigenarum merciũ, Indicis Peruuianiſq; nauigationib. frequentiſſimum: Maclouienſes, in populari inſania totius Galliæ proregem ſuum Fontenæũ, ipſo feruore ciuilis æſtus mactauerant, veriti ne illis inultũ eſſet, pertinaciter in fœderatione hęſerant; illi tamẽ reſipiſcẽtes de agnoſcẽdo Rege cogitant, tanto lubentius erant admittendi, ꝙ à Mercolio, nec præfectum nec præſidium accipere voluiſſent, ſed priuatim per vrbanum magiſtratum ſibi imperantes, ſolo intuitu religionis Mercolii partibus fauiſſent, æquiſſimis cõditionibus accepta deditio, priſca iura non reſtituta ſolum, ſed multo ampli-

Res Gallicæ.

Le fort de Blauette.

Expugnatio vrbium Britanicarum à mareſcallo d'Almontio.

Sanmacloüienſe oppidum maritimũ Mercolio ſubducitur.

pli-

Digitized by Google

ra facta, nauticam exercendi vbique terrarum, quæ nomini Gallico ſociatæ 1594.
;ius factum, illiſque indultum vt annuatim ex claſſe mercatorum triumuiros
gerent, qui lites quæ mere ad negotiationem reſque promercales ſpectant, di-
rent.

Gallis, vt à Parmenſi, Erneſto cæteriſque in Belgio Hiſpanis vicarii acceptas
itias retunderent, in mentem venit, Romanorum artes & conſilium ſequi,
cum Hannibale & Africanis, media Italia impeterentur, vt finibus ſuis pelle-
t, Pœnorum fines, atque ipſam Carthaginem inuadendam conſtituerunt, rati
clauo, Hannibalis clauum non melius neque opportunius retundi poſſe. Er-
n Lucemburgenſem Ducatum Vbiorumque fines Turrenius Franciæ mare-
lus, populabundus mittitur, ſed nullo omnino ne dicam fœlici progreſſu at-
inefficaci & calamitoſa vindicta, ille enim interiectis arborum exciſarum
icis, excubiiſque pedeſtrium copiarum vndequaque diſpoſitis aditus & loca
nia præpedita inuenit, arte illa veterum Celtarum, qui Cæſarem non ſemel
orem & progredientem; his obiicibus & ſepimentis remorati ſunt, nec Tur-
ius tantum, pro obiice ſtipites exciſaſque arbores habuit, cum Carolus
nfeſtius Batauorum recenti victoria elatus, longe Mareſcallum ab auiis
præpeditis locis prohibuit, & pedem ad ſuos attrito exercitu referre coë-

Sancita priſca priuilegia & maiora Macloniensibus indulta.

Praefectura mercatorum iuridica conceſſa Macloniensibus.

Gallica expeditio in Ducatum Lucēburgicum parum fœlix.

Ducis Feriæ interceptæ literæ & ad Mainium delatæ, quibus apud Regem
panum, de rebus in Gallia infœliciter geſtis grauiſſime onerabat, illique vni
ia, & improſperos belli euentus referebat, Mainius ad ſycophantias Hiſpani
lixiſſima epiſtola reſpondet, probra diluit, Feriam omnibus telis ferit, rerum
uſpicatos progreſſus fato, transfugarum abalienatis animis, Ducis Feriæ pro-
ſtinationi & parcimoniæ tribuit; excuſa fuit Apologetica epiſtola Mainii, qua
date & vere mordaci ſpongia, malediti virulentiam deterſit, in eumq; omnē
idiam infauſti martis reiicit.

Mainius egregie ſe purgat de impoſturis Ducis Feriæ.

Supra delibauimus Mainium diſſoluēti ſe in dies fœderatorum compage,
externum militem deprecandum Bruxellam iuiſſe, impetratis quantuliſcun-
e ſuppetiis, relicto Ianino præſide apud Sueſſiones, viro conſultiſſimo & poli-
i regiminis principe; Burgundiam quo in fide eam contineret, progreditur,
uſquam Diuionem adiret, intellexit Iacobum Veneum; à ſexennio quod fœ-
ratis pertinaciſſime, vt nihil ſupra addictus eſſet, ædilem factum, ob meditatā
ditionem vinctum teneri; Mainius indignatus per eum prodi, cui plurimum
fidiſſet, ſecuri percuti ſine mora iuſſit, quo peracto vrbem ingreditur, ibi ti-
o moratus Belnam pergit, firmat præſidio, ſuburbia incredibili damno inco-
um, diruit & incendit.

Mainii ex Belgio in Burgundiam diſceſſus.

Præſidium Belnæ impoſitum à Duce Mainio.

Appetente hieme Rex Cameracum ingreditur, Balagnio eum excipiente,
que deprecante, vrbs & ditio Cameracenſis, beneficiario iure quotannis Regi
ſoluendo, in priuatam Dynaſtiam erigitur. heu? cæca ambitio, & noui prin-
patus inſtabile fulcrum, ac quam primum ruiturum, quod cum Regem non la-
et, atque Balagnium, inter toræmulos primo inuadenti potiſſimum Hiſpa-

Balagnius fit ſummus Dynaſta caduco & quā citiſſime perituro dominatu.

1594. no, in cuius faucibus erat, prædam futurum, intellecto etiam, ab incolis & indigenis, peſſime haberi illoſque eius dominatum plurimum auerſari, pro Cameraco multo vberiores ſecurioreſque prouentus obtulit, quos homo cupidus noui principatus, repudiauit; muliebri ingenio Ambaſiæ vxoris, dominandi appetentiſſimæ cupidini & ambitioni tribuunt, quod paulo poſt illi exitio fuit; cum enim à marito & præſidiariis vrbem dedi videret, mentita lacenam, poſt exprobratam viris ſuam ignauiam, ipſe efferato animo expirauit, vel mortua neſcia loco cedere: Balagnius autem ſub vmbra liliorum, pubeſcentem ſuæ dominationis ſurculum tegens, in Attrebates finitimoſque Belgas inconſultis improſperiſque excurſionibus multa molitus eſt.

Moritur Ambaſia vxor Balagnii biduo ante initam Cameracẽſis arcis deditionem. Balagnij nouelli principis in finitimos excurſiones parum conſulta.

Sancti Audomari fanum, cubitali tormento, quod à ſtrepitu creperum vocant, tentauit, ſed deprehenſa fraude non inultum fuit conantibus, ex quibus non pauci interficiuntur, fugantur reliqui. Non quieuit tamen Balagnius, donec Belgæ impotentiam nõ ferentes male fulto principatu nouellum Dynaſtam deturbarunt.

Rex à Caſtelæo iuuene cultro percutitur. O numinis ſtupendam prouidentiã.

Rex apud Morinos Vermanduoſque compoſitis rebus, Lutetiæ vt domum rediit dubia luce 27. Decembris equo deſiliens ocreatus adhuc, gentilitiis principibus Conteio, Sueſſionenſi, & S. Pauli Comitibus denſoque agmine procerum & nobilium ſeptus, dum inflexa ceruice Ragnium & Montignium ſuæ militiæ torquatos equites ſalutantes excipit, & reſalutat, ab adoleſcente ſicario, circa ſuperius labellum, cultro appetitur tanta vi vt ictu adacto in dentes, duo excuſſi ſint; mens erat ſceleſto mucronem in iugulum ſtringere, ſed incuruato Rege vt aduolutos genibus erigeret, pro faucibus os impetiuit, peracto facinore Ardacida vt erat homuncio, ita ex omnium oculis dilapſus, vt de percuſſore qui aſtabant mutuo ſiſcitarentur, excuſſis omnibus teterrimus iuuenis deprehenſus, primo negare ſummum ſcelus, ſed dum acrius vrgetur, non ægre confeſſus eſt, Rex dimitti iubet condonata venia, ſed vbi intellexit, Ieſuitarum alumnum fuiſſe, *exclamauit num oportuit illos, ore meo* (illud oſtentabat) *reos peragi?* incredibilis metus omnes bonos inceſſit, ne ferrum quo rex ſauciatus fuerat, veneno eſſet infectum, ſed per vrbem ſparſo rumore cultrum eſſe ad vſus quotidianos, à percuſſore domi ſuæ ſubreptum atque dẽtium obiice exceptum vulnus, quod nulla deteriore valetudine regem afficeret, diſcuſſus tremor & in lætitiam verſus, ac iam prouecta nocte in primaria æde, Deo gratiæ peractæ, nolis claſſicum perſonantibus; recens à ſcelere, à Lugolio rerum capitalium in aulæ comitatu quæſitore ſolertiſſimo, quo æſtro percitus tantum facinus nedum cogitare ſed manu exequi tentaſſet rogatus, reſpondet, iamdudum hoc ſibi animo conceptum immotumque ſteriſſe, dolere infectum, & ſi liceret rurſus aggreſſurum, ratus id religioni conducere, iampridem mente voluiſſe nefas, ac ſubripuiſſe cultrum ante prandium, quem cum in muſæo abdidiſſet, cum patre & familiaribus pranſum fuiſſe; Rogatus de ſtatu, in quorum ſcholis diſciplinas didiciſſet, reſpondet apud Ignatianos, triennio in ſtudiis exacto, ante aliquot dies, à patre Petro Caſtelæo, ad Gueretum Ieſuitam deductum, vt ex animo ſcrupulũ eximeret, quo propter ſumma flagitia de numinis miſericordia diffidebat, in mentẽ ſibi veniſſe, aliquo non

Deo peracta gratia nocte iam prouecta.

Caſtelæi capitalis interrogatio & reſponſio.

Digitized by Google

vulgari facinore, teterrimas noxas ſibi expiandas eſſe, non ſemel cogitaſſe 1594.
ge necãdo, patri detecta cogitatione, ab eo valde obiurgatum; Habita quæ-
e alta nocte tota vrbe vndequaque accitis centurionibus, Ignatiani omnes
ur custodiæ, & vix ab illis vulgus temperauit, ſed collocatis præſidiis, foris in-
ae, in craſtinam lucem à cæde & direptione incolumes ſeruantur: poſtridie
reteus, & Guignardus ergaſtulis includuntur, cæteri in Diui Lodoici, ſuo
ro & veteranorum ſeceſſu cuſtodiuntur, in Palatinum carcerem deductus,
talium ſceleratiſſimus iuuenis, repetita quæſtione, eadem ipſe vltro confeſ-
ſt, rogatus quale ingens hocce facinus, quo noxas ſuas deleri rebatur, Reſpõ-
Regis cædem fuiſſe, quem iugulo appetere, mens & manus deſtinauerat, ictu
iter adacto in dentes, quibus retuſus fuiſſet, cum ea ſibi feralis inſideret co-
tio, cum Antechriſto deuotum eſſe inferorum cruciatibus, ex duobus malis
is ſibi eligendum duxiſſe, vt qui mallet damnari, *vt quatuor, quam vt octo*: Ro-
s num crederet hoc immortali ſcelere, vel animæ iacturam vel ſalutem pro-
eri, reſpondet, peracto leuiores daturum pœnas, infecto grauius cruciatum
atus inſtar eſſe ſalutis, minus cruciabiliter torqueri.

Ieſuitarum Collegium præſidio impoſito cuſtoditur.

Diui Ludouici ædes in Antoniana quæ Appia eſt, veteranorum Ieſuitarum ſeceſſus eſt.

Impia verba Caſtellæi.

Rogatus vnde hæc noua dogmata hauſiſſet, reſpondet ex placitis Philoſopho-
, quæ ſub ferula Guæretei, plus biennio didiciſſet, Rogatus num ſæpius ad-
ſus fuiſſet in lararium meditationum, in quo ſpectra & laruæ Dæmonum, cru-
us inferorum, variaque portenta, quæ ad perterrendos animos ſceleſtorũ pi-
oſtenduntur, vt terriculamentis horribili formidine concepta pœnarum, ad
em probratam viris ſuam ignauiam, ipſa effera redeant: reſpondet ad huiu-
nodi pictos inferos, non ſemel deductum: Rogatus, quo magiſtro vel ſuaſo-
didiciſſet, Regem occidendum: Reſpondet ſparſim apud multos audiſſe,
em illius permitti, quod eum Tyrannum nuncuparent: Rogatus num crebris
nonibus, apud Ignatianos hoc propoſitum vſurparetur, fas eſſe Regem occi-
e; reſpondet audiuiſſe à nonnullis, licere hoc facinus, quod extra Eccleſiam eſ-
& anathemate percuſſus, nec ideo regio titulo aut obſequio dignandum, do-
à Pontifice Rom. coetui Chriſtianorum atq; aris reſtitueretur. repetitis hu-
emodi quæſtionibus in maiori camera cum ſederet reus, cõfeſſis ſubſcripſit,
qua manu regiam cædem tentauit, ſuam ſyngrapha ſanxit; remiſſus enim à b La ſellette.
nili & libitinario illo ſedili, quo rei ore proprio cauſam dicunt, vt in confitẽ-
, nullæ aliæ ſunt partes, quam in condemnando, arreſto his prope verbis cõ-
to damnatur: *Ioannem Caſtellaum læſæ maieſtatis diuinæ & humanæ reum, in primo*
lu, ob tentatum Henrici IV. ſceleſtiſſimũ parricidium, Curia ſuprema pregit, damnauit-
vt nudus & tædifer, ante virgineæ ædis veſtibulum, palam confiteatur, nefandiſſime, inu-
a proditione, regiam cædem aggreſſum, ac ore impetitum cultro regem percuſſiſſe, peſſi-
maliſque præceptis imbutum, & faſcinatum, vel ſcelere peracto, dixiſſe fas eſſe reges occi-
& Henricum IV. extra cœtum Chriſtianorum eſſe, quorum flagitiorum pœnitet, noxamq;
mine, Rege, & Senatu, condonari poſcit. hiſq; prolatis, carpento vectum, in Grauiã deduci,
ito forfice & harpagine brachia & crura tortus, manu dextra qua ſcelus tentauit cultrũ
ete truncata actis in contrariũ quadrigis, mẽbratim diſcerpi atq; ipſa fragmẽta cadaueris
i, fauillaſq; & cineres p auras ſpargi; ante ſuppliciũ fidiculis & eculeo ſubiiciendũ vt ſuaſores
conſcioſ-

Capitale iudicium in Caſtellæum.

Digitized by Google

1594. *conſcioſq; prodat, at diſtricte vetitum, ne quis nefandiſſima dogmata, & diras voces proferat, qui protulerit, vt hæreticum, iuri diuino ſanctionibuſque canonum aduerſum, damnendum, indictumq; ſacerdotibus & magiſtris collegii Claromontani, ſeu publicæ quietis perturbatoribus, Regni Regiſq; oppugnatoribus, vt intra triduum Lutetia cæteriſq; regni vrbibus in quibus ſcolas & diuerſoria fouent excedant, ſi decreto morem non geſſerint, vt maieſtatis reos punitos iri, bona eorum mobilia & immobilia, in vſus pios prout Curiæ ex vſu videbitur erogantur, eiuſdemq; indictione pœna, vetitum regis ſubditis ne liberos alioſue erudiendos ad externas ſcholas Ieſuitarum mittant.*

Supplicium Caſtelai.

29. Decembris tenebris ſpectaculum inuidentibus ad faces Caſtelæus pœnas dedit, tam effuſa plebe ſpeculis feneſtris tectorumq; culminibus ſpectantium turba occupatis, vt in vnum locum Lutetia migraſſe crederetur; paulo poſt Ieſuitæ & aſſeclæ omnes, porta Antoniana emiſſi comitantibus lugentibuſque diſceſſum diſcipulis, alii Virodunum, alii in Lotharingiam Germaniamque ſe receperunt.

Emiſſi Lutetia Ieſuitæ ad varias gentes vrbeſque ſe recipiunt.

Altero arreſto Gueretæus & nefandi iuuenis infœlix pater ſuos tulere manes, ille enim in eculeo grauiſſime diſtentus regno Galliæ faceſſere, iſte in nouẽnium regno exulare ac perenniter vrbe abſtinere iubetur, Gueretęi bona vniuerſa fiſco addicta, Caſtelęus pater, duobus millibus aureis ſcutatis, in quotidianum victum captiuorum mulctatur: Indictumque vt quam habebat ante prætoriam portam palatii, conſciam cunarum infandi partus domum ſolo æquaretur, in cuius area, ad perenne monumentum immortalis flagitii, columna erigeretur, quæ litterato marmore Senatuſconſultum publice teſtaretur, ex decreto Curiæ diruta ædes, & alte iactis fundamentis, pyramis, atque in eius vertice crux aurea faſtigiatur, quaternis angulis totidem numero inſidebant ore virgineo virtutes, quas vocant Cardinales, quadrifariam adglutinatæ marmoreis tabulis, in quibus præter Senatuſconſultum, inciſæ vario metro ad deuouendum tantum facinus argutæ & lycambææ ſcriptiones: hoc fulmine non ſolum icti, qui Lutetiæ ludum litterarium habebant Ieſuitæ, ſed quotquot in finibus Pariſienſis curiæ vt Auarici Biturigum, Nouioduni ad Ligerim Lugduniq; ſolum vertere coacti: hinc illi decreto morem gerentes, coacto cœtu euectis ſarcinis Rhodano Auenionem deuehuntur, qui Rothomagi ſcholas habuerunt, quamquam Luteriano foro exẽpti, odio factionum alio penates ſuos efferre coguntur vſque adeo tædebat omnes tentati parricidii, vt vel ad inſontes obiurgatio, querimonia, & ipſa vltio rediret, qui enim in ſcholis Ieſuitarum tyrocinium egerant, torue inſpiciebantur, pro hæretico, iamque ad publicam pyram deducendos erat, qui verbo à Ieſuitis, iuuenile ſcelus depellere voluiſſet.

Forma pyramidis.

Varia Muſæ Ieſuitarũ quibus excedere coacti ſunt.

Paulo poſt apud Catuacos libellus excuſus quo non ſolum Arſacidæ memoria vindicabatur, ſed Q. Curtio, Deciiſque maior factus, ab inferis quibus, vt de antiquo illo, *ſedet æternumq; ſedebit infœlix Theſeus*, reuocatus, nouus indiges, faſtis diualibus illatus eſt.

Iulio Ceſari Catuaci peuple à l'entour de Doway.

At non niſi flammis purgandus liber, aut potius quiſquis ſcriptor fuit, qui ex ſcelere nobilitauit Eroſtratum, vt olim priſci Rhetores oſtentationis cauſa febrim, podagram, Caluicium, moriam, laudauere, vel vt ille, qui incendio Epheſini

templi, annalibus ſe memorandum præbuit: quam vero multo æquior, & 1594.
iſtianitati ſi fas ſic fari propior, lucerna iuris noſtris Papinianus, qui rogatus
n piiſſimo Cæſare, vt fraternam cædem, qua erat vir ſumma facundia excuſa-
eſpondit hæc facinora, multo facilius patrari quam excuſari. Ludunt iſti ho-
ies, de ingenio & facundia, vt Chameleon de pelle ſua: ſic olim Carneades
loſus, quod vna die Iuſtitiam, altera Iniuſtitiam pro Roſtris laudauiſſet, atq;
nini vario, probro datum eſt, quod rem ſanctam & religioſam, quæſtuario &
ili ingenio, rebus fœdiſſimis ancillari faceret ipſamque incorruptam The-
em deuirginaret.

Sed ne priſca ſæcula gentilium diſcutiamus, extitit olim, huius nequitiæ
no, ad mendacia & improbitatem inſigniter conductus, is fuit Ianus Paruus
verius prauus, ſuo æuo doctor nõ incelebris ſed maleficus vt palparet Burgũ-
duci, à quo pecunia & ſacerdotiis corruptus fuerat, non erubuit in ſcholis &
cionibus, profiteri ducem Aurelianum, iure cæſum, propter quæ impia do-
ata, in palæſtra Sorbonicæ, & ab ordinibus vniuerſitatis, vt hæreticus, horta-
laudatorq; ſicariorum, damnatus eſt: nefandiſſimi opuſculi paginas quod a-
ecere non interſeram quia malefacta, cum produntur vel cum deteſtatione,
entur tamen doceri, ſic vere ex veteribus aliquis dicebat, quemadmodum re-
n optimarum memoria perennis optanda eſt, & excolenda, ſic malarum ob-
o, peroportuna & vitæ innocenti multum conducibilis. Gallia, Regum ſuo
n religioſiſſima cultrix, quæ teſte Hieronymo ſemper monſtris caruit, aduer-
præconem parricidarum, non ſiluit, edito libello quo verbo Dei, euangelicis
eceptis, ac Diui Pauli, reges vel etiam cultu diſpares, imperio feroces colendos
nen, obſequio & tributis afficiendos, ac inuiolabiles demonſtratum eſt.

Ianus Paruus conductus à Duce Burgundo excuſauit publice cædẽ Ducis Aurelianẽ. Generoſum Decretum Scholæ Sorbonicæ aduerſus Paruum illum nomine, ſed ſcelere maximum vt ſunt oẽs laudatores infandarum cadium.

Veneti de Lutetia primariiſque regni vrbibus receptis, ſed potiſſimum de
plexa fide Catholica, ac ſacræ vnctionis inſulis, & torque ſacri pneumatis,
um Delfinium & Petrum Duodum Diui Marci equites, Regi gratulatum mittũt,
nientibus turmæ equeſtres ſelectiſſimorum nobilium obuiam iuerunt, Hen-
us Borbonius Montiſpenſierii Dux, in ingreſſu per portam Iacobeam, ſummis
noribus excepit, mox deducti ad paratum hoſpitium, ac deinceps habita
acione legationis, conuiuiis, choreis, ſpectaculis Circenſibus, pugnis ludi-
s venationibuſque vbi abunde recreati, anno proximo appetente domum
leunt.

Reſponſio ad Apologiã Caſtella.

Legati Veneti de conuerſione, vnctione & ſuſceptione ſacra militia S. Spiritus gratulatum veniunt hiſq; obuiam proceditur.

Deſdiguierius vt Delphinali & Phocenſi prouincia Ducem Allobrogicũ,
bus ſuis egreſſum auerteret, domumque regredi cogeret, ſuperatis iugis Alpi-
, in Inſubriam penetrat, Briguerıacenſe oppidum, ſitu munitum, arte, & præ-
is firmauerat, Galli crebris eruptionibus, Inſubres infeſtabant, præcluſis Al-
um ſæpius itineribus, ſæpiuſque interceptis qui Roma ad fœderatos miſſita-
ntur curſoribus, capta occaſione exercitus qui Mediolano auxiliatis in Seua-
s mittebatur Coneſtabili Caſtellæ, Brigueriacenſem obſidionem impiger ag-
editur, quatit murum, tanta vi vt maximo hiatu facto, inuadentibus non anxie
eret: cum iam ad inuadendũ, tubicines Martiũ canerent, Cardinalis Placen-
us profugus à Gallia forte in caſtris vbi ſucceſſit, odio Gallicæ gentis, ſeu Tyr-

Res Sabaudica.

Obſidio Brigueracenſis à Duce Sabaudia.

Digitized by Google

1594.

Concio Placentini Cardi legati Romam redeũtis ad Sabaudicos milites oratio.

Deſdiguerii repentinũ & ſubitum auxilium ſuperatus hyberno cælo & ſolo.

Deſdiguierius prohibitus ſuis auxiliari fortalitiũ diui Benedicti expugnat.

Deditio Gallorum arcis Briqueriacẽſis.

Dux Inſubria amiſſũ Benedictinũ propugnaculum paulo poſt recipit.

Aſperitas ſumma hyemis.

Res Turcica.

Epidaurum vulgo Raguſe precariam habet Rempublicam Turca id ferente.

Venetorum ad Amurathẽ legatio

Baſcias Cigala Chriſtianus eiurator

Proditio facta Chriſtianis.

teus alter milites ipſos oratione concitauit, progreſſuriſque ad inſultum benedixit; illi non ſegniter, bipartito agmine, vrbem inuadunt, pars qua peruius murus, altera ſcalis inſilit. Galli tanto robori impares, in arcem ſe recipiunt, cuniculis ſubuertendam Inſuber moliebatur, ſed mole nimium horridiore bruma ac interdum per Alpium prærupta effuſiſſimis imbribus prohibitus, cœptq deſtitit. Interea Deſdiguierius audita expugnatione oppidi, ſuorumq; in arcem receſſu, laborantibus auxiliari feſtinat, ille repente coactis quinque peditum millibus, equitũ mille hyberno cœlo cautes niuesq; Alpinas ſuperat ad duo milliaria Brigueriacenſis oppidi caſtra ponit, ratus ducem Allobrogum in eum tota acie relictis caſtris egreſſurum, ſed eum ſua feſellit opinio, quandoquidem Inſuber, foſſa & aggere altiſſimo, munitis caſtris, ſe cõtinet, omnibus machinis obſeſſos, ad deditionem vrgens, triduo moratus Deſdiguierius, vado fluminis prohibitus qui derepente illuuie hyberna intumuerat quantumuis denſo equitatu inſuperabilis cum præcluſa itinera, munitioneſq; caſtrorum hoſtilium ſuppetiendi ſuis fiduciam adimerẽt, loco digreſſus, Diui Benedicti propugnaculum obſidet, quo ducem ab obſidione Brigueriaſciana dimoueret, ac nulla mora tanta vi quatit, vt præſidiarii pacti incolumitatem, & ſarcinas, deditionem fecerint. qui in arce Brigueriaſciana Galli premebantur, vbi audierunt auxiliares copias retroceſſiſſe itidem paciſcuntur, abeuntq; cum armis & caſtrenſi peculio. Paulo poſt Inſuber, Benedictinum propugnaculum ex temporanea oppugnatione recepit, exinde Galli ſubalpina regione penitus excluſi, nec in ea vnquam potuit Deſdiguerius hærere quamuis mens eſſet pertinaciter immorari, quandoquidem luctandum illi fuit non ſolum cum viris, ſed cum hyeme & iugis, ſic ſemper ibi res celeritate & fortitudine Gallica quæſitæ, vel magno diſpendio diu non ſunt ſeruatæ, ſed propere admodum dilapſæ. Hyems ſolito aſperior, tanta vi ſæuiit, vt cum ad Caſtelæi ſupplicium, tota vrbe effuſa iretur, qui cis Sequanam incolunt, à portu Lãdriaco, pone templum Virginis, viæ compendio recto tramite, per flumen concretum iter facerent, non trepide nec greſſu ſuſpenſo, vt ſuper glacie doloſa fieri ſolet, ſed quaſi ſolidum ſolum, vel tabulatum calcaretur, agminatim itum & reditum, fœlici audacia vt tot millibus hominum nulli glacies fraudem fecerit.

Imperator Byſantinus, Epidauri claſſem ſiſtere moliebatur, quod cum odorati eſſent ciues Chriſtiani, qui præcario cum bona venia illius, aliquod ſimulachrum habent imperantis Reipublicæ Venetos potentiores, de Turcico conſilio certiores faciunt, illi per legatos rogant, vt claſſi aliam ſtationem deligat, ſi ſecus fecerit, fœderi vim inferri. rogantibus annuit Amurathes, indicitque Baſciæ Cigalæ, transfugæ & peierato Chriſtiano, vt legens oram Siculam, in proxima & opportuno continenti claſſem exponat, ad inuadendam Syracuſiam, de cuius deditione cum præfecto commercium habebat. Scapha prædatoria Turcarum, explorandi cauſa, in portum Syracuſanum, velis remiſq; appulit, ad quam propulſandam, cum oppidani ad tormenta concurrerent, rimam & meatum quo ſcintilla immittitur, occluſum inueniunt, exinde concepta ſuſpicione indubiæ proditionis, comprehenſum vinctumq; præfectum, Palermam cuſtodiendum puniendũq; mittunt. proditione Syracuſana detecta, famoſiſſimus pirata Turcicus, no-

1594.

nomine *Mamuth*, quinque triremibus in continentem egreſſus, *latrniam* init, naues Chriſtianas in anchoris, municipia, vicos ſegeteſque incendit, abtiſque pluribus in captiuitatem, cum præda repetitis triremibus recedit. Amathes alius latro æque famoſus menſe Sextili, idem facinus aggreſſus erat ab ıbitoribus cuſtodibuſque littorum prædationibus prohibetur, at illi vacuis ſidio littoribus maturius digreſſi, Cigalæ ſæuiendi maximam opportunita præbuerūt, prorex Siculus, vt paulo poſt inſtare ſummum prædonem intel-t, accolis oræ maritimæ, vi turcicæ imparibus, edicit, vt penatibus prædiiſq; ctis, ad loca munitiora ſecederent, Cigala in continentem claſſe expoſita, vt ı dilapſos incolas vidit, domos vacuas, & latiſſime vaſta ſola, ac muta oia, flamma ſolitudinem vlciſcitur, quæ vento impellente vires capiens, longe gata, obuia quæque in fauillas cinereſque conuertit. Siculi qui in auia & mōı ſeceſſerant, eam vaſtitatem non ferentes, (quis enim otioſe ſedato animo & vltrici hoc Neroniano ſpectaculo oculos exſatiet & conſceleret?) Turcas intipiunt & mactant, eorumque cruore incendia reſtingunt: ad cædem barbaım, Franciſcani quos à capitis acuminato operimento Capucinos dicunt, in proximo cœnobiolum habent cohortantur, atque ipſi in tanto diſcrimiırachio experiri non dubitant, & nocentium ſanguine ſuam contaminari inentiam haud putarunt. Cigala vi occulta numinis depulſus, magis illato dao lætus, quam præda & opimis ſpoliis onuſtus, alto ſe cōmiſit; à multis annis, s illa Siciliæ, non tantis ruinis deformata fuit, incuria & ignauia oſcitantiam igenarum, qui vel moniti de Cigalæ appulſu, vacua cuſtodibus littora relirunt militibus eo loco abductis, vbi eos maxime in ſtatiuis morari & pugnaportuit.

Mamuth pirata Turcarum famoſiſſimus.
Prædatio Turcica.
Amurathes alter præda Siculorum.
Vaſtitas & incendium à prædonib. Turcicis tota Sicilia.
Vitio Siculorum.

Inclinante Decembri Rutheni, hi ſunt populi Sarmatiæ ſuperioris quæ ealior eſt & ad Moſchos vergit, à Græcanico ritu ad Romanæ Eccleſiæ vnion coaluerunt, illi inter Sarmatas, Sueciæ & Ruſſiæ gentes interſiti, Moſcouiım moribus aſſueti, Græcam & orientalem Eccleſiam ſequebantur: Inter ıhenos, Ruſſioſque Antiſtites ſacerdotes & Archimandritas, habita diſputane de vnione Rom. Eccleſiæ, & Græcanicæ diſpari cultu, ab omnibus Romavna concors, non ſciſſa veſte ſed ſibi ac vbique gentium ſimilis & concolor, a ſponſa, nihil de adultera vel ancilla retinens cenſetur & ideo Græcanicæ livt plurimum in his quæ ab orthodoxis creduntur concordi tamen in pluris ab Apoſtolica deuiæ, repudium mittunt, decreto & ſponſioni ſubſcribunt, *hael metropolita Rionienſis, Saluicenſis, & totius Ruſſiæ ipathion protothronius, Epiſco-Valodimirenſis & Breſenſis, Cyrillus Exoroſa, Rionienſis Luccorienſis Epiſcopus & Oſtroſis, Gregorius Archiep. Polocenſis, Dionyſius Epiſcopus Thelmenſis, & Belſenſis, Leontius Eo. Piuſcenſis, Ionas Hobal Archimandrita Robrinenſis.* hoc facto incremento, diſſitan gentium ſedi Rom. & Apoſtolicæ non parum lætatus eſt vniuerſalis paſtor, i vel ab anteceſſoribus oues non agnitas, ad ouile ſuum reduxerit.

Ruthenorū Ruſſiorumq; qui Sarmatis & Moſchouitis contermini ſunt ad S. Rō. ex Græcanico ritu reuerſio.

Sub id tempus, libellus, titulo ſatyræ Menipeæ publicatur, æternum vitus, quo habita ſuperiori anno Lutetiæ comitia de abrogatione legis Salicæ, deligendo contra ius Francicum rege extero, Cardinaliū Placentini & Peleuæi

Digitized by Google

1594. cæterorumque factioſorum conciones ſalſe & argute irridentur, ita vt nemo ridens vrbanius verum dixerit.

Le Catholicon ou Satyre menipee.

Opus feſtiuum, ſi quod aliud, aculeatum tamen & amarulentum, varium & teſſulatum, proſa & metro, vernacule ſcriptum tanta venuſtate, vt legendi nunquam ſatietas capiat, cuique toties excudendo vix præla ſufficiunt, monuiſſe ſatis ſit: nam Gallica dicteria, ſcommata & acroamata quibus ſcatet, tam exquiſito delectu exuberant, vt ſermone extero, vix exæquari poſſint, quod illa linguæ & vſui noſtro peculiaria ſint, ita ſolo Gallico ingenita, vt ſuis immota ſedibus in Latium transferri non ferant: at qui volet cupedias, condimenta, lenocinia, delicias, feſtiuitates argutiaſque omnes, ex ipſo fonte affatim hauriat.

Mors & elogium Iani Reginaldi in magno Conſilio Aduocati.

Ipſo natali Seruatoris, Ianum Reginaldum cruda adhuc ſenectute nobis ereptum funerauimus, at quiſquis virtutem amas, & non tritam eruditionem colis, audi quis fuerit quem lugeo: ille non modo forenſi gloria & iuris pontificii reſponſis, quibus ad lites beneficiarias in magno Conſilio, veteranus & Antiſtes togati noſtri ordinis inclareſcebat, ſed & politiſſimis litteris ac vtraque lingua ſcientiſſimus, famam extra forum porrexit, ita vt quo vixit ſæculo nullus eruditior fuerit, qui hominem non plurimi fecerit.

RODOL-

Digitized by Google

RODOLPHI BOTEREI IN MAGNO FRANCIÆ CONSILIO ADVOCATI,

COMMENTARIORVM DE REBVS TOTO PENE ORBE GESTIS,

Liber Secundus.

ANNI primordia ab inaugurationibus militiæ ſacri pneumatis, Rex duxit, quem ſuperiori anno ordinem poſtridie Carnuteæ vnctionis ſuſceperat, gentilitiis principib. ſummiſque regni proceribus ex ritualibus cæremoniis contulit: inualuit enim apud Chriſtianos principes, vt ad propagandam fidem, ſymbolum & teſſera communis militiæ & ſodalitii proponeretur: ſic olim Theutonici milites & Templarii, quique adhuc fœliciter extant Rhodii equites, crucem militiæ ſacræ ſibi Labarum fecerunt. Olim ſtella Gallicam militiam inſignibat, non fabuloſum ſydus Tyndaridum, ſed noua illa, & vt Theologi volunt, recens creata cum nato Chriſto, ad illuſtrandas eius cunas, deducendoſque Magos ad adorandum. At multitudine gregariorum, qui falſis titulis irrepſerant viluit, ſuffecto in eius vicem Diui Michaelis ordine, à Lud. XI. quod Gallia peculiari tutela, eum genium cuſtodem ſui imperii habeat, & is ordo paulatim turba ambientium laborauit, ſub Henrico II. & impuberibus filiis cum antea à Carolo VIII. Ludouico XII. Franciſco I. non niſi in caſtris, poſt res fortiter geſtas, conferri ſoleret; ſic ille conſcia omni acie Baiardum, Michaelis torque decorauit & cochlearem militem fecit, ſic multos quorum in annalibus crebra mentio.

Militia S. Spiritus ab Henr. III. inſtituta laudatio ex recenſione aliorum ordinū qui exoleuerunt.

Ihoa. Rex Stellæ ordinis conditor Philipp. dux Burg. uelleris Edouar. III. poplitaris.

Torques militarium Ordinū publice & potiſſimū in caſtris equites inſigniebantur.

Henricus III. quod fœlicia plurima, illo die, quo in Apoſtolos ſacrum flamen cœlo, igneſcentibus linguis dilapſum, potiſſimum quod illo, Rex Galliæ renunciatus, ac è Sarmatia in auitum & longe fœlicius regnum, accitus eſſet, hūc ordinem inſtituit, ea tamen moderatione, vt antiquum Diui Michaelis, è faſtis non eraderet; nam etiamnum torqui militiæ ſacræ pneumatis antiquus additur, conchis littoralibus intertextis (quæ Diui Michaelis baſilicæ monaſticæ in ora

Cur Henricus III. S. Spiritus ordinem inſtituerit.

Digitized by Google

1595\. in ora maritima Neuſtriæ ſitum ſignant) atque in rituali Henricianæ inſtitutionis indictũ, vt poſtridie quam torquis maior ſacri flaminis imponatur, Diui Michaelis minor ſuſcipiatur: vt Gallici cæteris principibus antiquitate imperii, religionis cura tuendæ antiſtant, ſic vterque ordo, omnium qui fidem Chriſtianam colunt, dignitate ſuperat.

Ordines militares exterorum principum.

Anglicus mere profanus, & ex re laſciua & ſcurrili ortum habuit: Burgundicus cuius Hiſpanus heredem vt & ditionis ſe profeſſus eſt, aſſumpto vellere aureo, Argonautas refert niſi quis non tam Iaſonis, quã Gedeonis vellus eſſe dicat. Laudatiſſimus eſt Sabaudicus, ſumpta teſſera Angeli nunciantis partum virginis: in Hiſpania & Luſitania, peculiares exorti, ſub auſpiciis diualib. voto ſingulari ad profligandos Mauros eximendoſque eorum ſeruitute Chriſtianos. Sed ne in recenſendis ordinibus ordinis & inſtituti mei oblitus videar, rem aggrediamur.

Amedeus VI Comes Sabaudiæ ordinẽ Annunciationis inſtituit.

Moris eſt recepti, in militia S Spiritus, vt inaugurationis initium ducatur vltima die anni deſinentis, à peruigiliis ſerotinis in Auguſtiniano cœnobio, altera quæ annum renouat inauguratio peragitur. Rex ordiri annũ ab ordine haud potuit, quod ex vulnere oris foras egredi, à medicis inhiberetur, idus Ianuarii rem ſacrã operatur inſuliſq; equeſtribus, Henricum Borbonium Montiſpenſerium, ducẽ Longouillæum, & S. Pauli comitem fratres alioſque quamplures, præſules etiã, Nannetenſem & Maleacenſem inſigniuit: prætermitto ſciens pompã, quod trita ſit, & in omnium cõſpectu fiat, formula autem inaugurationis digna, quę hic ſuis conceptiſq; verbis referatur. *Ordo* (profatur Rex ſummus magiſter illius) *hocte paludamento, ſui fraterni contubernii inuoluit, ad propagationem & columẽ fidei orthodoxæ, & Catholicæ religionis*: exinde torquem ceruici imponens: profatur: *Manu regia, noſtræ militiæ Teſſeram accipe, ſacri pneumatis torquem ſit tibi in iugi memoria, ſeruatoris Chriſti paſſio, cuius ſymbolum crucem, veſtibus inſuendam tibi præcipimus, annuat Chriſtus ne quã fidem votis & ſacramento oppignoraſti, fallas, ſi ſecus feceris, ex albo militiæ expunctus indictas decretis ordinis pœnas experieris.* Exautoratio eorũ qui ignauiter vel proditorie faciunt, crebra & in veteri diſciplina Rom. militiæ, in caſtris idẽ adhuc ſeruatur, nec inſolens in vtriuſq; ordinis equitibus, memorabili exemplo noſtri æui. Cum. n. Halæus quidem torquatus eques militiæ Diui Michaelis, in magno conſilio, ſordidiſſimorum criminum potiſſimum falſi, ære grauiſſimo & deportatione affectus eſſet, torque, inſulis, paludamento, omnibuſq; inſignib. militiæ, per regios fæciales, *Heraldos* vocant, publice exautoratus, indutuſq; ad ludibrium populari ſago, penè iiſdem ceremoniis, quib. olim ſacerdotes infulati, eo ornatu quo aras adire ſolent vbi damnati ſunt per pontifices exuuntur traduntur q; vt vulgo dicitur, brachio ſæculari.

Rex propter valetudinẽ aduerſam haud potuit Cal Ianua. ſolemnia ordinis inſtituere.

Formula cõcepta & rituales per nuncupata verba.

Exautoratio militis ordinis Diui Michaelis arreſto magni Conſilii.

Sigiſmundus ex gente Bathorea, quæ Sarmatis Getiſq; late imperat, Tranſſyluaniam precario & vectigalis Turcæ regebat Valachia, & Moldauia, iam pridẽ iugo Othomanæ tyrannidis, conflictata ingemiſcebat. Vaiuoda, finitimis illis regionib. ſibi adiunctis, Clementis VIII. conſiliis, Turcico fœderi renunciauerat: adoleſcens ferox, excelſi animi, iuuenili ſpiritu æſtuans, vt qui 23. annum non excederet, alioquin Chriſtiani cultus obſeruantiſſimus, ille vt Cæſarem, aduerſus Barbaros auxiliatorem & fœderatum haberet, Pragam oratores mittit,

Sigiſmundus olim Turcæ vectigalis ab eo deficiens coniungit ſe Cæſari.

qui

tbenigne & magnifice ſuſcepti 12. Ianuar.poſt varias coitiones tandem in 1595.
nodum cum Cęſare pacti ſunt; Cæſarem priuatim, & adhuc pro Vngari-
linibus fideiubentem, ad bellum Turcicum, Tranſyluano militem, an-
n,æſque collatitium ſuppeditaturum: quod ſi res ad pacem & inducias re-
nconſulto nec præterito Tranſſyluano, ab eo quidquam actum iri. Tranſ-
iam, Valachiam, Moldauiam, & finitimas gentes Chriſtiani nominis, fœ-
acis comprehenſas iri. Sigiſmundus mutua fide, Cæſari in bellum Turcicũ
, militem annonam, opem & opes ſpondet, nec cum Barbaris, illo inſcio
etermiſſo, quidquam peracturum. Præterea Rodolp. Imperator annuit Si-
ndo, vt principis liberi & illuſtriſſimi elogio nuncupatim deſignetur, vtq;
ite Auſtria, illi nuptiæ concilientur, & à Rege Hiſpano torq; aurei velleris
ur, omnem operam & commendationem adhibiturum: quod ſi forte, il- ,,
Turcica obrutus, Tranſſyluanus, finib. ſuis vi eiectus ſit, ne vitam exulem ,,
loriam, ignoto ſolo, extorris & rerum egens trahere cogatur, hoc caſu, (quẽ ,,
auertat) ſpondet Cęſar profugo, tutas ſedes, ac dignitate & ſtatu Tranſſyl- ,,
annuatim non indignum prouentum, ſuiſq; ambactis ſociiſq; aduerſæ ſor- ,,
ſpitium Chriſtianiſq; hominib. exilii aliquod leuamentum. Inſuper acceſ- ,,
ppugnationi fidei, & ad compeſcendas Turcarum excurſiones, cum Mo-
magno Duce, & Sigiſmundo Sueciæ & Poloniæ Rege, fauſtum & fœlix fœ-
vtinã tam diuturnũ, quam antea lubricũ & fallax fuit, inter principes, quos
itiæ & imperii vicini æmulatio, ac inuicẽ ſibi cedere mens auerſa, fere ſem-
finib. contentioſos facit: quam n. Poſſeuinus, ſub Gregorio XIII. inter v-
q; operoſe & anxie pacem compoſuerat, non admodum tenaci glutino hę-
præcipue Arctois principib. late regnandi libido fidem fluxã facit. Tranſ-
ni, cum Valachis Moldauiſq;, dignam Cæſareo fœdere fortitudinem præ-
ant: Illi n. Sinanum Baſciam, cũ magna vi auri, luculenta ſuppellectile, ga-
anubiiſq; Byſantiũ ſe recipientem, apposite adoriuntur, tanta vi, vt Sinam
eo equo, ex internecione ſuorũ ægre ſe receperit, inſequentib. Tranſſylua-
ſq; ad 24. milliaria Byſantii, cuius confinia agroſq; limitaneos, hoſtiliter de-
lati ſunt, cædibus, rapinis, incendiiſque Barbaris luctuoſam vicem repen-
es.

Proſopographia Vaiuodæ Tranſſyluani.

Pacta inter Cæſarem & Sigiſmundũ Tranſſyluaniæ Vaiuodam.

Fœdus inter Regem Poloniæ & magnum Moſchouiæ ducem.

Anton. Poſſeuin. ſub Grego. XIII. pacem inter Moſchum & Polonium confecerat.

Chriſtian. Sinano Baſcia ingentẽ prædam auferunt.

t quo res proſperas Chriſtianorũ nouellis Turcarũ imperator compeſceret,
Valachos antea vectigales excuſſo iugo ſubderet, *Micham* quendã gente Va-
am, cum ingenti Turcarum & Tartarorũ exercitu ſubmittit, ſed prius quam
ngerentur, cæſi & diſſipati Michæ eiuratori dominationis ſpẽ ademerunt,
no Ianuario, tam crebræ & ingentes victoriæ Chriſtianorum, vt plura vno
ſe aſſequuti ſint, quam proaui tot ante retroactis ſæculis, nam *Pondeſium*, *Ni-
ium*, *Rilla*, *Bebuichiũ* & plura oppida, quæ mihi Gallo Latine fingere religio eſt
gitãter & quaſi nullo marte Chriſtianis ceſſere. Quis aũt à capto Byſãtio ſcri-
egit, Chriſtianos velitationib. excurſionibuſq; ſuburbanos, vicanoſq; fini-
s Conſtantinopolis appetiuiſſe? Solimanus cõtra, Othomanorũ maximus
tiſſimuſq;, legitur Viennã ipſã, arctiſſima obſidione cinxiſſe, Vngaria, Stiria,
tota Germania, vel cum Carolus V. & Ferdinandus frater rerum potirentur,
egiſſe.

Victoria Trãſſilua. & Valachorum.

Digitized by Google

1595. egiſſe triumphalem prædonem, ita rebus Chriſtianis Barbarus tunc ſuperior, nunc vero côuerſa armorum proſperitate in ſuo nido noctua ab Aquilis appetitur. Quod ſi eo ipſo tempore, Chriſtian. Reges mutuis digladiationibus abſtinuiſſent, nô dubium eſt, quin vniuerſa eorum conſpiratione vltimum excidium occaſumque imperii ſui barbara gens nacta fuiſſet, ſed nondum Dii neglecti ſatis malorum luctuoſę Europæ dederunt.

Pont. Max. proſcriptos in mutum exitium impellit.

Proſcripti Italiam, Parthenopæum regnum fineſque Siculos potiſſimum cędibus latrociniis immaniter diuexabât, quos Pontifex Max. inſigni commento, in ſe conuerſos deleuit, lege lata, vt pro ſingulis capitibus cæſorum, commilitonum, non modo indictum lege precium numeraretur, ſed ciuitati pœnatibuſque ſuis exules reſtituerentur, vt publicata fuit, inuicem ſibi inſidiantur, rupta fide ſodalitii, alter in alterius caput iurat, perſtatque inſomnis, donec cæſum abſtulerit, quo libertatem & præmium recipiat, ſic ab inimicis publicis, per inimicos liberata Italia, vtque olim quos fabulantur, enatos ex ceſpitibus glebiſque milites, mutuo ſe iugularunt, ſic graſſatorum iſta colluuies, in ſuum excidiû conuerſa, ſuorum manib. penitus ſublata & conciſa fuit.

Huyum oppidum Eburonica dioceſis intercipitur.

In Batauorum Ordinibus merebatur ſtipendia *Heraugerius* intercipiendis vrbibus homo apprime callidus, ille duodecim cohortibus peditum, equitum 14. Bræda cui præfectus erat egreſſus in Eburonum fines, *Huyum* caſtrum, mox oppidum, vtrumque Leodienſis Epiſcopat. ad Moſam fluuium (quem ponte lapideo concamerat) inuadit: ſtupeis ſcalis ad ſpeculam innexis alta nocte, per ignauiam ſomniculoſis cuſtodibus ſcanditur caſtrum, quo præſidiis firmato, in oppidum Heraugerius totis agminibus effunditur, oppidani primum impetum ſuſtinere laborant, ſed vbi caſtro tot copias ruere animaduertunt arma ſubmittunt, atq; ab Heraugerio imperium & præſidium accipiunt. Ille ad coercendos Hiſpanos, vt Eburonibus late imperaret, & pede ſicco Moſam tranſmitteret, ingentibus copiis vrbem firmat, quæ Nammurſium & Brabantiam indictionibus vectigalibuſque, ære & imperata annona premebant, dum tamen prædatum incautius euagantur, & ſeptem carros exoticis ſericiſque veſtibus onuſtos deducunt, à Grobendochio Hiſpano-belga, opimis ſpoliis & magna ex parte vita ſpoliantur. Erneſtus Bauarus Eburonum & Vbiorum pontifex ac ſeptemuir imperii, apud ordines Batauos de intercepto *Huyo* grauiſſime conqueſtus, ab inuaſoribus pœnas exigit, qui vrbem ſequeſtram ab armis quieſcentem neutri partium infeſtam & vtrique amicam perfidioſe & nequiter interceperint.

Querela Epiſcop. Leodienſis ad Hollandicos.

Reſponſum Batauorum & cauſſatio vrbis interceptæ. Leodienſis Epiſcop. vt ſe à Batauis

Leodienſi Colonienſique Archiep. reſponſum à Batauis, nihil iuri ſuo detractum iri, occupatam vrbem pontis lapidei ſolo intuitu, ſibi eſſe ab eo indulgendum quod Hiſpano-belgis indulſit, cum Bonna & Berka quæ ſunt ſuæ ditionis ad traiectum & commeatum illis ſeruiant. Vt Archipręſul Colonienſis, à Batauis ſibi non videt ſatisfieri, ope & ſubſidio Hiſpanorum depellere ſtatuit, nec mora Bruxellę expoſtulatione facta, Comites Fuentius & Barlimontius ſummuſque bellator Motteus, ad ſociale bellum delegantur, è veſtigio vrbs obſidetur & concutitur tanta vi, vt per muri prærupta ab Hiſpanis occuparetur, cæſis præſidiariis militibus, omnibuſque quos obuios habuere, Heraugerius in caſtrum

ſtrum

Digitized by Google

ſeceſſerat,quod cum machinarum verberatione irrequieta, & cuniculis iã 1595.
me expugnatum iri præſentiret,pactus ſuam & commilitonum incolumi-
,ille vno equo, milites enſe & ſica accincti egrediuntur.
ex multoties conqueſtus,quod Dux Parmenſis,non ſemel fœderatis auxi-
riſſet, ab Hiſpano reſponſum habuit Parmenſem Mainio laboranti, vt a-
& commilitoni,opem tuliſſe,multa pro nutu ſuo gerere vicarios, denique
verbera excuſabat, vt fucum ſibi fieri,illudique Rex vidit, Leonino more
das vulpes decreuit, & cum nulla peiora ſint odia occultis, iam non per
ilos, rem agendam conſtituit:ergo bellum Hiſpano per præcones & feci-
nunciat,edito programmate fere in hunc ſenſum: *Nulli in poſterum ſeu indi-
t extero ignotum ſit,quod cum Rex Hiſpaniæ,aperto marte,numinis auxilio Regumque
t auſpiciis ſubditorumque fido robore fultæ Galliæ expugnandæ impar eſſet, inteſtinis
odijſque,diſſuendam obruendamque putauit, eoque ambitus & odij proceſſit, vt ad a-
ciuile bellum, ærarium ſuum, ſummoſque exercitus exhauſerit, priuatis ditionibus,
vacuis relictiſque in prædam, vt in Gallia prædaretur, diſſolutiſque patriis legibus, ſi-
ue regnum affectaret, nefarii illius ambitus molimina & fundamenta iecit, ab exceſſu
.capta occaſione,ex auo impuberi regum, quos æſtus, bellorumque turbines, dubia ſorte
bant,ſed efferata illa cupido,latens ſub cinere doloſo erupit in auras & ignem dedit, in-
e imperio Henrici 3. cum ille per emiſſarios ſuos, conductitioſque homines, diſſidiis fa-
iſque regnum compleuit, ab obſequio regio diuulſis ſubditis Orthodoxiſque ſpectro re-
,in regem (ſi quis alter fuit) religioſiſſimum exaſperatis, & ad arma concitatis, vnde
ſius feralis mors,excidia, incendia, latrocinia, & quæ nulla voce exæquari poſſunt fla-
ſequuta ſunt,nec iam ferens ruinæ pondus Gallia Tyrannidi cedebat,ni ſtator ſeruator-
lici imperii Deus,Henrico 4.animum & vires inuictas, ad erigendam fulciendamque
et,quo vindice & propugnante religio,vita,fortuna,priſca libertas iam in tuto ſunt. At
ſpanica factio, regia manſuetudine, reuerſione ad fidem catholicam,ſummis obſequiis
dem Roma.nequaquam emollita, regni fines appetere non deſinat, & Cameracenſibus
elam ſuſceptis,in dies feroces & populabundi Hiſpano-Belgæ inſultent, in eoſque nul-
us damni,iniuriæ & vaſtationis inexpertum ſinant,cum tot ſcelera,iam non vltra re-
ulanda,patientia & moderatio cum in damno ſint, ſibi ſuiſque ac ipſis Cameracenſi-
u poſcentibus,cum deeſſe non poſſit,terra marique, Hiſpanis indicere bellum,vt non tam
erat quam ab his illatam depellat, ſubditis quibuſcunque præcipere vt eos pro hoſtibus,
, bellum inferant,ſuos fines ingrediantur,viros æque ac vrbes diripiant,ſubripiant, ve-
& perſitationes imponant,denique apud hoſtes publicos, omnia hoſtiliter agant, cum
ibet fœdera,colloquia, ac commercia, grauiſſimiſq; indictionibus vinculum ciuilis ſo-
ibrumpant:* per tubicines publicato programmate, Erneſtus prorex Hiſpa-
n Belgio, contrario,in Gallum multa contumelioſe publicat, minuſque
o verbo Regẽ (cuius atauis Philippus Auſtrius Flandrici Comitatus be-
rius,cõceptis verbis clientelari formula, exigente ſacramentum Cancel-
rupe forti fidem præſtitit)Biarnenſem principem nuncupat.
Primus in hoſtem iaculum contorſit, bellique facem intulit, Henricus
is,Turreniæ dynaſta Franciæ Mareſcallus.
lle ducatum Luxemburgicum peditumque exercitu extemporaneo in-
H greditur

Iudificatum vidēs ad Brabantinos confugit.

Huyum recipitur.

Narratio rerum Gallicarum.

Belli denunciatio à Gallis aduerſus Hiſpanos.

Hiſpanus res ſuas bello Gallico tutus effecit.

Primordia iniectæ factionis & nutritæ ab Hiſpanis in regno.

Phili. Auſtrius Rex Hiſpan. comes Flandri. & Arthesii

Digitized by Google

1595. greditur, vndecim equeſtres cohortes Caroli comitis Mansfeltii, ducentis loco ipſo cæſis fugat, inque altiſſimas ſyluas, ſe recipere cogit, aliunde in Attrebates Catuates & Neruios fit à Gallis excurſio, vt ad portes quotidiani eſſent, Hiſpano-belgæ & cum illis Gallia extorres, par referunt. Perronam enim Ambianos, Bellouacos, æqualiter infeſtant tanto audentius ſecuriuſque, quod Sueſſionenſi præſidio aucti & fulti, Lutetiam vſque excurrerent, memorabili facinore, abductis equitibus, qui in ſtadio ſuburbano, equos in giros domabant. Rex ſupra modum indignatus, finitimis vrbibus mandat, vt Sueſſionenſes intra muros ſuos arctius premerent coercerentque, quod non modo peractum, ſed cum illi liberius incautiuſq; euagarentur, prope Creſpeium ſociatis viribus, ab omnibus præfectis regiarum partium, tam opportune & ſtrenue, in eos excurritur, vt Belfontius, & Conanus, fœderatorum anteſignani, captiui facti ſint.

Rosneus gente Gallus, qui eiurata fide, ad Hiſpanos non reuerſurus tranſierat, duabus machinis campeſtribus, millibuſque peditum duobus, Feram annonæ ingentem commeatum furtim inuexit, nec modo incolumis in Attrebates, ſed Morinorum onuſtus præda & ſpoliis reuertitur. Supra diximus Lotharenum Ducem cum rege in gratiam rediiſſe, qui illi militabant, regi ſtipendium faciunt, vtque recentis obſequii fidem faciant ſanciantque Baro Auſſonuillæus, & Tremblecurius nuper fœderatorum acerrimi, nunc dedititii Sequanos (Burgundicum comitatum vocant) irrumpunt, expugnantque *Veſſouuium*, oppidum non deſpicabile, & Gallo peroportunum, ad præpediendas intercipiendaſque itiones reditioneſque Hiſpanicarum copiarum, quæ Italia & Inſubria auxiliares in Belgium, per comitatum Burgundicum, iter ſibi faciunt, hoc præcluſo aditu, Rex veriſſime credebat, non niſi per Heluetios, magno anfractu viarum & aſpero vt per cautes, exteros milites in Belgium ituros, Comes Fuentius, qui circa Mediolanum cogebat exercitũ à Belgicis vrgetur, vt ſibi præſto adſit, & quę ſibi imminebat, ſummam belli cladem depellat: ille nihilo moratus, cum ingenti exercitu Hiſpanorum & Parthenopeorum militum, traiectis Alpibus, in Sequanis, primam belli aleam experitur.

Veſſouuium, aliaſque vrbes quæ in fide regis ſtabant excipit, Aſſonuillæum & Tremblecurium, vt impares longe propulſat. Attrebates & Hannonii in quos prima belli molimina recidunt, Erneſtum deprecantur, vt cum Gallo, pacem aut inducias firmet, eos qui in confinio ſint velut ſcopum eſſe ad ſagittam; eſſe vt ipſa littora, quæ turbati maris primos fluctus procellaſque excipiunt, deprecantes non inuitus audierat, & vt quieto erat ingenio, ſi non pax, ſaltem minus diuturnum bellum ſperabatur: ſed anceps inter vtrumque, fatis concidit 21. Februarii ex gente Auſtria vir egregie moratus, qui veſte, menſa, ſatellitio, minime principem ſui ſtemmatis æquabat, Hiſpanis minus acceptus, quem bellicis rebus nimis procraſtinantem & moratorem dicebant.

Bataui famam vellicarunt, quod illo ſuaſore, ſicarius aliquis, qui apud Haiam Hollandiæ 3. Iunii 1594. publice pœnas dedit, Mauricii principis cædem aggreſſus eſſet.

Ille tamen ſuperſtes hanc proditionis labem vel apud hoſtem locupletiſſimis

clientelare obſequium Regi Galliæ exhibuit.

Mareſcalli Turrenii in fines Belgicos expeditio.

Hiſpano-belgæ Gallos paribus excurſionibus fatigant.

Audax facinus fœderatorũ in ſuburbano ſtadio regalis ſtabuli.

Interceptio fœderatorũ à regiis cohortibus.

Roſne Gallus transfuga ad Hiſpanos Ferã laborantem comeatu & recenti milite iuuat.

Auſſonuille & Tremblecourt.

Vixou en la franche Cõte.

Fuentius Comes Mediolano venit auxiliatum Belgis.

Veſſouuium Fuentius recipit.

Deprecatio Belgarum ad Erneſtũ vt cum Gal-

Digitized by Google

1595.

ſs teſtimoniis deterſit, mortuuſq; ab hoc probro vindicatur: ægritudine ani-, & mœrore concepto mortuum ferunt quod in Lutetianis comitiis, Infanti ſpanicæ, (ſic vulgo Auguſtulas nominant) ſceptrum Gallicum delatum non :rit, cum qua pactus coniugium, dotale regnum habuiſſet, ſi tamen conijcere et ex mente ſedata minuſque ambitioſa, non illi regnandi venit tam dira cu-do. At vero proximius eſt peſſima valetudine obiiſſe cum ſecto cadauere, in ·mbis, lapis, & inſectum, inſtar bruchi & oblongi vermis viuum & arrodens re-ertum ſit: fabuloſum videri poſſet, niſi veterum monumentis eſſet proditum, ·riſtomeni Meſſenio ab Athenienſibus ob calliditatem diſſecto, cor hirſutum & piloſum fuiſſe.

lis pacē ineat Mors Erneſti optimi principis nō alieni à pace componēda. Laudatio Erneſti. Proditionis falſo tributa Erneſto probrum diluitur. In Erneſti lumbis vermis repertus

Magnum ſui deſiderium reliquit Erneſtus, luxeruntque Belgii vniuerſi ordines, eius pacatum & moderatum Imperium, à quo diutius ſuperſtite pacem & inducias cum Gallo expectabant, ſed nondum ab vtraque gente ſatis pœnarum datum erat, mortuo funus ductum Bruxellæ, exequialib. impenſis vel quas pro ſua modeſtia teſtamento vetuerat oblataſq; recuſaſſet: cauit enim ſibi iuſta perſolui, intra modum eum, qui priuato magis quam principi conueniret.

Sub id tempus nupſere Comiti de Hollac, Maria principis Arauſienſis genita, ex Burani Comitis ſub Carolo V. ſummi ducis, eiuſque partibus addictiſſimi filia, Elizabetha altera eiuſdem Arauſienſis itidem genita ex Caroletæ Borboniæ nuptiis, Henrico Turrio Turenæ duci, & Franciæ Mareſcallo: has nuptias, Hollandici, ſummis honoribus, ludicris ſpectaculis, conuiuiis proſequuti ſunt, quod non parum roboris, ab vtroque genero domus Naſſonuiæ illis accederet, non ita tamen Veneri, genio, delitiiſque indul um, vt Marti & Bellonæ nihil relictum fuerit, quandoquidem Mauricius & Batauì, Brugas incautius ſeruatas per inſidias intercipere moliuntur, ſed dum ipſi indiligentius ſe gerunt, tenebris per auia abducti amiſſis per opaciſſimam noctem locorum monſtratorib. re detecta ægre & diſpendioſe domum ſe recipiunt.

Duæ filiæ principis Auriaci nubunt.

XI. Cal. Februarii moritur Amurathes, ferox animi Tyrannus qui proxima æſtate, in Chriſtianos totis viribus ſupremam cladem moliebatur, ſed morte ſua illos hoc metu liberauit. Ipſa die qua è vita migrauit, tanta vis tempeſtatis, Byſantium concuſſit, vt vrbi ſupremum exidium imminere crederetur, Amurathis obitus, per dies decem latuit, donec filius maior natu Mahomethes, Natolia, vbi paterni imperii vicarius agebat, Byſantium accitus eſſet, vbi acceſſit nouendecim fratres, quos ex polygamia à patre genitos habebat, ad regale epulum vocat; illi neſcii paterni obitus, nihil inſidiarum ſuſpecti adſunt, at conuiuii ſpecie vocatos omnes, more Turcico pro reſti innexis collo mantilibus in contrarium actis ſtrangulandos curauit, patris decem vxores, ne inter eas vna vel altera poſthumos gigneret, vel mentita puerperium, partum ſupponeret, fluctibus demergit.

Mors Imper. Turcici.

Feritas Turcica.

Sinanum Baſciam, immemor tā ſtrenuæ operæ, qua Iauarinum, paulo antea expugnauerat, ſumma præfectura exuit, Cicalæ Baſciæ, imperium maris & rerum nauticarum abrogat, in Vngaria, ſummam rerum, Baſciæ Ferrato detulit. Mahomethes autem Amurathe patre nihilo mitior, Chriſtianis proxima æſtate

Sinanū Baſciam nouus Imper. exauctorat.

H 2 vltimum

Digitized by Google

1595. vltimum exitium minitans, Vienna omnique Auſtria ſe potiturum iactitabat, illa expugnata, Italiæ Romæque imperium ſibi ſpondebat, vtque voti compos fieret, totus in bellum Hungaricum incumbit, militem annonamque vndequaq; cogit, Strigonii & Iauarini laceros muros Turcæ refic iũt, in inſula Comora propugnacula conſtituunt, ne Chriſtiani hinc ſibi aditu facto, Iauarino inſidiarentur.

Res Germanica.

Comitia Pragæ habita vt à Chriſtianis principib in bellum Turcicum nummus & miles viritim tribuatur.

Cæſar certior factus de minis ferocibus Mahometi, ingentique belli apparatu, à Pontifice Max. regibus Hiſpano, Sarmata, duce Moſcouiæ Chriſtianiſque principibus auxilia ſupplex depoſcit, habitiſque Pragæ comitiis, menſe Februo, multa ad fœliciter bellum gerendum, ſeruandamque caſtrenſem diſciplinã decreta ſunt: In citeriori Hungaria, Maximilianus Auſtrius, Mathias in inferiore, fratres Cæſaris, eius ſummi vicarii conſtituuntur. Tiſembachius Maximiliani Mathiæ Manſtpheltius vices agebat. Germania non tam militibus, quam ſummo duce & anteſignano egebat, acies illi numeroſiſſimæ, ſed quæ inſtar Cyclopis excæcati, oculum non haberent, nec aliunde res aduerſæ in Chriſtianorum caſtris contigerunt, quam quod corpori, & membris ingentibus & robuſtis, caput deeſſet: Carolus Manſtpheltius, gloria rerum geſtarum famam ſummi & fœliciſſimi ducis quæſierat, vt Cæſar rebus gerendis cordatiorem faceret, imperii ſummum principem menſe Martio creauit, donatq; torque ſumptuoſiſſimo, cui aureum numiſma penſile Cæſaris iconem referebat.

Carol. Mãſfeltius vicarius ſum, mus Cæſaris Germa.

XXIIII. Ianuarii Archidux Ferdinandus, imperatoris Ferdinandi filius, fato humanam ſortem expertus eſt, Comitatus Tyroli, ingentiſque ærarii & peculii, Cæſarem gentilem ſuum inteſtato hæredem reliquit, nulla enim legitima prole deceſſerat, relictis naturalib. liberis, Andrea Auſtrio Cardinale, Conſtantienſi Epiſcopo, & Marchione de Burgau.

Moritur Ferdinandus Archidux.

Diximus paulo antea Mainium dehiſcente fœderatione, cum res ſua ad Triarios deueniſſet, ſuum ſummũ præſidiũ in Burgundia collocaſſe, in Belnenſi vrbe & caſtro, vel cum dubiam fidem fortuna ferret fidentiſſimum habebat; vt omne regium robur, in hanc partem deflectere ſenſit, nouo ſacramento auctoq; præſidio, vrbem ſibi oppignorat. Bironius omnem illam oram, vt ſummus erat præliator, atrox alioquin & in obluctantes paternis moribus ac ingenio inexorabili, velitationib. populationibuſque infeſtabat: Belnenſes, ſpatiis iniquis cõcluſi, cum vndequaque vicinæ vrbes & oppida deſciuiſſent à fœderatione, qua arte ſeſe in libertatem vindicarent, ſuſurris & tacitis conſiliis moliebantur, res ardua & quæ quantumuis abdita, oculatos & auritos præſidiarios haud diu latuiſſet, vicit tamen ſalutis cauſa, quæ ſuprema lex eſt. Bellinus quidem vrbanam ædilitatem gerebat, intus liliatus, foris fœderatim ſimulans, clam exploratis animis, Valgrenantio præfecto oppidi S. Ioannis Alnæi renunciat, vt Bironium de ſua ciuiumque in Regem propenſiſſima voluntate, certum faciat: Valgrenantius, Bironio rem detegit. Ille IX. Calen. Feb. Belnenſibus adfuturum ſpondet, adiicitq; vt ſecunda poſt meridiem in armis ſint, atque occupata porta auxiliatnis aditum faciant, Mainius cõſilium quantumuis arcanũ ſubolfecit, vt irritũ faciat, improuiſus adeſt, caſtro & vrbi ꝓſpicit, recentib. copiis firmat, ciues ſuſpectos remouet,

Res Gallicæ.

Conſpiratio tacita ciuiũ Belnenſium vt ad regiũ obſequiũ redirent.

S Iean de Laune.

Digitized by Google

[m]ouet, cæteris obſtructis, vnā portā peruiā eſſe iubet, ac tandē ratus de caſtro & [ſ]e ſecure admodum ſibi cauiſſe, vt qui tamen in fido loco, & non anxie expu[gn]abili, obſideri nollet, Cabileonem ad Ararim, vbi ſua pergama omniumque [fo]rtunarum palladium conſtituerat, reuertitur: præfectus Momedius Mainio [in]dubiæ fidei, vt ſibi à ciuibus caueret, ſpecie reficiendi caſtri & rei annonariæ in[u]ehendæ duumuiros fiſcales accerſit, illecti hac fraude, capti retinentur, Ædiles [d]ecurioneſque itidem vocati ituros abnuunt, Momedius in vrbe luſtrationem [c]opiarum ſimulat, hoc colore populo illudens, quatuordecim oppidanos regiarum partium aſſertores vinculis coercet, Bellinus conſorteſque ædilitatis, diem à Bironio ſaluti recipiendæ dictum anteuertendum ſtatuunt, ſymbolum depellendæ ſeruitutis, erat claſſicum campanulæ, quæ horas indicat. 1595.

Mainius vrbem Belnenſem ſibi fortius deuincit.

Vt percuſſa ſignum dedit, Bellinus Ædilis, faſcia candida circa humeros bipartito fluitanti conſpicuus ſtricto mucrone audacter & intrepide, commilitones ad vindicandam libertatem inclamat, altum perſonans *Viuat Rex.* addunt ſe ſocios illi contribules omnes, indiſcriminatim cum mulieribus pueri, quidquid obuium fuit, ſeu veru, ſeu tridens aliunde rubiginoſum, pro telo ſumunt At ille qui ex præſidiariis ſtatiua habebat intus, portam protinus obſtruit, ſuoſq; commilitones foras excludit, ex muro oppidani eos ſclopis impetunt vertuntq; in fugam, ſparſos palanteſque ruſtici per agros militaribus iniuriis tātopere attriti ad vnum ſæuiter mactant, ex vrbanis decurionibus, vnus nomine Alexanus, aut verius vrbis ſuæ Alexicacus, in diuerſorio pręfectum, nomine Guillielmum Mediolanenſem, hominem dirum, feritate & latrociniis fœdiſſimum cum fratre Momedii cauponantem intercipit, ac ſclopo vulnerat, vinctumque cum commeſſatoribus abducit: præſidiarii milites ciuili æſtu territi, hac atque illac diffugiunt, & tandem præfectis inclamantibus agmina cogunt.

Fœderationis eiuratio à Belnenſib.

Tumultus in vrbe Belnenſi.

Oppidani congeſtis vicatim doliis (aduerſus repentinos tumultus noſtra ætas hoc ſubiti munimenti genus inuenit) ſenſim progrediendo, vſque ad caſtrū compellunt.

Doliorum coaceruandorum munimentum neotericum eſt & ferali die nimis famoſum.

Momedius vt ciuibus arma excuteret, proximas domos incendit, ratus ad reſtinguendum incendium concurſuros, ſed neglectus ignis, & potior viſa cura libertatis ſeruandæ, quam priuatarum ædium, quod illæ refici, iſta ſemel amiſſa ægre vel forte nunquam recuperari poſſit, in anguſtias compulſis coercitiſque, aggeſtione doliorum, ciues protinus per fabros ferrarios, portæ vectes ferreos, cardines, ſeras clathrum, craticulam & omnia repagula confringunt ac reuellunt, diſploſis maioribus tormentis Bironium de ſummo vitæ diſcrimine, vel incertis locis errantem commonefaciunt (ſtatam enim diem ciues anticipauerant, nec enim ad libertatem procraſtinandum) curſoreſque peg[a]ſeos illico ad eum dirigunt, vt præſto adſit.

Aggeſtio doliorum ab oppidanis reliquiq; in præſidiarios milites in caſtrū profuſos.

At commodum a[c]cidit, vt ille vel neſcius rei geſtæ (cum candida illa dies præſtituta rei gerendæ non illux[i]ſſet) non longius duobus milliaribus ab v[r]be eſſet, qui cum ciuium acce[pi]ſſet ſummum laborem, protinus concitatis equis, auxilium feſtinat, venienti occurrunt ædiles & primores vrbis, præfati apud bellatorē qui militi omnia nedum præli[b]āter ſed ferociter indulgebat, vt cum eius

Opportune Bironius ab oppidanis adiutur.

Digitized by Google

1595. bona venia exterus miles, iniuria & direptione abſtineat, in eos qui vltro & per ſummũ diſcrimen à fœderaris ſe ſubducerent, inq; Regis clientalẽ ſe vindicarẽt, ille ab hoc metu otioſos eſſe iubet, collaudata plurimum ſtrenuitate, qua hoſtem in arctum compuliſſent, haud mora vrget opus, ex pedeſtribus lectos milites, in hoſtes immittit, Bironiano exercitu vel ſolo ipſius nomine territi vrbis deditionem faciunt, vitam & arma pacti ea lege vt vexillum ſubmitterent, nec enim Bironius ab vllis factam deditionem ſibi vnquam ingloriam eſſe tulit. Momedius, cum valido præſidio caſtrum propugnabat, Bironius obſidione cingit, altãque foſſam ducit aduerſus eiaculantium miſſilia; Momedius vt tormenta admoueri videt, de deditione colloquium ſimulat, annuitur, viciſſim dantur obſides, vt vero miſſi à Mainio, quadraginta circiter, exploratæ fidei & ſtrenuitatis milites ſenſim in caſtrum ſubrepſerunt, Momedius colloquio renunciat. Bironius iratior factus, (& qui metuendas iras habebat) machinas admouet, expugnationem vrget, indeſinenter murũ verberat ita vt latiſſime facto aditu, milites ad irruptionem ſe pararent. fruſtra Momedius, à Mainio ſuppetias expectabat, ſpe tamen ducebatur, cum fratre Nemoroſo duce iunctis copiis ſibi auxiliatum iri, (ita obſeſſi nec inexpertus loquor, ſibi blandiuntur & vt amantes ſomnia fingunt) ſed diu protracta obſidione, expectatione lapſus, ipſo die Floraliorum paciſcitur ſe & milites exituros, cum armis, peculio, ſarcinis & impedimentis, vexillis complicatis tamen, timpaniſque haud percuſſis. Auguſtodunum (ea eſt Heduorum princeps ciuitas, cuius rudera, moles arcus, & litterata marmora, notis Cæſareis & conſularib. vetuſtatem loquuntur, & Quiritium municipium aliquando fuiſſe teſtantur) Diuionenſes cæteræque vrbes quæ in confinio ſunt Belnenſem deditionem inuicem æmulantur, vt ſua pagina apposite narrabitur.

Bironius rẽ inchoatam peragit.

Deditio caſtri Belnenſis.

Deditio Auguſtodunenſis Diuionẽſis aliarumque vrbium Burgundiæ.

Moritur ſub id tempus Reuollius conſiſtorii regii amanuenſis, vir aulici fuci minime retinens, nulli probitate morum comparandus; ſufficitur Villaregius, ex amanuenſibus olim ſub Henrico III. primicerius, quo vno cardine Galliæ axis vertebatur, & cum pondere negotiorum attrita, & inclinans videretur, non melius fulciri poſſe, quam à Villaregio Regi viſum eſt, cui hoc ſupremum munus reſtituit, nequicquam aliis prece, precio ſuffragiiſq; ambientibus.

Mors & Elogium Reuollii Amanuẽſis.

Menſe Aprili moritur Torquatus Taſſus Herruſcæ poeſis facile princeps, quique multorum iudicio, ſaltem meo, (& multos habeo adſtipulatores) Dantem Petrarcham Arioſtum, omneſque, qui æuo anteceſſere, longo poſt ſe relinquit, quique vel vno opere liberatæ Hieroſolymæ, Græcos & Latinos ſi non ſuperauit, æquauit certe. Iam taceat Ilias, Æneis ſi non ſubmittit lauros, ſaltem Mantuæ Feraria non inuidet, nugari putes cæteros in poetica, illum ſolum vel in fabulis ſeria agere.

Mors & laudatio Torquati Taſſi Ferarienſis.

Hoc menſe itidem moritur, Paſchalis Ciconia Venetiarum Dux, qui ſumma animi moderatione & prudentia Rempublicam geſſerat, inter egregia opera conditor illius recentis oppidi prope Aquileiam, ille magnum ſui omnibus deſiderium & tædium & morte reliquit, quod leniuit ſuffectio & allectio in ducatum Marini Griniani, cui de ſumma dignitate, gratulatum miſerunt Itali & exteri principes. Tota hæc pagina atra & libitinaria eſt, menſe enim Maio, Dux Longo-

Mors Paſchalis Ciconiæ Ducis Venetiæ.

Mors Ducis Lõgouillai.

Digitized by Google

ıgouillæus, prouinciæ Vermanduorum Morinorumque præfectus, dum 1595.
et limitaneis vrbibus & milites recenſet, vt Dourlanum ſubit, dumque agit
ı Rauellio, de vrbe munienda, à præſidiariis crebra ſcloporum emiſſione ſa-
ıtur, glande cum Rauellio collocurore traiicitur, dilapſus equo, paulo poſt
irat, imprudentiæ aut noxæ tribuatur, dubium, nec explorari potuit quo au-
ıre tantum ſcelus admiſſum ſit, vterum geſtabat vxor, ducis Niuernenſis filia,
xa poſthumum qui adultus in patrias virtutes excreſcit. O ſors mortaliũ ſem-
ubrico poſita, nunquam ſecura, nunq̃ citra fortunæ ictum: & rebus ludicris
diiſq; potentum triumphis mors atra ſe interſerit, dumq; ſæpe Mars iocatur,
it lethaliter, & luctuoſus eſt: Gallia hoc ſcit nimium infanda morte Henrici
qui in haſtiludio immedicabiliter fragmine conti cæſus occubuit; duciſq; An-
iani qui dum ludicra agit fatum fortuitum nanciſcitur. At Longouillæi mors,
præteritas præſenteſq; ærumnas, non parua acceſſio fuit, quãdoquidem ptin-
ıib. quaſi columnis fulcriſq; regnum innititur, vt ſtat ſtãtibus, ſic labantib. cõ-
llitur, vel ſaltem nutat. Lõgouillæus primi ſtemmatis erat, vt qui genus pater-
ım ad duces Aurelios matris ad Borbonidas referret, princeps à proauis non
gener, qui gentilem ſuum Ianum Comitem Dunenſem, tyrannidis Anglica-
e domitorum, excelſo ſpiritu & fortitudine bellica æmulabatur.

Pragnantem vxorem reliquit Longouillæus.

Elogium Ducis Longouillæi.

Illi enim nemo non refert Syluanectenſem victoriam, memorabilẽ ſi qua
la noſtro æuo fuit, fœderationis enim primordia tunc florentiſſimæ (quæ tunc
u Bericinthia, turrito vertice quadriga Laureata & triumphali Francorum in-
ecta per vrbes late impetrabat,) tanta clade attriuit, vt vno illo impetu labefa-
a & funditus euerſa deinceps ad primæ fœlicitatis faſtigium regredi haud potu-
rit. Petrus Victor Caietanus, cum nouatoribus conſenuerat, miniſterii quod
ocant munus obiens, ille non ſemel, in Lupara aſſidente Regis vnica ſorore, a-
ud collegas diſſerit & peruincit longe omnes illos, à vero ſtatu Eccleſiæ auer-
ıs, ſeriem & ſucceſſionem Apoſtolicam, in ſola eſſe Romana Eccleſia, tota orbe
ırrarum vnam eſſe, ritibus æqualem, quam vero ipſi & collegæ miniſtri doce-
ınt religionem, non vno eſſe vultu apud finitimas gentes, variam eſſe & verſi-
ellem, Germaniam vno oppido alere & pati varias ſectas, tam eſſe feracem opi-
ıionem quam pietatis veræ ſterilis ſit, damnari arguique nuperos ritus vel ab i-
ſa Anglia, quæ non penitus pontificios exuit, contra Scotiam & Galliæ partem
ıuæ ab auita deflexit, vnius Caluini deliriis mere eſſe addictas, denique de reli-
ione ludere vt Chameleon de pelle ſua, vnitate Romanæ Eccleſiæ potiſſimum
dduci, vt eam veram eſſe Chriſti ſponſam crederet Vel vno teſte D. Hierony-
ıo qui Epiſtola ad Euandrũ ſic vnitatem Rom. Eccleſiæ aſſerit. *Non altera Roma.
vbis Eccleſia altera totius orbis aſtimanda eſt, Gallia, Bithynia, Perſis, Oriens, India & omnes
barbaræ nationes vnum Chriſtum adorant & vnam colunt Eccleſiam in qua vnam obſeruant
gulam veritatis, ſi autheritas quaratur orbis maior eſt vrbe.* Ideo ſuadere collegis, vt p-
ter mores ſacerdotũ minus forte probos à religione (quæ ipſa incorrupta ſit,
ec immũdis miniſtris non minus inquinetur q̃ ſi gemma in lutum inciderit, vel
ol in ſordes radios immiſerit) non diſcedatur pluribus mentẽ ſuam, de repudio
ittendo nouatorib. teſtatam facit, nec mora eiuratis erroribus Victor non tam
nomine

P. Victoris Caietani ex veterano miniſtro ad Rõ. Eccleſ. reuerſio.

Caietani apud collegas de vnitate Rom. Eccleſiæ media aula diſſertatio.

Digitized by Google

1594. cæterorumque factioſorum conciones ſalſe & argute irridentur, ita vt nemo ridens vrbanius verum dixerit.

Le Catholicon ou Satyre menipee.

Opus feſtiuum, ſi quod aliud, aculeatum tamen & amarulentum, varium & teſſulatum, proſa & metro, vernacule ſcriptum tanta venuſtate, vt legendi nunquam ſatietas capiat, cuique toties excudendo vix præla ſufficiunt, monuiſſe ſatis ſit: nam Gallica dicteria, ſcommata & acroamata quibus ſcatet, tam exquiſito delectu exuberant, vt ſermone extero, vix exæquari poſſint, quod illa linguæ & vſui noſtro peculiaria ſint, ita ſolo Gallico ingenita, vt ſuis immota ſedibus in Latium transferri non ferant: at qui volet cupedias, condimenta, lenocinia, delicias, feſtiuitates argutiaſque omnes, ex ipſo fonte affatim hauriat.

Mors & elogium Iani Reginaldi in magno Conſilio Aduocati.

Ipſo natali Seruatoris, Ianum Reginaldum cruda adhuc ſenectute nobis ereptum funerauimus, at quiſquis virtutem amas, & non tritam eruditionem colis, audi quis fuerit quem lugeo: ille non modo forenſi gloria & iuris pontificii reſponſis, quibus ad lites beneficiarias in magno Conſilio, veteranus & Antiſtes togati noſtri ordinis inclareſcebat, ſed & politiſſimis litteris ac vtraque lingua ſcientiſſimus, famam extra forum porrexit, ita vt quo vixit ſæculo nullus eruditior fuerit, qui hominem non plurimi fecerit.

RODOL-

Digitized by Google

1595.

ODOLPHI BOTEREI IN MAGNO FRANCIÆ CONSILIO ADVOCATI,

OMMENTARIORVM DE REBVS TOTO PENE ORBE GESTIS,

Liber Secundus.

ANNI primordia ab inaugurationibus militiæ ſacri pneumatis, Rex duxit, quem ſuperiori anno ordinem poſtridie Carnuteæ vnctionis ſuſceperat, gentilitiis principib. ſummiſque regni proceribus ex ritualibus cæremoniis contulit: inualuit enim apud iſtianos principes, vt ad propagandam fidem, ſymbolum & teſſera communilitiæ & ſodalitii proponeretur: ſic olim Theutonici milites & Templarii, que adhuc fœliciter extant Rhodii equites, crucem militiæ ſacræ ſibi Laba- fecerunt. Olim ſtella Gallicam militiam inſignibat, non fabuloſum ſydus adaridum, ſed noua illa, & vt Theologi volunt, recens creata cum nato Chriad illuſtrandas eius cunas, deducendoſque Magos ad adorandum. At mulldine gregariorum, qui falſis titulis irrepſerant viluit, ſuffecto in eius vicem i Michaelis ordine, à Lud. XI. quod Gallia peculiari tutela, eum genium cudem ſui imperii habeat, & is ordo paulatim turba ambientium laborauit, ſub nrico II. & impuberibus filiis cum antea à Carolo VIII. Ludouico XII. Franco I. non niſi in caſtris, poſt res fortiter geſtas, conferri ſoleret; ſic ille conſcia ni acie Baiardum, Michaelis torque decorauit & cochlearem militem fecit, multos quorum in annalibus crebra mentio.

Henricus III. quod fœlicia plurima, illo die, quo in Apoſtolos ſacrum flan cœlo, igneſcentibus linguis dilapſum, potiſſimum quod illo, Rex Galliæ unciatus, ac è Sarmatia in auitum & longe fœlicius regnum, accitus eſſet, hūc dinem inſtituit, ea tamen moderatione, vt antiquum Diui Michaelis, è faſtis n eraderet; nam etiamnum torqui militiæ ſacræ pneumatis antiquus addir, conchis littoralibus intertextis (quæ Diui Michaelis baſilicæ monaſticæ

Militia S. Spiritus ab Henr. III. instituta laudatio ex recensione aliorum ordinū qui exoleuerunt.

Ihoa. Rex Stella ordinis conditor Philipp. dux Burg vellerꝭs Edcuar. III. poplitarij.

Torques militarium Ordinū publice & potiſſimū in caſtris equites inſigniebantur.

Cur Henricus III. S. Spiritus ordinem inſtituerit.

in ora

Digitized by Google

1595. in ora maritima Neuſtriæ ſitum ſignant) atque in rituali Henricianæ inſtitutionis indictũ, vt poſtridie quam torquis maior ſacri flaminis imponatur, Diui Michaelis minor ſuſcipiatur: vt Gallici cæteris principibus antiquitate imperii, religionis cura tuendæ antiſtant, ſic vterque ordo, omnium qui fidem Chriſtianam colunt, dignitate ſuperat.

Ordines militares exterorum principum.

Anglicus mere profanus, & ex re laſciua & ſcurrili ortum habuit: Burgundicus cuius Hiſpanus heredem vt & dirionis ſe profeſſus eſt, aſſumpto vellere aureo, Argonautas refert niſi quis non tam Iaſonis, quã Gedeonis vellus eſſe dicat. Laudatiſſimus eſt Sabaudicus, ſumpta teſſera Angeli nunciantis partum virgini: in Hiſpania & Luſitania, peculiares exorti, ſub auſpiciis diualib. voto ſingulari ad profligandos Mauros eximendoſque eorum ſeruitute Chriſtianos. Sed ne in recenſendis ordinibus ordinis & inſtituti mei oblitus videar, rem aggrediamur. Moris eſt recepti, in militia S Spiritus, vt inaugurationis initium ducatur vltima die anni deſinentis, à peruigiliis ſerotinis in Auguſtiniano cœnobio, altera quæ annum renouat inauguratio peragitur. Rex ordiri annũ ab ordine haud potuit, quod ex vulnere oris foras egredi, à medicis inhiberetur, idus Ianuarii rem ſacrã operatur infuliſq; equeſtribus, Henricum Borbonium Montiſpenſerium, ducẽ Longouillæum, & S. Pauli comitem fratres alioſque quamplures, præſules etiã, Nannetenſem & Maleacenſem inſigniuit: prætermitto ſciens pompã, quod trita ſit, & in omnium cõſpectu fiat, formula autem inaugurationis digna, quę hic ſuis conceptiſq; verbis referatur. *Ordo* (profatur Rex ſummus magiſter illius) *hocce paludamento, ſui fraterni contubernii inuoluit, ad propagationem & columẽ fidei orthodoxæ, & Catholicæ religionis*: exinde torquem ceruici imponens: profatur: *Manu regia, noſtræ militiæ Teſſeram accipe, ſacri pneumatis torquem ſit tibi in iugi memoria, ſeruatoris Chriſti paſſio, cuius ſymbolum crucem, veſtibus inſuendam tibi præcipimus, annuat Chriſtus ne quã fidem votis & ſacramento oppignoraſti, fallas, ſi ſecus feceris, ex albo militiæ expunctus indictas decretis ordinis pœnas experieris.* Exautoratio eorũ qui ignauiter vel proditorie faciunt, crebra & in veteri diſciplina Rom. militiæ, in caſtris idẽ adhuc ſeruatur, nec inſolens in vtriuſq; ordinis equitibus, memorabili exemplo noſtri æui. Cum. n. Halæus quidem torquatus eques militiæ Diui Michaelis, in magno conſilio, ſordidiſſimorum criminum potiſſimum falſi, ære grauiſſimo & deportatione affectus eſſet, torque, infulis, paludamento, omnibuſq; inſignib. militiæ, per regios fæciales, *Heraldos* vocant, publice exautoratus, indutuſq; ad ludibrium populari ſago, pene iiſdem ceremoniis, quib. olim ſacerdotes infulati, eo ornatu quo aras adire ſolent vbi damnati ſunt per pontifices exuuntur traduntur q; vt vulgo dicitur, brachio ſæculari.

Amedeus VI Comes Sabaudiæ ordinẽ Annunciationis inſtituit.

Rex propter valetudinẽ aduerſam haud potuit Cal Ianua. ſolemnia ordinis inſtituere.

Formula cõcepta & rituales per nuncupata verba.

Exautoratio militis ordinis Diui Michaelis arreſto magni Conſilii.

Sigiſmundus ex gente Bathorea, quæ Sarmatis Getiſq; late imperat, Tranſſyluaniam precario & vectigalis Turcæ regebat Valachia, & Moldania, iam pridẽ iugo Othomanæ tyrannidis, conflictata ingemiſcebat. Vaiuoda, finitimis illis regionib. ſibi adiunctis, Clementis VIII. conſiliis, Turcico fœderi renunciauerat: adoleſcens ferox, excelſi animi, iuuenili ſpiritu æſtuans, vt qui 23. annum non excederet, alioquin Chriſtiani cultus obſeruantiſſimus, ille vt Cæſarem, aduerſus Barbaros auxiliatorem & fœderatum haberet, Pragam oratores mittit, qui

Sigiſmundus olim Turcæ vectigalis ab eo deficiens coniungit ſe Cæſari.

Digitized by Google

1595.

perbenigne & magnifice ſuſcepti 12. Ianuar. poſt varias coitiones tandem in ic **modum** cum Cęſare pacti ſunt; Cæſarem priuatim, & adhuc pro Vngari- **ordinibus** fideiubentem, ad bellum Turcicum, Tranſyluano militem, an- **nam, æſque** collatitium ſuppeditatutum: quod ſi res ad pacem & inducias re- iat, **inconſulto** nec prætetito Tranſſyluano, ab eo quidquam actum iri. Tranſ- **uaniam, Valachiam**, Moldauiam, & finitimas gentes Chriſtiani nominis, fœ- re **pacis comprehenſas** iri. *Sigiſmundus* mutua fide, Cæſari in bellum Turcicũ **dem, militem** annonam, opem & opes ſpondet, nec cum Barbaris, illo inſcio **el prætermiſſo**, quidquam peracturum. Præterea Rodolp. Imperator annuit Si- giſ**mundo, vt** principis liberi & illuſtriſſimi elogio nuncupatim deſignetur, vtq; ex **gente Auſtria**, illi nuptiæ concilientur, & à Rege Hiſpano torq; aurei velleris **donetur, omnem** operam & commendationem adhibiturum: quod ſi forte, il- **luuie Turcica** obrutus, Tranſſyluanus, finib. ſuis vi eiectus ſit, ne vitam exulem & **ingloriam**, ignoto ſolo, extorris & rerum egens trahere cogatur, hoc caſu, (quẽ **Deus auertat**) ſpondet Cęſar profugo, tutas ſedes, ac dignitate & ſtatu Tranſſyl- uani, annuatim non indignum prouentum, ſuiſq; ambactis ſociiſq; aduerſæ for- tis, hoſpitium Chriſtianiſq; hominib. exilii aliquod leuamentum. Inſuper acceſ- ſit propugnationi fidei, & ad compeſcendas Turcarum excurſiones, cum Moſcho magno Duce, & Sigiſmundo Sueciæ & Poloniæ Rege, fauſtum & fœlix fœdus, vtinã tam diuturnũ, quam antea lubricũ & fallax fuit, inter principes, quos potentiæ & imperii vicini æmulatio, ac inuicẽ ſibi cedere mens auerſa, fere ſemper de finib. contentioſos facit: quam n. Poſſeuinus, ſub Gregorio XIII. inter vtrumq; operoſe & anxie pacem compoſuerat, non admodum tenaci glutino hęſit, ita præcipue Arctois principib. late regnandi libido fidem fluxã facit. Tranſſyluani, cum Valachis Moldauiſq;, dignam Cæſareo fœdere fortitudinem præſtiterunt: Illi n. *Sinanum* Baſciam, cũ magna vi auri, luculenta ſuppellectile, gazis manubiiſq; Byſantiũ ſe recipientem, appoſite adoriuntur, tanta vi, vt Sinam pegaſeo equo, ex internecione ſuorũ ægre ſe receperit, inſequentib. Tranſſyluanis, vſq; ad 24. milliaria Byſantii, cuius confinia agroſq; limitaneos, hoſtiliter depopulati ſunt, cædibus, rapinis, incendiiſque Barbaris luctuoſam vicem rependentes.

Proſopographia Vaiuoda Tranſyluani.

Pacta inter Cæſarem & Sigiſmundũ Tranſyluaniæ Vaiuodam.

Fœdus inter Regem Poloniæ & magnum Moſchouiæ ducem.

Anton. Poſſeuin ſub Grego. XIII. pacem inter Moſchum & Polonium confecerat.

Chriſtian. Sinano Baſcia ingentẽ prædam auferunt.

At quo res proſperas Chriſtianorũ non ellis Turcarũ imperator compeſceret, vtq; Valachos antea vectigales excuſſo iugo ſubderet, *Micham* quendã gente Valachum, cum ingenti Turcarum & Tartarorũ exercitu ſubmittit, ſed prius quam coniungerentur, cæſi & diſſipati Michæ eiuratori dominationis ſpẽ ademerunt, hoc vno Ianuario, tam crebræ & ingentes victoriæ Chriſtianorum, vt plura vno menſe aſſequuti ſint, quam proaui tot ante retroactis ſæculis, nam *Pondeſium*, *Nicopliſium*, *Rilla*, *Brbuichiũ* & plura oppida, quæ mihi Gallo Latine fingere religio eſt incogitãter & quaſi nullo marte Chriſtianis ceſſere. Quis aũt à capto Byſãtio ſcriptũ legit, Chriſtianos velitationib. excurſionibuſq; ſuburbanos, vicanoſq; finitimos Conſtantinopolis appetiuiſſe? Solimanus cõtra, Othomanorũ maximus potẽtiſſimuſq;, legitur Viennã ipsã, arctiſſima obſidione cinxiſſe, Vngaria, Stiria, atq; tota Germania, vel cum Carolus V. & Ferdinandus frater rerum potirentur, egiſſe

Victoriæ Trãſiluan. & Valachorum.

1595. egiſſe triumphalem prædonem, ita rebus Chriſtianis Barbarus tunc ſuperior, nunc vero cõuerſa armorum proſperitate in ſuo nido noctua ab Aquilis appetitur. Quod ſi eo ipſo tempore, Chriſtian. Reges mutuis digladiationibus abſtinuiſſent, nõ dubium eſt, quin vniuerſa eorum conſpiratione vltimum excidium occaſumque imperii ſui barbara gens nacta fuiſſet, ſed nondum Dii neglecti ſatis malorum luctuoſę Europæ dederunt.

Pont. Max. proſcriptos in mutuum exitium impellit.

Proſcripti Italiam, Parthenopæum regnum fineſque Siculos potiſſimum cędibus latrociniis immaniter diuexabãt, quos Pontifex Max. inſigni commento, in ſe conuerſos deleuit, lege lata, vt pro ſingulis capitibus cæſorum, commilitonum, non modo indictum lege precium numeraretur, ſed ciuitati pænatibuſque ſuis exules reſtituerentur, vt publicata fuit, inuicem ſibi inſidiantur, rupta fide ſodalitii, alter in alterius caput iurat, perſtatque inſomnis, donec cæſum abſtulerit, quo libertatem & præmium recipiat, ſic ab inimicis publicis, per inimicos liberata Italia, vtque olim quos fabulantur, enatos ex ceſpitibus glebiſque milites, mutuo ſe iugularant, ſic graſſatorum iſta colluuies, in ſuum excidiũ conuerſa, ſuorum manib. penitus ſublata & conciſa fuit.

Huyum oppidum Eburonica diœceſis intercipitur.

In Batauorum Ordinibus merebatur ſtipendia *Heraugerius* intercipiendis vrbibus homo apprime callidus, ille duodecim cohortibus peditum, equitum 14. Bræda cui præfectus erat egreſſus in Eburonum fines, *Huyum* caſtrum, mox oppidum, vtrumque Leodienſis Epiſcopat. ad Moſam fluuium (quem ponte lapideo concamerat) inuadit: ſtupeis ſcalis ad ſpeculam innexis alta nocte, per ignauiam ſomniculoſis cuſtodibus ſcanditur caſtrum, quo præſidiis firmato, in oppidum Heraugerius totis agminibus effunditur, oppidani primum impetum ſuſtinere laborant, ſed vbi caſtro tot copias ruere animaduertunt arma ſubmittunt, atq; ab Heraugerio imperium & præſidium accipiunt. Ille ad coercendos Hiſpanos, vt Eburonibus late imperaret, & pede ſicco Moſam tranſmitteret, ingentibus copiis vrbem firmat, quæ Nammurſium & Brabantiam indictionibus vectigalibuſque, ære & imperata annona premebant, dum tamen prædatum incautius euagantur, & ſeptem carros exoticis ſericiſque veſtibus onuſtos deducunt, à Grobendochio Hiſpano-belga, opimis ſpoliis & magna ex parte vita ſpoliantur. Erneſtus Bauarus Eburonum & Vbiorum pontifex ac ſeptemuir imperii, apud ordines Batauos de intercepto *Huyo* grauiſſime conqueſtus, ab inuaſoribus pœnas exigit, qui vrbem ſequeſtram ab armis quieſcentem neutri partium infeſtam & vtrique amicam perfidioſe & nequiter interceperint.

Querela Epiſcop. Leodienſis ad Hollandicos.

Reſponſum Batauorum & cauſſatio vrbis intercepta. Leodienſis Epiſcop. vt ſe à Batauis

Leodienſi Colonienſique Archiep. reſponſum à Batauis, nihil iuri ſuo detractum iri, occupatam vrbem pontis lapidei ſolo intuitu, ſibi eſſe ab eo indulgendum quod Hiſpano-belgis indulſit, cum *Bonna* & *Berka* quæ ſunt ſuæ ditionis ad traiectum & commeatum illis ſeruiant. Vt Archipręſul Colonienſis, à Batauis ſibi non videt ſatisfieri, ope & ſubſidio Hiſpanorum depellere ſtatuit, nec mora Bruxellę expoſtulatione facta, Comites Fuentius & Barlaimontius ſummuſque bellator Motteus, ad ſociale bellum delegantur, è veſtigio vrbs obſidetur & concutitur tanta vi, vt per muri prę rupta ab Hiſpanis occuparetur, cæſis præſidiariis militibus, omnibuſque quos obuios habuere, Heraugerius in ca-

ſtrum

Digitized by Google

m ſeceſſerat, quod cum machinarum verberatione irrequieta, & cuniculis iã xime expugnatum iri præſentiret, pactus ſuam & commilitonum incolumi- em, ille vno equo, milites enſe & ſica accincti egrediuntur. 1595.

Iudificatum videt ad Brabantinos confugit. Huyum recipitur. Narratio rerum Gallicarum.

Rex multoties conqueſtus, quod Dux Parmenſis, non ſemel fœderatis auxi- veniſſet, ab Hiſpano reſponſum habuit Parmenſem Mainio laboranti, vt a- ico & commilitoni, opem tuliſſe, multa pro nutu ſuo gerere vicarios, denique ibis verbera excuſabat, vt fucum ſibi fieri, illudique Rex vidit, Leonino more llendas vulpes decreuit, & cum nulla peiora ſint odia occultis, iam non per aniculos, rem agendam conſtituit: ergo bellum Hiſpano per præcones & feciales denunciat, edito programmate fere in hunc ſenſum: *Nulli in poſterum ſeu indigena ſeu extero ignotum ſit, quod cum Rex Hiſpaniæ, aperto marte, numinis auxilio Regumque ſuorum auſpiciis ſubditorumque fido robore fulta Gallia expugnanda impar eſſet, inteſtinis diſſidiis odijſque, diſſuendam obruendamque putauit, eoque ambitus & odij proceſſit, vt ad alendum ciuile bellum, ærarium ſuum, ſummoſque exercitus exhauſerit, priuatis ditionibus, præſidio vacuis relictiſque in prædam, vt in Gallia prædaretur, diſſolutiſque patriis legibus, ſibi ſuiſque regnum affectaret, nefarii illius ambitus molimina & fundamenta iecit, ab exceſſu Franc. 2. capta occaſione ex æuo impuberi regum, quos æſtus, bellorumque turbines, dubia ſorte exagitabant, ſed efferata illa cupido, latens ſub cinere doloſo erupit in auras & ignem dedit, inclinante imperio Henrici 3. cum ille per emiſſarios ſuos, conductitioſque homines, diſſidiis factionibuſque regnum compleuit, ab obſequio regio diuulſis ſubditis Orthodoxiſque ſpectro religionis, in regem (ſi quis alter fuit) religioſiſſimum exaſperatis, & ad arma concitatis, vnde Regis ipſius feralis mors, excidia, incendia, latrocinia, & quæ nulla voce exæquari poſſunt flagitia, inſequuta ſunt, nec iam ferens ruinæ pondus Gallia Tyrannidi cedebat, ni ſtator ſeruatorque Gallici imperii Deus, Henrico 4. animum & vires inuictas, ad erigendam fulciendamque præbuiſſet, quo vindice & propugnante religio, vita, fortuna, priſca libertas iam in tuto ſunt. At cum Hiſpanica factio, regia manſuetudine, reuerſione ad fidem catholicam, ſummis obſequiis erga Sedem Roma. nequaquam emollita, regni fines appetere non deſinat, & Cameracenſibus in clientelam ſuſceptis, in dies feroces & populabundi Hiſpano-Belgæ inſultent, in eoſque nullum genus damni, iniuriæ & vaſtationis inexpertum ſinant, cum tot ſcelera, iam non vltra regi diſſimulanda, patientia & moderatio cum in damno ſint, ſibi ſuiſque ac ipſis Cameracenſibus opem poſcentibus, cum deeſſe non poſſit, terra marique, Hiſpanis indicere bellum, vt non tam vim inferat quam ab his illatam depellat, ſubditis quibuscunque præcipere vt eos pro hoſtibus, habeant, bellum inferant, ſuos fines ingrediantur, viros æque ac vrbes diripiant, ſubripiant, vectigalia & perſitationes imponant, denique apud hoſtes publicos, omnia hoſtiliter agant, cum his quælibet fœdera, colloquia, ac commercia, grauiſſimiſq; indictionibus vinculum ciuilis ſocietatis abrumpant:* per tubicines publicato programmate, Erneſtus prorex Hiſpanicus, in Belgio, contrario, in Gallum multa contumelioſe publicat, minuſque honeſto verbo Regẽ (cuius atauis Philippus Auſtrius Flandrici Comitatus beneficiarius, cõceptis verbis clientelari formula, exigente ſacramentum Cancellario à rupe forti fidem præſtitit) Biarnenſem principem nuncupat.

Belli denunciatio à Gallis aduerſus Hiſpanos. Hiſpanus res ſuas bello Gallico tutas efficit.

Primordia iniecta factionis & enutrita ab Hiſpanis in regno.

Primus in hoſtem iaculum contorſit, bellique facem intulit, Henricus Turrius, Turreniæ dynaſta Franciæ Mareſcallus.

Phili. Auſtrius Rex Hiſpan. comes Flandri. & Artheſii

Ille ducatum Luxemburgicum peditumque exercitu extemporaneo in-

Digitized by Google

1595.

greditur, vndecim equeſtres cohortes Caroli comitis Mansfeltii, ducentis loco ipſo cæſis fugat, inque altiſſimas ſyluas, ſe recipere cogit, aliunde in Attrebates Caruates & Neruios fit à Gallis excurſio, vt ad portas quotidiani eſſent, Hiſpano-belgæ & cum illis Galliæ extorres, par referunt. Perronam enim Ambianos, Bellouacos, æqualiter infeſtant tanto audentius ſecuriuſque, quod Sueſſionenſi præſidio aucti & fulti, Lutetiam vſque excurrerent, memorabili facinore, abductis equitibus, qui in ſtadio ſuburbano, equos in giros domabant. Rex ſupra modum indignatus, finitimis vrbibus mandat, vt Sueſſionenſes intra muros ſuos arctius premerent coercerentque, quod non modo peractum, ſed cum illi liberius incautiuſq; euagarentur, prope Creſpeium ſociatis viribus, ab omnibus præfectis regiarum partium, tam opportune & ſtrenue, in eos excurritur, vt Belfontius, & Conanus, fœderatorum anteſignani, captiui facti ſint.

clientelare obſequium Regi Galliæ exhibuit.

Mareſcalli Turrenſis in fines Belgicos expeditio.

Hiſpano-belgæ Gallos paribus excurſionibus fatigant.

Audax facinus fœderatorũ in ſuburbano ſtadio regalis ſtabuli.

Interceptio fœderatorũ à regiis cohortibus.

Roſne Gallus transfuga ad Hiſpanos Ferã laborantem commeatu & recenti milite iuuat.

Auſſonuille & Tremblecourt.

Vixou en la franche Cõte.

Roſneus gente Gallus, qui eiurata fide, ad Hiſpanos non reuerſurus tranſierat, duabus machinis campeſtribus, millibuſque peditum duobus, Feram annonæ ingentem commeatum furtim inuexit, nec modo incolumis in Attrebates, ſed Morinorum onuſtus præda & ſpoliis reuertitur. Supra diximus Lotharenum Ducem cum rege in gratiam rediiſſe, qui illi militabant, regi ſtipendium faciunt, vtque recentis obſequii fidem faciant ſanciantque Baro Auſſonuillæus, & Tremblecurius nuper fœderatorum acerrimi, nunc dedititi Sequanos(Burgundicum comitatum vocant) irrumpunt, expugnantque *Veſſouuium*, oppidum non deſpicabile, & Gallo peroportunum, ad præpediendas intercipiendaſque itiones teditioneſque Hiſpanicarum copiarum, quæ Italia & Inſubria auxiliares in Belgium, per comitatum Burgundicum, iter ſibi faciunt, hoc præcluſo aditu, Rex veriſſime credebat, non niſi per Heluetios, magno anfractu viarum & aſpero vt per cautes, exteros milites in Belgium ituros, Comes Fuentius, qui circa Mediolanum cogebat exercitũ à Belgicis vrgetur, vt ſibi præſto adſit, & quę ſibi imminebat, ſummam belli cladem depellat: ille nihilo moratus, cum ingenti exercitu Hiſpanorum & Parthenopeorum militum, traiectis Alpibus, in Sequanis, primam belli aleam experitur.

Fuentius Comes Mediolano venit auxiliatum Belgis.

Veſſouuium Fuentius recipit.

Deprecatio Belgarum ad Erneſtũ vt cum Gal-

Veſſouuium, aliaſque vrbes quæ in fide regis ſtabant excipit, Aſſonuillæum & Tremblecurium, vt impares longe propulſat. Attrebates & Hannonii in quos prima belli molimina recidunt, Erneſtum deprecantur, vt cum Gallo, pacem aut inducias firmet, eos qui in confinio ſint velut ſcopum eſſe ad ſagittam; eſſe vt ipſa littora, quæ turbati maris primos fluctus procellaſque excipiunt, deprecantes non inuitus audierat, & vt quieto erat ingenio, ſi non pax, ſaltem minus diuturnum bellum ſperabatur: ſed anceps inter vtrumque, fatis concidit 21. Februarii ex gente Auſtria vir egregie moratus, qui veſte, menſa, ſatellitio, minime principem ſui ſtemmatis æquabat, Hiſpanis minus acceptus, quem bellicis rebus nimis procraſtinantem & moratorem dicebant.

Bataui famam vellicarunt, quod illo ſuaſore, ſicarius aliquis, qui apud Hagiam Hollandiæ 3. Iunii 1594. publice pœnas dedit, Mauricii principis cædem aggreſſus eſſet.

Ille tamen ſuperſtes hanc proditionis labem vel apud hoſtem locupletiſſimis

.is teſtimoniis deterſit, mortuuſq; ab hoc probro vindicatur: ægritudine ani-, & mœrore concepto mortuum ferunt quod in Lutetianis comitiis, Infanti ſpanicę, (ſic vulgo Auguſtulas nominant) ſceptrum Gallicum delatum non erit, cum qua pactus coniugium, dotale regnum habuiſſet, ſi tamen conii cere :et ex mente ſedata minuſque ambitioſa, non illi regnandi venit tam dira cu-.do. At vero proximius eſt peſſima valetudine obiiſſe cum ſecto cadauere, in ımbis, lapis, & inſectum, inſtar bruchi & oblongi vermis viuum & arrodens re-ertum ſit: fabuloſum videri poſſet, niſi veterum monumentis eſſet proditum, Ariſtomeni Meſſenio ab Athenienſibus ob calliditatem diſſecto, cor hirſutum & piloſum fuiſſe. 1595.

Is pacē ineat Mors Erneſti optimi principis nō alieni à pace componēda. Laudatio Erneſti. Proditionis falſo tributa Erneſto probrum diluitur. In Erneſti lumbis vermis repertus

Magnum ſui deſiderium reliquit Erneſtus, luxeruntque Belgii vniuerſi ordines, eius pacatum & moderatum Imperium, à quo diutius ſuperſtite pacem & inducias cum Gallo expectabant, ſed nondum ab vtraque gente ſatis pœnarum datum erat, mortuo funus ductum Bruxellæ, exequialib. impenſis vel quas pro ſua modeſtia teſtamento vetuerat oblataſq; recuſaſſet: cauit enim ſibi iuſta perſolui, intra modum eum, qui priuato magis quam principi conueniret.

Sub id tempus nupſere Comiti de Hollac, Maria principis Arauſienſis genita, ex Burani Comitis ſub Carolo V. ſummi ducis, eiuſque partibus addictiſſimi filia, Elizabetha altera eiuſdem Arauſienſis itidem genita ex Caroletæ Borboniæ nuptiis, Henrico Turrio Turenæ duci, & Franciæ Mareſcallo: has nuptias, Hollandici, ſummis honoribus, ludicris ſpectaculis, conuiuiis proſequuti ſunt, quod non parum roboris, ab vtroque genero domus Naſſonuiæ illis accederet, non ita tamen Veneri, genio, delitiiſque indul um, vt Marti & Bellonæ nihil relictum fuerit, quandoquidem Mauricius & Bataui, Brugas incautius ſeruatas per inſidias intercipere moliuntur, ſed dum ipſi indiligentius ſe gerunt, tenebris per auia abducti amiſſis per opaciſſimam noctem locorum monſtratorib. re detecta ægre & diſpendioſe domum ſe recipiunt.

Duæ filiæ principis Auriaci nubunt.

XI. Cal. Februarii moritur Amurathes, ferox animi Tyrannus qui proxima æſtate, in Chriſtianos totis viribus ſupremam cladem moliebatur, ſed morte ſua illos hoc metu liberauit. Ipſa die qua è vita migrauit, tanta vis tempeſtatis, Byſantium concuſſit, vt vrbi ſupremum exidium imminere crederetur, Amurathis obitus, per dies decem latuit, donec filius maior natu Mahomethes, Natolia, vbi paterni imperii vicarius agebat, Byſantium accitus eſſet, vbi acceſſit nouendecim fratres, quos ex polygamia à patre genitos habebat, ad regale epulum vocat; illi neſcii paterni obitus, nihil inſidiarum ſuſpecti adſunt, at conuiuii ſpecie vocatos omnes, more Turcico pro reſti innexis collo mantilibus in contrarium actis ſtrangulandos curauit, patris decem vxores, ne intereas vna vel altera poſthumos gigneret, vel mentita puerperium, partum ſupponeret, fluctibus demergit.

Mors Imper. Turcici.

Feritas Turcica.

Sinanum Baſciam, immemor tā ſtrenuæ operæ, qua Iauarinum, paulo antea expugnauerat, ſumma præfectura exuit, Cicalæ Baſciæ, imperium maris & rerum nauticarum abrogat, in Vngaria, ſummam rerum, Baſciæ Ferrato detulit. Mahomethes autem Amurathe patre nihilo mitior, Chriſtianis proxima æſtate

Sinanū Baſciam nouus Imper. exauctorat.

Digitized by Google

1595. vltimum exitium minitans, Vienna omnique Auſtria ſe potiturum iactitabat, illa expugnata, Italiæ Romæque imperium ſibi ſpondebat, vtque voti compos fieret, totus in bellum Hungaricum incumbit, militem annonamque vndequaq; cogit, Strigonii & Iauarini laceros muros Turcæ refic iūt, in inſula Comora propugnacula conſtituunt, ne Chriſtiani hinc ſibi aditu facto, Iauarino inſidiarentur.

Res Germanica.

Comitia Pragæ habita vt à Chriſtianis principib. in bellum Turcicum nummus & miles viritim tribuatur.

Cæſar certior factus de minis ferocibus Mahometi, ingentique belli apparatu, à Pontifice Max. regibus Hiſpano, Sarmata, duce Moſcouiæ Chriſtianiſque principibus auxilia ſupplex depoſcit, habitiſque Pragæ comitiis, menſe Februo, multa ad fœliciter bellum gerendum, ſeruandamque caſtrenſem diſciplinā decreta ſunt: In citeriori Hungaria, Maximilianus Auſtrius, Mathias in inferiore, fratres Cæſaris, eius ſummi vicarii conſtituuntur. Tiſfembachius Maximiliani Mathiæ Manſtpheltius vices agebat. Germania non tam militibus, quam ſummo duce & anteſignano egebat, acies illi numeroſiſſimæ, ſed quæ inſtar Cyclopis excæcati, oculum non haberent, nec aliunde res aduerſæ in Chriſtianorum caſtris contigerunt, quam quod corpori, & membris ingentibus & robuſtis, caput deeſſet: Carolus Manſtpheltius, gloria rerum geſtarum famam ſummi & fœliciſſimi ducis quæſierat, vt Cæſar rebus gerendis cordatiorem faceret, imperii ſummum principem menſe Martio creauit, donatq; torque ſumptuoſiſſimo, cui aureum numiſma penſile Cæſaris iconem referebat.

Carol. Māſfeltius vicarius ſum, mus Cæſaris Germa.

XXIIII. Ianuarii Archidux Ferdinandus, imperatoris Ferdinandi filius, fato humanam ſortem expertus eſt, Comitatus Tyroli, ingentiſque ærarii & peculii, Cæſarem gentilem ſuum inteſtato hæredem reliquit, nulla enim legitima prole deceſſerat, relictis naturalib. liberis, Andrea Auſtrio Cardinale, Conſtantienſi Epiſcopo, & Marchione de Burgau.

Moritur Ferdinandus Archidux.

Diximus paulo antea Mainium dehiſcente fœderatione, cum res ſua ad Triarios deueniſſet, ſuum ſummū præſidiū in Burgundia collocaſſe, in Belnenſi vrbe & caſtro, vel cum dubiam fidem fortuna ferret fidentiſſimum habebat; vt omne regium robur, in hanc partem deflectere ſenſit, nouo ſacramento auctoq; præſidio, vrbem ſibi oppignorat. Bironius omnem illam oram, vt ſummus erat præliator, atrox alioquin & in obluctantes paternis moribus ac ingenio inexorabili, velitationib. populationibuſque infeſtabat: Belnenſes, ſpatiis iniquis cōcluſi, cum vndequaque vicinæ vrbes & oppida deſciuiſſent à fœderatione, qua arte ſeſe in libertatem vindicarent, ſuſurris & tacitis conſiliis moliebantur, res ardua & quæ quantumuis abdita, oculatos & auritos præſidiarios haud diu latuiſſet, vicit tamen ſalutis cauſa, quæ ſuprema lex eſt. Bellinus quidem vrbanam ædilitatem gerebat, intus liliatus, foris fœderatim ſimulans, clam exploratis animis, Valgrenantio præfecto oppidi S. Ioannis Alnæi renunciat, vt Bironium de ſua ciuiumque in Regem propenſiſſima voluntate, certum faciat: Valgrenantius, Bironio rem detegit. Ille IX. Calen. Feb. Belnenſibus adfuturum ſpondet, adiicitq; vt ſecunda poſt meridiem in armis ſint, atque occupata porta auxiliantis aditum faciant, Mainius cōſilium quantumuis arcanū ſubolfecit, vt irritū faciat, improuiſus adeſt, caſtro & vrbi pſpicit, recentib. copiis firmat, ciues ſuſpectos remouet,

Res Gallica.

Conſpiratio tacita ciuiū Belnenſium vt ad regiū obſequiū redirent.

S. Ioan de Laune.

uet, cæteris obſtructis, vnā portā peruiā eſſe iubet, ac tandē ratus de caſtro& 1595.
e ſecure admodum ſibi cauiſſe, vt qui tamen in fido loco, & non anxie expu-
bili, obſideri nollet, Cabileonem ad Ararim, vbi ſua pergama omniumque
unarum palladium conſtituerat, reuertitur: præfectus Momedius Mainio
ubiæ fidei, vt ſibi à ciuibus caueret, ſpecie reficiendi caſtri & rei annonariæ in-
endæ duumuiros fiſcales accerſit, illecti hac fraude, capti retinentur, Æ diles
urioneſque itidem vocati ituros abnuunt, Momedius in vrbe luſtrationem
iarum ſimulat, hoc colore populo illudens, quatuordecim oppidanos regia-
ı partium aſſertores vinculis coercet, Bellinus conſorteſque ædilitatis, diem
tonio ſaluti recipiendæ dictum anteuertendum ſtatuunt, ſymbolum depel-
dæ ſeruitutis, erat claſſicum campanulæ, quæ horas indicat.

Mainius vrbem Belnenſem ſibi fortius deuincit.

Vt percuſſa ſignum dedit, Bellinus Ædilis, faſcia candida circa humeros
artito fluitanti conſpicuus ſtricto mucrone audacter & intrepide, commili-
ies ad vindicandam libertatem inclamat, altum perſonans *Viuat Rex.* addunt
ocios illi contribules omnes, indiſcriminatim cum mulieribus pueri, quid-
id obuium fuit, ſeu veru, ſeu tridens aliunde rubiginoſum, pro telo ſumunt
ille qui ex præſidiariis ſtatiua habebat intus, portam protinus obſtruit, ſuoſq;
mmilitones foras excludit, ex muro oppidani eos ſclopis impetunt vertuntq;
ugam, ſparſos palanteſque ruſtici per agros militaribus iniuriis tātopere attri-
d vnum ſæuiter mactant, ex vrbanis decurionibus, vnus nomine Alexanus,
: verius vrbis ſuæ Alexicacus, in diuerſorio præfectum, nomine Guillielmum
ediolanenſem, hominem dirum, feritate & latrociniis fœdiſſimum cum fratre
omedii cauponantem intercipit, ac ſclopo vulnerat, vinctumque cum com-
eſſatoribus abducit: præſidiarii milites ciuili æſtu territi, hac atque illac diffu-
int, & tandem præfectis inclamantibus agmina cogunt.

Fœderatio ciuratio à Belnenſib.

Tumultus in vrbe Belnenſi.

Oppidani congeſtis vicatim doliis (aduerſus repentinos tumultus noſtra
as hoc ſubiti munimenti genus inuenit) ſenſim progrediendo, vſque ad caſtrū
mpellunt.

Doliorum coaceruandorum munimentum neotericum eſt & ferali die nimis famoſum.

Momedius vt ciuibus arma excuteret, proximas domos incendit, ratus ad
ſtinguendum incendium concurſuros, ſed neglectus ignis, & potior viſa cura
ertatis ſeruandæ, quam priuatarum ædium, quod illæ refici, iſta ſemel amiſſa
te vel forte nunquam recuperari poſſit, in anguſtias compulſis coercitiſque,
geſtione doliorum, ciues protinus per fabros ferrarios, portæ vectes ferreos,
dines, feras clathrum, craticulam & omnia repagula confringunt ac reuellunt,
ploſis maioribus tormentis Bironium de ſummo vitæ diſcrimine, vel incertis
cis errantem commonefaciunt (ſtatam enim diem ciues anticipauerant, nec
im ad libertatem procraſtinandum) curſoreſque peg ſeos illico ad eum diri-
nt, vt præſto adſit.

Aggeſtio doliorum ab oppidanis factā, in præſidiarios milites in caſtrū profugos.

At commodum accidit, vt ille vel neſcius rei geſtæ (cum candida illa dies
æſtituta rei gerendæ non illux iſſet) non longius duobus milliaribus ab vrbe eſ-
, qui cum ciuium accepiſſet ſummum laborem, protinus concitatis equis, au-
liatum feſtinat, venienti occurrunt ædiles & primores vrbis, præfati apud bel-
torē qui militi omnia nedum prælia ēter ſed ferociter indulgebat, vt cum eius

Opportune Bironius ab oppidanis aditur.

1595. bona venia extetus miles, iniuria & direptione abſtineat, in eos qui vltro & per ſummũ diſcrimen à fœderatis ſe ſubducerent, inq; Regis clientalẽ ſe vindicarẽt, ille ab hoc metu otioſos eſſe iubet, collaudata plurimum ſtrenuitate, qua hoſtem in arctum compuliſſent, haud mora vrget opus, ex pedeſtribus lectos milites, in hoſtes immittit, Bironiano exercitu vel ſolo ipſius nomine territi vrbis deditionem faciunt, vitam & arma pacti ea lege vt vexillum ſubmitterent, nec enim Bironius ab vllis factam deditionem ſibi vnquam ingloriam eſſe tulit. Momedius, cum valido præſidio caſtrum propugnabat, Bironius obſidione cingit, altáque foſſam ducit aduerſus eiaculantium miſſilia; Momedius vt tormenta admoueri videt, de deditione colloquium ſimulat, annuitur, viciſſim dantur obſides, vt vero miſſi à Mainio, quadraginta circiter, exploratæ fidei & ſtrenuitatis milites ſenſim in caſtrum ſubrepſerunt, Momedius colloquio renunciat. Bironius iratior factus, (& qui metuendas iras habebat) machinas admouet, expugnationem vrget, indeſinenter murũ verberat ita vt latiſſime facto aditu, milites ad irruptionem ſe pararent. fruſtra Momedius, à Mainio ſuppetias expectabat, ſpe tamen ducebatur, cum fratre Nemoroſo duce iunctis copiis ſibi auxiliatum iri, (ita obſeſſi nec inexpertus loquor, ſibi blandiuntur & vt amantes ſomnia fingunt) ſed diu protracta obſidione, expectatione lapſus, ipſo die Floraliorum paciſcitur ſe & milites exituros, cum armis, peculio, ſarcinis & impedimentis, vexillis complicatis tamen, timpaniſque haud percuſſis. Auguſtodunum (ea eſt Heduorum princeps ciuitas, cuius rudera, moles arcus, & litterata marmora, notis Cæſareis & conſularib. vetuſtatem loquuntur, & Quiritium municipium aliquando fuiſſe teſtantur) Diuionenſes cæteræque vrbes quæ in confinio ſunt Belnenſem deditionem inuicem æmulantur, vt ſua pagina appoſite narrabitur.

Bironius rē inchoatam peragit.

Deditio caſtri Belnenſis.

Deditio Auguſtodunenſis Diuionēſis aliarumque vrbium Burgundiæ.

Moritur ſub id tempus Reuollius conſiſtorii regii amanuenſis, vir aulici fuci minime retinens, nulli probitate morum comparandus; ſufficitur Villaregius, ex amanuenſibus olim ſub Henrico III. primicerius, quo vno cardine Galliæ axis vertebatur, & cum pondere negotiorum attrita, & inclinans videretur, non melius fulciri poſſe, quam à Villaregio Regi viſum eſt, cui hoc ſupremum munus reſtituit, nequicquam aliis prece, precio ſuffragiiſq; ambientibus.

Mors & Elogium Reuollii Amanuēſis.

Menſe Aprili moritur Torquatus Taſſus Hetruſcæ poeſis facile princeps, quique multorum iudicio, ſaltem meo, (& multos habeo adſtipulatores) Dantem Petrarcham Arioſtum, omneſque, qui æuo anteceſſere, longo poſt ſe relinquit, quique vel vno opere liberatæ Hieroſolymæ, Græcos & Latinos ſi non ſuperauit, æquauit certe. Iam taceat Ilias, Æneis ſi non ſubmittit lauros, ſaltem Mantuæ Ferariæ non inuidet, nugari putes cæteros in poetica, illum ſolum vel in fabulis ſeria agere.

Mors & laudatio Torquati Taſſi Ferarienſis.

Hoc menſe itidem moritur, Paſchalis Ciconia Venetiarum Dux, qui ſumma animi moderatione & prudentia Rempublicam geſſerat, inter egregia opera conditor illius recentis oppidi prope Aquileiam, ille magnum ſui omnibus deſiderium & tædium & morte reliquit, quod leniuit ſuffectio & allectio in ducatum Marini Griniani, cui de ſumma dignitate, gratulatum miſerunt Itali & exteri principes. Tota hæc pagina atra & libitinaria eſt, menſe enim Maio, Dux Longo-

Mors Paſchalis Ciconiæ Ducis Venetiæ.

Mors Ducis Lōgouillai.

Digitized by Google

ngouillæus, prouinciæ Vermanduorum Morinotumque præfectus, dum 1595.
et limitaneis vrbibus & milites recenſet, vt Dourlanum ſubit, dumque agit
n Rauellio, de vrbe munienda, à præſidiariis crebra ſcloporum emiſſione ſa-
tur, glande cum Rauellio collocurore traiicitur, dilapſus equo, paulo poſt
irat, imprudentiæ aut noxæ tribuatur, dubium, nec explorari potuit quo au-
ore tantum ſcelus admiſſum ſit, vterum geſtabat vxor, ducis Niuernenſis filia,
xa poſthumum qui adultus in patrias virtutes excreſcit. O ſors mortaliũ ſem- *Pragnantem vxorem reliquit Longouillæus.*
ubrico poſita, nunquam ſecura, nunq̃ citra fortunæ ictum: & rebus ludicris
diiſq; potentum triumphis mors atra ſe interſerit, dumq; ſæpe Mars iocatur,
it lethaliter, & luctuoſus eſt: Gallia hoc ſcit nimium infanda morte Henrici *Elogium Ducis Longouillæi.*
qui in haſtiludio immedicabiliter fragmine conti cæſus occubuit; duciſq; An-
iani qui dum ludicra agit fatum fortuitum nanciſcitur. At Longouillæi mors,
præteritas præſenteſq; ærumnas, non parua acceſſio fuit, quádoquidem prin-
ib. quaſi columnis fulciſq; regnum innititur, vt ſtat ſtátibus, ſic labantib. cõ-
llitur, vel ſaltem nutat. Lõgouillæus primi ſtemmatis erat, vt qui genus pater-
im ad duces Aurelios matris ad Borbonidas referret, princeps à proauis non
gener, qui gentilem ſuum Ianum Comitem Dunenſem, tyrannidis Anglicæ
e domitorum, excelſo ſpiritu & fortitudine bellica æmulabatur.

Illi enim nemo non refert Syluanectenſem victoriam, memorabilẽ ſi quæ
la noſtro æuo fuit, fœderationis enim primordia tunc florentiſſimæ (quæ tunc
u Bericinthia, turrito vertice quadriga Laureata & triumphali Francorum in-
cta per vrbes late imperitabat,) tanta clade attriuit, vt vno illo impetu labefa-
a & funditus euerſa deinceps ad primæ fœlicitatis faſtigium regredi haud potu-
it. Petrus Victor Caietanus, cum nouatoribus conſenuerat, miniſterii quod
ocant munus obiens, ille non ſemel, in Lupara aſſidente Regis vnica ſorore, a-
ud collegas diſſerit & peruincit longe omnes illos, à vero ſtatu Eccleſiæ auer- *P. Victoris Caietani ex veterano miniſtro ad Rõ. Eccleſ. reuerſio.*
s, ſeriem & ſucceſſionem Apoſtolicam, in ſola eſſe Romana Eccleſia, tota orbe
erratum vnam eſſe, ritibus æqualem, quam vero ipſi & collegæ miniſtri doce-
ent religionem, non vno eſſe vultu apud finitimas gentes, variam eſſe & verſi-
ellem, Germaniam vno oppido alere & pati varias ſectas, tam eſſe feracem opi-
ionem quam pietatis veræ ſterilis ſit, damnari arguique nuperos ritus vel ab i-
ſa Anglia, quæ non penitus pontificios exuit, contra Scotiam & Galliæ partem
uæ ab auita deflexit, vnius Caluini deliriis mere eſſe addictas, denique de reli-
ione ludere vt Chameleon de pelle ſua, vnitate Romanæ Eccleſiæ potiſſimum
dduci, vt eam veram eſſe Chriſti ſponſam crederet Vel vno teſte D. Hierony-
no qui Epiſtola ad Euandrũ ſic vnitatem Rom. Eccleſiæ aſſerit. *Non altera Roma-
rbis Eccleſia altera totius orbis æſtimanda eſt, Gallia, Bithynia, Perſis, Oriens, India & omnes
arbaræ nationes vnum Chriſtum adorant & vnam colunt Eccleſiam in qua vnam obſeruant
egulam veritatis. ſi authoritas quæratur orbis maior eſt vrbe.* Ideo ſuadere collegis, vt p- *Caietani apud collegas de vnitate Rom. Eccleſia media aula diſſertatio.*
ter mores ſacerdotũ minus forte probos à religione (quæ ipſa incorrupta ſit,
ec immũdis miniſtris non minus inquinetur q̃ ſi gemma in lutum inciderit, vel
ol in ſordes radios immiſerit) non diſcedatur pluribus mentẽ ſuam, de repudio
nittendo nouatorib. teſtatam facit, nec mora eiuratis erroribus Victor non tam

nomine

Digitized by Google

1595. nomine quam ſua ſolenni formula eiurationis ad aras non ſolum Orthodoxiam profitetur, ſed is ſacerdotio inauguratur, & in palæſtram Sorbonicam admiſſus poſt decurſum ſtadium laurea donatur, ille vnus, plus coaceruatis omnibus miniſtris ſcire liquido conſtat, qui præter vulgares remotiſſimarum gentium linguas exoticas ad vnguem calleat, vt apud eum nullus ſit tam remotus aduena vel ab axe vltimo cum quo ex tempore confabulari non poſſit, audita loquor vel certe non intellecta.

P. Victor exoticarum linguarum ſciens.

Nam cum Armenio qui à domino Perronio ante delatam ſibi purpuram Roma in Galliam accitus, erat in martiniano cœnobio, aſſidente longa corona Caietanus de Syria Hæbrea & Chaldea lingua fari viſus eſt, vt apud nos ipſe vernacule loquebatur. Armenius hoc de illo ferebat teſtimonium.

Tholoſatiũ factio bipartita.

Hoc ipſo tempore Tholoſates in duas partes ſecti tumultuabantur, patres conſcripti, quique ex togatis forenſibus adminiſtris regiam fidem ſequebantur in oppido cui nomen caſtrum Saracenum, Senatum de more reliquorum tranſmiſerant, fœderati in Occitania qui ſummo duce laborabant, amiſſis omnibus, diuturna bellorum clade, cellula Franciſcana Patrem Angelum venia Pontificis abducunt, cuculla & centonibus conſuta veſte exuunt, galea induunt, fune canabeo diſcingunt, cingunt baltheo, & militiæ ſuæ ſummum ducem, repetito nomine & ſtemmate gentilitio Ioieuſæ præficiunt: faciunt nouum hominem ridendum certe, niſi vltimus actus magis laudandum feciſſet, nec tam ſtupendus ingreſſus ad mendicos cœnobitas quam ab aula & Syrenum cantibus in quarum ſcopulos rurſus impegerat regreſſus.

Pater Angelus ex ordine Capuſſinorũ eruitur præficiturq; fœderatorum partibus in Occitania.

Diximus ſupra Nemoroſum Ducem à Lugdunenſibus in Petræ ſciſſæ ſcopulo captiuum factum, (qui Lugdunum non viderint, audiant eſſe rupem, olim ad inuertendum Ararim, eique nouum alueum faciendum diſſectam, vnde vocatur illa) viuo & ſcrupeo ſaxo, in acumen exurgit, vt deorſum deſpicientibus altitudo terrorem faciat in ergaſtulo rupis plus nouem menſibus ſeruabatur peruigili ciuium cuſtodia vices alternantium, nec enim à milite vel exteris fides erat: ille morbum ſimulat, decumbẽs in lecto cuſtodes ſilere nec quieti eſſe moleſtos iubet, proximo triclinio ſemotis cuſtodibus oſcitantibuſque in fabulis in alea ac huiuſcemodi ludicris quibus tenebræ falluntur fiducia morbi, proripit ſe ſtratis lixæ & gregarii habitu mentitur ſe alium, laſanum quo lotium excipitur, ſumit (Ecquis enim cuſtodum crediditſet principem ex materno genere regii ſanguinis, ad hæc olida velle demitti? fecit tamen, cum ex re qualibet libertatis odor bonus ſit) perque ſatellitium perſonatus ignotuſq; pergit in latibulum, ex quo per muri hiatum à coquo factum, fune innexo ſe demittit, innoxie dilapſus, ex familia foris duos præſto habuit, à quibus ad equeſtrem cohortem deducitur, quam Marchio Sanſorlinus frater ad excipiendum miſerat.

Dux Nemoroſus aſtute admodum dilabitur.

Hinc Viennam digreditur, Lugdunenſes vt cuſtodia dilapſum intellexerunt, ab eo ſibi plurimum metuunt, ac humanæ menti non aliena ominabantur, vt profecto non inanem eſſe metum Dux opere præſtitit, coactis enim vndiquaque copiis, aliunde etiam accitis, adiutus à Duce Sabaudico gentili, tribus millibus Heluetiorum omnem oram agri Lugdunenſis infeſtat, quotidianus ad portas

Dux Nemoroſus captiuitatem ſuam omni genere hoſtilitatis vlciſcitur.

Digitized by Google

ras pro ſeruitute paſſa ſeruitutem rependens, Secuſiani Foreſii in fide ducis 1593.
it, occupatis coercitiſque ſummo præſidio Montibriſſonenſi, San germana & bonetiana vrbibus, hoc robore fultus, tenax iniuriæ, à ſupero & infero vtro- flumine, Lugdunenſibus commeatum præcludere nitebatur, vt ſumma re- i inopia adactos imperata facere cogeret, mercatura enim quæ ab vtroq; flu- e inuehitur Lugdunum, vrbis eſt anima, duoq; illi fluuii gemina ſunt vbera, bus repreſſis exſuccam & elanguidam fieri neceſſe eſt. Dum hæc molitur Ne roſus, Mareſcallus Montmorentius Occitaniæ prorex, ea ipſa dignitate (qua t Annam Mōtmorentium patrem nemo alius inſignitus fuit) donatus dum gi auxiliatum venit, iuſſus in agro Lugdunenſi ſubſiſtere, & proregem agere Nemoroſi vim propulſandam in Viennæ ſuburbiis militem ſuum locat. Ne- roſus tam vicino & forti hoſti cedit, ſuis cis pontem & in vrbē reductis. Ne- roſus Vienna concluſus, vel non meliorem ſortem quam obſeſſi experieba- ſuos enim deficiebat annona, ita vt Heluetii vltra non ferē: es inediam, (nec cera & ingentia illa corpora fruſtulis parce & ad menſuram victitant) à Ne- roſo digreſſi, ad Sabaudicum redierint, vt Coneſtabilis Montmorentius qua audiat eſt, aliqua parte leuaret Lugdunenſes, Allobrogem ſuis finibus appe- et, Montluetium non plus quinque milliaribus diſſitum Sabaudicum op pi- m occupat, hoſtili ſolo militem locat, Diſeſmius Delphinali gente & geſtis in- us, in caſtro Viennenſi, quod editiore loco poſitum decliui vrbi imperat, p- tum agebat, à Coneſtabili tacitis internunciis de Rege agnoſcendo monetur, ri officii non futurum immemorem, pro ſingulari & debito officio, ſumma neficia repoſiturum; his monitis credulus & obſequens deditionem promit- vtq; opportune fieret, ſummo bono contigit vt Nemoroſus abeſſet, in caſtra entii Comitis degreſſus. 23. Aprilis, Coneſtabilis nocte concubia, Lugduno pias educit, ipſe diluculo cum delectu nobilium ſubſequitur. Alphonſus Cor- s vadimonio non defuit, poſtico ante lucem Diſeſmius conſcios deditionis, tim admiſeran, vt reg os in conſpectu eſſe videt, Cheilartium vrbano præſidio deratorum imperantem, ac Vincentium Italici peditatus præfectum, in arcem cat, mentem aperit, deditionem paratum facere, cauiſſe illis, vt qui de incolu tate ſu, à Coneſtabili non longe excubanti pignus accepiſſet, & mox ſyngra am oſtendit.

Secuſiani ceulx de Foreſts.

Mont briſon S.Germani & S.Bonnet.

Coneſtabilis Lugdunenſibus in arctū compulſis auxiliatur.

Montluet.

Tacitum colloquium de deditione caſtri Viennenſis.

Diſeſmius de Caſtri deditione commilitonibus conſilia aperit.

Illi nouitate rei perculſi, vt facinus, Diſeſmii propoſitum abnuunt ac exe- ntur, inſtabantq; ferocius, vlturi ferro quod ſilentio premebant, cum ſatelli- m diluculo admiſſum iam non de minis vtrumq;, ſed de incolumitate & rece- cogitare cogit, illico in arcem admittitur Coneſtabilis, Vincentius cum Ita- o peditatu, fide data ad Allobroges ſe recipit: in metropoli Baſilica, pro vrbe cuente dedita Deo pſallitur, diſploſis machinis lætitia ſignificatur, Viennæ gduniq; feſtiui ignes compitatim accenduntur, & libertati receptæ litatur. nc publicam lætitiam conturbauit nuncium Caſtellæ Coneſtabilem, traſmiſ Alpibus, peditum decem quinque millibus, equitum tribus, apud Sequanos tuus poſitis, Aſſonuillæum & Tremblecurium Lotharenos recens in regis fi- m acceptos, Veſſuntio & finitimis oppidis decubaſſe, Fuentium, nō ſumos. ſed

Publica grates habita numini ob interuentam deditionem.

Fuentius comitu in Comitatum Burgundicum pregreſſus.

1595. ſed faces iactantem, quibus vniuerſam Galliam incenſurum minitabatur, cum fœderatorum copiis, vna æſtate ſibi ſuiſque Francicum ſpondere imperium.

Rex Fuentio thraſonice & minaciter exultanti occurrit.

Rex vt Thraſonem compeſceret, confeſtim Trecas appetit, vbi eum præſtolari omnes copias iubet, dum pompa & ouationibus bellatorem morantur Trecenſes, Bironius certiorem facit, à Diuionenſibus auxilio accitum aduerſus Vicecomitem Tauanæum fœderatoſque, qui eos grauiori præſidio impoſito, in fide

Bironii ad regem de Diuionenſibus relapſis epiſtola.

Mainii continere enitebantur. At laborantibus oportune adfuiſſe, vrbeque iam receptum, fœderatos in caſtrum cōpulſos, Tauanæum in Burgundicorum Ducum, munitiſſimum propugnaculum confugiſſe. nuncio Rex plurimum recreatus, omiſſis ludicris Trecenſium, feſtinat ad expugnationem caſtri Diuionenſis,

Tallant.

ne Mainius, iunctis viribus cum Coneſtabili, Caſtellæ obſeſſis maturius adeſſet. conclamatis enim ſuis rebus, in ea vrbe & caſtro, extremum ſibi perfugium collocauerat. id ipſum Hiſpanus feſtinare moliebatur, (quod regem non latuit)

Grays.

ſuper Ararim ponte ex ratibus colligatis facto, quo ad *Graium*, aciem & tormenta eueheret, Rex adhuc ocreatus, impranſuſque nondum æſtu & puluere deter-

Talluant caſtrum muniſſimum Ducum Burgundiæ.

ſo, cum Bironio exit. Tallantii ſitum, & collocandis caſtris locum opportunum exploraturus, quo Hiſpano ſuppetiandi aditum præcluderet, vtque in rebus bellicis, inſomnis eſt & irrequietus, qui factorum celeritate hoſtium expectationem anteuertere ſolet, Bironio imperat, vt mille aſſumptis equitibus, & dimidio mil-

Regis & Bironnii inſomnis diligētia.

nus ſclopetariis peditibus, incautis Hiſpanis inſidiaretur, vt illo velut obiice feſtinantes, ad auxilium caſtri Diuionēſis, ſubſidere cogeret, eaque interiecta mora alta foſſa vrbem à caſtro disterminaret. die poſtera ſub auroram, Rex Diuio-

Alux.

ne Luxium progreditur, ibi omnes exploratores & emiſſarios adeſſe iubet, vt de hoſtium metatione & progreſſu intelligeret. Prima à meridie, Rex loco digreſſus ad Fontem francicum, vbi omnibus copiis ſtatiua indixerat, feſtinat, cum loco proximaret, à Marchionis Mirabellii velite admonetur, turmis equeſtribus ho-

Pugna Francefontana ſi qua vlla vnquam ſtupenda.

ſtium, quod illis impar eſſet ſe pedem referre coactam. Præmittit Bironium, cum vniuerſa cohorte equeſtri Baronis Luxii exploratum, num qui viſi à Mirabello equites, manipulares eſſent, vel totius aciei Hiſpanicæ anteambulones, interim arma ſuos expedire iubet, & cum ſuo equitatu Bironius concitatius inſequitur. Bironius in colle ſexaginta circiter equites vt introſpexit, illuc laxis habenis effunditur, ſpeculaturus num citra collem acies lateret. hos non anxie fugat, & a-

Vniuerſa & numeroſiſſima acies Hiſpanorum inſperato detecta.

pice ſuperato, ex alto deſpicit totam aciem Hiſpanicam in Sancti Senii pagum dilabi, aliunde trecentos equites circa nemus ceduum ſubſidere, à quibus Daſſonuillæus fugatus eſſet, qui agnito Bironio, bipartita cohorte exeunt ſpeculatum, num à tergo illius acies Gallica inſequeretur. Bironius, equitum Hiſpanorum arte cognita, Mirabellum dextrorſum, ſiniſtrorſum Baronem Luxium emit-

Extremum periculum quod Bironius tam audacter quam fœliciter ſubiit.

tit, qui progredientes ſiſterent Hiſpani fiducia inſequentis aciei, quæ interiecto nemore latebat, Bironium impetunt, ille quantumuis impar inſultantes excipit & propulſat, ſed ingruente omnium agminum procella, ac mille ducentorum equitum, acie cunctanter ad Regem ſe recipit, ſed dum lentius procedit, à cohortibus fœderatorum equeſtribus, Thiangei Thenniſſei, Villa-Rhodii, medio itinere laceſſitus, vicenis equitibus ſtipatus periclitari ſtatuit, cæteris multitudine

hoſtium.

Digitized by Google

ſtium prælių̃ detrectantibus, in ſummo illo diſcrimine Bironius vulneratur, 1595.
oranti Rex recentem cohortem ſubmittit, quæ hoſtili illuuie territa, obuerſa
nte ad Regem regreditur, qui præſentia ignauiam arguens, vel inuito audaces
it, opportune Regi adfuit Tauanæi fratris illius, qui Tallentio ſe continebat,
aſtis turma, quam ad dextrum cornu, Rex præliari iubet, qui Bironium im-
iuerant equites ſubſident, tota caſtra præſtolantes, nec mora denſe effuſis a-
inibus in Regem, non pluribus quam ducentis equitibus ſeptum inuolant:
dite poſteri, maius humanis virib. prælium: Rex exili illo equitatu, in hoſtiũ
centos equites irrumpit, ſternit, fugat & mactat, aliud agmen ducentorum e-
itum diſſipat, tertium centum quinquaginta, ſimili conſternatione in fugam
tit. Bironius fuga dilapſos inſequitur & interceptos ad vnum demetit.

Rex progreditur ad oram vſque nemoris vbi pedeſtres copiæ fœderatorũ
igo ordine diſpoſitæ ſummum robur caſtrorum hoſtilium efficiebant, ille ve-
ad locum pugnæ cadaueribus exuuiiſque potiturus, (quæ certiſſimæ victoriæ
ıt pignora,) regreditur paulo poſt, cataphractorum turmæ, cum leuis armatu-
equitibus licet ſerius, tamen ſatis opportune Regi adſunt, ad depellendas cõ-
iendaſque reliquias hoſtium, præmittit Rex velites ſclopetarios, Bironium, ac
m cohorte ſua Victrium, vt peditatum Hiſpanicum anteuerterent, à læua cir-
muenturus Rex progreditur, collis vtrinque occupatur, ſtatione ſua deiectis
ſpanis, qui loco cedentes in pagum ſancti Senii pernoctatum abeunt: vt illu-
inſultu heſterno delibatis regiæ fortitudinis auſpiciis, ſua veſtigia relegentes,
a venerant ſemita redeunt, & ponte ad *Graiam* tabulato, Ararim traiiciunt ra-
nullum illis tutius eſſe munimentum quam interiectus amnis non vadoſus:
nquam alibi Gallica ſtrenuitas, tam exili manu fortius fœliciuſque emicuit, ex
giis ſex duntaxat cæſi, captiuus vnus, ex hoſtibus viginti ſex interfecti, ducenti
:cii, captiui quinquaginta ſignum militare vnum interceptum. qui attentius
entum rei geſtæ perſpexerit, fortemq; inæqualiter pugnantium, non Regi, nõ
onio, non paucis commilitonibus, nec virtuti Gallicæ quæ ſane vel ad ſtu-
rem tunc admiranda fuit, ſed Deo vni acceptum referet, qui exiguis manipu
aciem multitudine armatorum terribilem, & ſpe inuadendi regis & regni o-
ntem, diſſoluerit Caſtrioti. Schandeberti Epirotæ portentoſos euentus, ille
mes ſi non ſuperat, adæquat certe.

Dux Burgũdic' fuſus vi & caſus prælio monſtrito inſtabat victoriam eum qui campo & caſis potiebatur.

Redintegratio pugnæ Regi ſuccedentibus ſuis.

Hiſpanorum fuga.

Numerus vtrinq; cæſorũ captiuorum ſauciorumque.

Comparatio pugnæ Iurienſis cũ Francofontano.

Minus ſtupenda fuit Iurienſis pugna quam Rex & fœderati pene adæquatis
ibus pugnarunt, in Francofontana vero exili manipulo velitum, audentius &
iſq̃ caſtrorum imperatorem deceret, ſummum martis diſcrimen ſubiit glorio-
r tamen & poſteris commendatior Iurienſis, tuba Bartaſſii, fuitq; illi ſupremũ
men & vox cygnæa quæ morte conticuit, mandata chartis æternum victura,
teſtimonio æmulorum qui alludentes ad opus ſex dierũ, vltro faſſi ſunt Bar-
ſium plus vna hebdomada fœliciuſq; operatum, quã illi toto ſuo æuo fuerint.
idatiſſimus q gallicam poeſim pangẽdis amoribus vnice & parum pudice addi-
i Veneris Cupidiniſque ancillam & pediſſequã ad numinis p̃dicanda facinora
uſtulit gentilitatẽ Helicone excluſit Muſaſq; chriſtiane & caſte loqui docuit.
Sed ad caſtra redeat oratio: Caſtellæ Coneſtabilis, re infœliciter geſta ad Se-

Elogiũ Guilhel. Saluſtii Bartaſſii.

Bartaſſii vltimum opus poeticũ pugna iberiaca ſeu iurienſis.

Primum & præcipuum opus Bartaſſii hebdomas.

I 2 quanos,

1595. quanos, Rex ad expugnationem Caſtri Diuionenſis reuertitur, Tauanæus deditione caſtri Tallantii cum rege paciſcitur, qui in Diuionenſi obſeſſus premebatur, præreptа omni ſpe auxilii, regiæ ſe permittit poteſtati, vtque Hiſpanis Galli par referrent, ſuæ ditionis Comitatum irrumpunt, populationibus, incendiis omniq; vaſtatione deſformant.

Rex Comitatum Burgundiæ bellica direptione vaſtat.

Alphonſus Iddiacus ingenti precio ſe liberat.

Henr. quæ vrbanitas.

Heluetii pro finitimis Sequanis ſeu Burgundis intercedunt.

Coneſtabilis, vrbibus viciniſque locis, foſſa & munitionibus ſe ſuoſque continebat, Galli tamen, in ſtationibus ſuis Alphonſum Iddiacum Mediolanēſis equitatus præfectum oppugnant, conantemque vadare alueum, vt ad commilitones ſe reciperet, ſuis cæſis fugatiſque intercipiunt, captiuumque regi ſiſtunt, qui vrbaniter comiterque ab eo exceptus, vicenis millibus ſcutatorum ſolutis, liberum ſe fecit: vrbibus expugnandis Rex inſtabat, vnde ingens vis auri, opimorumque ſpoliorum erui poſſet, ſed contermini Heluetii, ſuis vicinis metuentes oratum mittunt, vt hiſce finibus belli gerendi finem faciat, annuit Heluetiis, quibus nihil negatum eſſe voluit, ac nummaria pēſitatione, in ſumptus belli oppidatim imperata & perſoluta, rex caſtra educit, abitque Lugdunum, vt ex tot laboribus ſe ſuoſque reficeret.

Lotharenі omnes principes cum rege in gratiam redierāt morante & procraſtinante Mainio.

Mainius, Cabillonenſi vrbe & arce munitiſſima ſe continebat, ad pacem firmandam præuias inducias ambibat quæ trimeſtres petenti non ſunt negatæ, quarum finis, pacis fuit initium: gentiles omnes regi nomen dederant ſtemmatis ſui caput Lotharenus princeps ſupremus Dynaſta obſequēdi initium fecerat, d'Elesbius, Guiſius, cum fratribus illum æmulati in gratiam redierant. Mainius id ipſum percupiebat, ſed ne damnoſum & inglorium illi eſſet quanquam ſerius reſipiſcenti ſummopere enitebatur.

Han.

Aſtus Hiſpanorum ad Hannium præripiendū qui tamen illis ſummo exitio fuit.

Hiſpani ex abſentia Regis, apud Morinos rei bene gerendæ anſam nacti, duce Fuentio multa regno exitialia moliuntur. Hannium (quod cum Belgis finitimum ſit, Franciſcus I. & Carolus V. dum inuicem præliarentur, munitionibus egregie inſtructum fuerat) Gommeronius caſtro præfectus erat, vrbs præſidio Parthenopeorum, Hannoniorum & peditum Germanorum tenebatur, Gommeronius Bruxellam pellectus, vt ad caſtrum dedendum cogeretur ſeu vi adactus, ſeu auro corruptus, Oruillerio vxoris fratri vices ſuas obeunti reſcribit, vt Hiſpanis loco cedat.

Humierii ſingularis prouidentia.

Humierius vt ortu ſic virtute bellica & ſummo regis vicariatu ea in prouincia inclitus & potens re detecta, it obuiam, Oruillerium adoritur, quanto beneficio regem ſit promeriturus proponit, & tantopere vrget vt Oruillerius, Humierium, cum copiis poſtico in caſtrum admiſſurum ſit pollicitus, Hoc inito pacto, vt ex Hiſpanis circumuentis & captis potiores, Oruillerio & ſorori ad redimendum maritum dederentur.

In caſtrum admittitur Humierius.

Mors Humierii dum Hiſpanos vrbe deturbare nititur.

Furtim cum copiis admittunt Humierius, quod cum ſuſpicati fuiſſent Hiſpani, qua è caſtro in vrbem eſt exitus, dolia congerunt, foſſam ducūt & Humierium acerrime propulſant ille referre pedem negat, inſtar animoſius, dumque clauſtra doliaria præ rumpere nititur, ſclopo traiectus moritur: Gallis, tanti viri mors, iram, indignationem & vincendi deſiderium exaſperat, perfoſſis domibus proſerpunt paulatim & latius, Hiſpani vt ſiſterēt domos incendunt, à prima luce

ad

Digitized by Google

1595.

ımmam noctem, nulla facta intercapedine, efferate admodum vtrinq; pu-
:ur, incendium tantos voluebat æſtus, vt Francis vltra progreſſuris pro obii-
ſet. Impetum ſuſtinebant Hiſpani, durabantque ſubſidium ſuorum expe-
tes qui Caſtelletum obſidebant, vtque auxilium Galli anteuerterent, rupta
:a Comiti à Sancto Paulo fotis moranti aditum faciunt, illum vero cum re-
:i milite, diuturna pugna attriti & exanimes Hiſpani non ferentes à Gallis in-
ıenter cæduntur & internecione hoſtium Humierio litant: At qui Caſtelle-
obſidebant ſero auxiliatum veniunt, exauditaque ſuorum clade, Gomme-
ium quem ad deditionem caſtri, ex conuentione Bruxellana deducebant, ſe-
percutiunt.

Summa ſtrages Hiſpanorum.

Caſtelletum.

Samarobriga ſeu Samarobrina Iulio Cæſari eſt Cameracũ.

Caſtelletum oppidum eſt, in Vermanduis medium inter Samarobrigam
Cameracum & S. Quintini Fanum, olim à Carolo V. toties tentatum, quod
:trebatum faucibus ſi amicum ſit, multum prodeſſe, infeſtum plurimum no-
: poſſit. Comes Fuentius, principi Chimæo, qui initium obſidionis Caſtelle-
:cerat, ſe adiungit, atque oppidulum tanta vi quatit, vt præſidiarii arcto loco,
ı ferentes vim machinarum, deditionem fecerint: hinc Dourlanum obſeſſu-
caſtra mouet, ſed dum lentius cingit, ex Gallis fortiſſimi tuendę vrbis & glo-
militaris deſiderio vltro inſiliunt.

Caſtelleti à Gallis deditio poſt grauem expugnationem.

La Mothe gouuerneur de Grauellines.

Fuentius accingit ſe expugnationi, Cumque Grauellinus Motheus ortu
llus, ſed ad Belgas veteranus transfuga, apud eos tormentarius præfectus, ma-
inis ſtationes ad quatiendum murum deſignat, ab oppidanis lethaliter glan-
ferrea percutitur: quod Iulio Cæſari tribuitur, non immerito Regi referri po-
t, conſtat enim pręſente Iulio, ſuos ſemper victores, abſente ſæpenumero vi-
ɔs, ita ad nomẽ Cæſaris vetus omnis Gallia trepidabat: ſic Rege abſente, quod
ıs fortuna ſuis abeſſet, ſiue quod verius eſt, ambitu & diſſidiis ducum ad com-
unem victoriam non amice conſpirantium res ſæpius infœliciter ceſſit, vt
ades Dorlana fidem facit.

Mothaeus grauelinus occiditur.

Abſente Rege à ſuis præfectis infœliciter pugnatur.

Dourlana ſtrages.

Comiti ſancti Pauli, & Turreneo Mareſcallo, cum inſigni delectu Neu-
icorum nobilium, Villartius Admirallus ſe adiunxerat, Dux Niuernenſis cui
mma rerum erat à rege credita, apud Ambianos maiores copias præſtolaba-
ır, vt totis viribus Fuentio obuiam iretur.

Præcipites animi nobilium.

Rhoſnus ad Belgas tránsfuga.

Gallico æſtu incaleſcentibus animis, pertęſæ Niuernenſis ſalutarem cun-
ctatione equeſtres turmæ cum exili peditatu, Hiſpanum in ſtatiuis impetunt.
uentius qui conſilium Gallorum interceperat, duce Rhoneo peditatum emit-
t, ipſe tripartito equitatu, cum duce Aumalio, marchione Varrambonio Gal-
ɔs perſequitur: Turrenius mareſcallus Comitis ſancti Pauli adiuncta cohorte,
timam alam Hiſpanorum prærumpit & atterit, ſed dum vlterius ſe immittit,
inc à peditatu Hiſpano, illinc ab equitatu leuis armaturæ obruitur vt tantam
im non ſuſtinens, ægre admodum, ex militaribus globis expeditus, receptui o-
ram dederit.

Turrenius ſe ſubducit impari diſcrimini.

Galli pedites circumuenti ab illuuie Hiſpanica intricati cum carris & im-
dimentis, magnam ſui ſtragem dederunt Villartius cum Neuſtricorum nobi
robore ſubſidebat, coercebatque inſectantes Hiſpanos paulatim ſe recipi-

Villartius fortiter nimium in hoſtes regreditur.

Digitized by Google

1595.

Villartius vt à commilitonibus ſibi ſuppetiari non videt omnia extrema experitur. *Exprobrantib. Hiſpanis Sanſeualai prudens & verum reſponſum.* *Proditio inſignis.*

ens,ſed increſcentibus Hiſpanis cum aliquot campeſtribus machinis Villartium ita proxime appetunt,vt cum conciratiore curſu,pugnam& diſcrimen detrectare poſſet,imprudens ſed cordatus vultum retorquet,ac prælium redintegrat mãdat Turrenio vt laboranti auxilietur, qui contra ſero de receptu Villartium inuolutum globis admonet vt his ſe proripiat, cauſatus aduerſus hoſtem inique pugnari, at cuneis obruto Villartio non erat locus effugii: anguſtiæ tamen vires & animum adiiciunt,pugnat,non vt vitam ſeruet, ſed ne ſibi impune auferatur, ac iam tota acie inclinante,cũ ſuis opprimitur,cumq; Sanſſeualæo tribuno militum capitur,hinc omnis Gallorũ equitatus,totis agris in fugam effunditur. Villartius & Sanſſeualæus amota caſſide, agniti ab Hiſpanis cauillis conuiciiſq; appetuntur,quod Catholicorum cauſam deſeruiſſent,Sanſſeualæus, probrum diluit,fœderatis integram fidem ſeruaſſe: cum duce Lothareno, Guiſiacis principibus primoribuſq; regni ad obſequium rediiſſe: at dum verba facit,Hiſpanis cum Gallis ſuarum partium pro vtriuſq; captiui redemptione,tumultuari ſimulantibus,violato iure belli,immaniter trucidantur.

Vilartij funus ſumptuoſiſſimum. *Impetrata à Rhotomagenſib. propugnaculi diuæ Catharinæ euerſio.* *Niuernenſis nõ modo reliquias colligit ſed maiores cogit copias ad Hiſpanum depellendum.*

Vilartii cadauer redemptum, aromatibus conditum, Rhotomagi in æde primaria ſumptuoſiſſime ſepelitur: quod autem eo ſuperſtite, Rhotomagenſes nunquam potuere,mortuo à Rege impetrant,vt editiſſimum, & vrbi imminens cœnobiale propugnaculum Diuæ Catharinæ, à fundamentis deiiceretur, quod celerrime peractum, vt in poſterum ab illo iugo, ſuis ceruicibus iugum non impenderet: hac Cannenſi veluti clade attriti Galli, neutiquam deſpondẽt animũ, Niuernenſis Pequiniaci ex fuga ſparſos colligit, vniuerſis vt præſto adſint claſſicum canit ad depellendum externum hoſtem,qui in Picardiam, alte & nimis fœliciter penetrauerit: non eſſe ferendum, vt vlterius vires capiens, ad Ambianos atque ab illis ad ipſam regiam Lutetiam regnique præcordia retro victis vrbibus & oppidis,ferox victor deueniat, dolere ſibi plurimum, intempeſtiuis conſiliis æſtu & feruore Gallico,in ſummum diſcrimen res adductas,ſed quæ prudentia, & mutua conſpiratione Gallorum,ſarciendæ ſint, Dourlani obſeſſos in ſummis eſſe anguſtiis,in quatriduum duraturos,ſi fiducia auxilii non fallax illuxerit, abſenti regi,qui alia parte regni, in eiuſdem gentis hoſtes pugnatum ierit, hanc fidam operam præſtandã, vt dum expectatur aduerſus eam illuuiem, quæ ruptis aggeribus Galliam inundare nititur,obiices opponantur.

Niuernenſis ad Gallos equites Tyrsea oratio.

Plura Niuernenſis ad impellendos animos adiiciebat, vt non in diſſimili diſcrimine Labienus,abſente à caſtris & morante Iulio, ad comilitones loquebatur. Comes ſancti Pauli Turenius & cæteri proceres,nedum fracti erant,illo nouercalis fortunæ inſultu, ſed ad vindictam recuperandamq; victoriam exaſperati, Dourlani obſeſſis ſuppetias pollicebantur,quibus ne eos fruſtrarentur illi ſimul & Niuernenſis agminatim coactis copiis,1200.equites, 3000.pedites circiter collegerant. At Niuernenſis hoc exili exercitu aduerſus aciem numero ſtupendam ad quatuor milliaria Dourlani progeditur &ſubrepit,ſubſiſtitq; loco opportuno quo obſeſſis,militem recentem,& puluerem tormentarium,cuius maxime egebant, ſilentio inueheret,ad peragendum negotium,cum 60. equitibus loricatis delectus Rinſeualus, qui tacito progreſſu deluſis hoſtium excubitorib. viginti ſarcinarios mulos,

Commeatus bellicus in caſtrum per tenebras tuto inuehitur. *Varia conſilia de re militari.*

Digitized by Google

1595.

os, puluere & globulis onuſtos, in caſtrum immittit. Obſeſſi hoc commeatu, neutiquam animoſiores facti, vigiliis & curis militaribus confecti, in dies tabeſcebãt. Niuernenſis, impar ib. copiis, aleam martis experiri haud tutum putabat, omnibusq; placuit, vt pedites, Peſquiniacum remitterentur, ne circumuenti ab equitatu hoſtili, recentem ſtragem augerent. Niuernenſis enim hoſtẽ nullo modo in caſtris laceſſendum putauit, ſed ad dimouendum obſidione, Attrebatum fines inuadendos, ſi interea, vltra ſupereſſe non poſſint, deditionem neceſſitate, quæ ſuprema lex ſit, excuſari. Fuentius vt auxilium auerteret, omnibus machinis antemurale quatit, fugatque præſidiarios: illi dum incaute & turbide relictis ſtationibus ſe in caſtrum recipiunt, ab Hiſpanis intercipiuntur & magna ex parte ingreſſu præcluduntur, qui intus erant, ſuorum internecione territi, in vrbem effugiunt, relicto caſtro inuadentibus Hiſpanis, illo recepto & præſidiis munito, tota vrbe victores effunduntur, nec ſolum milites, ſed promiſcuum genus imbecille muliebre & impuberum mactant, tanta immanitate, vt mitius Turcæ & Barbari in victos Chriſtianos egiſſent, exprobatam feritatem excuſarunt Hiſpani, Hannienſi internecione ſuorum, quos ad vnum Gallus immiſericorditer ferro demeſſuerit inque bello, ius eſſe vt par pari referatur. Fuentius hoc proſpero euentu tumens, hinc ſummam gloriam ſibi vindicauit, vt qui prope ſolus cunctis formidabilem Gallicum equitatum, primo deuicerit, ſecundo ita coercuerit, vt denuo experiri detrectarit.

Ex geminata clade Ambianis omnibusq; finitimis vrbib. quæ in Regis fide erant, ſumma trepidatio acceſſit. Comes ſancti Pauli & Turenius Mareſcalus, oram maritimam Bononiæ ad Oceanum tutatum eunt, Niuernenſis vrbes, quæ ad Sonimam fluuium in confinio ſunt Attrebatũ. Dum per Ambianos iter facit, adeo conſternatos ciues offendit, vt ad depellendum metum, & opponendum contra hoſtes munimentum, Niuernenſis vrbe proxima ſe incluſurum ſit pollicitus, vt laborantib. in horas praſto adſit: dictis fidem facit, nam pridie nonas Auguſti Corbiam ingreditur, luſtrat oppidum, muros reficit, annona & milite proſpicit. Hiſpanus re intellecta alio digreditur, ad Auguſtam Vermanduorum ſeu Quintini fanum copias promouet, Niuernenſis relicta Corbia, & illuc properat, ſed nihilo ibi moratus Fuentius, Cameracum recta inuadit, 17. armatorum millibus 60. tormentis obſidionem aggreditur. Balagnius qui ſe nuper regulum Cameracenſem cteandũ à Rege impetrauerat, de ſuis anguſtiis & ſumma trepidatione repetitis in horas epiſtolis per curſores pegaſeos Regem longe remotum, Niuernenſem & ſummos rerum Gallicarum adminiſtratores commonefacit, rogat ne ex pactis deſeratur qui Gallus & Coronæ Franciæ vectigalis factus ſit, vana quiritatio hominis qui auarus, & imprudẽs, ſibi primus defuit, qui ex Andini Ducis tot bellicis laborib. partum ſeruatumq; Cameracum, prudentia, conſilio, beneuolentia ciuium, penu rerum neceſſarium ſeruare neglexit. Niuernenſis auritus ad omnes rumuſculos, ſolers ad ſuccurrendum oppreſſis, chariſſimum ſibi pignus filium Rhetelenſem Ducem cum CCCL. equitibus Bubio Trimoletio Valbecutio ducibus ad Cameraci præſidium mittit, dum non longe ab hoſtium caſtris iter faciunt, à ſpeculatoribus deteguntur, dumque

Hiſpanorum ſumma vis.
Caſtri ab Hiſpanis occupatio & in vrbem eruptio.
Feritas Hiſpanica.
Hiſpani ſuã lanienam excuſant.
Fuentii de Gallis inſolens & mordax iactatio.
Bipartitur acies Gallica
Niuernenſis ciuium trepidationem diſcutit.
Niuernenſis ſumma cura in vrbibus tutandis.
Cameracũ ex inſperato inuadit Hiſpanus.
Balagnius venia regis ſibi priuatã dynaſtiam fecit in vrbe & agro Cameracenſi.
Dux Andinus ex tam diuturno bello quod in belgio geſſit ſolum Cameracũ ſeruauerat.
Niuernenſis vt Balignio ſuccurrat vnicum filiũ per ſumma pericula immittit.

Digitized by Google

1595. dumque in pantearcto & male ſtabulato v.. [illegible] moram faciunt, Fuentius armatos ad inſequendum expedit.

In inſidiatores inſidiæ recidunt. Rethelenſis primum idq; audax facinus. Cameracũ ſubit Rethelenſis.

Dux Rethelenſis, per emiſſarios exploratis inſidiis deflectit, incidit tamen in 25. equites ad excubandum relictos, illos in anguſtæ viæ faucibus concluſos ad vnum interimit, inſpectante ſuorum omni equitatu, qui arcta via prohibitus ſuis haud ſuccurrere potuit, rurſus in aliud agmen ccc. equitum delabitur illiſque cæſis ad Cameracenſes muros inſilit, vt ſe auxiliatorem obſeſſis conſpicuum facit, ſummis honoribus maiori lætitia excipitur, vt qui ſalutis vindex & redemptor ſperabatur, ſed quid tantillus ille numerus fortiſſimorum equitum, ad hoſtium numeroſiſſimam aciem? vt in æſtuanti febri, ſtilicidium aquæ recreat quidem ægrum, ſed incendium non reſtinguit, differt non aufert mortem, ſic ſubſidium illud protraxit obſidionem, non infregit. Fuentius tamen Autumnali intemperie attritis militibus, machinis obſeſſorum acriter verberatus, Niuernenſis Rethelenſiſque præſente auxilio deterritus, iam de receptu cogitabat, ni Antiſtes Cameracenſis Barlemontius, pontificiali ſede excluſus de re ſua priuatim cogitans, diuturniorem obſidionem impetraſſet, qui pertinacia obſidendi vel inuite victorem fecit Fuentium: Oppidani mutare dominum, non ægre ferebãt, Balagnio animis infeſti, nam fruſtra ſe alienis armis cinxit, qui beneuolentia ciuium non ſeptus eſſet.

Fuentius obſidionem dimouebat ni ſuaſore Epiſcopo contra vium egiſſet. Auerſus animus Cameracenſiũ à Balagnio.

Exaſperauit eos plurimum, quod pro mercibus in foro venalium numiſma cupreum, Balagnii mandato percuſſum, accipere cogerentur, pro indictionibus tributiſque non niſi aureum & argenteum Balagnii publicani acciperent. Nihil enim Cameracenſes à Balagnio magis abalienauit, quam cupreus ille & deterior nummus, ſiquidem in morem Glauci & Diomedis aurum & argẽtũ à ciuibus corradebat, illis pro mercibus falſa fuſione adulteros nummos rependebat, exemplo in poſterum memorabili principibus ne rei monetariæ formam pondus & vſum veterem immutent, cum illa ſit Sol & vera lux mortalium, cõpages regnorum, anima negotiatorum & quintum elementum.

Ex diſſidio odioque Ciuium cum Balagnio ſibi lucrum facit Fuentius. Cameracenſes Hiſpano vrbem dedunt.

Ciues intus frementes, vt audiit Fuentius, minis acrioribus vrget, ni dedant ſe hoſtilia quæcumque minatus, ſi fecerint mitius imperium experturos. Illi ergo hinc minis territi, illinc illecebris ineſcati, ſed odio Balagnii indignantius potiſſimum exaſperati Fuentio portas recludunt: Rethelenſis, Balagnius & Galli omnes in arcem ſe recipiunt.

Franciſca Amboſia Spartana mens & pluſquam maſcula virtus. Fæmineæ cæca & effrenis ambitio.

Illi à fronte ab oppidanis auerſis appetiti foris ab Hiſpano belgis, arce percuſſa & lacera, annona deficiente, ad paciſcendum coguntur. Franciſca Amboſia Balagnii vxor quæ nouellum hunc principatum, tam perdite ambiuerat vt delibauimus pro lacæna ſe geſſit, deditioni obluctatur, cunctatione ludificandũ hoſtem, donec Rex adſit, præituram militibus, omnia belli diſcrimina vltro ſubituram, de Amazonum virtute bellica, muliebri facinore fabulas probaturam, nihil non cogitauit, nihil non dixit, quo ſuum ſuorumque more natum imperiũ retineret, cuius ambitionem Deus egregie vltus eſt, quæ vna coronæ Franciæ S. marobrinam accedere vetuit, repudiatis prædiis, quæ in vicem vberiora prouẽtu offerebantur: vt vidit de deditione pacta inu..., ſeorſum abiit, ſtridens. f eu ẽs,

ignauiam

iiam arguens, viris Diiſque æque inſultans, mox vita dolore, alto ſilentio 1595.
ltus comprimens, biduo quam arx in hoſtium poteſtatẽ veniret, moritur,
ltima voce ſortem ſuam ſolata, *quod ſuprema domina, ſeu principiſſa*, è vita mi-
t.

Obitus uxoris Balignii cordatus quidem.

N.uernenſis, infœlicitate rerum geſtarum, mœrore concepto, paulo poſt
ſupremum obiit, princeps qui ſummis muneribus in Gallia perfunctus, in
ionibus, adminiſtratione ætatii, in præfectura caſtrorum fidam operam in-
: extra regnum præſtitit qui ſalutari cunctatione Quin. Fabium Maximum
ebat, ſtrenuitatem Gallicam iuueniliter exultantẽ moderatione ſua æqua-
r temperans.

Moritur Dux Niuernenſis. Laudatio illius.

Gallia minus acerbe mortuum luxit, quod deceſſerat relicto filio heroici
us in patrias virtutes iam adulto, qui apud ſuperſtitem patrem ſpecimẽ in-
ium factorum edidiſſet: quemadmodum Agricolæ arborem exuccam & a-
n quæ vegeta olim quotannis Autumnum vberrimo pomorum prouentu
at, minus lugent quod cæſa radice ſurculi & propagines enaſcantur quę ve-
n arborem prope rediuiuam faciant. Dum in Morinis, res minus fœlici-
dunt, Rex longiorem moram apud Lugdunenſes graui damno luit, magni
iæ conſtitit pompa illa, quo eius ingreſſum ſunt proſequuti, vtque Anniba
puanæ deliciæ ſumma trophæa eripuerunt, ſic Regi Lugdunenſium magni-
lla ſuſceptio, laudanda quidem propter ſuam in eum propenſiſſimam be-
lentiam, ſed quæ in oppurtunius tempus differenda fuerit, exſcribendę nõ
orabor, quod minime neceſſe ſit, ſcire poſteros magnificentiſſimo appata-
enricum IIII. Lugdunenſes excepiſſe, vel eo tempore quo minime oppor-

Pompa Lugduni exhibita Regi regno exitialis.

Mors Ducis Nemoroſi.

Si non lætitiam, ſaltem ſecuritatem Lugdunenſium auxit, Ducis Nemoroſi
ngi macie & tabe obitus: ille erepta ſibi Vienna, & Foreſii vt ſperabat addi-
mis ſibi vrbibus tantopere doluit vt in dies viribus diſſolutis, cuo vix tan-
oſſibus hæreret. Vt fortunam ſibi aduerſari vidit, Anicium auitum oppi-
ſe recipit, funereo thoro quadrimeſtri lentore decumbens, iugi profluuio
inis exhauſtus, in ſeruatoris Chriſti ſimulachro, inconniuenter defixo ob-
, animam conſtanter, & placide effudit.

Nemoroſius confectus lõga tabe morbi in amplexibus crucis moritur.

Ante aliquot menſes Chriſtianiſſ. Rex Perronium Ebroicenſem Epiſco-
Romam miſerat Rom. Pontifici regio nomine obſequium exhibiturum.
[illegible] aut vetius apertorum hoſtium fracto liuore, diſcuſſis criminati-
us atque in eos reiectis probris, quibus illi Tyrones & neoterici in fide non
multa ſæcula Chriſto renati, primogenituram in Eccleſia Regum Franco
contumelioſe appetebant, à Clemente VIII gratiam Apoſtolicam impetra-
nathematis reſoluto vinculo, rege in gremium matris Eccleſiæ ſuſcepto a-
e reſtituto, plurimis nedum Romæ, ſed in Gallia frendentibus, qui retuſo
llo Vaticano fulmine, fulmen belli in poſterum fractum & brutum fore (vt
a cont [illegible] que cum clauibus ſic concorditer coadunatis deinceps [illegible]
li erepta in ſibi facultatem credebant) 18. Septembris, huic concordiæ publi-
tia Romæ litatur, Capitolium, Tyberis, omniſque angulus his vocib. per-
t, *Viuat Henricus Borbonius Rex Francicus & Nauarraeus Max. Inuictiſſ. Chriſtianiſſ*

Cum Pontifice Max. & Rom. Eccle. Rex in gratiam redit conciliatore & deprecatore Iacebo David Peronio Epiſc. Ebroicenſi. Oratio publica Roma ob Regis cum Clemente VIII reconciliationem.

1595. *Eccleſiæ Rom. primogenitus*: quatriduo poſt Rex per curſores pegaſeos de cōceſſione gratiæ Apoſtolicæ, fit certior, Lugduni nihilo moratus nocte media diſcedit, Cameracenſib. auxilio ſi poſſit non iturus ſed euolaturus. At vero oppidanorum faſtidium ex æneis degeneribuſq; nummis Balagnii, & mutandi dominii cupiditas regiam feſtinationem anteuerterant.

Obſidionis Feræ difficultas tum ex præſidio tum ex paluſtri ſitu.

Rex longioris abſentiæ damnum vt farciat, Feram munitiſſimum in Picardia oppidum expugnandum ſtatuit, tenebatur acerrimo præſidio Hiſpanorū, Rhoneus apud eos tribunus militum factus, gallica mente penitus abiecta, copioſiſſimo commeatu inſtruxerat, arduæ erat obſidionis, tum ob pertinaciam militū; tum ob ſitum, cum paluſtri loco ſuapte aquis ſtagnantib. alta foſſa muniatur, & ſecurum ſit à metu cuniculorum & perfoſſorum. Mainius, penitus diſſoluta fœderatione à ſuis gentilibus derelictus, ab Hiſpanis nec reuerenter nec amice habitus, non ſordide nec auariter, vt plurimi, quos à nundinatione immerito, regni & vrbium venditores, vulgus nuncupauit, regiæ clementiæ ſe permittit: quod ſerius redeat, non procacitati, nec prorogandæ popularis dictaturæ deſiderio tribuendum, qui publice proteſtatus ſit, illico poſt Apoſtolicam gratiam Henricū IIII. pro Rege Chriſtianiſſimo agniturum, re peracta, integram fidem ſummum obſequium vltra non procraſtinare, facto æquare dictum. Lugduno Rex digreſſurus, Prouinciæ illiuſque peculiariter hoc nomine dicitur, Guiſio præfecturam detulit, hinc Sabaudica factione tenebatur, illinc Eſpernonii clientelis, qui Germani Valetii, res bello partas ſibi vindicabat. Guiſius ergo illuc mittitur qui ſeu amica fata & victoriam non reluctantem ſecum duceret, ante annos animumq; gerens curamque virilem incredibili fœlicitate prouinciam non vni mancipatā ad vnicum & priſcum imperium reuocauit, vt in Maſilienſi recipetatione latius narrabitur.

Mainii non indecora ad regem reuerſio.

Proteſtatio Ducis Mainii poſt regis conuerſionē.

Prouincia Prouincialis regius vicariatus Guiſio delegatur.

Comitatus Prouinciæ variis factionib laborat quas omnes Guiſius præfectus repente ſuſtulit.

Mors & conuerſio Morlaii.

Sub id tempus moritur Morlaius nouatorum veteranus, à puero in aula Biarnenſi educatus, legationibus ſummis & crebris, apud Anglos & Germanos, pro cauſa perfunctus; ab Orthodoxa Religione alieniſſimus, ſi quis alius, triennio ante quam decederet, cœlitus admonitus de ſalute enucleandis libris patrum, ſciſcitandiſq; de veritate religionis doctoribus, accuratius operā dederat apud ſe reuoluens, quam recens eſſet nouatorum opinio, vt quam profitentur Pontificii, æquæua ſit & nata cum Apoſtolis Religio. Ille qui per Heluetios, Germanos, Sueuos, Batauos inſtitor nouatorum, auxiliorum exorator, conductor militum, collatitii nummi quæſtor & diſtributor tam variam Religionem, quam varia eſt & maculoſa Panthera, nouerat, contra Romanam vnam & vbiq; gentium ſibi ſimilem & concolorem didiciſſet: hoc vno argumento fultus, qui crederet veſtem Domini inconſutilem, vnam eſſe ſponſam cæteras religiones pellices, adulteras, & commentitias fit veteranus ex nouatore, nouuſq; orthodoxus moritur: per Burgundiam ille dum iter facit ex æſtu & ſummis laborib. morbo correptus, fati præſcius, palpantib. miniſtris repudium miſit, & ſeu coruos cadaueri hinc longe depulit, acerrimis vocib. eos inſectās, ac talib. extremum alloquitur: Hem! inquit animarum venefici, ſalutis hoſtes, qui tandiu mihi erranti illuſiſtis, nunquam morituris veſtra religio arrideret, quæ tota ad libertatē efficta ſit,

Cur Morlaius à noua Religione ad priſcam & Orthodoxā rediei it.

Verba morituri Morlaii.

1595.

ıobis mortalib. de villicatione noſtra rationem redditutis, certiſſimũ eſt exi-
ı, vna vorago & Charibdis animarum. Iam mihi non obgannite ſuprema
ı, quæ imminet vos procul hinc abigere monet: illis autem ſeu intemperiis
blandiuntur, rogant vt memor ſit anteactæ vitæ, vt qui cęteris in religione
rmata (ſic loqui aſſueuerunt) perſeuerandi omnib. exẽplo fuerit, ſibi non de-
: quæ aliis in deliquio animæ toties conſtantię præcepta dederit, ſibi ipſi vt
emam medellam adhibeat: ille cõmotior factus, quod pſeudo-miniſtri mi-
integra mente, & febrili æſtu titubantẽ putarent, grauiſſime increpat: in cor-
: minus ſano ſanam ſibi eſſe mentem, & multo ſaniorem quam vnquã fue-
't qui à veteri inſania reſipiſcat, quæ dixerit non eſſe ægri ſomnia, & febrici-
ıs deliria, deniq; miſſos facit, excluſiſq; ſacerdotes accerſiri iubet, adſunt, illis
ıitorib. vix op⁹ fuit homini quamuis tyroni fidei indubiæ, ſed tantũ ſacrorũ
ıiniſtratorib. poſt exomologeſim, ſacra ſynaxi reficitur & alexipharmacũ ac-
t ſine quo vita mortaliũ non eſt vitalis ſed exanguis & penitus mortua, cum
: inclinaret, ne migraturo vltimum viaticum deeſſet à ſacerdote inungi po-
at, peracto ritu, defixo obtutu in crucem placide conquieuit. Morlaius olim
ıatorum Ardelio, Achitophelius, germanicorum exercituum pro illis exora-
, conſcriptor, & ductor, vt ſe ad metam æui deductum vidit, vno hoc ſerio a-
fabulam adulterinę religionis deleuit, in hoc fœlix, quod ora malignantiũ
ſtruxerit: nam Aulico, omnium quos ſua ætas habebat fortunatiſſimo, quem
in oculis gerebat, morienti mutatio religionis, non captandis opibus, alioue
o imputari poteſt menti minus ſanæ nihil minus, quandoquidem ad vltimũ,
|; animi ſpiritum, nihil illi excidit leue, nugatorium, alienum à ſua moderatio-
, quinimo ægrotante corpore omnibus qui interfuere, ſermone & ſtatu men-
viſus eſt ſolito prudentior. Rex vt mortuum audiuit, hoc de Morlaio teſtimo-
ım tulit, ſibi fidiſſimum ſeruum qui ingenio & rerum agendarum peritia cæ-
is antiſtaret, amiſſum.

Verba miniſtrorum ad Morlaium.

Morlai ſuprema vox ad miniſtros.

Viatica Chriſtianorũ pie & infucate ſuſcepit Morlaius.

Mores hominis ante conuerſionem.

Regis de probitate & fidelitate in demandatis ſibi perfunctionibus luculentũ teſtimonium.

Lutetiam aduectus eſt tanquam oſtentũ aliquod, (illuc enim quæ inuita na-
ta & lucina repugnante genita ſunt ad ſtipem euehuntur) homo gregarius qui
edia fronte cornu geſtabat, non modo cute tenus, ſed exertũ longum durũ &
uminatũ, quale ſemeſtri iuuenculę prominet. Ille pudore belluinæ deformi
tis Syluis auiiſque locis in agro Cœnomanenſi oberrabat, erutum ex latibulis „
areſcallus Lauardinus vt Regis conſpectui hominẽ ſiſtit, datur inſtitoribus & „
rcularius qui icone expreſſa adiecto programmate ſtipe videndũ proponebãt, „
ſolent qui leones, pardos & id genus ferarũ, quas monſtrorũ parens alit Affri-
, precio oſtẽtant Lutetiæ quę rerũ nouarũ exoticarumq; auida ſpectatrix. Iã ve-
fabulis nõ deputemus homines eſſe monoculos, Cynocephalos, ſcyopodes,
pripedes, cornigeros, Faunos, qualẽ Diuo Antonio in ſolicitudine apparuiſſe
fert Diuus Hieronym⁹; cũ ipſa Gallia q̃ eo teſte & laudatore monſtris ſemp ca-
ıit, hominẽ quo diximus modo portentoſũ omnib. cõpitatim videndũ miſã-
ũq; protulerit. Dux Mauricius Batauorũ antiſignanus dũ Fuentiũ, Chimeum
araboniũ, cæteroſq; Hiſpano-belgas in Dourlana & Cameracẽſi obſidione oc-
ıpatos videt, rei bene gerẽdæ opportunitatẽ nact⁹, terra mariq; ingentes copias

Ducis Mauritii nauales expeditio.

Digitized by Google

1595. côtrahit:errabat pelago ducentis nauib.rumore dubio quo appelleret, tandem poſt diuerſorum littorum luſtrationes,Grollenſem vrbẽ obſidione cingit,quinque millib.peditum, mille equitum,viginti quatuor machinis rem aggreditur, tâto ſecurius quod acies Hiſpanica alieno ſolo pugnaret, exilib. copiis nihil diffidens, cum ex finitimis fœderatiſq; vrbib. pro rerum euentu præſidiarios intra triduum eſſet coacturus,ſed longe expectatione ſua labitur: nam Mondraconius arcis Antuerpianæ præfectus,vbi de claſſe Mauriciana certior factus eſt,collectis veteranorum ſeptem mil'ib.in actis & litorib.excubat,& ſpeculatur in quam oram Mauricius exercitum exponeret.

Obſidio Croslenſes.
Mondragon gouuerneur d' Anuers.
Mondraconii præfecti in Mauriciũ occurſio.
Diſcedit Mauricius re infecta.
Montdraconius Maurícianos fugat.
Captiui Philippus & Erneſtus Naſſouuii fratres ex vulnerib. moriuntur.

Mauricius,vt adeſſe Montdraconium ſenſit, à Grollenſi vrbe caſtra dimouet, vtriq; traiecto Rheno ſibi inſidiantur, Philippus Naſſouuius Mauricii frater,quingentis equitib.dum caſtra Montdraconii exploratum vadit,palantes & prædabundos, ex Hiſpanis circiter centum equites adoritur, illi côcitato curſu, ad caſtra ſe recipiunt, & de aduentu hoſtis nuncium ferunt, dum Montdraconius parat ſe pugnæ,Naſſouuius duo ſigna equitũ intercipit, dumq; pertinacius ad conficiendas reliquias moratur, adeſt Montdraconius, cũ ſelectiſſimo & recenti equitatu,ſuos vleiſcitur,prærumpit Naſſauuios,fugat, diſſipat fugienteſq; ferro premit & in flumen agit præcipites,ſic quos gladio non potuit,fluctib. obrui ex ripa videt.Philippus Naſſouuius,Comes Erneſtus frater, vtriq; captiui & lethaliter vulnerati,in prædam venere,nequicquam adhibita medella vulnerib. vel per accitos chirurgos Naſſouuiorum, nec enim illis aſſuetam priuatamq; opem medicorum hoſtes non inurbanus inuidit inani tamen cura,nã vterq; morte ſua Hiſpanicam lætitiam & victoriam auxit.

Res Gallicæ.
Boſcodelphinus ad regẽ tranſit.
Bataille de Craon.
Mõtcontour & Compert. d' Almontiou Mareſcallus moritur.
Ducis Mercolii de Aremorica ducatu audacior ſponſio.
Gallica paramia ab inſignib. Britannicis.
Que Mercure vouloit fourrer ſon manteau d' ermines.

Vrbanus Laualllius boſco-Delphini dominus, fœderationis olim tenaciſſimus, qui in Croanenſi pugna,ſummam illi operam nauerat,cum aliquot Audini & Cenomanenſis ſoli oppidis, ad regium obſequium reuertitur, ſummus tribunus militum,ſeu vt vulgo Mareſcallus Franciæ effectus. Mercolius vero in Aremorica,late & fœliciter imperabat,regiorũ ducũ ante à ſemper fractis aut retuſis viribus,ſed Mareſcallus d' Almontius Anglicano ſubſidio auctus, de fœlicitate controuerſiam faciebat ademptis Montcontorio, & aliquot caſtris oppidiſque dum vero munitiſſimam vrbem Compertium obſidet, brachio & crure ſclopo vulneratus,lenteſcẽte morbo interiit: ſublato illo æmulo,Mercolius Aremoricam ſibi paccatam habebat,tanta fiducia,vt vulgo diceretur, velle ſibi iure prætenſo,diuulſam à regno ſibi priuatam dynaſtiam facere, nõ paucos enim habebat ſuſurrones,qui commentitiis titulis,poſt Annam Britannicam, Luſitaniæ rege,Catharina Medicea,aliiſq; heredipetis Britanniæ excluſis Mercolium iure potiori niti affirmabant:ſed in mucrone duntaxat, vt qui illum ſtringens Cæſareum illud iactare poſſet *hic faciet* tandiu facturus ille donec fortior occupanti auferat: per id tempus popularis paroemia, alludens ad nomen Mercolii iactabat,ex herminiis(pelles ſunt maculoſæ quales muris pontici quę olim veteribus in delitiis fuere repetitæ noſtro æuo pro inſignib. Britannicis habitæ) ſibi palliũ Mercurium texuiſſe,quique caducæum ſceptro adæquare niteretur,ni Iuppiter, audentius ſe efferentem comprimeret,alaſq; & talaria ademiſſet.

Anno

Anno ſuperiore, patriarcha Alexandrinus ſuos oratores Romam miſerat, 1525.
oſtolicæ ſedi ſe coniungeret, eos ſummus Pontifex, omni hoſpitalitatis ge-
xceptos, laudata plurimum, & accepta cooptatione Alexandrinorũ Chri-
ſtum, qui à longinquis Nili ripis, in Tyberis vnitatem Romanæ Eccleſiæ
uerant, domum remittit: totius legationis perfunctio, Colonienſibus
euulgata eſt, interprete Baronio, ex Phario & æthiopico ſermone, quam
Batauis eruditus aliquis, odio ſedis põtificiæ rei geſtæ fidem abrogare ſum-
re enixus ſit.

Res Italicæ. Patriarcha Alexand. Rom. Eccleſiæ per ſuos oratores adiungi petit.

Deditio Iauarini, Cæſaris animo tam alte inſederat, vt Pannoniæ amiſſo
io propugnaculo & obiice, nedum illa, ſed Germania atque ipſa Vienna
iæ regia, non longius diei itinere à barbaris diſiuncta eſſet, in præfectos vl-
idum ſtatuit, vt in poſterum reliqui, cautiores & cordatiores in dedendis
ous, ſe præberent: videbat enim Turcicam diſciplinam, acribus pœnis & ſup-
s contineri, ita vt ſi minus viriliter, Othomanidarum vicarii, vrbes arceſq;
rint, quod mitius eſt & gratiæ cedit, capite plectantur, quod acerbius & pluſ-
a Phalaricum per ima, ſuffixis palis ſudibuſque traiecto quadrifariam cor-
, vel tergore detracto, publice dant pœnas, hinc fit vt Baſciæ Turcici & Ia-
rii licet iniquo loco pertinaciſſime hæreant, nec dedãt ſe, niſi cum aliter ſer-
non poſſint.

Res Germanicæ. Supplicium de ignauis Ducibus. Acerbitas pœnarum quas dant proditores rerum Turcicarum cæteros in officio continet.

Ardechio, & coronario Perlino capitis vadimonium dicitur, quod illi Ia-
ino imperantes non modo ignauiter, ſed corrupti auro & muneribus, Baſciæ
no dederint.

Securi percutiuntur Ardechius & Perlinus ob Iauarini deditionem.

Cæſar acri expoſtulatione, vtrumque poſcebat ad pœnam, vt qui clauſtrũ
bicem Pannoniæ, vecordes dedidiſſent, contra ſuadentibus commilitoni-
non annona, non commeatu, non puluere tormentario, non milite ibi la-
.tum, Ardechium prælatum à Cæſare omnibus ad cuſtodiam tam validi p-
naculi, qui hoc ſupremum & glorioſiſſimum munus, animi fortitudine am-
at, ſacramento ſe adegiſſe ad deliquium animæ propugnaturum, non alio
ſepultum iri, fidem inſigniter & ignauiter fefelliſſe, qui viuat & non ſit Ia-
o conditus, neceſſitatem deditionis quam vterque cauſſabatur refellit Cæ-
n pœnu vrbano, duo millia amphorarum vini, farris contuſi incredibilem
copiam, ſtruati in horreis non tritici multo maiorem, vt quæ in ſemeſtrem
oniam præſidiariorum ſatis eſſet, quinquaginta & vltra maiores habuiſſe
inas, quibus non ſolum à Iauarino obſidio depelli, ſed obſidentes Turcæ
obſideri, & à caſtris dimoueri potuerint, vt clauum clauo, ſic in bello vm-
vmbonem, & tormentis tormenta depelli, multo anxius iniquiuſque Tur-
at iuis inſediſſe, qui ab oppidanis dies noctesque appetiti fuerint, foriſque à
ſtianis laceſſiti, cœlique intemperiis expoſiti, annonæ anguſtiis ita compreſ-
æpenumero viri, ſummo veſpere panem furfureum, ſtabularii pro iumentis
manipulos à prædabundis expectauerint, Orbi Chriſtiano probrum factũ,
iſſimum propugnaculum, ſitu, arte, milite, machinis, commeatu, ad con-
um auxiliantium Chriſtianorum, qui Preſſeburgi ad tria milliaria ſubſide-
vecorditer & venaliter dederint.

Exaggeratio ignauæ deditionis. Cauſſa Cæſareæ expoſtulationis in Ardechium & Perlinũ.

Digitized by Google

1595. Inexcuſabiles eſſe vtroſque, qui licet per ſummas anguſtias, ad dedendum coacti fuiſſent, tamen in hoc Turcicam ſolertiam æmulari eos oportuiſſe, qui deditis vrbibus, non ſolum triticum, farinam, vina, puluerem ſulphureum, oẽm deniq; bellicam ſupellectilem corrumpunt, ſed etiam necant Chriſtianos incaute ambulantes, & ſcrutantes latibula & conditoria opum, per cuniculos immiſſo puluere, certo interuallo horarum igne ad pabulum ſubrepente, deditas vrbes cum ſummo excidio Chriſtianorum ſubuertunt, ſi animus euiratus, ſi ipſa iniqui Martis ſors dedere cogebat, debuiſſe Turcico exemplo, horrea incendere, amphoras terebrare vt vinum diffluerct, puluerem per ſubterraneos meatus ſubiicere, deniq; in Turcas ſuas artes regerere. Cæſar qui hoc opere, vere nomen factis æquauit, ex equeſtri & togatorum ordine, reis iudices dederat, Ardechio, & Perlino, de capite controuerſia agitur & excutitur, Comitiſſa vxor Ardechii, cum gentilibus prouoluta ad genua Cæſaris marito caput deprecatur, ille nihil motus muliebri eiulatu & lachrymis vt ad has deprecationes obſurdeſcere æquum eſt, ad iuridicos capitales, rem dimittit.

Mos Turcicus cum à ſua gente vrbes deduntur.

Fruſtra vxor pro marito damnato rogat.

Vt ſolent in noxalibus diſquiſitionibus, vel priſca & inulta crimina excitari, & iungi recentibus, Ardechio, dum ipſa feralis vrna vertitur, obiectum anno 1593. poſt fugam Turcarum, ingentemque de illis victoriam adeptam, ad Albam Regalem, Palphium Naſtaſianum, marchionem Badenſem reliquoſque Chriſtianæ militiæ duces vnum ab obſidione Albæ Regalis abduxiſſe, cum in ſumma trepidatione, vacua vrbs præſidiis, otioſe intercipi potuiſſet: adiiciebatur nuper, tacite habitis conſiliis cum Turca, Strigonianæ obſidionis deſerendæ authorem fuiſſe, re per quæſitores diſcuſſa, in vtrumque, capitis ſententia pronunciatur. primo Ardechius, capite & dextra, qua Iauarini deditioni ſubſcripſiſſet, plecti damnatur, vtque illa Viennæ palo affixa conſpicua eſſet, cadauere ad ſcalas publicas, per triduum appenſo, poſt ſepulturæ gratia fieret, bonis omnibus fiſco Cæſareo addictis. perlecto iudicio, ſtridet, fremit, ſtomachatur, & iam non ſe capiens, multa in Cæſarem, & in Mathiam effundere æſtuabat, cum à ſummo præſide monetur, ne intemperiis ſuis, conuitiiſque mitigatione iudicii capitalis ſeſe indignum præbeat: ille ſedatior factus, rogat quæ in eum ſit à Cæſare pœnæ moderatio, publicatur eam eſſe, vt capite & dextra ſolum plectatur, vtque repente cum ſecto cadauere caput & dextra ſepeliantur, affixionis ſpectaculique deleta infamia.

Mitigatio pœna non ad modum mitis.

Hen (inquit Ardechius) ea eſt, quam mihi nunciaſtis, boni iudices, Cæſarea lenitas in ferali & ſummo diſcrimine, vt ſectus moriar ſepultus tamen ſim: quaſi apud bene conſcios non ſit facilis iactura ſepulchri, & cœlo non tegatur qui non habet vrnam, omnibus enim natura ſepulturam dedit, naufragos enim, idem qui expuit fluctus ſepelit, & qui viui vruntur pœna funerat. Multa ille conqueſtus de acerbitate & iniquitate damnationis, & obteſtatur nihil in Cæſarem & Chriſtianos per fraudem & noxam deliquiſſe, pluribus annis, fortitudinis & fidei ſuæ pro re Chriſtiana teſtimonia dediſſe, clementiam à Cæſare & Mathia depoſcere & rogare plurimum, vt ab illis in mediis faucibus rerum Turcicarum, arx Chriſtiana propugnanda ſibi cõcredatur, cum ſummo vitæ diſcrimine ꝓpugnatu-

Digitized by Google

1595.

rum: fruſtra vitam, ab eo depoſci retulit Mathias, cum non niſi Cæſareæ ieſtatis eam damnatis condonare. Ardechius ergo & Perlinus, ad locum e, carpento vecti deducuntur, in tabulatum lugubribus pannis intextum endit Ardechius, quiritatur ad populum de innocentia, proditionis crimẽ nge depellit, nõ quod eius reus ſit obire mortem, ſed vt in poſterum præſe- bium in eis ſe ſepeliendos, potius eligant quam de dedendis, vel ſumma ne- ate cogitent, paludamento reiecto ad palum ſubſidet in genua, & præten- anum mox ceruicem ſecandam præbuit, truncus ſyndone inuolutus eodẽ nto vectus familiari ſepulchro condendus reponitur. Perlinus eam ſortem rus idem conſcendit tabulatum, nec diſſimili oratione purgat ſe apud vul- mox non vno ictu, frementibus in ſpiculatorem populis ægre illi ceruix titur. Perlini cadauer publica ignominia exemptum humo mandatur, uis iudicio quadrifariam ſectum membratim ad quadriuium alligari dãna ſſet, ſic qui flagitii conſortes vt pœna ſepultura adæquati ſunt.

Ardechii deprecatio.

Ardechii verba ad populum.

Truncum cadauer ſepelitur.

Ignauia autem non ſolum in milite, ſed in Imperatore caſtrorum inq; Tri- , ſummum crimen eſt, Othomanidæ Pœnorum & perfidiam & ſeuerita- unc vſque æmulantur: Pœni enim qui toties fortiſſimos mortalium Ro- s vicerunt, diſciplinam militarem longe acerbioribus pœnis vindicabant: nim Pœni à Ducibus rem caſtrenſem recte adminiſtratam putabant quam reductum exercitum obnoxii eſſent rationibus reddendis, Carthaginen- enim legibus, re male geſta Dux cruci affigebatur, vt Bomilcar, quod inau- o aduerſus Agathoclem, Aſdrubal aduerſus Cæcil. Metellum improſpere aſſent, capite damnati ſunt.

Res Turcicas.

Punicam hanc legem, quam æquum & ſanctum fuit reuocati, à Cæſare Ro- ic olim Tullus Hoſtilius, Metium Suffetium ducem Albani exercitus quod am deſeruiſſet, in auia & montana ſecedentem, experturumque quo incli- victoria, nouo & exquiſito genere ſupplicii affecit, nempe vt quadrigis in arium actis in morem Pẽthei fruſtatim diſcerperetur, quod ſemel à Roma- vno Metio Suffetio vſurpatum, propter facinoris inſolẽtiam & atrocitatẽ; rdechio & Petlino vel grauioris delicti & ſupinioris ignauiæ conſciis, mi- ofecto actum eſt; quod præciſa manus quæ pacta dedecoroſæ deditionis ſer, perinde factum quod ſolet vindicari in falſariis amanuenſibus, quib. s quæ falſum exararunt amputantur, ſic Alexander Seuerus notarium qui s confixiſſet, abſciſis articulis digitorum, ne deinceps illa parte quid ſimile et in exilium protruſit: crimine falſi longe deterius vna ſyngrapha tot in o renatas animas, earumque ineluctabile propugnaculũ vt fuit Iauarinũ, m quos habet Orbis immaniſſimo tyranno lacerandas iugulandaſq; ſal- omnes perpetiendas diritates vinctas tradidiſſe.

Res Turcicas.

Crebrum eſt in imperiis, vt nouellis principibus veteres faſtidio ſint, Ma- es, Sinanem & Cigalam vtrumque apud patrem Amurathem in ſumma ura, & honoribus abalienauerat, ſumma belli Pannonici tranſlata in Fer- ſciam, ille vere iam prouecto, Byſantio in Vngariam profectus, infœlici- tem tranſegit, ſeu bona ſorte Chriſtianorũ contigerit, ſeu quod vetera- ni, per-

Nouellus imperaTurcar. veteres patris præfectos & amballos abdicat ſuffectis ignauiorib.

1594. ni, pertæſi Tyronis inſolens imperium, minus obſequentes eſſent, vt re vera, in caſtris parum imperatorie, vt ſolent Turcarum vicarii, habitus eſt, ita vt in carbaſeo tabernaculo, tumultuantibus militibus, vix illi ad epulas & thorum quies eſſet.

Deſpectus noui Baſſæ Ferrati & in eum caſtrēſis ſuorum tumultus.

Studia amulorum in Ferratum.

Deſpectum Ferrati, ſunt qui tribuant, non tam imperandi tyrocinio, quam artibus Sinani & Cigalæ, qui vt ſuas præfecturas reciperent, ſuamque in re bellica peritiam tam deſideratam, quam neceſſariam facerent, militum animos auerterant, annonam & ſtipendia militaria vt parcius ſeriuſq; inueherentur tacite curauerant, tanto opportunius ad priuatam ſuam vltionem, quo Byſantii nouellus imperator philtro ebrius, totus adoleſcentiam in vinum & venerem deſpumaret.

Intemperata adoleſcentia Turcici Imp.

Sinam ſuis artibus tantum effecit, vt abdicato Ferrato in Vngaricam præfecturam rediret, ſubolfecerat Ferratus capiti ſuo eas parari inſidias, & proxime aduenturum Sinanum qui eum exauthoraret, aliquot equitum ſibi beneuolentium & præſidium acciuerat, quorum ſatellitio, aduerſus Arſacidas ad ſuam cædem præmiſſos, ſe tueretur.

Concio Ferrat.

Hen? inquit ô fortiſſimi commilitones, ea mihi tot laborum, quos ſimul apud Perſas exantlauimus debita merces, vt noſtra bellica virtute protractis Turcici imperii finibus, æmulorum factionibus, inuidiæque inſultibus perculſo mihi indecore & ignominioſe obeundum ſit. à duce veſtro, fidiſſimi cuſtodes, hoc indignum propulſate nefas, ſi inermem ab æmulis opprimi ſinitis quieſcendo cōmune crimen facietis: ſiſtite me ſecurum Byſantii apud ſummum Imperatorē, vt diſcuſſa procella odii & inuidiæ, lenitatis ſuæ mihi aura affulgeat, non capiti meo incolumitatem paciſcor, deprecor tantum, vt liuore ſubducto, cauſam apud eum mihi dicere liceat: tria millia equitum fidem ſecuritatis dederant, cum ille fatum anteuertens (heu ſi poſſet anteuerti) caſtris abit & ſe dat receptui, Sinā vt Ferratum properare fugam intellexit Damaſcenos Ianiſſarios, quod pernicibus equis vecti ſint ad perſequendum mittit. Ferratus, à pegaſeis curſoribus vt ſe appeti videt, frontibus obuerſis, ſæpius auertit & inſequentes remoratur, cum autem pertinacius velociuſque inſtarent, ad ſiſtendos curſores per ſemitas, aurū, margaritas pretioſaſq; veſtes ſpargi iubet, vt his auaritiæ illecebris moratos, poſt terga longe relinqueret, ſed nec auro coercentur, vt olim de qua fabulantur puella, quam procus iniecto pomo aureo in curſu ſegniorem fecit, vt hamo aureo capi & coerceri non videt, formoſiſſimas meretricii contubernii ad demulcendos ſiſtendoſque inſequutores ipſo itinere relinquit.

Fugientis Ferrati dolus & ineſcatio.

Ferratus Byſantium reuerſus in gratiam redire meretriciis artibus nititur.

Strangulatio Ferrati more Turcico.

Hac mora Ferratus, pontem ſuper vadoſo flumine tranſmittit illoque tuto, ſuos equites cis relinquit, rati qui inſequebantur inter medios latere illum dum explorant & rimantur, multum viæ emetitur, vbi deſiderari vident, in reficiendo ponte iterum morati, longiorem fugam permiſere, atque iſta aſtu & curſu effecit, vt Sinani inuidiæ ſubductus, nō lōge à Byſantio lateret, per ambactos ſuos & clientes, perq; Turcicas amaſias, ſalutem & ad aulam regreſſum obtinere nititur, ſed Sinani & inimicorum plus valuit potentia, qui comprehenſum, eductumque è latebris adacta circa fauces reſti, baculo in nodum ſtringente humi eliſum & ſtrangulatum reliquerunt.

Supra

Digitized by Google

ſupra diximus, Carolo Manſfeltio in principum imperialium cooptato 1595.
rum, in Cæſareas acies ſummam præfecturam delatam fuiſſe: ille Vienna,
burgum progreſſus, cum decem peditum, octo equitum millibus tranſ-
Danubio Turcis animi pendentibus dubioq; metu quo caſtra poſiturus
andem ex improuiſo Kal. Quintilis, *Granum* ſeu ciuitatem aquæ Strigoniæ
rt, primo impetu veterem vrbem, non cruente admodum expugnat Turcis
m ſe recipientibus, parte illa recepta vrbis, Manſfeltius caſtra ſtationes &
nta collocat, quibus nouam vrbem, & Diui Thomæ propugnaculum ita
tat, vt hiatu facto, per murum Cæſarei irruperint ad vnum cæſis omnibus,
ripartito collocatis machinis, caſtrum tanta vi & fragore concutit, vt col-
late muro, ad inuadendum Chriſtianis claſſicum concitauit, nec illi ſegni
ultant, ſed obicibus terræq; aggeſtionibus obſtructo aditu, ingenti clade
luntur.

Obſidio Grani à Carolo Manſfeltio.

Expugnatio veteris & noua vrbis perquam facilis.

Inſultus in caſtrum à Chriſtianis.

Non longe aliud erat Turcicum propugnaculum, vulgo *Cocheren*, delati
ne aliquot Turcę, Pannoniis militibus fruſtra obluctantibus, propugnacu-
ubeunt, vnde animoſiores facti obſeſſi, Chriſtianos magna ſtrage afficiunt.
ſfeltius vt auxilii ſpem omnem obſeſſis in caſtro Strigonii adimeret, forta-
n *Cocheram* expugnandum ſtatuit, dicto ocyus ita concutit, vt Pannonii ir-
entes quidquid obuiam ſternunt & mactāt, quos fuga ferro ſubduxit, Iſter
s demerſit.

Le fort de Cocheren.

Expugnatio fortalitii.

Obſeſſis in caſtro mille Turcæ auxiliatores ſubreptunt.

Beglierbegius Græciæ (is eſt ſummus Deſpotes,) ſub Byſantino Imperato-
t arctiſſime à Chriſtianis Strigonium premi videt fidiſſimam æq; ac neceſſa-
illi operam præbiturus, vndiq; copias accerſit, præſidiis Budam & finitimas
s vacuat, coactiſq; omnibus exercitum ingentem conficit, non longe à Chri-
orum caſtris ille ſua collocat, carbaſea tabernacula defigit 3. nonas Auguſti,
iuis exeunt equeſtres turmæ Chriſtianos adorituræ. Manſfeltius, præcepto
ilio hoſtium, & caſtrorum ſitu, cum equitatu Græcanicis it obuiam, ille dex-
a cornu, Marchio *de Burgau* læuum regebat, medius incedebat Palfius, cum
noniis equitibus.

Beglierbegi Græci auxiliaris aceis

Copiarum vtrimq; ordinatio.

Baſcias Budæ, vt ſe ſuoſq; virtuti & multitudini Chriſtianorum impares vi-
poſt cruentam velitationem receptui canit, ſed turbatis ordinibus, Chriſtia-
ocyus ſæuiuſq; inſequentibus, totum agmen in fugam vertitur. at non multo
verſa alea martis. Turcæ enim bellum redintegrantes, pari fuga & damno
iſtianos mulctant, ita fortuna in armis variat & ludit. quotidianis excurſio-
is decreſcebant Chriſtiani, contra barbaris caſtra augebantur, ita vt obſeſſis
nocturnos ignes, auxilii ſpem indubiam pollicerentur. pridie nonas Auguſti
ari moliuntur expugnare Diui Thomæ propugnaculum, vt illo recepto, ad
illos dictim recens miles immitti poſſit; Inuadunt illi ſed depelluntur à Chri
nis, machinatumq; ferrea grandine obruuntur, ita vt Baſcias Natoliæ anteſi-
nus, re infecta diſceſſerit: dehinc conatus per anguſtum callem, furtim ſuos
aſtrum inducere, Hannonii loricati ad intercipiendos diſpoſiti, quãuis paulo
s (Baſcia cum centum circiter ingreſſo) reliquis aditum præcludunt. Manſ-
ius cum aut vincendum aut caſtris diſcedendum eſſet toto exercitu aleam

Conatus barbarorum.

Præpeditur in caſtrum aditus auxiliaribus Turcis.

L martis

Digitized by Google

1595. martis experiri ſtatuit, aciem ordinat, peditatū tripartito diuidit, Pannoniis Germanicisq; equitibus vtramque alam ſtipat.

Pugna.

Machinæ Chriſtianor. magnā ſtragem faciūt.

Fuga barbarorum.

Turcæ nihilo ſegniores ignauioreſque, more ſuo vlulantes procedunt, anteibant 24. campeſtres machinæ quibus primos ordines Chriſtianorum perturbare nituntur, ſed brutum fuit fulmen cum aera potius quam corpora verberarent, contra Chriſtianorum tormenta apto loco & ad certiorem eiaculationem diſpoſita, vt farta erant non modo globulis & glandibus ſed cathenis compactis ſeſe ad iactum diſſoluentibus, magnam ſtragem barbarorum ediderunt, turbatis ordinibus manipuliſq; diſſipatis, hinc Mansfeltius ad dextrā, illinc Palfius ad læuam imperit, cogitq; in auia & montana fugere, dumq; concitatius inſequitur præcluſis faucibus montium, relictis caſtris machiniſq; ſparſi & palantes effuſiſſimis habenis fugiunt. ſex millia Turcarum cæſa fuere, hanc victoriam Baſſiæ Iauarini & filii internecio nobilitauit, ille Græcanicus Belgibergius fuga dilapſus, ſclopo ſaucius, triduo errore viarum deuius, Budam prorepit. Præter ingentem ſtragem, opima ſpolia & exuuiæ fuerunt triginta quinq; ſigna militaria, totidem machinæ, tentoriorum, equorum armigerorum, mulorumq; onerariorū camelorumq; tria millia Chriſtianis victoribus acceſſerunt. Poſtridie vbi Mansfeltius, à tam arduo & fœlici labore militē refecit, per tubicines de deditione oppidanos admonet, ab eis hoc reſponſum tulit, *Quanquam vna nobis ſalus ſit non ſperare ſalutē, & auxilii ſpes omnis præcepta ſit, tamen ea animis noſtris inſidet pertinacia, vt dedecoroſa vita glorioſa mors nobis anteferenda ſit.* Chriſtiani hoc dicto exaſperati, omnibus machinis muros quatiunt, cuniculis ſuffodiunt, & obſeſſis extremum excidium moliuntur.

Baſſiæ Iauarini cum filio occiditur.

Fuga Belgiberg.

Obſeſſorum ad tubicines de deditione reſponſio.

Morbum lethalem contrahit ſummus bellator Mansfeltius.

Petrus Aretinus in vita Caſtrucii.

Elogiū Caroli Mansfeltii.

At vt ſecundis rebus ſors luctuoſa crebro ſe admiſcet, fortiſſimus & fortunatiſſimus ille Mansfeltius, dum in adipiſcenda victoria diutius pugnat, lingua & manu Ducis & militis partes agit, ſudat & alget, febrem contrahit, qua inſanabiliter æſtuans, victor è terris in cœlos migrat, idem fatum nactus, quod æque fortis & memoratiſſimus pugnator Caſtrucius Caſtracanus, qui de Piſanis parta inſigni victoria neglecto puluere & æſtu, dum moratur in luſtrādo exercitu frigore diriguit, & exinde accita febre magnum ſui deſiderium commilitonibus reliquit. Mansfeltius, Germanobelgarum principum alto ſanguine ortus erat, vt Mansfeltiorum familia priuatis ſupremiſque dominiis etiam nunc inclyta, ab vna arbore in multiplices ſecta ramos, Vbios, Eburones, Sicambros gentis ſuæ propaginibus implet: ſuperabat autem generis ſui gloriam Mansfeltius virtute bellica, qua fœliciter ſæpius pugnare rerum geſtarum exitu compertum eſt, & ſi quid in Gallos ab Hiſpano-belgis audacter ſtrenue & proſpere geſtum, Mansfeltio non immerito tribui oportet. Hinc Cæſar tanti ducis ſuæ militiæ auſpicata fortitudine pellectus, eum ad ſummum tribunatum & præfecturam ſuorum exercituum magnis ſtipendiis & cooptatione in ordinem torquatū imperialium principum euocauit. ſed primis auſpiciis fœliciter & inuicte belligerantem fata nobis inuiderunt, quo ſoſpite Vngariam finitimaſque gētes, Turcica tyrannide liberatas iri, vel paucorum menſium progreſſus fœlix ſpem dabat.

Sufficitur Marchio de Burgau in locū demortui Mansfeltii.

Marchio *de Burgau* ſummi ducis vicem obtinuit, Iano Medicæo iniquum ferente quod ſibi prælatus eſſet, nihil tamen hinc exercitus detrimenti cepit, conſpi-

ranti-

Digitized by Google

rantibus omnium animis ad obſeſſorum expugnationem. Mansfeltii obitus altiſſimo ſilentio non ſolum obſeſſos ſed obſidentes latuit, ne illos efferret, iſtos deprimeret, recenti auxilio ſucceſſere caſtris duo millia Germanicorum peditũ. Illi 13. Sextilis ad inſultum mittuntur, depulſi pedem referunt vlterius retrogreſſuri, ni Itali ductoribus Carolo Gonzago & Roſſio regredi coegiſſent, Pannonii Huſſari & Hannonii laborantes fulciunt, ſuccedun tque labori, quem per horas quinq; pugnantes cum oppidanis deſudarunt, ter depulſi omnes, donec impetu decumano Hannonii, prima fronte obuii, in murum & aggerem qua late deiectus erat inſiliunt, pedem & ſigna defigunt, ſuccedentibus aliis Turcas ſtationib. depellunt, fugant, duo millia cædunt, reliqui in caſtrum ſe recipiunt. vt à captiuis cognitum more ſuo Turcas puluerem ſulphureum ſubterraneis latibulis cõdidiſſe, quo ignem ex fune accenſo concipiente, vrbs ipſa cum victoribus Chriſtianis tellure diſploſa, ruptiſque fundamentis obrueretur, per tubicines indictũ, vt infida ſtatione diſcederetur. Vix Chriſtiani equos, annonam, exuuias & q; conducibilius, raptim & tumultuario eduxerant cum dolus Turcicus detegitur (qui illis de more eſt) ſcilicet in cryptis abditus puluis vbi accenſus ab ima tellure foris in auras erupit, chaſmate obrutis quinquaginta Germanis, quos prædæ cupido minus obſequentes fecit.

1595. *Noui auxiliatores Chriſtiani.* *Arduus inſultus.* *In captis deditiſque vrbibus Turcica perfidia.*

Caſtrum interea iugiter quatitur, pinnis & antemuralibus deiectis, ita vt obſeſſi condere ſe latibulis coacti ſint, cum impune muro ſtare nequirent. Archidux Mathias vbi caſtris ſucceſſit, cum ad irrumpendum, nõ ſatis peruius murus eſſet, pontificium exercitum, qui in confinio recens aderat expectandum putauit, Germani contra non procraſtinandam expugnationem, nec ferendum eſſe, vt qui foris militiam & æſtum tamdiu toleraſſent, quique incredibili fortitudine non ſine magna ſuorum ſtrage vrbem expugnaſſent, caſtrenſi ſpoliatione manubiiſq; ab Italis priuarentur, victoriam quæ in manu illis eſſet, nihil dutum expertis non eſſe deferendã. ad partam prædã manubiaſq; hoſtiũ otioſe & innoxie accedere illos, contra Mathias ad Germanos, Baſciã Sinanum extrema omnia moliri, Germanicis & Pannoniis gloriã partã tolli nõ poſſe, ſeparatim alioq; loco ſtrenue bellaturis, ſatis adhuc gloriæ prædæque ſupereſſe. Mathiæ ſic monenti mos geritur, & pontificium ſubſidium expectatur: XVI. Calen. Septem quæ Clementis acies duodenis millibus pugnatorum conſtabat, egregie armis inſtructa caſtra auxit. Itali ne cum Germanis rixarentur (vix enim vtraq; gens in conuictu & conſortio ſibi conuenit) ſeorſum ad inuadendum ſibi locum deligunt, iſti aliunde irruptionem conantur. Hoc erat ſummi periculi, propter anguſtum hiatum muri, viſumq; pluribus, ſuffoſſionibus cuniculiſq; opportunius rem tentari poſſe, cõtra alii vix vnq̃ his artib. expugnari vrbes, aperto marte & inſultu, quãquã maiori ſtrage caſtrum inuadendũ. Ianus Medicæus verberationem omnib. tormentis redintegrat, cõtra oppidani, machinis ſuis, non leuiter Chriſtianos infeſtabant, eas Medicæus rotis fulturiſq; ſuis diſruptis, quatit & deiicit, Italis inter ſe diſceptantibus, qui eorum duces cohorteſq; præirent, ad irruptionem primi agminis gloria, ſortitione, Mario Farneſio contigit.

Obteſtatio militũ Germanorum aduerſus Italos. *Acies Pontificia Clem. 8.* *Delectus Italorum ad inuadendum.*

Ille ex vniuerſis legionibus vicenos ſeligit, hos omnes, de genere Capuſſi-

Digitized by Google

1595. norum Franciſcanus oratione Tyrtea & crucis vexillo, ad pugnam vehementiſſime cohortatus eſt, pugnari ab eis pro gloria eius, qui mortales omnes, ipſe immortalis morte ſua redemiſſet, pugnari in exleges & barbaros, qui ſolo vultu homines, moribus ferinis belluas referant, non eſſe pertimeſcendam mortem quæ ad æternitatem aditum referet, morientibus pro aris & adytis in cælum eſſe reditum, attritos eſſe adeo Turcas, vt cum ſubſidium nullum ſummitti poſſit, deſperatis rebus vltimam rabiem eructent, quam ſi primo illo agmine ſuſtinuerint fregerintque, armis abiectis, ſignisq; militaribus relictis, postico dilapſuri ſint. Itali primipili hac concione animoſiores facti, à prætone rei bene gerendæ ſymbolo crucis auſpiciis acceptis, per muri macerias & prærupta, anxie admodum conſcendunt, loco decliui & lubrico vix hærent veſtigiis. obſeſſi ex loco ſuperiore omnia conſpicati, ad propulſandum inſultum ſe præmuniunt, ſclopis, ſaxis, igneſcentibusque iaculis, Italos acceſſu & ſtatione prohibent, qui anteibant, loco cedentes retrogreſſi, ſecundum agmen præpediebant, ac pondere deprimebant, præceps & ſalebroſa via, anguſtus aditus per murum, continua obſeſſorum propugnatio, ſcloporum igniumque eiaculatio, multum periculi & negotiis Italis exhibuere. Farneſius primo inſultu grauiter percuſſus pugnæ ſubducitur.

Cohortatio Capuſini.

Acerrima pugna.

Marcus Picus alter ab eo, vices eius obit ſtrenue ac interrite progreſſus, ſuperatis quibuſcunque periculis, quinquies depulſus quinquieſque regreſſus, tandem muri faſtigium cum paucis occupat. Ille, ſummo Imperatori Pontificiæ aciei mandat, vt quamprimum auxilia ſubmittat, quibus ſummo illo faſtigio ſe tueri & conſiſtere poſſit, ſi omnibus copiis ſibi ſuccurratur, Turcas facile depulſurum: Aldobrandinus, (is nepos Clementis VIII.) Italici exercitus dux erat, renunciat vt ad veſperam loco perſtet, quacumque vi & arte poterit, ſubſidia cum nox vim ferri & ignium prohibere ſit, ſubminiſtraturum.

Egregiũ facinus Italorũ.

Vbi cælum caligo obtexit, Aſcanius Sforcia, Pico in auxiliatum, præmunimenta ſeu ante pectoralia lignea, vimque foſſorum cum ligonibus præmittit, vt condere ſe ſcrobibus poſſent. ſuccedit operi Aſcanius à cornu, ac ducta ingenti foſſa aduerſus Turcicos impetus integumentum fecerat. Illi Sforcia, cum Carolo Gonſaga turrim inuadit & expugnat, vnde pars inferior caſtri deſpici poterat. aliunde Germani, ad radicem muri prærupti ſta iua poſuerant. Turcæ quo in loco, & periculo res eſſet, tam vicinis hoſtibus inter ſe deliberant, Baſcias Natoliæ, ad quem ſumma rerum, omnib. anteſignanis interfectis, deuenerat, de deditione conſulentibus reſpondet: *glorioſius eſſe, ſi congeſtis in vnum puluere, tormentis, omnique armamentario, hiſque incenſis, per tela per hoſtes diſceſſerint; vt incendio & ruina conſumptis propugnaculum in poſterum Chriſtianis, nullo vſui eſſe poſſit.*

Aſcanio de la corna. Germanorũ alibi ſummus labor.

Contra alii conducibilius putarunt, ſi deditione non dedecoroſa infantiũ & fœminarum ſaluti conſuleretur, nec ita proiiciendas animas fortium bellatorum, qui ſupereſſent, quinq; ſeruati in poſterum, æq; fidam operam ſummo Imperatori Mahometæ præſtare poſſent. Ergo pluribus ſententiis placuit, de pactis explorandos obſeſſores.

Eiurator Chriſtianæ fidei colloquii initium fecit, multoties habito & iterato, Baſcias renunciat, ea eſſe ætate, vt ignauiæ macula res tot fœliciter geſtas inquina-

Obſeſſi de deditione collocutori mittunt.

tare nolit, nec dediturum arcem, niſi à ſe præſcriptis condition bus, fieri 1595.
m poſſe vt Turcæ ſumma vi tandem opprimantur, ſed non inultum fore
tianis, quin nuſi multo ſuo ſanguine eam victoriam adepturi ſint. Tan-
Calendis Septembris conuenit, ut Turcæ loco abirent gladio cincti, ſingu-
cina rerum ſuarum permiſſa, quam humeris deuehere poſſent, datiſque
is & lintribus, quibus Danubio Budam ſine noxa & fraude deduci poſſent,
erum & impuberum ingens numerus, mille pugnatores gregarii, ex his
quaginta ſaucii, Ianiſſarii trecenti veterani omnes & in armis exercitati, illi
edunt præeunte Baſcia & vicem Turcicam plurimum dolente, vt obuerſo in
um vultu obteſtatus ſit, vix antea tantam iacturam Othomanidas Imperato
eciſſe. Dum nauigia ſubeunt, violatæ leges deditionis I uarini exprobrantur,
in Tartaros immite & rapax hominum genus probrum Turcæ regerunt, vt re
a tunc fidei ruptæ infamia penes Tartaros fuit, vel recenti exemplo ſe purgant
od ante diſceſſum, caſtri omnia latibula ſubterraneoſq; meatus explorandos
tefecerint, num quid abditi pulueris igniumque lateret. Auguſto menſe dux
Manduanus auxiliaturus Chriſtianis, à Cæſare ſumma animi beneuolẽtia & ap-
paratu excipitur. Dux Ferrarienſis in ſocietatem ſacri belli ſe adiunxerat, ſed do-
meſtico, aduerſus proſcriptos & extorres impediebatur, qui tanta feritate, vbi-
que graſſabantur, vt homini viuo cutem detraxerint.

Paſſa deditione.

Baſſæ dolentis dictũ memorabile.

Aduentus ducis Mantuani ad Cæſarem.

Feritas prædonum in ditione Ferrarienſi.

Lutetiæ non multo poſt moritur Antonius Luſitaniæ Rex, apud Gallos tam-
diu profugus, ex ſummo rerum faſtigio omniumque rerum vbertate, ad Regis
Chriſtian. liberalitatis annuum ſtipendium redactus, ærumnas mortalium & a-
dempti regni deſiderium beatiori mutauit, funus ductum non pro regia celſitu-
dine, ita vt adhuc inſepultum cadauer populari loculo iaceat, fœlix in inſultan-
tis fortunæ ſtatu, quod amici clientes famuli, qui profugum erant inſequuti, ve-
teris cultus & obſeruantiæ ea præſtarent obſequia Lutetiæ in æde cõducta Fran-
ciſcanorum, ac ſi Vlixbonæ in auorum Regia rerum fuiſſet potitus, Rarum pi-
gnus fidei quæ rerum ſecundarum comes, aduerſis ſe ſubducit.

Obitus Antonij Luſitaniæ Regis.

Habitabat in æde interiori & conducta Franciſcan.

Princeps Arauſienſis Guilielm. Naſſouuii ex Burani comitis filia primogeni-
tus, vbi pater nouis rebus ſtudere Hiſpano viſus eſt, ab eo ſubductus in valdole-
tana Aula Catholico ritu educatus adoleuerat, velleris aurei torq; donatur, per-
ſtatq; in fide Hiſpano belgarum, fratre Mauricio, illis totis armis ſupremum exi-
tium moliente.

Comes Tyronius, in Hirlandia & Hybernia, Hiſpano ſubſidio adiutus, Ca-
tholicorum anteſignanum ſe profitetur, aduerſus Anglicanæ proreges, rebus a-
deo fœliciter geſtis, vt res Catholicorum longe ſuperiores eſſent, in que dies nu-
merus increſceret.

Res Hybernica.

Res Polonica.

Iterum ad Pannonios, nos belli tuba vocat. Sarmatiæ cancellarius, Moldaui-
amtum ingenti exercitu populabundus ingreditur, (homo ferox Chriſtianæ
propagationis flagellum, non tam legũ cuſtos, in quibus ſua ſumma præfectura
verſabatur, quam euerſor) belli gerendi non alia capta occaſione, quam quod
Stephanus quidam eſſet à principe Tranſyluano Vaiuoda Moldauiæ delectus,
cuius inſtituendi penes illum ius non eſſet, ſed ad Sarmatas pertineret. Stepha-
num

Cancellarii Polonici animus ferox & vindictæ appetens.

Digitized by Google

1595.

Sarmata ab epoto ſæpe vehendus equo.

num bello victum, vinctumque abductum, Cancellarius non modo vicariatu Moldauiæ, ſed vita inſigni nequitia & crudelitate priuauit, antiquis Sarmatis efferatior, qui in ſumma inedia, elicere & epotare ſanguinem equinum contenti erant: at ille vno hauſtu Stephani ebibit, cuius abdicatio & carcer impotentis hominis rabiem non ſatiauit, Poloni Cancellarii *Chamus* Tartariæ faſtum non ferens, vt qui eum crederet in ſuos fines cenſorem agere, cum centum millibus equitum (fabuloſum credat lector, non aſſuetus Thracum audire victum, mores & potentiam, quæ in equitatu ſumma eſt) Moldauię limites appetit, ibi pro Vaiuoda ſeu prodomino Sendhiacum intromiſſurus Sarmata, acceſſu Thraces prohibet, & prima velitatione damno mulctat, illi quibus vita in rapto eſt, cum nihil prædæ ibi odorarentur, Sarmatæ annuunt, *vt Hieremias* quidam ab illo inſtitutus, præfectura Moldauiæ fungeretur. S. Pontifex, Cæſar, & Germanici principes, qui rem Chriſtianam, tanta cura ſumptibuſque bellorum fulciunt, apud Sarmatiæ regem, acerbiſſime de Cancellarii ſui cum Turcis Getiſque in exitium Chriſtianorum commercio conqueruntur, dignitatis ſuæ & officii plurimum oblitum, vt cum poſitus ſit, tanquam obex & clauſtrum, aduerſus illuuiem iſtam barbaricam, per ſuos in Europam inundantibus Turcis oſtiũ recludat, ſed nec Pontificiæ, nec Cæſareæ quiritationes multum valuerũt, apud regem qui nihil ſummo imperio, apud ſuos ſtatuere poſſet, ſed quaſi precario pro libidine Cancellarii & procerum, rebus præeſſe tempori parere & neceſſitati ſeruire cogeretur.

Excurſio Chami Tartariæ in fines Polonorum.

Thraces cũ Polono conueniunt.

Expoſtulatio Chriſtianorum principum apud Regem Poloniæ de ſui Cancellarij iniquis moribus.

Tranſſyluanus Lipam obſidet & expugnat.

Turca expugnata vrbe caſtro cedũt.

Dynaſta Tranſſiluaniæ, *Lipam* in ſuperiore Pannonia, munitiſſimum oppidum, quindena obſidione intercipit, obuios quoſcumq; ferro demetit, reliquiæ in caſtrum profugiunt, ſed quæ poſt triduum relictis armis ſigniſque militarib. ignauiter loco ceſſerint; quandoquidem Sinan ille Baſcias, ex ratibus compacto ponte numeroſiſſima acie Iſtrum, quo obſeſſis auxiliaretur, tranſmittere enitebatur.

Varia conſilia de progreſſu in Turcam.

Turca inuaditur in traiectu Danubij.

Pugnæ diuturnitas.

Chriſtiani, inito conſilio num Sinano occurrendum ſit, totis caſtris inclamatur, non vltra morandam victoriam, obuiam eundum, priuſquam ſe Getis & Gelonibus coniunxerit, cõtra opponitur, vno iactu tot res bello partas effundi, multo vtilius ſi mora frangatur vel diuturna aliqua obſidione, eius vires quæ tã validæ & recentes erant atterantur, peruicit hoc conſilium ardor pugnæ, & militum vincendi fiducia: ex alacritate fauſtum omen capitur, & ne feruor ille remolleſceret, Tranſſyluanus illico aciem omnẽ inſtruit, 6. *Septembris* ad Danubii ripam deduxit, vbi primo intuitu comperit, Baſciam ponte ſuper rates tabulato, mediam partem caſtrorum tranſportaſſe, in celeritate ſummum eſſe lucrum ratus, ſi hoſtem amne interiecto diuiſum, eumque magis in traiectu, quam in armis occupatum adoriretur, nec mora acie diſpoſita in Turcas prorumpit, illi fortiter impetum excipiunt, & fortius regerunt, acerrime tribus horis ancipiti marte pugnatur, vt quo inclinaret victoria neutri compertum ſit. Chriſtianis equitum ſex millia recenti ſubſidio adſunt, qui feſſos plurimum recrearunt. Turcæ qui Iſtrum traiecerant, ad ſuos redeunt vtrinque fractis animis & anhelantibus, fit pugnæ per ſeſquihoram interſtitium, mox redintegratur tanta laniena, vt latiſſimi

1595

latiſſimi campi ſtrue cadauerum horreſcerent, cruore ſtagnaret tellus, & Iſter riuis defluentibus rubeſceret, veſper pugnandi finem fecit, Turciſque animum ademit, ita vt turbatis ordinibus in fugam verſi, potiſſimum cum Baſciam Danubium traieciſſe vident, ad pontem ita denſe & turbide ſe effuderunt, vt pondere preſſus ſoluta compage ratium, in amnem præcipites dederit, ſic quos ferrum nõ ſuſtulit, Iſter demerſit.

Defeſſi pugnando interquieſcunt & reſpirant vt pugnent acrius.

Germanicæ relationes, typis excuſæ, ex quibus iſta decerpſimus, 25. millia Turcarum, dimidio minus Chriſtianorum cæſa perhibent. Tranſmiſſo Danubio Baſcias in Bulgariam ſe recipit, laceri ſparſique exercitus reliquias collecturus, vt viribus reparatis ſæuior immaniorq; in Tranſſyluanum inſurgeret, ille per emiſſarios, de Baſciæ conſilio certior factus, poſt arduam eluctationem variationemque ſententiarum, in eam itum eſt, vt *Tergouiſtum* olim Valachię primarium oppidum obſideretur, ex eo Baſcias pridie ſe proripuerat, ad quatuor milliaria caſtra poſiturus, relicto ibi validiſſimo præſidio res confeſtim peragitur, ſub veſperam 17. Octobris tacite caſtra locantur, per tenebras admouentur machinæ, luce orta diſploduntur, tanta vi & celeritate, vt conſilium vel arma ipſa capiendi, obſeſſis ſpatium non fuerit.

Fuga Turcarum & ratium ex põdere depreſſio.

Obſidio repentina Tergouiſti.

Turcæ, ex Chriſtiana Baſilica, ſibi propugnaculum confecerant, ab imo ad faſtigium ingeſta tellure, ita vt bomb rdici ictus, deiecto muro aditum nequaquam facerent. Tranſſyluanus ſuffoſſis fundamentis, trabibuſque quæ aggeſtionem terrę fulciebant exuſtis, per hypogæa fornicata ſubterraneum iter ſuis facit, per quod agminatim irrumpentes ſtrage omnes adæquant, Baſcia & altero ſeruatis ad pretium redemtionis, vel captiuorum permutationem.

Per cuniculos Chriſtiani ſubrepũt.

Irrumpentib. Chriſtianis, per murum tres vel quatuor d ſſiliunt tenebrarumq; fiducia, in proxima caſtra Sinani ſe recipiunt, tantoq; pauore illa compleuerunt, vt intermiſſis munitionibus, relictis carris, impedimentis, ipſiſq; machinis profugerint, nec pauere deſierunt, donec intericcto Danubio, in Bulgariam ſeduces ex fuga & pauore animos receperunt.

Sinani Caſtra turbantur relatione fugitiuorũ.

Tranſſyluanus, vt per ſpeculatores, de fuga certior factus, celeritate anteuertendos putat atq; ad perſequendos, per aſpera & montana, compendio viarum ſuos deducit, feſtinantibuſq; calcar addit, vt maturius Georgianum caſtrum appelleret, quod valido præſidio Sinam firmarat, vt ad traiectũ Danubii neceſſaria operiretur, ſed Baſcias curſu anteuerterat, & pene ſuus exercitus tranauerat, iamque ſubſequebatur vltimum agmen Turcicum cum Chriſtianorum mancipiis: qui præibant in acie Tranſſyluanica, vt Sinanum maiori cum parte exercitus Iſtrum tranſmiſiſſe vident, ſuapte iniuſſi ac irrequiſito Tranſſyluano, cum res ipſa per ſe opportuna ſummi ducis conſilium nõ exigeret, inſcios inopinanteſq; Turcas, qui cis flumẽ morabantur inuadunt vt magna parte conciſa, reliqui turmatim in pontem ſe effundentes, fuga ſibi conſuluerint, in ea perturbatione, nõ pauci in Iſtrum fiunt præcipites, ſed ſummũ victoriæ fuit in reciperatione Chriſtianorum, quos barbari vinctos abducebant. Tranſſyluanici vlterius hoſtem erant inſequuturi, ni ex ſpeculis pinniſque Georgiani caſtri machinæ crebris eiaculationibus tranſitu pontis prohibuiſſent, interuentu noctis prælium dirimitur,

Tranſſyluanus Turcas fugientes inſequutur.

Digitized by Google

1595. dirimitur, luce exorta, miſſi ad ſpeculandum ſitũ caſtri, quod vallo, muro, foſſaque alta, & reſtagnante Danubio ſemper exundanti præmunitum eſt, & quamquam oppugnationis eſſet perarduæ Tranſyluanus ſuperior omni diſcrimine, cui nihil erat inuium & ineluctabile, celerrime machinas admouet quatitq; murum, at in ponte illo cum diuturnitate pugnę obſeſſi defatigarentur, alii recentes integris viribus ſuccedebant, cumque vix expugnari poſſet cum ligneus eſſet ſudibus tigniſque impoſitus, exurendum Chriſtiani ſtatuunt. Siluius Picolominius Italicarum cohortium præfectus, periculoſum opus aggreditur, ſed deterritus internecione ſuorum, deſtitit, quæ ſubſecuta eſt nocte antepectoralibus aliiſque munimentis inſtructior, cœptum redintegrat non infœliciter, exuſta dimidia parte pontis, intercluſo hoc aditu Turcis auxiliantibus, maiorib. machinis muri deiectio vrgetur, vbi æquabiliter patere viſus eſt, Itali & Pãnonii, ſemel atque iterum depulſi, retuſo impetu obſeſſorum, poſt acrem vtrinque pugnam, qua aditus erat irrumpunt, ad internecionem præſidiarios omnes redigunt, vt ex tanta clade nec lixa ſuperfuerit.

Obſidio Caſtri Georgiani.

In contermina inſula, Turcæ qui caſtra ad auxiliandum poſuerant loco cedunt, ex binis triremibus, quibus Danubio militem & commeatum conuehebant, vna incenſa, alia capta: ad inſectandum Baſciam cum rates lintreſque in expedito non eſſent, fuga maiorem victoriam Tranſyluano inuidit: concilio conuocato exquirit ſententias, num præſidio firmandum ſit caſtrum, quo in Pannoniam ex Bulgaria Turcæ tranſitu prohiberentur: non defuere, qui probarent ſententiam, ſed maiori parti placuit, exurendum ſoloq; adæquandum, ne in poſterum colluuies iſta barborum, hinc graſſandi, prædandique occaſionem ſibi faceret.

Solo adæquatur Georgianum Caſtrũ.

Vt ſciant poſteri, quis quantuſque fuerit, Sinan Baſcias, quam ſitiens Chriſtiani ſanguinis, vna hac linea barbari ſimulachrum delineatum habeant. Is gente Epirota fuit, qui vel à puero, intempeſtiuis militiæ honoribus donatus fuerit, nam vix pubertatis annos egreſſus, obſidente Viennam Othomanidarum principum, maximo Sultano Solimano, iam cum Geniſſariis, æmulus de dignitate certabat, vt virilior factus lanienis Chriſtianorum, gloriam & poteſtatem apud ſuos quæſiit, & quanto cæteros odio & feritate in Chriſtianos antecellebat, tanto præfecturis, fauore & gratia apud Byſantinum præualebat.

Sinani Baſciæ proſopographia.

Nota quam annoſus eſſet Sinanus.

Ferunt eum poſt expugnatam Cyprum, Ochialio & Allio Baſciis ſuaſorem fuiſſe, vt Venetorum vicario Bragadino, violato deditionis fœdere, cutis viuo detraheretur, vtque excoriati exuuiæ fœno infartæ ad terrorem ex malo ſuſpenderentur, aſſuetuſq; carnificinæ Poliphemus in Tunnetenſi arce (quę vetus eſt Carthago) hoc exquiſito genere pœnarum nõ paucos Chriſtianos affecit, commilitonibus ęmuliſque in caſtrenſi imperio nõ æquior fuit, qui omnes veneno, ferro, aut laqueo, necandos curauerit, adeo homo impotens impatiens conſortis fuit, cuius feritati & audaciæ vnum defuit, ab Imperatore Byſantino cruentas manus abſtinuiſſe, quo vno ſcelere omnia forſitan expiaſſet.

Feritas Sinani qua ſibi ad ſummam præfecturam aditum fecit.

Mirum fuit, hirudinem iſtam humani ſanguinis vſque in annum 83. vitam traxiſſe, in quo rediuiuum fuiſſe Attilam, Chriſtiani omnes experti ſunt; necenim a-

Digitized by Google

criore flagello vapulauĩ:, ſed vbi caſtigatione meliores facti fuerimus, ſla- 1595.
m iſtud æternis ignib. exurendũ dabit Deus, quamuis oſtentum ſit in terris
Tyrannus.

Iam Autumnus deſinebat in Brumam inq; imbres continuos ſoluebatur,
lum immite militem in hyberna deduci monebat, his potiſſimum finib. v-
turant hyemes, ergo gloria, præda, armentis equorum & camelorum, ca-
ibuſq; omnib. exuuiis manubiiſq; onuſtus Tranſſyluanus, non vno loco ad
andum ſuos dimittit. *Diſſoluuntur acies.*

Autumno appetente (cuius initium repetendum eſt, vt res alibi geſtæ op-
ne & ſuo loco referantur) delib uimus Vincentium Gonſagam Mantuæ
n, cum Strigonium in anguſto eſſet, Pragam ad ſalutandum Cæſarem ap-
e, non tam numeroſa quam delecta acie, quæ Pontificiam iam laboribus
uſque ſuorum non mediocriter exhauſtam, alterna vice Martis recreauit. *Res vngaricæ.*
lantuanæ cohortes nihil agendo relangueſcerent, deliberatum inter mili-
mmos duces, poſt receptum Strigonium, è re Chriſtiana vbi præliari, quid
li, & expugnari potiſſimum conduceret; placet Viſſegradum olim Vngari-
n regum, coronæ inſuliſq; regalibus ſuſcipiendis, dum Troia, dum Perga-
ırent, fanum & palatium, obſidione cingi, vrbs nec arte nec ſitu munita, cu-
unimentum in caſtro eſt editiſſimo loco, quo Danubio machinis nauiga-
ı facile prohiberi poteſt, dorſum enim montis ripæ proximat, ita vt naucle-
radicem appellere, portorium dependere vel inuiti cogantur, nec enim la-
uagari lato æquore datur, cum ibi vtrimque ſtringentibus ſe ripis Danubius
eatur; Vt aduenere Chriſtiani è caſtro ſcloporum crebris eiaculationibus
tuntur, ex tam acri initio, in vrbe expugnanda ſibi negotium fore ſuſpican-
liter tamen accidit, exportatis enim noctu gaſis opibuſque in caſtrum, im-
vulgo per amnem in inſulæ auia & paluſtria dilapſo, vrbem incendunt bar-
uam ſemiuſtam & deſertam, nulla vi ſubeunt Chriſtiani. Caſtris ſuccedũt,
idux Mathias, Mantuanus, & Bracianus duces, cum tormentis maiorib. &
rſa acie. *Viſſegradum obſidetur.* *Oppidũ derelictum à Turcis incẽditur.*

li ocyus gloriã militarem ſitientes, muro Caſtri iniquiter dehiſcente, ſtre-
uidem inſultant, ſed depelluntur deſideratis primorib. murus fortius qua-
atiuſq; euertitur, cumq; æquabiliter pateret, Itali in limine pedem figunt,
b. ante pectoralibus, vimineiſq; cratibus, aggeſta tellure fulti, arduo loco
unt & pernoctant, obſeſſi tam vicino hoſte qui limen tereret, de deditio-
ba faciunt, deliberarũt num ita indulgenter, cum eis agendum ſit: fuere
, qui ſummo iure belli afficiendos putarent & ad ſummam internecionem
ndos, vt Turcica feritas in poſterum Chriſtianos metuentiores haberet,
us vero placuit, non negandam deditionem, cum interiecta vltra murum
ı & alta foſſa, interius caſtrum niſi ſumma cum ſtrage expugnari poſſet: in-
ib. conditionibus diſcedunt obſeſſi, armis, ſignis militaribus caſtrenſi-
omnibus relictis: retenti ex omnibus, quatuor primarii obſides datæ fidei,
niculos defoſſo puluere tormentario nullam fraudem & machinamentũ
m, ſecure & ſine noxa vrbem adiri & incoli poſſe; Viſſegrado ſic oppor- *Archidux cum Mantua & Braciano ducib. ad obſidionẽ Viſſegradenſem accedũt.* *Itali in muri faſtigio pernoctant.* *Deditio caſtri Viſſegradenſis.*

M tu ic &

Digitized by Google

1595. tune& incruente recepto, Cæſar latiſſime per Iſtrum, naualis itineris libertatem habebat, auri fodinæ etiam quæ ſunt in confinio, fiſcum eius annuatim ducentis millib. ſcutorum augebãt, ibi enim aurum ſub-pallidum, quidem, Indico deterius effoditur, vbi vero coctum & deſpumatum cuditur in nummos, in ſumptus belli, quo erogatio militaris plurimum iuuari poteſt.

Budæ obſidio iam prouecta hyeme differtur.

De Buda obſidenda conſilium fuit, ſed iam prouecta hyeme, firmatam validiſſimis præſidiis, acie Chriſtiana morbis autumnalibus langueſcente, non niſi ſummo diſpendio rei Chriſtianę tentari poſſe viſum eſt. Hinc Cæſarea acies diſſoluitur, Palphio partem abducente circa Pæſtum, Italis Hannoniiſq; in Auſtriã ad hyemandum ſe recipientibus: ex illis & Vvaliis tamen, cũ intemperanter nec mitius hoſtib. ſe gererẽt agros incolaſq; vexarent, viceni laqueo necati, exemplo pœnæ cæteros pacatiores fecerunt.

Chriſtiani exercitus domũ reuerſio.

Nil mirum, ſi paginam res Turcicæ prolixius occupant, cum barbari illi, vndiq; Europam appetant, ita vt Baſcias Cigala, magni nominis apud Barbaros, & apud noſtrates nimis notæ feritatis, anno ſuperiore in Siculos & Calabros, terra mariq;, multa exitialiter molitus eſſet, Rhegium enim exuſſerat, Syracuſas expilarat, latrociniis mare& vicina littora immiſericorditer fœdarat: iniuriarum memoria, velut ſocordiæ vrbium littorumq; pra fectos arguebat. Petrus à Tolledo, triremium Hiſpanicarum in freto Siculo præfectus, ne inultum eſſet Turcis, vicenas pelago explicat, illudens eis, poſitas eſſe ad cuſtodiam littorũ cauſabatur, vt mercatoribus appellentibus ad emporium Salerni (oppidum eſt Picentinorum & Lucanorum) quod eo tempore quotannis celebrabatur, tuta & ſalua eſſet nauigatio.

Triremes Hiſpanicæ in mari Siculo Turcas inſectantur.

Dolus Petri à Tolledo in Turcas.

Hoc rati eſſe verum barbari, vt vero proximum erat, Petrus relictis Siculis littoribus, ex anchoris improuiſo ſoluit, velis remiſque in Mauritaniam euolat, nec expectatus, expoſitis in continentem militibus armamentiſque, Patracium dum ibi nundinationes menſe Septembri celeberrimæ habẽtur, inuadit, ac nullo negotio officinas Turcarum quæ ibi multæ ſunt, expilat, negotiatores ditiſſimos in captiuitatem abducit, nexu & mancipio ſoluit Chriſtianos, ex colluuie barbarica quatuor millia cædit, fugat reliquos, vrbem incendit reditque ad triremes, cum ſuis & ingenti præda.

Patracii in Mauritania à Chriſtia. expilatio & incendium.

Patracium, quod populariter nunc dicitur, in Peloponneſo ſitum eſt, ex Sparta, Achaia & primariis olim vrbibus quę Ionio & Ægeo mari Græciæ olim lumina fuerunt, & ſingulæ clariſſimos principatus obtinebant, vetuſtatis monumentum& reliquiæ Danaum atq; vbi olim Græcorum fortiſſimi bello, pace cultiſſimi florentiſſima imperia armis& artibus habebant, barbari inſtitoriam nunc auariter ignobiliterque exercent, ſic Deus ludit de mortalium ambitu, & ſceptra raſtris æquat.

Ex tot celeberrimis Græciæ vrbibus Sparta Corintho Elide & Achaia vnũ Patraciũ ſupereſt.

Heraugerius (de quo ſupra,) Batauorum Chiliarchus vir militiæ gnarus & imperterritæ audacię, Litam oppidum, ab Antuerpia tribus circiter miliarib. diſſitum, poſt vltimã vigiliã, ſcala muris occupatis necatiſque ſomniculoſis excubitoribus, intercipit: ſubſidebat equitatus, cui cũ aditum feciſſet effracta porta, effuſe admiſſus cum peditatu & ſucceſcentibus copiis, media vrbe ſigna defixerat: Alphonſus

Lira occupatur à Batauis à luculo & veſpere ab Hiſpano-belgis recipitur.

1595.

phònſus de Lana præfectus vrbi & præſidio interritus, cum ſuis in partem ſe recipit, doliis, carris, impedimentis & obuio quouis obice, ſe ſtipat & munit, emiſſis celerrime porta qua potiebatur pegaſeis curſorib. qui quam citiſſime ex Antuacuto ſeu Antuerpia auxiliares copias elicerent, nec mora adſunt, & ea ipſa porta admiſſæ, aleam martis longe diuerſam faciunt, ita vt prouerbio fides conſtiterit: *Neſcis quid veſper ſerus vehat*: nam qui diluculo victores oppidum inuaſerant, & tota die ſparſim prædabundi expilauerant, vice verſa ſole iam prono, in fugã vertuntur, fruſtra inclamante Herangerio ita prædæ exportandæ milites cupidi, vt nec voce primipili, nec lituo, nec exprobratione ignauiæ, reuocari potuerint. Plurimi ſcrutandis loculis gaziſq; ciuium, dum auarius inhiant & immorantur, intercepti & necati, alii captiui facti ſunt qui vt ſe redimerent, non modo bolum prędamque ex faucibus regerunt, ſed longe maiori precio libertatem redimere ſunt coacti.

Antuacentũ veterib. Anuers.

In Hirlandia, non leniter tumultuatum, ſpecie religionis orthodoxæ, incolis Comitem Tyronium ſummum ducẽ ſibi præficientibus, tanto lubentius, quod viri ab omni æuo catholici & pugnaces, muliebre imperium Eliſabethæ, cõtemptius haberent reputarentque, inſulam ſuam non eſſe Amazonum, vbi mulieres viris imperarent. Hiſpanus tacite auxilia & aurum ſubminiſtrabat, tanto opportuni⁹, quod ab Ibericis litorib. nõ amplius quatriduana nauigatione abſint. Tyronius bello vnam cauſam obducebat, libertatem auitæ religionis, quam cum Elizabetha negaret, pro aris aditiſque, iuſta arma induiſſe, non infœliciter pugnauit, primis auſpicijs, & multum inclinabat dominatio Anglicana, quos motus vt compeſceret Elizabetha, maiorib. copiis, Hibernos appetit, vtq; Hiſpanicũ ſubſidium ab illis auerteret, conſtituit eum claſſe ſtupenda, in Gaditanis vrbibus aggredi.

Res Hibernica.

Angla propoſitum de expilandis Gaditanis vrbibus quæ Hiſpano ſub ſunt.

Fœlix illa, quæ ſexu imbellis, inter fuſos & ſtamina, pugnaciſſimos viros ſuo ſæculo nacta ſit: inter ſummos nauarchos rei nauticæ peritia & fœlicitate nauigandi, erat quidam ſuus indigena nomine Drachius, qui ad vltimum orbẽ, ignotaſq; terras ſæpius penetrauit, illum tot peractis fœliciter nauigationib. cum ingenti claſſe ad fretum Herculeum mittit nautarum & pugnatorũ ſex millia fuiſſe, relationes excuſæ publicant; ille ad Diui Dominici inſulam contendit, figitq; anchoras non longe à portu, qui propter appulſum nauium Hiſpanicarum, quæ auro Peruuiano, gemmis & margaritis onuſtę, ſtationes habent, diues dicitur. Dracius ſeu draco peruigil & inſomnis in hoc littore excubitor vt antiquus ille obſeruans aurea mala Heſperidum reditum nauium Hiſpanicarũ ſpeculabatur, vt eas exuuijs Indicis ſpoliaret, ſed detectis inſidijs, Dracio bolus ex faucib. eripitur: vectores enim auri indici, veriti quod verũ erat, latrocinia & inſidias, præmittunt ex Luſitania, quinque naues ſpeculatorias quæ vento & turbinibus actas ſparſaſque pelago duas Anglicas naues, adoriuntur, & expugnant, vt ex captiuis Dracii, excubias Hiſpani cognouere, per epiſcopios phaſelos de Anglicana claſſe, ſuos præmonent, atq; omnia littora quæ in fide ſunt Hiſpanorum, claſſico & bombardis ignibuſq; nocturnis aduerſus prædones concitant, vtq; à portus diuitis ſtatione prohiberent, defigunt ſudes, aliaq; impedimenta congerunt,

Dracius ſummus Nauclerus in Anglia inſidiatur Claſſi Hiſpanicæ.

Hiſpani per captiuos Anglos inſidias detegunt hiſq; ſe ſubducunt.

Digitized by Google

1595. collocatis ſclopetariis, qui anglicanam claſſem longe arcerent. Dracius hoc obice nihil territus, ex portu inſulæ Diui Ioannis ſoluit, diuitem portum expugnaturus, triginta circiter liburnicas phaſeloſque fortiſſimis ſuorum inſtructos, toto pelago immittit, qui nihil mole & numero nauium Hiſpanicarum territi, eas intrepide adoriuntur, vtq; ſibi viam faciant, è portu ſudes, truncos, fragmina nauiũ reuellunt, incenduntq; nauim Hiſpanicam, ſed cum tota claſſis Hiſpanica, in lẽbos & celoces Anglorum inſurrexiſſet, deprimuntur merguntur q;.

Dracius re infecta Angliam repetit

Dracius, minus propitio Neptuno, re tentata, pluribus ſuorum Marte, morbo & mari conſumptis Angliam repetit. Iuſtus Lipſius Varro ſæculi noſtri cuius laudem nec laudatio mea auget nec liuor alienus minuit, paulo antea epiſtolã ſcripſit quam vt purpuram centonibus meis intexere ex ratione temporum non abſonum putaui.

Iuſti Lipſii Epiſtola qua reſpõdet cuidã viro principi deliberanti Bellũne an pax, an potius induciæ expediãt Regi Hiſpaniarum cum Gallo, Angla, Batauo.

Vir nobiliſſime. Vt literas tuas manu mea poſui, calamum in eam inſerui ad reſpondendum. An non lubens & ſubito facerem, quod amicus volebat? vir è principibus petebat? patriæ vtilitatem tangeret? Ego vero lubens atq; etiam calide; etſi hæc aura à tenus præſertim meo corpore calorem omnem arcet. Sed animus erectus & alacer is eſt, qui hæc & alia vincit. De re igitur audi.

Deliberatur, bellum an pax cum hoſte placeat, & dicam diſtincte ſententiam meam. Hoſtis nobis triplex, vt nunc eſt ſtatus rerum; Gallus, Angla, Batauus. Duo illi externi: hic tertius internus, & rebellis potius quam hoſtis. Si igitur de prioribus quæritur, à Regis hoc conſilii totum & opibus pendet, bellum an pacem cum iis velit; & vtrum pro re conducat. Si metus ab illo barbaro & communi hoſte Auſtriacis non eſſet, ego putarem Regem tractu omnes iſtos poſſe frangere, ſi tantum bellum ex fide & diſciplina aliqua geratur. Fidem dico in pecuniarum adminiſtratione & munerum; vt illa non diſſipetur, vt hæc idoneis & dignis dentur: Nam de fide in ipſum Regem, vix puto ambigendum aut quærendum. Addidi diſciplinam, quoniam reuera ſine ea (fiant & dicantur omnia) bellum nullum feliciter ſatis & fortiter geretur. O militem bonum ad manum, & minores duces! ſed opus eſt iſto legum & ſeueritatis quodam vinculo, quod conſtringat, & vires & viros iſtos vtiles Reipublicæ reddat, diffluunt alioquin per laſciuiam, per libidinem, per ferociam; nec aliud in iſta militari turba, quam rapinæ aut ſeditiones. Tu & prudentes noſtis, me vera dicere; & fons malorum noſtrorum eſt iſte. Si hoſtis progreſſus fecerit, à regreſſu noſtro eſt; atque is vitia noſtra virtutem ſuam interpretatur, & ſuperbe ac ſtolide in iis ſe iactat.

Sed vt diffundar, & collecte ſententiam peragam; quoniam bellum grande ac metuendum Europæ inſtare à Chriſtiani nominis hoſte videtur, Rex & conſilum eius videant o, an non melius cum externis illis hoſtibus, aut certe alterutro eorum, paciſci. Si cum vtroque, Batauí ponent animos, & aut ſponte aut vi venient ſub leges: ſi cum altero, etiam idem fiet. Volo dictum cum altera, id eſt, Angla. Illa in manu oppida duo Zelandiæ & Hollandiæ habet, aditus haud dubie & clauſtra maris & terræ. Non nimis à pace abhorrere eam, ego arbitror; quia mulier eſt; quia ærarium iam tenue, (non ea opes quæ putantur) quia populo inuito bellum eſt, qui commercia & libertatem mallet.

Quod perſeuerat, magis à metu, quam ab odio eſt. Et audi verum verbum: magnitudo noſtri Regis, virtus aut fortuna Hiſpaniarum intra ſexaginta annos formidabilis facta eſt finitimis & longinquis. Metum hunc adimere ambitionem non præferre è re ſit inprimis: & facta

& facta ſane non verba, impetum augent. De Gallo pariter ſentio, id eſt, cum occulte & taci- 1595
te omnino velle pacem.

Nouellum eius regnum, ſtatus vacillans, diſſidium aut ſuſpicio inter viros Principes; ea omnia quietem ſuadent. Et addo viſcera ipſa, vt ſic dicam ærarii euulſa. Niſi exteri palam & occulte ſuſtinent, ac focillent, iam defeciſſet.

Sed cum iſto an Rex noſter pacem velit, haud equidem ſcio; penetrare in conſilia illa intima nolo: poteſt tamen inducias ſalua omni ſpe ſua & deſtinatione. Quid enim ibi in longum firmi? ne ſucceſſor quidem ſatis certus quorundam iudiciis, & in corpore illo ſemel moto, vereor, vt alii aliique morbi, niſi magna quidem Regis aut felicitas aut prudentia euincat. Sed definiendo; cum Angla pax opportuniſſime fiat: Gallus ſeponatur, qui, niſi laceſſitus, non laceſſet.

Batavi in manus veniant, de quibus proprie puto te rogare. Quid ergo? cum iis bellum hactenus infelix, nec nunc felicius ſperandum, niſi in tota facie rei aliquid mutetur. Loca valida omnia habent, loca ſibi opportuna, militem exercitatum & ſatis bonum, victoriis animoſum, ordinem aliquem in ærario & tota gubernatione, quamdiu bellum & metus eſt, haud facile ſoluendum: vt iſta remittantur, & amittantur, pax aliqua ſit & quies, quæ nunquam in talibus bellis inita ſine bono aperto Regis. Maieſtas illa nominis & occultum in animis vinculum illos trahit aut potius retrahit, qui male abierunt: & quidam gaudent datum honeſtum ſic regreſſum.

Centeni aliquot homines aut milleni ad religionem & regem vltro redibunt, ſi occaſio redeundi ſuggeratur: hæc præſidia hoſtibus detrahimus; & amplius, in plebeia aut pluriũ illa gubernatione, occaſiones inter ipſos diſſidiis damus. Mihi crede, habent odia, factiones, & ſua vulnera; ſed occuluntur ea omnia impendente magno illo metu, qui æqualiter tangit omnes. Remitte paululum; ad ingenia & vitia ſua redibunt; vt boues inſtante lupo coeunt, capita & cornua iungunt; abeunte, quiſque ſibi paſcit.

Sic Batavi noſtri, quos ambitio fortaſſe valde non tangit, magis auaritia & amor quæſtus.

Vbi hoc poſtremum: an non regibus ſemper occaſio ad ſe trahendi? aureo iſto hamo piſcandi? Intelligunt peritiores. Sed vt fiat vtiliter, quiete aliqua opus eſt, & occaſiones ea dabit. In iſta, inquam, fere omnes conſentimus, ſed alii diuturnam eam volunt, id eſt, pacem: alii temporaneam, id eſt, inducias.

Tu vtram? audi. Pacem ex animo velim, & ponam ante omnia humana bona, religioni & regi pulcerrima ſit, patriæ neceſſaria, bonis & mediocriter bonis optatiſſima. Sed quid eſt? velim & optem, vereor, quod non fiet.

Ego bonam honeſtamq; pacem hac ſcena rerum fieri poſſe, in animum non induco. Cauſa: Aut inclinatio hoſtium, aut à nobis metus eo ducat. Neutrum eſt. Et vide, an inclinatio: minime.

Sunt in florenti ſua re publice & priuatim; qui gubernant, Craſſi omnes ſunt & parui Crœſi. Vis eos optimam fortunam cum dubia commutare? At metuunt fortaſſe. Vtinam noſtra ſic eſſent.

Debebant profecto, à potentiſſimo Rege, à legitimo ſuo Rege; vt id quoque addam; ſicut olim à dominis ſuis fugitiui. Sed irreuerentia, vetuſtate & pertinacia rebellionis, iam excuſſa, & metu, ignauia (liceat libere hoc dicere) aut prauitate noſtra (quis ordo? quis miles? quæ cõſilia?)

1595. *cur metuant? niſi occulta quædam ſint, & tegantur, quæ me fugiunt. Omnia ſunt alia, quæ ad perſeuerandum eos hortentur, non reſipiſcendum. Addo fœdera cum vicinis, cum quibuſdam etiam Germanis clam aut palam icta: nauigationes nouas ſperatas, imo tentatas: quæ etſi infida omnia & vana quidem ſunt, tamen plebeios illos animos inflant, & auram inſpirare modeſtiæ non patiuntur & bonæ mentis. Ergo de pace vix eſt vt ſperem, niſi tali, quæ diſiungat à Rege, quæ licentiores & illos & nos faciat; quo ſcio quoſdam ſpectare. De religione conſulto omitto; & Theologis permitto; etſi rationem eius inter prima habendam, ſapientes omnes ſciunt. Magis itaque ad inducias inclinem: Primum, quia hoſtis facilius audiet, nec multæ hic tricæ in conditionibus ac pactis; res manent vtrimq; imminutæ. Deinde, quia authoritate Principum Germaniæ tale aliquid honeſtiſſime impetretur, & ſine ignominia Regis.*

Tertio, quia leges nullæ duræ nobis imponuntur, quas ægre aut turpiter poſtea ſoluamus. Quarto, quia commoda ſimilia quæ ex pace ſequuntur; nempe communicatio inter nos & coniunctio, partium reditio ſub diplomate regio & fide, remiſſio hoſtium & omnia minus intẽta. Deniq; fatum, & Deus & euentus aliquis pro Rege.

Vis exemplum illuſtre in hanc rem & conſimile? Sexti Pompeii bella Sicula cum Octauiano Cæſare legiſti? Siciliam & Sardiniam habebat, locis ſe tenebat, & tuebatur, famemque & inopiam Italiæ importabat. Vinci nunquam potuit, niſi breui pace. Ea pacta cũ illo eſt, exules recepti, & vires abductæ, corruptus occulte eius miles. Quid dicam? Terribilis ille & paulo ante Neptunus, vix vna naui effugit, ceruices gladio præbuit, & intra annum extinctum totum bellum vetus hoc eſt; fiet nouũ, ſi eadem adhibentur, & inprimis ſi conſilio & intentione rẽ adminiſtramus. Acribus conſiliis opus eſt, iiſq; fidis, occultis.

Quod ſi non aliud etiam ex his inducis, quam reſpiratio aliqua & quies; pro re noſtra multum ſit, & egemus. Remp. aut diſciplinam militarem emendare ſi volumus (debemus, ſi regere Regem volumus) non fiet apte aut cito per arma. Licentia nimis inualuit, corruptio, & mala, quæ optimis potentiſſimiſq; rebus & regibus ſunt perdendis. Huc vt noſtri eant, ex animo voueo; quæ fulcra & fundamenta ſunt omnis ſtatus. Habes vno calore & tenore ſcripta quæ mihi ſunt viſa; quæ premes aut communicabis, quædam aut omnia, vt tibi erit viſum. Epiſtola enim tua eſt: vtere, ſed non abutere; & ſi pro amicitia hoc, quoq; potes. Non enim niſi verba ſunt: ſi aliqua incauta, excuſet amor in patriam, & libertas, quæ conſulenti ſemper data eſt. Louanii, III. Nonas Ianuarii, M.D.XCV.

Sub id tempus dux Montmorantius in Occitania prorex vbi tandiu Henrico III. & Catharina Medicea rerum potientibus in præfectura ſua prouinciali ſibi ſalutem ſeruauit, iurauerat enim non niſi pactos viſurum; & dicto fidem fecit, poſt vtriuſq; fatum in aulam accitus ſumma præfectura militari donatur qua præditum comitem ſtabuli vocant, vetus dignitas & Auguſtis proxima quæ imperio gallico longe antiquior eſt, narrat enim Ammianus Marcellinus, Valentinianũ Nicomediam ingreſſum, itineribus citis, Valentem fratrem ſtabulo ſuo cum dignitate tribunatus præfeciſſe; deinde cum veniſſet Conſtantinopolim, Cal. Apr. eundem Valentem productum in ſuburbanum, vniuerſorum ſententiis concinentibus,) nec enim audebat quiſquam refragari,) Auguſtum pronunciaſſe decoteque imperatorii cultus ornatum, & tempora diademate redimitum in eodẽ vehiculo ſecum duxiſſe. vnde liquido conſtat Maieſtati Imperatoriæ proximam fuiſſe dignitatem.

Dignitas Comitis ſtabuli ſub Valente Imp. ſumma erat & altera poſt Cæſarem.

Amia. Marcell. lib. 26.

Nota cultũ ornatumque Comitũ ſtabuli.

Annas

Digitized by Google

1595.

Annas vero Montmorentius ille, qui confecta admodum ſenectute fortiter præliando in Dionyſiana pugna aduerſus perduelles cæſus, eam dignitatem quaſi gentilitia ſit, ſoli filio inſtaurandā reliquit, ab eius enim glorioſo obitu velut in interſtitio interquieuit, donec ea ipſa patria dignitate Rex virtute & fide his æquantem vel ſuperantem filium cohoneſtauit. gens autem Memorantiana ab incunabulis regni clara extitit vel ante agnitum Chriſtum *vt Memorantius primus Chriſticola & Franciæ Baro veteri elogio nuncupetur*. ſub rege Capetio, Euerardus Memorantius, rerum geſtarum memoria inclitus extitit. ab eo gens Montfortia, primam ſeriem & ſtemmata duxit; Montfortia illa gens, quæ Armoricam priuata ditione tenuit, quæque ad vindicandos Solymos, non ſemel duces ſuos in Syriam transmiſit. Matheus Montmorantius Hannoniæ Comitis filiam vxorem duxit, clarior armis quam heroico illo coniugio, cū ille in pugna bouinienſi aduerſus Othonem Germanicum Cæſarem, Anglum reliquoſq; regni inuaſores, Philippo Auguſto ſtrenuam operam nauauit, vnde Gallis incredibilis & ſtupenda victoria, ſi qua vnquam vlla extitit, denique publica laudatione dum apud P. Cōſcriptos Memorantius fidem & ſacramentum profitetur præconis facundia nihil de vetuſtate gentis, auita gloria patria & propria commendati prætermiſit.

Poſt obitum Annæ Montmorantii nemo alius dignitate Comitis ſtabuli inſignitus fuit niſi filius.

Elogia domus Memorentiana.

Is fuit Anton. Arnaldus.

Batau & Britanni (Anglos intelligo ne quis de minoribus noſtratibuſque dictum putet) qui rei nauticæ peritia omnium gētium nomen & gloriam obſcurarunt, ne vlla parte orbis penitiſſimæ regiones ſibi inuiæ laterent, quod alii tentarunt ſulcato mari & trita ſemita, per Eoas auſtrales occiduaſq; plagas, Iulio mēſe per mare arctoum ſiue Geticum, arduam nauigationem ſuſcipiunt maiori periculo rerumq; omnium inedia, quam vllo fructu, niſi quod præteriti doloris iucunda eſt recordatio; qui eorum pluſquam Vlyſſæos errores & ærumnas typis vulgauit, refert gentem inueſtigaſſe vltra Tartaros & Gelones remotiſſimā, qui inſuperabile frigus aſſuetudine & ſpiſſitudine cutis induratæ æquanimiter tolerant, ſylueſtres eſſe homines, truces oculis, arcu & ſagittis prælıantes figenteſque feras vix errante iactu, quæ apud eos crebræ ſunt & gregales, vocantq; Ringiferos quibus cæſis Dæmoni litant. Batauis inſolenter appellentibus viſi primum feroces & immanſueti vt qui in auia & montana Faunorum more aſpectum humanum defugientes receſſerunt, mox ſacharo, vino, cupediis, crepundiis, merciumque ludicrarum lenociniis pellecti aſſuefactique, colloquium conuictumque Batauorum non refugere cœperunt. ex tam ardua & paulo minus ſemeſtri nauigatione, nihil niſi affectam valetudinem commilitonum, multorumque deſiderium retulerunt, ſuaque audacia cæteros in poſterum cautiores fecerunt, ne denuo cum Aquilonibus, mari concreto, belluiſque certatum irent.

Nauigatio Anglicana per Arctoum mare.

Infelix reditus nauigātium.

Atque illi tandem Nouembri iam prouecto, poſt incredibilem eluctationem cœli & pelagi, nauibus obtritis vacuiſque præſidio & commeatu domum redeunt. Neptuno votiua tabula appenſa quod ſalui littus attigerint.

In Morinis & Veromanduis vna Fera nomen æquabat, vrbs eſt, vt attigimus, poſita loco vliginoſo, ſepta paludibus, acceſſu difficilis, ſitu ad expugnandū ardua, vt re verā noſtro æuo ſemper ſe feram prēſtitit, hoc eſt, indomitā & ineluctabilem.

Res Gallica.

Digitized by Google

1595. ctabilem. Nam vt anteriora reminiſcar, ſub Henrico III. à nouatoribus intercepta, illis ſpæleum & latibulum diu inexpugnabile præbuit. Ineunte fœderatione, Marchio Menelaius, (qui illi pubeſcenti feruidus æuo nomen dederat) Fera ſe continebat, & huius propugnaculi nomine apud fœderatos plurimum audiebat.

Fera ſub Hērico III. intercepta.

Marchio Menelaius per inſidias à cōmilitonibus fœderatis impie occiditur.

Tandem vt ſtudia & vota mortalium mutantur penitus, vel frigent & ſeneſcunt, Menelaius viſus eſt res nouas moliri cum Rege, ad eius gratiam vrbe dedita ſibi aditum facere, (vtque ferinæ cupediis, ſolent venatores ſuos dominos demereri, & pellectare) ſic ille Fera cogitabat, quod cum non latuiſſet fœderatos, Seneſcallus Montelimarius, per inſidias necato Menelaio, flagitii ferini Ferā præmium habuit, cuius futura vltione attonitus, cum diffideret gentilitiis, ſatellitio Hiſpanico vrbem muniuit.

Obſidio Feræ propugnatore Seneſcallo Montelimario.

Rex propugnacula ſuburbana circa Feram poſuit.

Nouum obſidendi genus per aquarū illuuiem.

Illam vero Rex appetente hyeme obſidet, aut verius intercludit, nam cum valido præſidio teneri, præterque natiuam illuuiem hybernis imbribus tutam videret, Belgio eſſe conterminam, vnde in diem recens miles & commeatus, fecit quod ſolent mangones equis ferocientibus & recalcitrantibus nimium, frenis lupatiſque durioribus coercentes: ſic ille Feræ indomitæ frena, hoc eſt circa pomerium & aditus, propugnacula ſuburbana quibus ſuppetiaturis aditus præcluderetur conſtituit, labor anxius & pene Herculeus aduerſus hidram obſidione in multos menſes protracta, nam cum tormentis machiniſque ſuperior videretur, viſum Regi, nouo more ductis foſſis alueiſque, in hiſque diu paludum retēta illuuie mox obicibus ruptis, emiſſa, obruendam Feram. Gallis ad expugnandas vrbes inſolens machinatio maxime operoſa, iactura temporis æriſque diſpēdioſa, iſtud enim eſt turbare Deorum gentiliū munia, poſcere à Neptuno, quod Vulcano peculiare eſt, cuius vnius arte & pyrotechnia bellum geritur. At militem Gallum in arcibus ad coercendum poſitis hyberna agere ſinamus & fœlici nuncio Romanæ legationis, pacis ſpem capiamus.

Nuncium optatiſſimum de Regis cum Pōtif. Max. conciliatione.

Venit Roma eques d' Elbeneus, boni pedis nuncius, qui de impetrata Regi benedictione illum regnumq; ſimul beauit. Rex Perroniū (cuius fama ab eruditione maior ſtilo meo eſt) ad Ebro cenſem Epiſcopa. deſignatum, cum ampliſſimo Antiſtitum delectu miſerat, qui Pontificem non vt antea Niuernenſis, Iouem Tonantem, ſed vere Clementem, pronumque ad ſua poſtulata inuenerunt.

Arnaldus Oſſatus vir Gallus de numero purpuratorum quos virtus nō ambitus ad hoc faſtigium euexit, cum collegis gallici nominis amantibus, Hiſpanicæ fictionis molimina, quibus Pontificem à Rege Chriſtianiſſ. auerſum facere nitebatur, effregerant.

Gallica gentis celebritas Romæ priſcū ſplendorem repetit.

Iam candori liliorū rubigo Iberica cedebat, & vt antea, à plurib. annis de Rege & gēte Gallica, palā libere & honorifice eloqui, non modo licebat, ſed in ſedem Apoſtolicam ſtudia propēſiſſima & ingentia beneficia prædicabantur. Vt Regi benedixit Pontifex ſicut delibauimus, in publicam lætitiam Roma tota effunditur, compitatim acclamationib. irrequietis Henrico IV. Regi Chriſtianiſſ. obeliſcus & in eius faſtigio crux opere exquiſitiſſimo, ad poſterorum memoriā colloca-

Digitized by Google

collocatur. E Vaticano iam non fulmen myſticum, quale fuit *Sixti* (inſcitia tenũ quarum poſtmodum vt fucus patuit pœnituit) vibratur, ſed diſploſis tormentis, publica lætitia ſignificatur. Vix oratione exprimi poteſt, quantum Rex tam fœlici nuncio recreatus fuerit, ex caſtris Feræ ad Senatum & Antiſtitem Pariſienſem mandat, publicas ſupplicationes decerni, ignibus genialibus omnique ouatione rem teſtatam fieri. Sic non minoribus bombis tormentorum Sequana remugiit, quam paulo antea Tyberis. Tanta vero animorum Pontificis Regiſque commutatio, penitiſſimæ fauentię ſuperum tribuenda eſt, cum ex acerrimis odiis ſummi amores exorti ſint, ita vt quẽ Sixtus deuouerat, cuius poſtulata Clemens deprecatore Niuernẽſi anno ſuperiore deſpexerat, nunc vt Ludouici indigetis germanam prolem, Eccleſiæ primogenitum, ambabus vlnis amplectitur, & ad perẽnitatem facti publice monumenta ponit. Ianus Bodinus, hoc anno vitam ſimul & præfecturã Laudunẽſem depoſuit, vir eruditionis exquiſitæ & politicæ, vt qui de Rep. opus luculentiſſimum varium & multiplex edidit, quo ſanos omnes à ſcribendo in hoc genere deterruit, primo ſcriptum vernacule, vbi vero ab exteris gẽtibus percupitum latine vertit æquali facundia in qua ille Ambidexter. Famæ initium à methodo hiſtoriæ, & Oppiani metrica verſione auſpicatus eſt, quam aliis luculentis operibus, paradoxis nempe, & de maleficis ſortilegiſq; ad extremũ vſq; æuum prouexit. Iuris ciuilis ſciens admodum, vt qui magno Cuiacio cedere, (quanquã nimis audacter,) non ferret, cum quo ſimultates exercuit. Floridior æuo in Ducis Andini familiam ob egregias dotes accitus, quem vltra Oceanum ad Britannos, dehinc ad Belgas eſt inſequutus, homo aulicis moribus accommodatus, vt qui in quolibet conſeſſu multa ex tempore varie, præclare & erudite de rebus omnibus expedita facundia diceret, cum tamen in forenſi luce nunquam inclaruerit. Mirabile fuit hominis vaticinium de exitu ciuilis belli, qui epiſtola, quæ extat ad Briſſonium, & in larario reconditam ſeruo, ſcripſerit non futili diſſertatione, factiones quibus implacabiliter ardere Gallia incipiebat, intra quinquennium vel ſeptennium finem habituras, fecitq; euentus Bodinum vatẽ certiſſimum, cui vaticinii gloriam & mercedem tempeſtiuior obitus inuidit.

Trophæa erecta Romæ ob renouatum fœdus liliorũ cum Clauibus.

Rex Chriſtian. Eccleſ. primogenitus eſt.

Iani Bodini obitus & commendatio ab operibus luculentiſſ mis.

Epiſtola Bodini ad præſidem Briſſonium veriſſime fatidica.

In Suecia dum Sigiſmũdus Rex ampliori regno Sarmatarum diſtinetur, vicarii abſentis nedũ deſpecto ſed proculcato imperio pro nutu & libidine omnia agẽtes Orthodoxorũ tot perpeſſis ærũnis ſupremã addũt. Illi enim in publico ordinũ conſeſſu, myſticos oẽs ablegandos decernunt, vtq; oẽs qui ex ritibus pontificiis ſacra peragunt & monaſticem profitentur, intra hebdomadẽ regno faceſſerent, in moratores & detrectantes graui indicta pœna: cauſſabantur nouatores Sueci à pontificiis non eſſe ſecuros, clam res nouas moliri, ſola eiectione metum & periculum poſſe depelli, (hæreticæ prauitatis antiquus eſt fucus & falſa cauſſatio) ſed his præſtigiis indulgeamus, à virginibus incluſis ſilentio & ſolitudini votiuæ mancipatis, quæ non niſi per clathrum & ferreos cancellos vident & alloquuntur, non potuit eſſe metus, niſi quem Eumenides in conſciis & ſceleratis animis concitant, & quem ab inani terriculo Panicum vocant, nihilominus viri fortes muliebrib. ſodalitiis, quæ ibi nõ pauca olim erant ſub inſtituto ſanctæ Brigidæ (indigena illa fuit & Regum Suecię ortu clara) bellum indicunt, eiectis

Edictũ Ordinũ Sueciæ in ſacerdotes monachos & moniales.

1595. omnibus ex priſcis opibus quod erat reliqui expilatur, pelliciuntur adiguntúrq; ad voti eiurationem & nuptias, quas magna ex parte exhorruerunt, illecebris faſcinationibuſq; procorum, paupertatem, exilium atq; extrema omnia anteferẽtes: at negate nunc Christum in imbelli ſexu fortia mundi vincere, iactet Sparta ſuas Lacænas, Tanais & Thermodoon ſuas Amazones, pars illa quantula Sueciæ Brigitanas nunquam tacebit, nec forſan impune regno & incolis, amiſſo enim illo palladio ciuilium bellorum longa Ilias ingruit, quod ſi Ethnicus vrbis æternæ præfectus Symachus, eiectis gentilium Veſtalibus aduerſa omnia quæ ſuo æuo contingebant, propter ademptam illis annonam imputat, quid de eiectione ſacrarum virginum Christianos coniicere oportet? ſic enim Symachus: *ſequitur ſacrilegium fames publica & ſpem prouinciarum omnium meßis ægra decepit; non ſunt hæc vitia terrarum, nihil imputemus aſtris, rubigo ſegetibus non obfuit, nec auena fruges necauit, ſacrilegio annus exaruit, & neceſſe fuit perire omnibus quod religionibus negabatur.*

Vt ab ordine militiæ Gallicanæ librum hunc ſecundum auſpicati ſumus, ſic à noui ordinis inſtituto finem facere non ab ordine alienum eſt. Delibauimus Amurathem Rays Syracuſas, Hydruntum agri Salentini oppidum, Appuliam Siculamq; oram, latrociniis incendiiſque quibus toto orbe nobilem ſe fecit, deformaſſe, Archipiratæ audacia non aliunde quam ab incuria & ignauia littoralium præfectorum indigenarumq; nobilium, qui arti inſtitoriæ gnauius dant operam quam rei militari, longe illi degeneres à Tancredo, aliiſq; Appulis Siculiſque principibus, & ne ſileam recentiores, ab Andegauis & Aragoniis: Ergo vbi tandem compertum eſt nõ niſi à vecordia Chriſtianorum, talia audere latrones iſtos, Marchio de *Tyrace* nouo ordini militiæ apud Siculos ortum dedit, cui non pauci primi ſtemmatis adoleſcentes nomen dedere. Inſtituit ille velut pancratium in quo gymnicis certaminibus, relati in album tyrocinia belli agerent, diſcerentq; in ludicra pugna, veram pro Chriſto fortiter & imperterrite pugnare.

Nouus ordo Siculorum Equitum.

RODOL-

RODOLPHI BOTEREI
IN MAGNO FRANCIÆ CONSILIO ADVOCATI,
COMMENTARIORVM DE REBVS TOTO PENE ORBE GESTIS,
Liber Tertius.

DVM Ianus huius anni Ianuam aperit, templi ſui fores occludit, ac fœderationi caput ſuum præſcindit: Dux Mainius de bello diuturniore nauſeantibus publice toties erat profeſſus, quæ pro aſſerenda religione arma ſumpſiſſet vltro depoſiturum; vbi primum Henricus IIII. Eccleſiæ primogenitus, à Pontifice Max. agnitus eſſet, cumque æquanimiter Romæ regios Oratores habitos audiiſſet, præuias ad pacem inducias ſuperiore anno pactus erat. vbi vero certis rumoribus conſtitit, Regem diris deuotionibuſque immeritis Sixti, à Clemente expiatum ſuiſque reſtitutum, nihilo moratus pronus in obſequium iuit, ac ſumma capitis diminutione fœderationem truncam & mutilam fecit.

Anno ineūte pax incipit cum Mainio.

Vt qui poſt Apoſtolicam benedictionem, diutius protracto bello, omniū iniuriarum in patriam conſcius fuiſſet, ſic vltroneo obſequio ambitus & priuatæ dominationis inuidiam ſuſtulit: amiſſo illo Duce, reliquiæ fœderationis penitus luxatæ; vt Alexandro mortuo, eius exercitum exoculatum ferunt & titubantem, viribus licet integris & mole caſtrorum, in quibus manus & pedes innumeri eſſent, ſed quod militiæ eſt primum inſtrumentū, caput & conſilium deeſſent. Fœdere Mainii, indictum vt ſi intra certum diem, commilitones omneſque, qui illi nomen dederant reſipiſcerent, pactis fruerentur, hoc eſt rerum omnium quæ bello ciuili cruente, hoſtiliter, intemperanter domi foriſq; geſta eſſent impunitate, imperato ſilentio cognitori regio publicæ vindictæ, conciuibus contribulibuſque omnibus, rerum præteritarum exprobratione diſtricte vetita Edictali programmate; hinc cæteri in fœderatione pertinaciores, ad ſaniorem mentem pellecti, ita vt paucis longior inſania placuerit.

Duce Mainio ad Regē reuerſo fœderatio fuit acephala.

Pacta.

1596.

Prætermitto ſciens, quæ Mainio à Rege liberaliter & ex dignitate indulta, cum ea trita ſint,& in quotidianis cauſarum recitationibus, Prætorium noſtrum tribunal pactis huiuſcemodi perſonet; Mainio enim, atq; illis qui eius fidem ſequuti ſunt, prætoriani Patres mandata iuriſdictione iudices dati ſunt, ita vt qui illi nomen dederant, ſuas conſortiumq; lites à quacunq; præfectura in magnum conſilium ex edicto transferrent.

Duci Mainio & commilitonibus priuatim magni Conſilii tribunal cõceſſum.

Cum Pontifice autem & Rege redintegrata concordia (quæ vetus fuit & ſumma inter claues & lilia) vtrinq; mutuæ ſocietatis munia inſtaurari oportuit. At cum Sixtus, intemperiis Hiſpanorum actus pietatis ſpecie deluſus,(cuius laruam, ſero quidem & facti pœnitens detexit) Henricum III. cœtu Chriſtianorũ, quiq; in fide perſtabant mouiſſet, Lutetiani Senatus.P.C. Prætoriiq; Senatores qui Turones migrauerant, damnatis exuſtiſque publico rogo deuotionibus, ad Rom. Curiam, ſacerdotiorum impetrandorum cauſa, ne quis iret mitteretue diſtrictiſſime vetuerant, qui fecerint pro perduellibus habendos, exuẽdoſque beneficiariis titulis, Senatuſconſultis edicunt. Intercluſa põtificia via, de beneficiis conferendis, ſeu fato ſeu eiuratione caduca fierent, nouam formam excogitari placuit: anxie laboratum potiſſimum ob ea, quæ nuncupatim in fauorem eiurãtur, cum per ordinarium præſulem expediri nequeant, quod in eo delectu ſucceſſoris ſymoniaca fœditas quædam inſit, cuius ſordes vna aqua Tyberina diluere poſſit, ſacerdotia interquieſcere & miniſtros in ancipiti manere, res Eccleſiaſtica non patiebatur. viſum fuit (vt olim in paribus diſſidiis hoc ipſum non inſolens fuit)apud vtrumq; Senatum vt afficiendi eiuratis beneficiis, libello ſupplici diœceſanum præſulem vel alium viciniorem opportunioremque delegari ſibi poſcerent, qui vice ſummi Pontificis & cum eo adæquata poteſtate, beneficiis ſupplicantes donaret, ea lege vt diœceſana & Francica illa collatio Romanam pontificiamque omnimodo adæquaret, ita vt delegato fas eſſet derogare regulæ *de infirmis*, dummodo dubius de valetudine reſignantis deprecator, libello ſupplici gratiam viginti dierum ſibi fieri libello ſupplici nuncupatim poſtularet: quod ſi prece non expreſſa libellum concepiſſet, quamuis generalis clauſula vt delegantis collatio eius eſſet roboris, atque pontificia, tamen quia gratia non cenſetur data niſi petita, ſi intra viginti dies qui ſacerdotio ceſſerat fatis cõceſſiſſet lite cadebat, memorabili arreſto Senatus Prætoriani. Ille primus in Gallia Romam temporaneam fecit, Carnuti dum ſederet nouo hoc more ſacerdotiorũ conferendorum renouato atque ex prioribus diſſidiis in vſum reuocato. Cũ autem Edictalibus tabulis, placitiſque Curiæ & magni Conſilii ſummæ præfecturæ & infulata beneficia quæ Conſiſtorialia dicimus, Antiſtitibus vacua Eccleſiis damnoſum interſtitiũ afferrent. In illo diuortio non deſinebat Rex, ex Bononienſi pacto concordatorum vacantibus prælaturis nominare quidẽ, ſed candidati regii non ideo myſticis profunctionibus admouebantur in illa intercapedine, donec de more conſueto, rebus pacatis Roma adiretur.

De collationibus Beneficiorum per diſſidium, Pontificum Gallorum delegatio.

Collationes huiuſmodi Rom. omnibus numeris clauſuliſque adæquabãt.

Nota delegatum ab vtroque Senatu præſulem derogaſſe regulæ de infirmis ſi petita fuiſſet.

Au rapport de feu Monſieur le Tonnelier pour vne cure du dioceſe du Mans.

De beneficiis Conſiſtorialib.

Arreſto magni Conſilii 5. Septembris 1590. indictum vt in vacuis prælaturis nominati à Rege œconomi, rerum ſacrarum vice Antiſtitũ epiſcopalia munia exercerent, vacua beneficia conferrent, peragerentq; vicaria opera, quod. umq; fuit

Oeconomi ſpirituales conſtituti.

fuit ordinationis pontificiæ. Non autem inſolens eſt, & nupera illa Oeconomorum ſpiritualium inſtitutio, quandoquidē illius expreſſe meminit Canon, *Cum ſimus.cauſ.9.quæſt.3.Cum ſimus debitores omnes, ſacras regulas cuſtodire, & eam quæ dicit, in vnaquaq; Eccleſia, œconomos eſſe debere, modis omnibus inuiolabilem cuſtodire debemus. Et ſi quidem, vnus metropolitanus in ſua Eccleſia conſtituerit œconomum, bene vtiq; fit; ſin autem, ex authoritate propria Conſtantinopolis, Epiſcopis licentia eſt præponendi œconomos, in eius Eccleſia ſimiliter & Metropolitanis, ſi Epiſcopi qui ſub eis ſubſunt non ſategerint œconomos conſtituere, in ſuis Eccleſiis: Idipſum autem ſeruandū eſt, etiam in monaſteriis.* Pene idem ſtatuit Canon *In noua cauſ.16.quæſt.7.* 1556.

Ex concilio Hiſpalenſi, didicimus quoſdam ex noſtro collegio contra mores Eccleſiaſticos Laicos habere, in rebus diuinis conſtitutos œconomos, proinde eligimus vt vnuſquiſq; noſtrū ſecundum Chalcedonenſium patrum decreta, ex proprio Clero œconomum ſibi conſtituat, Indecorum enim eſt Laicum vicarium eſſe Epiſcopi, & ſæculares iudicare in Eccleſia. Si quis autem Epiſcopus, poſthac Eccleſiaſticam rem, per Laicam procurationem adminiſtrandam elegerit, aut ſine teſtimonio œconomi gubernandam crediderit, vt contemptor Canonum, & fraudator eccleſiaſticarum rerum iudicabitur reus: At liquido conſtat, vtroque Canone non de prouentuum Eccleſiaſticorum procuratoribus mentionem haberi, ſed de his duntaxat qui in viduis Eccleſiis, poſt fato functos Epiſcopos, vices eorum agebant, vel qui longinque profectis aut ſenibus & debilitatis, coadminiſtri adhibebantur, quod Innocentius III. perſpicue indicat, c. *Examinata. de iudiciis.* in antiq. in verbo *Sequeſtratam. Sequeſtratam (nota, inquit) depoſitum fieri non ſolum in corporalib. ſed etiam in ſpiritualibus.* *Innocen.3 de ſpiritualib. Oeconomis iudicium.*

Ergo magni Conſilii placitum ſe tuetur veteri inſtituto Eccleſiæ, & gloſemate Pontificis Max. (quem ob ſingularem peritiam rerum forenſium vetus ſæculum patrem & lucernam iuris nominauit) Præterea, cum vir tantus, ſit Senatuſconſul. Prætoriani vindex & aſſertor, in diſſidio præcluſis Alpib. obſtructa via Romana, (quod nō ſemel factum eſt) quid æquius fuit, quam Eccleſiis viduis & lugentibus paſtorum orbitatem, præfeciſſe homines myſticos, qui eadem operarentur quæ ipſimet acturi erant Antiſtites, ſi iniquitas temporum tuliſſet? fecit magnum Conſilium, quod ſolent in repentino incendio vicini omnes, ad proximas aquas concurrunt, vel quod rixantibus agnatis, in deligendo tutore liberis fieri ſolet, donec de idoneo & legitimo conſtet, educationem eorū, quamuis non gentili committit vrbanus Prætor: hoc repertum compendium apud omnes Conſcrip. inualuit, tam rigida obſeruantia, vt qui durante interſtitio & diſſidio, Romæ beneficium impetraſſet, cauſæ tuendæ patronum non inueniret, aut ſi quis forte inſcius vel audacior (vt certe vidi audaculos hinc peſſime habitos) ſe foro oſtentaſſet, per Triumuiros fiſcales obmuteſcere caſtigatos cogeretur. *Innocen.3. pater & lucerna iuris pontificii dictus.*

A pluribus annis, annatæ aliaque vectigalia, ex Francico clero Romam non euehebantur, nec Trapeſytæ Itali plumbum ſuum exile & canabeo fune penſile cum ingenti auro permutabant Gallia fœta tot beneficiis hiſque pinguib. domi opes ſuas continens, annuū ſolitumq; tributū nō penſitabar, huiuſcemodi vecti-

Digitized by Google

1596. galibus tamdiu fraudati Itali, non parum recreati ſunt permiſſa & repetita impetrandorum beneficiorum veteri formula, non aliter quam ſitientes agri in æſtu lętantur, cum auerſi riuuli ad irrigandum in ſemitam reducuntur.

Antiqua formula beneficiorum impetrandorũ à ſum. Pontif. Edicto regio reſtituta.

Ergo programmate publico editur, vt de ſacerdotiis impetrandis ius antiquum repetatur, cœpit hinc iri Romam, ſummus Pontifex de more patrum adiri, vt exinde in foro non niſi pontificiis diplomatibus controuerſię beneficiariæ definirentur.

Clem. 8. priuatis reſcriptis Mercolium & reliquos fœderatos ad obſequiũ monet & vrget.

Clemens VIII. vt indulgentia ſua Regem beauit, reſtituitque aris, Mercolium, pertinaceſque fœderatos de Rege agnoſcendo commonefacit, & ſuo exemplo ad agnoſcendum impellit, vt qui non prius, Henrico IIII. indulſiſſet, quã cum illi per Galliæ vniuerſos ordines, Gymnaſii Sorbonici publicis decretis & aſſeuerationibus indubiiſque teſtimoniis, ſine arte & fuco in gremium matris Eccleſiæ rediiſſe conſtitiſſet, eum eſſe qui ab omni æuo his natus vel aſſuetus ſit moribus, vt à ſpecie & ſimulatione longiſſime abeſſet, eiuratis erroribus profeſſaque fide orthodoxa, eaque inſignib. exemplis in regno ſtabilita, ab his qui antea in eum arma induiſſent nunc exuenda, iam non ſubeſſe cauſam alendi belli, & qui vltra protraxerint, ambitus apud bonos omnes conſcios iri, ſibi vni deuotos reſtituendi ſacris ius, caput eſſe Eccleſiæ ſummumque iudicem, nec fas vlli mortalium deuouere eum aut auerſari, quem iudicio ſuo probaſſet. Denique S. Pontifex ad fidem & obſequium regionatim miſſis epiſtolis, fœderatos concitat.

Mercolius ſum. Pont. monenti vt Regi ſit obſequens non audit.

Mercolius vero fidens rebus ſecundis præſidiiſque, quæ valida & conſtanti fide in Armorica habebat, Rom. Pontifici obſurdeſcit, nedum ille contentus antiquis Armoricæ finib. late euagatus, Andegauis Cœnomaniſq; annonam & tributum duriter imperabat, ita vt longius excurſionib. factis Vindocini & Dunenſes à latrociniis inducias precio mercati coacti ſint.

Prædantur Mercolii equeſtres turmæ longiſſime à ſuis ſtationibus.

Caſtrum arte & ſitu munitiſſimum, vt ab etymo liquet, *Rupifortium*, in Andinis pene ſuburbiis & *Creanum* occupabat, non ſolum pontificiis monitis, ſed gentilium atq; etiam Lodoicæ Lotharingiæ ſorori viduæ Henrici III. nihil prorſus audiens, hac contumacia publice teſtatus, priuato ſtudio & cupiditate ſtare in armis, cum religioni abunde eſſet cautum, vel arbitro illo, qui eius caput eſſet & ſummum columen.

Rochefort. Craon. Res Armorica.

Ergo in ſola Armorica & confinibus, quod aliis regionibus defecerat bellum, acerbius recrudeſcit, tanto efferatius damnoſiuſque, quod Rex obſidione Feræ, & reciperatione Vermanduorum & Morinorum anxie occuparetur, illicque coercitus, Armoricæ priuatis ærumnis mederi, ad præſens neque opportune poterat.

Obitus & Elogium Blaſii Viginerii.

Blaſius Viginierius, ex Boiorum nobili familia ortus, hoc anno vltimam ſortem mortalium expertus eſt, vir noſtratis linguæ & facundiæ inſtaurator, qui ex puluere & ſitu veterum Celtarum aurum legens, obſoleta verba luci & viſui reddidit, nauſeanteſque ad inſolentiam, qua inualuit authoritate, pati leges ſuas coegit, vt cæteros omittam, Liuium ex Latio tam opportune in Galliam acciuit,

vt gentis

vt gentis noſtræ eum non pudeat, & quantam à Romanis Patauinus promeruit gloriam, tantam Boius Vignierius, à Celtis promeruit. 1596.

Hoc anno noui Pontis ſtructura tandiu intermiſſa bello ciuili redintegrati, pilis ab Henr. III. aqua altius poſitis erectiſque fornices imponi & concamerari cœperunt, opus ſi quod aliud in vrbe neceſſarium, quo pars vrbis flumine ſecta, alterutrinque longe diſiuncta, compendiario ſtrictoq; traiectu coniungitur, viarum diuortia vitantur, & qui vnus eſt rhedarum patiens pons virgineus, quadrigariis euectionibus ſarcinisq; ſubleuabitur.

Ciues priuatim opus publicum æmulari domos ſuas reficiunt, ita vt propediem poſito ſenio & ſquallore, vrbs pene altera nitebit & iuueneſcet: Rex itidem ambulacrum Luparæ attiguum, quod ad ſuburbanum palatium opere concamerato ducet, aggreſſus eſt, iam alta porticu hiſq; litterata notis: HENRICVS IV GALLO. ET NAVAR. REX CHRISTIAN. PORTICVM HANC, A CAROL. IX. ALTA OLIM PACE CÆPTAM, INTER GRAVES BELLORVM CIVILIVM ÆSTVS FELICITER ABSOLVIT ANNO SALVT. CIↃ IↃXCVI. REG. VII.

Res in prouincia Prouincia.

In Phocenſi prouincia, res vt plurimum turbidæ, diſſidiis priuatiſq; odiis imperitantium, illius præfectura vicariatuq; regio donatur Dux Guiſius recẽs ad obſequium, quod illi ſummæ gloriæ, Regiſq; & prouincialium commodo contigit.

Præfectura huius Prouinciæ donatur à Rege Guiſius.

Dux Allobrogum, in ipſo æſtu belli, ab illis cæco amore mutandi dominatus accitus, Berram, & maritima aliquot caſtra & oppida velut ſui viatici pignus occupabat: Eſpernonius cauſſabatur aduerſus Guiſium, prius hac præfectura ab Henrico III. donatum, & hac ſpecie multas virtute Valetii fratris receptas vrbes tuebatur, Aquenſis Metropolis, Comes Carcius, aliique ex fœderatis potentiſſimi, non ita pridem dedititii, Eſpernonii imperium aſpere & indignanter ferebãt, ita efflictim vt in eum coniurati omnes magis de inſidiis & illius exitio quam de obſequio cogitarent, vt ex euentu proditum.

Dominus Valetius fortiſſimus bellator in obſidione rupis Brunia occiditur.

Ille enim poſt exceſſum Fratris (qui ſclopo lethaliter traiectus occubuit in obſidione Rupis Bruniæ) inſignibus numeroſiſque copiis Phocenſem prouinciam appetit, Montoroſium validiſſimo præſidio propugnatum expugnat, iniqua conditione vt de oppidanis ſtatuendi liberum ſibi eſſet arbitrium.

Eſpernonius Montoroſiũ expugnat & Antipolim.

Primis illis auſpiciis fauentis Bellonæ, tota regione metuendus, nobiles qui pro partibus regis ſtabant, Brugnolii conuocat, eorumque facta coitione cũ ſuis Vaſconicis copiis Antipolim obſidet, & Allobrogico præſidio firmatam expugnat.

Obſidet Aquenſem Vrbem Eſpernonius.

Aquas Sextias, indigenarum tacitis conſiliis & artibus recipere moliebantur, ſed re detecta proditores capite plectuntur, vt dolos ex voto non cecidiſſe videt Eſpernonius, iam non arte ſed marte, vrbem premendam putat, obſidione cingit, dumque diuturnius protrahitur, vt fame & rerum inedia ad deditionem cogat, arcem ad portas munitiſſimam turr[illegible] ultuario opere ædificat: Aquenſes nõ ferentes tam vicinam ſeruitutem, ab opere foſſores & artifices eruptionib. machinis ſclopiſque prohibent, memorabili eiaculatione qua in carbaſeis tentoriis

Digitized by Google

1596. toriis Eſpernonio aſſidente, ſex ex delectu ſuorum nobilium toto corpore diſrupti necantur: illo ſaluo & illæſo, vultum & veſtes tantum fœdatus eliſi cerebri minutiis, ſanguine & fragmentis cadauerum, pro exanimi creditus eſt Eſpernonius, vt re vera non longe à morte abſuit, quæ inter eam ſtragem aſſidentium vni vi arcana numinis pepercit, tam certo rumore, vt re ad cõiugem perlata acerbitate doloris expirauerit, qui tam alte pectori ſemel conceptus inſedit, vt nullo alio prior falſus, nec priuata ſcriptione mariti eradi potuerit.

Stupenda machina iaculatio.

Eſpernonij vxor audito vel falſo rumore eum mortuũ interiit.

Aquenſes implacabiliter auerſati imperium Eſpernonij, vt vicina arce ſe liberarent, Deſdiguerium in auxilium vocant, adeſt ille & dicto ocyus minax vrbi & libertati propugnaculum euertitur.

Deſdiguerius Aquenſibus auxiliator adeſt.

Eſpernonius nihil fractus deiectione arcis, nouas anguſtias & molimina parat Aquenſibus, qui illius in caput iurant, latenti exitio, & propter inſolentiam facinoris memorabili.

Brugnoles.

In Eſpernonium nouũ exitium.

Machinamẽtum ſceleſtũ & inſidioſiſſimum ſi aliud vnquã fuit.

Brugnolii agebat Eſpernonius, molitor quidem inſidiarum neſcius, mulo ſarcinario pro trito farre ingentem ſaccum, puluere catapultario plenum in hoſpitium deuehit, reponitque cænaculo quod ſubiacebat cameræ Eſpernonii: ille ratus eſſe triticum, vt de more, panifici modio metiretur, dum reſoluit funes, quę latebat machina ferrea tritura ſilicis, ſcintillas excitat in puluerem, qui concepto igne tanta vi fragore & ſtrepitu intonuit ſæuiitq; vt dirutæ ædes funditus, ac conuulſum ſit tabulatum, vno Eſpernonio incolumi redacto in angulum qui ex chaſmate ſupeſfuit.

Vt autem prouincia cederet fineretque Guiſium vicarium Regis agere, per Freſneium à ſacris iuſſionibus annuenſem monetur, ęgre morem gerit quod fraterna virtute ſuiſq; armis victas vrbes domitamq; gentem, Guiſio recens miſſo, dedi non æquum ſit; eas eſſe belli leges vt victori manubiæ exuuiæque victorum maneant, ſi auferantur ingratam eſſe militiam, quam deinceps fortiſſimi merito detrectarint, quibus vulnera & ſtigmata maneant in trunco corpore, trophea, & res partæ ſint apud tyrones & nouellos: paræmiam Gallicam hinc opportune ſumi, *non gaudere fructu aucupii, qui aues dumetis excutiunt, quique feras agunt in retia, ſed qui otioſus, aucupii & venationis prædam auſert.* Guiſius vero nec indiligens nec inermis & imparatus præfecturam adijt, tanto cautior in præſidiis, quod ibi gentium omnia diffitis animis factionibuſque turbari audiebat.

Præcoci ſapientia, maturiuſque annis fœliciter rem aggreſſus eſt, fœliciuſque peregit: mirum forte poſteris videbitur, Guiſium patre quem nulla ætas tacebit, genitum nuper deditiium à Deſdiguierio in præfectura ſtabilienda inſigniter adiutum.

Illi ſe adiunxere comes Carcius, Marchio Orationis, & ex nobilibus primarii, tum veteri fama & obſeruantia Guiſiaci nominis, tum odio Eſpernonii. Ciſteronium obſequii exemplum dedit, Regium æmulatur; Metropolim Aquenſem vt adiit Guiſius, cogit Senatum, & de liberanda Maſſilia à tyrannide Hiſpanica, cum profugis ab vrbe, tacita init conſilia, num mente & arte vtilius ſit, quam manu & Marte rem periclitari, placuit in re dubia caſibus conſilia accommodari. Forti-

Ries.

Conſilia de Maſſilia recipienda.

ri. Fortiter & callide agendum, vt ſe daret occaſio. Maſſilia Francici regni clauſtrum eſt maritimum, quæ Italiam, Siciliam, Mauritaniam reſpicit, ab omni æuo populoſa & pugnax tenaxque libertatis ſuæ, adeo vt Iulius domitor noſtrarum gentium, cum Maſſilienſibus de ſumma fortuna Romani nominis ancipiti exitu certauerit. 1596.

At oſtento ſimile erit poſteris, audire Maſſiliam pugnacem inuictam neſciamque cedere Iulio Cæſari, duobus gregariis, fungorum more, & inſtar Cadmeorum militum ex gleba repente exortis ceſſiſſe: hi ſunt, nequitia magis quam alio nomine memorabiles, Ludouicus Aquenſis vicarius vrbis, vulgo *Viguier*, & Carolus Caſallus primus Ædilis, duumuiri illi conſortes dominationis in quinquennium prorogata ſibi dictatura, tantum ſibi perditorum hominum, clientũ, ambactorum, virium & opum, ex tyrannide & latrociniis acciuerant, vt diuulſam ab imperio Gallico Maſſiliam pluris licitanti addicere cogitarent, intus & foris duo illi Catilinæ imperabant, turres ſeu propugnacula ſancti Ioannis, Virginis quæ de cuſtodia dicitur, & ſuburbanum Diui Victoris occupabant, in acta & littore nouam arcem non modo ad recipiendas depellendaſq; triremes & naues conſtruxerant, ſed quæ editiori loco poſita vrbi decliui imperaret. Stabant ſemper ad motum & omnẽ auram expeditæ illis in littore duę triremes, in quas æmulos aduerſanteſque ſibi, ad ſubitum tumultum, ad vincula & compedes remigum deducturos minabantur, quibus illi ſi quando rebus deſperatis vrgerentur, pelago ſe committerent: præibant in publicum progredientibus quinquaginta catapultarii mercede conducti, minaces in vulgus lichno ardenti, ſubſequebantur equeſtres turmæ domeſticum & quotidianum ſatellitium vtriuſque nebulonis, qui vitio temporum tanta auſi ſunt.

Duo oppreſſores Maſſilienſium Ludou. Aquenſis & Carol Caſallus.

Aquenſis & Caſalli præſidia ad ſuã Tyrannidẽ.

Progreſſus in publicũ præeunte ſatellitio.

At diffidentes rebus ſuis patriam gentilitiamque vrbem Hiſpano venalem habuerant, accito in portum Carolo Doria Genuenſi maris Liguſtici Archithalaſſo cum ſeptem triremibus, Italo & Hiſpano milite remigibus omniq; apparatu bellico egregie munitis. Maſſilia, cum tribus partib. mari alluatur, toti illi tractui Doria foris imperitabat, intus duo illi cum affinibus & ſatellitio tam metuẽdo, vt contra hiſcere nulli impune eſſet: Guiſius, (quod olim Cæſar de ipſa Maſſilia præuidit) quę longam & difficilem haberet oppugnationem, loci natura & altiſſima valle munita, ab ea non eſſe incipiendum ratus, proxima oppida, Graſſam, Draguignanum, Hieram, ſanctum Eutropium, dedentibus ſe non anxie oppidanis occupat, exinde Gardiam oppidum quod validiſſimo præſidio Eſpernonii tenebatur obſidione cingit, dum ibi caſtra habet, vrgetq; opus monetur eſſe centurionem vrbanum Maſſiliæ, cui portæ regalis ceſſerat cuſtodia, nomine Libertam, qui de libertate vrbi reſtituenda, exigendiſq; tyrannis cum conſciis aliquot gentilibus amiciſque tacite iniiſſet conſilium, porta illa quos quantoſque velit Guiſius admiſſurum, audit ille percupide, ſed ancipiti animo nutat veritus quod plerumque fit ad ſe ſuoſq; intercipiendos militarem eſſe aſtum. Dum ita hæret dubius, fit certior à Bernardo qui pro fœderatis olim acerrimus, iuridici ſupremum munus obibat, quiq; depoſito veterno cum Rege tacita conſilia inibat nullis pollicitationibus, præmiorumque incredibili magnitudine Tribu-

Præoccupat Guiſius finitima oppida Maſſiliæ.

Propoſitum de recipiẽda Maſſilia.

1596. nitios illos Cethegos, ad ſanitatem reduci potuiſſe, exuiſſe penitus mentem gallicam, abdicaſſe patriam, agnatos & gentiles, qui lenib. pharmacis curari nolint, ferro & igne eſſe tollendos. *Liberta* molimina ſine fraude, hominem eſſe à quo vno nominis omen & memorabile facinus expectari poſſit, ſi foris opportune iuuetur Maſſiliam tyrannide liberaturum.

Guiſius vt rem ſerio & ſine noxa tractari videt, hinc inde fide data vrbi recipiendæ diem XIII. CALEN. mart. præſtituit, egreſſuſque caſtris Gardiæ Maſſiliã ex improuiſo appetit. *Caſalus & Aquenſis* tanto ſecutius liberiuſque ab omni metu agebant, quod non niſi expugnata Gardia principem excelſi animi caſtris diſceſſurum crederent, ſed ille, quod aiunt, muſcam reliquit, vt Aquilam aucuparetur, muſculum vt ingentem Cetum expiſcaretur. 16. Februarij, Albibagno ſerotinus & inexpectatus adeſt, nocte quæ nimboſa & Auſtris perflantib. ſonora fuit quãtumuis repugnante Cœlo, tenebriſque iter inuidentibus equeſtres turmas propius Maſſiliæ ſuccedere iubet. *Liberta* dubius ne tempeſtate noctis Guiſius ſerior, nec opportune & vt pactum erat ſub crepuſculum cum portæ recluduntur adeſſet, ſpeculatorem emittit ad explorandum, qui cum in vigilias & ſtatiua Guiſij incidiſſet, re omni perſpecta regreditur, iubetq; *Libertam* bono eſſe animo, quod ſui auxiliatores in proximo eſſent. *Aquenſis & Caſalus* de more habebant, orta luce, porta regali extra pomerium egredi. *Libertæ* erat animus, egreſſis portã occludere vt illi foris eiecti, à Guiſianis non longe excubantibus mactarentur, duobus illis ſublatis vrbis reciperationem non multum arduam fore.

Aubagne.

Ex conſuetudine prior ſe dat foras *Aquenſis*, quem Franciſcanus forte ex ſuburbano cœnobio vrbem adueniens admonet ad tertium ab vrbe lapidem nonnullos eſſe equites, quos hoſtes ſuſpicaretur, dicto ocyus *Aquenſis* illuc feruidus ad exitium cum viginti ſclopetariis præceps feſtinat, è veſtigio *Liberta* ſublicium pontem erigit, vt ſe *Aquenſis* foras ejectum videt, & in eum Guiſianos laxis habenis effundi; ad ſuos qui in pinnis ſpeculiſque murorum ſtabant, ſe proditum inclamat, iubetq; vt glandibus hoſtem inſequentẽ depellant, nec mora tanta grandine impetunt, vt *Aquenſis* cum ſuis ad eam partem vrbis quæ mari alluitur, dilapſus, ſcapha in vrbem redierit, Guiſiani præcluſa illa porta qua aditum à *Libertæ* ſibi ſpondebãt, quod ante veriti erant meram eſſe fallaciam, & ad ſuum exitium paratas inſidias credunt: Libertæ tamen alia mens qui eiecto foras *Aquenſi*, *Caſalum* ſtricto mucrone medium traiicit, hac voce morituro inſultãs: *Sceleſtiſſime proditor, patriam vrbemque Hiſpano auctionanti tradere molitus es, ſed te occiſo infectum ſcelus efficiam.*

Aquenſis vrbe inique excluſus

Liberta Caſalũ gladio tranſadigit exprobrata proditione patria.

Caſalus vagina enſem diripit, ſed *Liberta* geminato vulnere, Bartholomeo fratre longa cuſpide ruſſus medium fodiente, *Caſalus* mortuus ſternitur, ex ſatellitio omnib. dilapſis quatuor fidentiores ſclopetarii diſploſis catapultis *Libertam* opprimere, & Anteſignanum vlciſci conantur, vſtulatus thorax *Libertæ*, ab igneſcẽti puluere, glandibus in auras innoxie dilabentibus, ille cum agnatis gentilitiiſque omnes fugat, & viciniam omnem in partes regias pellicit, emittitque poſtico qui Guiſium de fœlicibus initiis admoneat, *Aquenſis* in vrbem regreſſus, gentiles ambactos ſuoſq; ſtipatores cogit.

Summũ periculum Libertæ è Caſali ſatellitibus.

Fabius

Digitized by Google

Fabius Caſalus interempti filius dat ſe ſocium, omnes illi in *Libertam* ſuoſque irrumpunt, vt porta deturbarent, ſed iam recluſa Guiſianis ſuccedentibus, numero & virib. impares loco cedunt, Aquenſis & Fabius, vt res ſuas in ſummam deſperationem adductas vident, egreſſi vrbe ad triremes fugiunt vt ſuburbanis propugnaculis proſpicerent. Inualeſcente Guiſianorum numero, tota vrbe inclamatur *Viuat Rex*: Princeps d' Auria rei nouitate perculſus vt regio milite fultam firmatamq; vrbem Guiſiumque ad naualia ingenti agmine armatorum progredi audit, tumultuario nec commilitonibus ad triremes conuocatis anchoras ſolui, rudentes ſecari, remis altum peti iubet, vix fugienti ſatis latum pelagus adeo turbatis animis conuaſauit, ex Hiſpanis plurimi qui diſpalati & ſparſi, propter ſubitum & inopinatum digreſſum triremium, cũ ſalo ſalutem quærere ſibi haud potuerint, ſolo intercepti mactantur, armamenta, caſtrenſes exuuiæ, & ditiſſima ſpolia Hiſpanorum in prædam venere, Aquenſis & Caſali domus expilatæ, ſuarum triremium remiges ruptis compedib. & cathenis ſeſe in libertatem vendicant: propugnaculum quod velut frenum populo coërcendo vrbique priuato imperio opprimendæ poſuerant, à plebe vel ipſo die dominico funditus euertitur, ſic ira nec moras nec ferias vbi iuſta eſt admittit, euellendæ enim tyrannidi omnis opportuna dies digna faſtis & calendario. 1596.

Fuga Aquenſis & ſuorum ad Hiſpanas triremes.

D' Auria derepente & tumultuario in altũ profugit.

Porta regali liberatori patria Liberta hoc poſitũ elogium: Hic cecidit iuſtis.

Habita ſolemnis & publica ſupplicatio, qua numini pro recepta vrbe gratiæ referantur. Aquenſis reb. deploratis in ſuburbanum D. Victoris, Fabius in diuæ Virginis propugnaculum quod de cuſtodia dicitur profugerant, ſed conſcientia ſcelerum, Guiſij rebus ſecundis, Hiſpanorum fuga, tam aduerſa rerum commutatione teniti pelago ſe credunt; mitius rati naufragium quam crucem vel acerbius ſupplicium, Genuamq; ſe recipiunt. Guiſius tanta celeritate & fœlicitate omnia iſta cõfecit, vt de ſe merito Cæſareum illud fari potuerit, *veni, vidi, vici*, gloriæ & fœlicitati acceſſit, vt paulo poſt bis initio prælio cum Eſpernonianis, victor extiterit & ex hinc longe lateq; campis patentib. ſine æmulo dominaretur. Eſpernonius tamen non omnino peſſundatis rebus ſuis, ſparſim oppida caſtella & propugnacula ſummo præſidio occupabat, bello inteſtino hoc obducto velo, potiori iure prouincialem præfecturam ſibi deberi, quamuis nouæ factioni proximum eſſet pugnare inter ſe regios vnde non leuior oppidis agriſq; clades & vaſtitas, quam ſi cum Hiſpanis res fuiſſet.

Liberta Caſalus armis, redditur vrbs Regi Libertas redditur vrbi.

Rupelaureus ex aulicis primoribus rurſus mittitur, quo monitore Eſpernonius prouincia ceſſit & Guiſio in poſterum paccate & ſine æmulo regendam reliquit.

Menſe Aprili princeps Condæus ſeptennis ex oppido Angeriaco in Xantonibus, cum Carlota Tremolia matre Lutetiam accerſitur, regius ille ſurculus ſollertiſſimis agricolis expoliendus datur, in fano Germani ritib. Catholicis, Ioan. Fillefaco Theologo, & P. Fabro bonis diſciplinis imbuendus, vere fabro, qui opere nomen adæquauit, quo nullus ad perpolienda ingenia cote bonarum artiũ in vniuerſa claſſe eruditorum ex reliquiis melioris æui eruditior & manſuetior inueniri potuit, ab acerrimi iudicij Rege qui in re qualibet nouit ſeligere optimos quoſq;, apud quem magna eſt differentia artificum.

Cõdeus princeps Lutetiã adducitur.

1596. Puer vero tantillum aversæ religioni aſſueverat, inſtitutoribus bonæ indolis princeps plurimum ſe facilem & credulum præbuit, vt celerrime elementa fidei perdidicerit paulo poſt in Senatu primus Francici ſanguinis hæres, quandiu Rex ſine prole eſſet, publicatur, ſui famulitii contubernalibus indultum, vt elogiis immunitatibuſque fruerentur, quibus regiorum liberorum famulitium frui ſolet: Novatores acerbiſſima expoſtulatione conqueſti ſunt, Chriſto & veræ pietati ſibiq; avulſum alumnum ſuum, vim factam libertati Chriſtianæ ab vbere religionis caſtigatæ lac ſuxiſſe, illo fæliciter in ſeptennium adoleuiſſe, tam illis acerbum illo ſurculo liliorum fraudari, quam colonis & olitoribus, ſi quis plantã inſitam, irrigatam, & impenſe à primo germine excultam abſtulerit, Quiritantibus reſpondet, ſcripto apologetico Florimundus Remundus Senator Burdegalenſis, poſteriſq; notum fecit, quanto beneficio Henricus IIII. regnum devinciat & firma pace ſtabiliat, qui principem tenellũ, & gentilitium, avita religione inſtituendum, tam ſedulo curet. Guilliel. Vairus Aquenſis Senat. princeps, Maſſilienſes quaſi neophytos ad Regis obſequium, odiumque inteſtinæ & Hiſpanicæ factionis, luculentiſſima concione palam cohortatus eſt, quam impari facundia, integra tamen fide, pene ad verbum æmulati conatus ſum.

Concio Guille. Vairii. principis Aquenſ. Senatus ad Maſſilienſes.

Vix O Maſſilienſes, oratione poſſum complecti & exprimere, quæ mihi vrbem veſtram appellenti in animum inciderint, vt enim recordatio exhauſti & declinati ſummi diſcriminis, renovatur aſpectu eorum, qui periculis eluctandis ſuperiores evaſere, illico mihi ante oculos in quod vos præcipites dederatis exitium propoſui, vtq; ego conſpexi emporium portumq;, qui curuo ambitu pene veſtram vrbem cingit, quo mercium & opum exoticarum ſumma vbertas & vis influit, Hiſpanas triremes carbaſis veliſque cruces rubeas ſua inſignia explicantibus, ipſoſq; Iberos tota acta, aciem & agmina ſua ordinantes, vt libertatẽ opeſq; veſtras ſibi ſubiiceret, adhuc intueri & ad hæc Iberica obſtupeſcere animo concipiebam: hac mente voluens ſæpius, in has voces erumpebam: Heu quantulum à ſumma clade, hæc inclita & dives civitas abfuit, quin hic Galliæ alter oculus pene excæcatus ſit, & vix cives ſui iugum Ibericum à cervicibus depulerunt, mirum quin vincti à patrio ſolo & cælo avulſi, in Indicas ſolitudines ad reparandas vaſtitates Hiſpanorum ſeu mancipia exportati ſint Maſſilienſes, familia, coniuges, liberi, opes à direptione & feritate Bætica non multum abfuerunt.

At feralem iſtam cogitationem metumq; diſcuſſit, recordatio lucis huius fauſtæ & iucundæ, quæ numinis gratia & ſingulari eius beneficio nitidius fulget, quam ipſa Solis lampade, quæ ſub Henrici IV. fælicib. auſpiciis Galliæ genio, Liberta & libertatis fauſto nomine Maſſilia Regi & regno reſtituta, externa ſervitute erepta eſt.

Illa cogitatione recreatus, facile prioris ominoſa & feralis mæſtitiam depoſui, ſummaque lætitia ſum affectus, cum vos certatim effuſi per compita, voce, vultibus, omnique motu publice ſignificaſtis, quantam gaudii vobis eſſet, ex transmiſſo ad vos ſupremo iuris dicundi tribunali, quod Franciæ coronæ flos eſt ſelectiſſimus.

At me tandem maiorib ſolutum vna cura anxium habuit, voluentem rerum humanarum vices inconſtantiam & vertiginem, ſubiitq; recordatio hiſtorici ex veterum claſſe accuratiſſimi, qui non immerito obſtupeſcit & demiratur, ſtolida & ſocordia queq; animantia, pedicis laqueis & retib. ſemel dilapſa, vel illicib. medicatiſque illecebris non iterum ineſcari denuo nec impingere & relabi.

At mortales

1596.

At mortales ipſos quantumuis explorata ſagacitate, toties in ea quibus erepti ſint pericula deinceps vltro ſe dedere, dummodo præteritis malis noua ſpecies colorue [illegible] ; res profecto ſtupenda vt ipſa experientia (qua acerba & dura eſt magiſtra vitæ) in poſterum non ſint cautiores : metus ille, & qui meus eſt propenſus amor in ſalutem veſtram, Maſſilienſes, non parum animum perturbauit, ne aliquando eadem nec ſors melior in ipſa vos quibus diſcrimina reiiceret anxius apud me cogitans, ſi quando talia ingruerent qui poſſent deuitari.

At poſtquam totus in eam cogitationem incubui, nihil mihi ad perennitatem incolumitatis veſtra viſum eſt conducibilius, quam ſi regia mandata vobis exponerem, ratus ego iubentis poteſtatem conſiliorum vim ſaluberrimam, diuturna quietis inconcuſſum eſſe fulcrum.

At qua me exponente ſuadet, non ad ſua priuata commoda nec ad regia celſitudinis altius tollendum, faſtigium, ſed ad ſecuritatem & quietem vrbis multo tenacius ſtabiliendam.

Non illi edictis, quamquam in are tenui rebuſque ſuis in arcto laborantibus vobis pecuniam imperat, ſed veſtra quieti & fœlicitati proſpicit.

Quod vobis indicit vectigal vnũ eſt, vt beati eße velitis, ab eo ad vos orator adſum, vt inter vos amor mutuus, ciuica concordia & animorum beneuola conſpiratio, me auſpice concilietur & adglutinetur.

Hac eſt non fallax teſſera, non fictum ſymbolum Chriſtianorum, fruſtra ſe hoc nomine iactet, qui concordia & beneuolentia in ſuos indigenas non ſit ſeptus. hac virtute exoratur numen, & fit mortalibus propitium, quo placato bonorum omnium vbertas in eos defluit.

Concordia opum eſt illex, conciliatrix & nutrix, neruus & vinculum ciuitatum, eaq; cathena hiſq; compedibus fœlicitas in vrbe veſtra vel inuita quaſi vincta contineri poteſt: Contra vero animorum diuulſio inter ciues praſens & peſtiferum venenum ciuitatum; qua genius ſocietatis publica longe depellitur.

Quemadmodum enim qui vegetum & probe animatum corpus ferro medium & membratim ſecuerit, laniati ſic corporis membra exanguia tabeſcunt; haud aliter auerſio animorum compagem integram ciuitatis, non ſolum diſſoluit, ſed familias & ſodalitates priuatim labefactat & diſcindit, hinc (O Maßilienſes !) quanto magis vos patria & liberorum cura tangit, domeſtica ſeditionis venenum fugite, alenda ſemina propellite, conſilia qua veterem inſaniam regerunt procul auertite, non me latet plurimos, recordatione tenaci & indelebili infœlicium temporum accepta cladis & damni agre obliuiſci.

Quod ſi res humana à votis & exoptationibus penderent, hac tam luctuoſa & feralia nunquam contigiſſe, quis non efflictim optauerit ſed cum ea infecta eſſe nequeant, vnum eſt malorum leuamentum oblinio vel ſaltem ſilentium, collirium eſt & vna medela, quam ſapientiſſimi hominum animis, in ciuitate vel regno ciuili factione exaſperatis adhibuerunt; vetuſtatis non pauca exempla relicta ſunt poſteris, quibus ſapere diſcant qua ſciens pratermitto: At quoniam ea qua nuper vos rerum tempeſtas exagitauit, Athenienſium ciuilibus procellis proxime accedit, cum triginta tyranni Atticam Rempublicam inuaſerunt, vt plurimum rogo vos eſſe memores exitiorum, qui in anarchia ſumma perpeſſi ſint, qua tandem arte & conſilio ex tam diris calamitatibus erepti, trucidatis tyrannis Thraſibulo ciue optimo clauum moderante, pene à [illegible] naufragio in portum redierint: Bonos ciues à Tyrannis, & ab inſaniente cum illis populo proſcriptos ciuitati reddiderunt. Vbi extorres illi reuocati ſunt, reſtituti penatibus, coaluerũtq;

Digitized by Google

1596. *in vnam gentem. ecce ſæuior peſtis tyranniſque exitialior exacta, inter eos erupit ac recrudeſcit. Illi direptam ſuppellectilem, expilata prædia, amiſſas opes repoſcebat, Iſte agnatos peremptos vlciſci, Ille alia damna & iniurias vindicare parabat; denique Athenæ tunc non Attica ſed inteſtinis litibus tota fremebant, iamque peior rerum facies & ſtatus quam qui ſub Tyrannis fuerat imminebat, cum monitore Thraſibulo, in cætum coacti iureiurando liberatori conciui ſe addixerunt, in eam ſententiam ituros omnes, quæ publicæ quieti conducibilior videretur.*

In his comitiis quid decretum, hoc vnum vt ſempiterna obliuione odia, iniuriæ, contumeliæ, damna & quæcumque animos hominum exaſperant delerentur. Lex vna hæc ſemel lata & ſeruata ſuprema ſalus fuit & alexipharmacum populi & vrbis. lex inquam poſteris ad imitandum propoſita, quæ nūquam ſine elogio ab hiſtoricis memoratur, vt quæ imperiis regniſque in ciuili inſania, aduerſus ſeditionem mortiferum venenum ciuitatum, antidotum præſens fuerit.

Quod ſi arbitris peritis phyſicæ ſpeculationis & artis medicæ, quæ domeſtica ſunt & ingenita remedia magis iuuant, quam quæ exotica & nata ſolo peregino, Athenienſium vetus illa lex, vobis tanto ad ſalutem opportunior, quod conditores proauoſque veſtros Atticos iactatis, illos ſapientiæ ſummos Antiſtites, pacis & concordiæ authores habetis, quibus priſca vrbis veſtræ vbertas & gloria illico refloreſcet.

Illis monitoribus inteſtina odia, acerbitates & vlciſcendi atrox deſiderium deponite. Quod ſi auito exemplo Græcorum parum mouemini, id ipſum qui mortalibus eſt cōmunis ſenſus & quæ popularis ratio ſuadet: At quæ vos tranſuerſos egit animorum diuulſio, non priuata nec Maſſilienſium fuit, non paucorum vaſania, non modo mentes hominum, ſed prouincias, vrbes, ciues, gentilitates, parentes, liberos, coniuges his intemperiis exagitauit, vt tunc pudoris, vrbanitatis obliti homines, humanitatem exuiſſe penitus viderentur, quis ea ſe ſorte & fœlicitate vixiſſe iactet, vt damni exors fuerit; ea ipſa tempeſtate quæ pene fulcris & cardinibus euulſis, labentem orbem ruina ſua inuoluebat? Non abſimile contigit, (ô ciues) quod ſolet intempeſta illuniq; nocte pugnantib. errore tenebrarum, qui amicus, qui ſocius, qui commilito percutitur, luget interemptum ipſe qui peremit.

Vis arcana eſt numinis, quæ homines tranſuerſos egit exuit, quæ omni ſenſu & ratione, vt inuicem vltores ſibi ſint, mutuoque ſibi dent pœnas, e xinde comitantibus patrati facinoris verecundia, dedecore & luctu perenni pro Nemeſi & vindicta.

At læſis hoc eſſe debet ſolatium & qui acriorem repoſcent, intus & apud ſe ipſi pœnas ſeueriores luent. Nemo enim veſtrum adeo vecors, aut rerum inſcius qui neſciat priuatorum fortunas, in publico ſtatu collocatas, cum ciuitate ciuibus commune eſſe exitium: Quis non videt Maſſiliam, domeſticis ſeditionibus ruituram? ſeditiones non aliunde naſci, quam ex recordatione anteactorum temporum & pruritu vltionis: Ancipitis autem eſt euentus multos in diſcrimen vocare, iniqua ſorte pares in vnum cogere, damno famæ & bonorum exaſperare, proſcriptionibus decretiſque capitalibus in eam deſperationem adducere, quod ſi vnquam pertimeſcendum id ipſum fuit, tunc profecto in hoc adhuc titubanti rerum veſtrarum ſtatu: Maſſilia ægro & affecto corpori non diſſimilis eſt cui recidere in morbum, immedicabile eſt & fatalis hora.

Num à littoribus veſtris tanquam è ſpecula proſpicitis exteros dietim vobis inſidiari, vel hoc vno implacabiliter efferatos quod ex eorum faucibus, vos ab illis tandiu expetita & prope iam capta præda erepti eſtis? domeſticas ſeditiones veſtras vnam illis ſupereſſe portam, quæ ad

vos

Digitized by Google

voſ denuo proſerpant irrumpantque ſibi relictam eſſe credunt: Num propria ſaluti adeo infe- 1596.
ſti eritis? vt dum plus nimio affectibus indulgetis, votorum compotes hoſtes veſtros facitis: Recordamini ſortis veſtræ, quam dura & ſeruilis erat ante menſem vndecimum, quanti vos illam quæ nunc fruimini libertatem emiſſetis? perpeſſio omnium iniuriarum leuior ſeruitute ipſa.

Quod ſi Deus præter omnium expectationem tamdiu ſub iugo oppreſſos libertati, extorres ciuitati eiectos pœnatibus reddidit, adeo ne vobis iniqui cæcutientesq; in priuatis rebus? vt quam ſeruator Deus ſuadet concordiæ, æquanimitati, incolumitati vrbis & domeſticæ ſaluti nihil tribuatis.

Quod ſi hæc omnia non ſatis valeant, vnico exemplo Regis omnium odiorum iniuriarumque obliuiſci vos oportet. Ille victor ouanſq; non modo perduellibus ignouit, ſed reſipiſcentes amplexibus, amore, honore præmiiſq; dignatus eſt, vt qui glorioſius tropheum credidit beneuolentia ſuorum ſeptum eſſe, quam ex victorum exuuiis famam extendiſſe: Indixit publico edicto iniuriarum omnium obliuionem ſeu legem tanquam neruum & compagem ciuilis ſocietatis, quæ organo concordiæ Reip. veſtræ corpus vniuerſum, membra & articulos illius comiter & manſuete componit.

Non ideo tamen flagitia inulta eſſe volumus, ea potiſſimum quæ vbique gentium fœde patrata coerceri æquum eſt, quæque tabulis edictalibus ob grauitatem minime pœnis ſubducta ſunt, vtq; iam peracta, & quæ ſimilia futura ſunt, vindicentur à nobis, apud vos iuris & æqui ſupremum tribunal conſtituimus, ita vt qui legum metu non poſſunt, acerbitate pœnarum coerceantur.

Inſuper ex mandato regio, vos priuatim monitos eſſe velim, vt eam moderationem, in ædilitate conceſſiſque vobis vrbanis immunitatibus adhibeatis, vt in poſterum ad ſalutem nõ vt olim ad perniciem vobis ſint. Eſt enim genus hominum perditorum, qui ex patria ciuiumque ſuorum excidio fortunas & opes ſibi conflare moliuntur, vulgo rudi & neſcio inſidiarum blandiuntur illuduntque lenocinio & blanda voce libertatis, plebs inconſulta deluſa faſcino nominis, nefariis auſis & molitionibus ſe ſociam præbet, quo legitimum imperium conuellant tanta veſania, vt ſtabilita tyrannide, omnium fortunis expilatis ſanguine & præda ſuorum aucti, vrbes venales auctionibus mercimoniiſq; hoſtium exponunt.

Ex illa face & ſentina Ludouicus Aquenſis & Caſalus fuere: At vos Maſſilienſis aduerſus hoc prædonum genus ſtate vigiles, præſtigiatores, aucupes ciuium, corruptoreſq; populorũ iſtos longe propellite, illi infecto & amarulento melle libertatis tyrannicam ſeruitutem obducunt, adeoq; hoc dulce venenum admiſcent temperantq;, vt ebibentib. vis mali non ſentiatur, morbũq; torpentem præſens & ſubitum fatum conſequitur. Inſtat magiſtratuum, Ædilium decurionũque vrbanorum delectus, quorum nominandorum penes Regem, (quod vt obſequentiſſimi ciues non abnuitis) ſupremum eſt arbitrium. At explorata fide veſtra in eumq; amore & obſequio, vobis creandorum ædilium liberum ius facit, ea lege vt comitiis ſuffragiiſq; interſim ſuaſor & inſpector, vt qui reb. publicis præficientur paci & cõcordiæ vrbis ſecuritati ex regis voto idonei ſint, indixitq; diſtricte ne quid aduerſum & præpoſterum contingeret omni ope eniterer, ideoq; vos quibus poteſtatem ſuffragiorum quibus vrnam ſortitionis liberam tribuit, ſi qua ſuperſunt odia animis ſemouete, vna ſit omnium conſpiratio, ſalus vrbis & Regis voluntas: efficite vt non niſi publicæ quietis amantes ædilitati admoueantur, qui probitatis ſpecimen dederint, qui domi frugi ſint, qui opibus & liberis fidem Reipublicæ inuiolatam oppignorent; delectos monitos

facite,

Digitized by Google

1596. facite, tandiu in præfectura manſuros quandiu Regi obſequentes fuerint, ſi ſecus fecerint vos illico abdicaturos.

Quod ſi liberos & beatos eſſe vultis, vobis animo immotum ſit nullam iucundiorem eſſe libertatem, quam ſub bono principe vitam agere: Is Rex in Imperio quod mens in corpore, ciuilem concordiam fouet & nexu ſuo colligat, legibus res humanas temperat & moderatur, mēbra viciſſim ſibi famulantia facit, vt concordia partium totum cohæreat. Ex illo vitales auras ſubditi hauriunt, ſuoque in principes obſequio numinis gratiam promerentur, hinc Paulus Apoſtolus cum populis obſequium principum ſuadet, adiicit tanquam ſpem præmii vt feliciter & paccate viuant.

Quaſi innuat ſummum bonum populorum pendere ab obſequio; exitium, à proteruitate ferocientium & contemptu imperii; violato enim ſemel obſequio, pax, quies & concordia illico diffugiunt, omniſque compages in fruſta & lacinias diſſoluitur, tranquilli ferocientibus ſeruiunt, boni à malis diripiunt.

Quod ſi quantuliſcunque principibus obſequium debetur, quam profecto æquius Regi Chriſtianiſſ. cuius imperium tot Cœli prærogatiuis numen beauit, quod auito iure & ſerie gentis ad æterni regiminis formam compoſitum videtur. Si indigenæ omnes obſequio addicti ſunt, potiſſimum Regi qui nunc rerum potitur, tot virtutibus, elogiiſque inclito debetur. Liquido patet cœlitus datum, vt collapſum regnum inſtauraret, Ille toties ſanguine fuſo omnibuſque vitæ periculis ærumniſque publicam quietem firmauit; ſingulos vitæ dies præliis æquauit, quoties pugnauit, toties vicit, ignouitque victis, totque victoriarum vnus eſt fructus, vt victos beatos fecerit, adeo vt pro illis verius quam contra eos pugnauerit; ita vt quæ illi ingenita eſt comitas & clementia cæteris virtutibus ſuis victoriam præripuerit. Omnes illius curæ & cogitationes ſpectant, vt populorum quietem quandiu imperabit, fulciat, (hoc enim ſatis illi ſpondet vis inuicta animi,) Sed venturis ſæculis proſpicit: ea mente Condeum principem nepotem propius ſibi admouit, vt orthodoxo ritu probe & Chriſtiane erudiendum, quaſi in ſinu ſuo videat, donec Regi proles omnium cupita votis exoriatur, quod ſi defuerit, in poſterum de legitimo hærede Regni nemo ſit dubius, vt qui nouis rebus ſtudent ſerendi fouendique bellum inteſtinum omnis anſa præripiatur. Ille ordines regni coegit, vt ſummorum procerum ſententiis rem & diſciplinā militarē inſtauret, qua reſtituta ſine damno & offenſa vulgi, hoſtium extraneorum ambitum & vires retundere, boniſque legibus & decretis quietem publicam ſtabilire valeat.

At quamuis hac cura diffuſe in omnes partes regni proſpiciat, nihilominus ſponſor vobis ſum, priuatim & cupidius Maſſiliæ ſaluti, quam alterius cuiuſcunque vrbis ſaluti incumbere, doletq; illi plurimum, quod longe alibi in finibus Morinorum, quos veteres vltimos hominum dixere quaſi vinctus diſtineatur, præpeditus teſtari verbo quod eius vice vobis ſpondeo: ſi repente corpore hæc loca peruagari poſſet, quæ mens ſua volucri cogitatione complectitur, vobis nunc & ſæpius frequens adeſſet; ſed humana ſors & negotiorum moles id non ferunt, cogiturq; æmulari Solem, qui cælo fixus, quo nequit deſcendere radios immittit; ideo tranſmiſit apud vos ſymbolum Solis, ſupremam iuris dicundi præfecturam, hoc eſt, celſitudinis ſuæ exquiſitiſſimam particulam, toties à vobis exoptatam concredidit.

Veſtrarum eſt partium (ô ciues) hanc ſuſpicere & venerari, quo eius fructum promereri valeatis, nempe vt alta pace compoſita, opes, coniuges, liberi & quæ cætera ſunt vitæ humanæ pignora, iam veſtra, nec vt olim, alienæ ſint poteſtatis & arbitrii, vt tandem vis iniqua quæ infirmos premere ac peſſundare aſſueuerat, victa & conculta vim iuſtam patiatur, &

Maſſilia

Digitized by Google

Maſſilia legum Aegide tuta, ſolito clarior opulentiorque refloreſcat. At nos togati iuridici, eam fidem operamq́, quam à nobis vos expectare æquum eſt adhibebimus, nempe animorum candorem, veſtræ quietis ſedulitatem, robur & conſtantiam: in præclara illa publica ſecuritatis cõſpiratione ſocium & auxiliatorem nobis ſpondemus, auitæ fortitudinis inclitum principem Guiſium, qui non modo Maſſiliæ, ſed totius Phocenſis Prouinciæ prorex datus eſt. 1596.

Ille adeo fœlicibus cœptis, eius quietem inſtaurationemque, quæque ad Regni Regiſque ſummum bonum ſpectant, vt ab eo non niſi proſpera & ſalutaria reipublicæ veſtræ expectanda vobis ſint.

Nos autem gens togata, propenſum animum veſtrum fidoſque hoſpites nobis fore ſpondemus, quandiu nos hic ſupremum tribunal defigere iubebimur; explorata nobis fides eſt de Viguierio, qui intrepide adeo & fortiter, pro conciuium vita, vltro ſuam omnibus telis periculiſque expoſuit, vt perenniter pro principe & patria omne ſtudium & operam collocet.

Non ſemel vobis denuncio vice regia, vt eum loco patris, & Soteris publici habeatis, nec enim maius exitium huic vrbi imminere poteſt, quam ſi ſtupendi miraculi, quo diuinitus Maſſilia liberata eſt, memoria deleatur; iſque deſpectus ſit cuius victrici dextra Deus ad nos vindicandos liberandoſq́, vſus eſt.

Romæ, Spartæ, Athenis inque priſcis ciuitatibus ſimilia auſis pro libertate ciuium, ſtatuæ & ſimulachra publice decreta ſunt; illi vos æquum eſt ſimulachrum ponere nõ ex ære, marmore aliaue materia rubigini & edacitati temporis obnoxia, ſed medullitus in larario pectoris, vobis tamen ius eſt perpetuum illum admonendi, delatam ſibi gloriam inſtar legis eſſe rigidiſſimæ, ne in poſterũm à præclare geſtis obſequio Regis, fiducia & charitate in ſuos ciues ſit degener; nam ex futuris moribus prioris vitæ iudicium erit.

Poſtquam enim bellator ille ingens Timoleon, Corinthum Tyrannide fratris ſui liberauit, dum in Siculos eum ducem ſummum præficiunt, ferunt ſic ad illum.

Iam videbimus belli exitu, num Tyrannum aut priuatum hoſtem ſuſtuleris! *Sic puta tibi dictum ô Viguieri à Maſſilienſibus, Experiemur quæ tua mens fuerit in præclaro illo facinore, num principis & publicæ ſaluti aut priuatæ cupiditati ſtudueris.*

At non ſum dubius quin tibi ante oculos immortalitatis hæc gloria perpetuo obuerſetur, & Regis in te ſumma beneficia, ad eius ſtabiliendum imperium, iuſtitiamque colendam & fulciendam ſtrictius obuinciant, id te effecturum vadem me ſiſto conciuibus, omnibuſque ad quos tam præclari operis fama peruenit.

Ergo ad vrbis veſtræ incolumitatem, agminatim rebus ſingulis conſpirantibus, & quod ad ſummam fœlicitatem deerat, apud vos ſedes ſuas defigente atque adytum ſibi faciente iuſtitia, ſi à vobis religioſe culta ſit bonis eius calicis affatim ſuccreſcentibus Maſſiliam ſolito vberiorem clarioremque fore ſperamus. Hæc ſunt quæ vobis à Rege enuncianda mihi priuatim indicta ſunt. Dixi.

Confecto bello Prouinciali Rex alio diſtinebatur, poſitis caſtris ad Feram, cuius longa & operoſa expugnatio, quod vndique paludibus reſtagnantibus circumuenta, longe à muro militem & cuniculos depellat.

Belgæ Gallis fœderatis permiſti Feram tuebantur, quorum ingenium eſt mirabile in foſſis alueiſque ducendis, quibus ſtricte coercetur & late aqua effunditur, ita vt repente ex arida pelagus efficiant. Mainius Regi fidem datam, opere

1596.

Dux Mainiaus in Feræ expugnatione Regi militat.

Concio Epiſcop. Cœnoma. de reformando ſtatu Eccleſiaſti.

præſtat in Feræ expugnatione, ſuis adiunctis copiis, & qui apud ſuos Marcellus alter habitus eſt, quo valet in obſidendo conſilio non parũ Regi auxiliatur. Gallicanus Clerus, ſub id tempus, habitis Lutetiæ comitiis, multa de ſtatus Eccleſiaſtici emendatione edixerat quæ ad regem in caſtris Feræ agentem, per Epiſcopos Cænomanenſem & Sarlatenſem deferuntur, habuitq; Cœnomanenſis non diſſimilem concionem; Clerum Gallicanum vereri plurimũ ne ſit illi moleſtus interpellator dum tam fortiter occupatur in vindicãdo regno ab improbis poſſeſſoribus, cum tamen ex tam procelloſa nauigatione, portus oculis & prope iam digito contingatur, & cum præcordia regni hoc eſt primariæ vrbes, iam ſalua ſint & à contagio morbi ſeruata ſacram politiam curamq; diſciplinæ Eccleſiaſticæ nõ eſſe aſpernandam, cuius pontifices, ſacerdotes, & iuridici lumina ſint, Rex vero aſſertor & publicus vindex eiuſq; brachium.

Habere ex antiquis principibus, Conſtantinum, quem in firmãda & ſtabilienda religione æmuletur, eum vt factis bellicis, ſic pietate exæquandũ vel ſuperandum. Conſtantinum eſſe prototypum, ad cuius normam, principes oẽs Chriſtiani, & ſuam militiam, & in regenda clericali politiam imitari debeant. Ille vindicata conſtitutaq; religione, quæ ante eum latibulis & cryptis dum cunabula ageret à feritate gẽtilium metuens ſe tegebat, delubra Deum impias aras, quercus fatidicas, & huiuſcemodi portenta, quibus ethnica religio tota nefarie fabuloſa erat, excindi iuſſit. rogare, vt exemplo Conſtantini profligatis nouatorum ſomniis, omnes ſuos indigenas & ciues, vt imperio ſic vna religione adæquet.

Poſtulatio de vniuerſali obſeruatione Synodi Trident.

Viſum eſſe pattum conſeſſui vt ſynodus Tridentina, regionatim per dioceſes promulgetur, quo ex eius decretis Eccleſiaſtica politia dirigatur, inſpectorib. tamen Prætore regio & Triumuiris fiſcalibus, eoq; temperamento vt quæ ad regni leges iuſq; regium mere ſpectant, atq; Eccleſiæ Gallicanæ priſcas immunitates, nullum inferatur præiudicium; dolere plurimum Antiſtitibus primoribuſq; Cleri, vt probra & pudenda ſuæ gentis efferantur, ſed non niſi detectis vulnerib. exploratiſq; medellam afferri poſſe.

Caput eſſe mali, quod ſumma & infulata ſacerdotia paſtores non habeãt, oues hinc eſſe morbidas deuias & ſparſas, & quę ſanari velint, ac in ſalutare fluẽtum demitti hominem, quæ ad caulas reduci paſtorem non habeãt. Ex quatuordecim metropolitanis Eccleſiis, ſex vel ſeptem paſtore vacuas, viduitatem lugere atq; inter eas eſſe non vnã quæ ab anno quinquageſimo, (infœlix ſponſa) nullum ſpõſum viderit. Vidiſſe autem quotannis & multo ſæpius œconomos inſtitores, inquilinos, colonos, conductores & id genus publicanorum, & graculorum qui ex ouibus lanam, thimum & mentam demetunt, meſſem ad ipſa ſpicilegia, vindemiam ad racemationem vltimam auariter collegerint.

Hinc fiemere populos, religionem tepeſcere, aras ſine thure & foculo, vel gregorio ſacrificulo, ſqualentes, ſordidatas & vt verbo ſolitudinem referam, deſertas manere.

Cathedrales Eccleſias, quadraginta numero itidem eſſe viduas & vere excæcatas, quæ oculum & Epiſcopum non videant, vt caſtra & acies ſi ducibus careant,

Digitized by Google

careant, Andabatarum more in præceps ruunt, ſic Eccleſiam ſine præſule, eſſe veluti pupim ſine remige, nauim ſine clauo, quadrigam ſine temone & auriga, rogare Clerum vt Palladium olim Galliæ Aſtream in cœlos profugam, hoc eſt electiones, æquis & legitimis ſuffragiis virorum inſignium ad ſacerdotia Galliæ, profligatas reſtituat, ipſam nempe pragmaticam memoria proauorum euerricu lum ſordium Eccleſiæ, rediuiuam faciat hoc clipeo, hoc Aiace Carolum VII. Anglicanam tyrannidem, regno nimium inueteratam abegiſſe & trans Oceanum fugaſſe, ita vt qui ſuo ſæculo, & qui longe poſt ſanctitate & eruditione floruerũt, tot ab illo parta trophea, & reciperatam Galliam pragmaticæ ſanctioni, piarum ſanctarumq; electionum conditrici tribuerint, rogare vt conſtitutio Pii V. de ſymoniacis fiduciariis receptatoribuſq; furum Eccleſiaſticorum publicetur, Patribuſq; Conſcrip. minoribuſq; iuridicis præcipiatur, vt ad eius normam tanquã ad recti boniq; amuſſim beneficiariæ controuerſiæ diſtricte definiantur, reſtituto veteri iure, Apoſtolicis ipſis coæuo electionũ, Metropoles, Cathedrales, Collegialeſq; Eccleſias, atq; ipſas baſilicas, in poſterũ ſelectis viris patriciis primariiſq; inſignes fore, vt olim ad infulas, & maiora ſacerdotia non niſi eius notæ homines euocabantur. Hoc præſtito Reges de imperitorum nominationibus ſeu nundinationib. apud deum non fore conſcios, ꝙ ſacra temeraſſent Saulem & Oziã Reges Dei vnctos pœnas luiſſe vel hoc vno quod aras & thuribulum profani cõtrectaſſent, in campũ Eccleſiæ tam audacter falcem immitti, cum ſæcularis fori iudices inita in gradibus, prohibitis connubia ſæpenumero probauerint, cuius rei cenſio, & ſupremum ius totum eſt pontificiũ. Eccleſiaſtica iuriſdictio hinc funditus conuulſa, foro ſuo ſubducti dioceſani, qui ad ſæcularia tribunalia vitæ inquinatioris effugium impunitatemq; in dies quærunt prælicenter nimium, vt ſi Epiſcopi, vel eos toruo oculo inſpexerint, prouocationes tanq̃ ab abuſu minitãtur ipſis vadimoninm dicturos in eoſq; totius controuerſiæ molem ruiturã. His tercioulamentis myſtici homines amantes quietis, ignari technarum forenſium, vt à veteratoribus illis ſit quies, in flagitiis conniuent, tepeſcunt, & ne ipſi rei fiãt, reos ipſos ſuo foro nõ peragunt. Sæcularis ideo poteſtas intra ſuos cãcellos coercenda, ac diuiſi imperii æqualitas religioſe obſeruanda eſt, vt Iuppiter ſua adyta, aras, thura, ius beneficiorum diſtribuendorum, coniugiorum aſtringendorum diſſoluendorumq; controuerſias & id genus plurima tueatur: contra ſarta & illibata ſua iura habeat Cæſar pacis belliq; ſummum imperium, ciuilem politiam, vectigalia, indictiones, denique vniuerſa quę ad regnum bene beateque adminiſtrandum pertinent, quiritantibus fruſtra etiam Eccleſiaſticis, milites per agros hoſpitantes, in baſilicas ſacraſq; domos minus obſequentes eſſe, loca ſacra inſalutata nedum prærerire, ſed etiam rixationibus, blaſphemiis, cædibus aliquando & ſæpius ſcurrilibus iocis & ludicris certaminibus fœdare, Diuis procacia dictorum illudere, rectores Eccleſiarum deprædari, & effuſis agminibus in eorum tecta migrare vnde non ſint diſceſſuri, niſi omnibus conſumptis & exhauſtis. vt vel muribus nihil prorſus ſit reliqui, hinc fieri vt metuentes Eccleſiaſtici huiuſcemodi locuſtarum edacitatem & ingluuiem, relictis aris adytiſque, & ruſtribus ædiculis in proximas vrbes diſcedãt ſummo diſpendio animarum, cũ illis abſentibus

1596.

Poſtulatio de ſacris electionibus & reſtituenda Pragmatica.

Querela Cleri de militũ rapinis in ſacra prædia & fundos.

1596. tibus recens nati ſacro fonte tingi vel animam exhalantes ſacro viatico refici nequeant, prædia Eccleſiaſtica ſuoſque reditus, ita clade bellorum ciuilium diſtractionibuſq; attritos & exhauſtos, vt alendis paſtorib. ægre ſufficiant: ſed cum hæc communia ſint cum Laicis, vicem hanc miſerabilem patienter ferre, & cum illis expectare leuamentum commune miſeriarum. Interea vrgere diuini cultus reſtaurationem, qui cum adeo non dicam deſpectus ſit, ſed proculcatus, indignatio rei non longiores ferat moras. ab vniuerſo Clero hoc potiſſimũ nomine miſſos, vt mediis caſtris, inter tela, & hoſtes, vindicias pro religione in priſtinum ſtatum reducenda depoſcant, rogare vt poſt tot exantlatos labores, parta trophea; domitas gentes exteras & patrias, hanc ſempiternam gloriam adiiciat.

Paulus Aemilius in vita Roberti Regis.

Hoc præſtito de reliquiis hoſtium otioſam fore victoriam, hac pietate potius, quam ariete rebellantium muros ruituros, vt olim Auallonis expugnante Roberto Rege, vi occulta numinis conciderũt. Rex æquanimiter exaudita Cleri expoſtulatione, paucis retulit dolere ſibi plurimum nondum belli adeſſe finem, deuictis patriæ perduellibus exteros in prædam veniſſe, quam de faucibus ſibi eripi ægre patientur.

Ad Cleri oratores Regia reſponſio.

Labores Herculis iam non eſſe fabuloſos quos in dies experiatur, ita vt nõ vna ſecta ceruice, hydra multiceps renaſcentibus fœtificet, optare mirum in modum vt Conſtantini æquet gloriam, qui parta & ſtabilita alta pace, Eccleſiæ quietum ſtatum effecerit, videre ſe quidem portum, ſed nondum attigiſſe, libaſſe primitias pacis, ſed non vno angulo regni factiones ſupereſſe, reliquias quas per vicarios conficere nequiit, præſentem depoſcere, Feram ipſam vere feram ferro & igne expugnandam; æſtum, noctes, pruinas & dura quæcunque militiæ tollerare, vt per bellum pacem quærat, illa parta, pro Romulo acturum Numam. Interea quoad fieri potuerit, curaturum, vt ſi res Eccleſiaſticæ non omnino priſtinum ſplendorem recipiant, ſaltem minus vitioſæ & turbatæ ſint. Illico conſtitutionem edidit, qua œconomorum quos vocabant ſpiritualiũ poteſtas, in poſterum reuocatur, cui prætoriani Senatus decretum acceſſit XIII. Kal. Iunii: hoc genus hominum odium in fœderatos titularios affinxit, qui abſentium vice fungerentur.

Regia conſtitutio de œconomis ſpiritualibus abrogandis.

Maiori monaſterio apud Turones Ianus Bellotius, Cluniacenſi in Matiſconenſi agro, Henricus Coupellæus præpoſiti ſunt, qui ea delegatione & commentitia vt volunt poteſtate, vtriuſque monaſterii beneficia plurima contulere, atq; ille Coupellæus, Diui Martini à campis caducum primatum Capellerio cõtulit, quo per triennium prætoriano arreſto fultus, fruſtra impetente eum riuali fruebatur, donec intimi conſiſtorii contrario decreto vi effractis portis Capellerius Martiniana præfectura deiicitur.

Bello ciuili varii œconomi ſpirituales inſtituti.

Myſticorum œconomorum in vetuſtatis monumẽtis quædam extant veſtigia vt ſupra attigimus, at de ſæcularibus nihil magis frequens, illi olim erant frugi homines qui in vacantibus Eccleſiis præficiebantur, ad colligendos fructus & cenſus qui ſucceſſoribus reſeruarentur, ſed cum captata occaſione diuturnæ vacationis, œconomi ſeu procuratores ſolerent in rebus Eccleſiæ graſſari, Gregorius 10. in Concilio Lugdunenſi hoc vulturinũ genus hominũ excluſit, inualuit

Oeconomi erant in vacantibus Eccleſ. veluti procuratores & adminiſtri.

Digitized by Google

fuit tamen apud nos, & nihil magis quotidianum in magno Conſilio, vt conſiſtorialium beneficiorum rebus boniſq; procurandis præficiantur œconomi per ſemeſtre ſpatium, donec Romanouellus paſtor diplomata acceperit, rectè enim Concordatis definitum, vt intra ſex menſes S. Pontifici candidati nominentur, & Blæſenſi conſtitutione ſcedula ſeu breue regiæ nominationis, ſex menſib. non eſt viuacius, quib. elapſis pro nullo & infecto habetur. *1596.*

Sed vt noſtro ſeculo leges figimus & refigimus, habemuſque vt ceram, in vſu eſt vt poſt primum aliud tertium & pluries reſcriptũ de proroganda in multos annos huiuſcemodi procuratione impetretur, quodque inter portenta ſæculi deputet poſteritas, tribus luſtris nomine & reditu inſignis Abbatia his ludificationibus paſtore caruit, fructibus ad aulicos annuatim deuenientibus.

Edictũ quo ſus Eccleſiaſt. diſtractos agros repoſcere ab emptoribus.

Indultum eadem cõſtitutione edita in caſtris Feræ, Eccleſiaſticis vt toto quinquennio diſtracta prędia urbana & ruſtica ab emptoribus reciperent, dummodo trientem valoris damnum excederet.

Indictum etiam vt orthodoxæ religionis cultus paſſim totius regni vrbibus, oppidis, caſtris, vicis finibuſque redintegretur; iuſſique omnes qui res Eccleſiaſticas æſtuante bello ciuili inuaſiſſent, illis citra controuerſiam extemplo cederent.

Dum hæc clero annuuntur, decumanarum indictionum interſtitia exiguntur, ille contra quiritatur non eſſe ſoluendo, antea ctorum annorum penſitationes ſibi condonari rogat, præpoſitus mercatorum contra obluctatur, ædilitatis ærarium publicum in Cleri illa indictione conſiſtere potiſſimum, Lutetianos cęteroſque totius regni incolas, qui ædilitatem Pariſienſem annuis cenſib. obuinctam habent aduerſus decuriones fremere & tumultuari, inclamare ſaxa & faces minitari, quod egentes re ſua fraudentur, non vltra ferri vulgi clamores, ni obiecta ſtipe coerceatur, vereri ne tota vrbe ingens aliquod facinus audeat, pluribus vtrinque agitatis inter Clerum & ædiles, placuit in decennium æs ingens à Clero penſitari.

Aduerſus Mercolium, in dies latius armis progredientem mittitur Briſſacus *Mareſcallus*, qui vlterius euagari prohibuit longe depulſo ab obſidione Rhedonenſium quibus & Prouinciali ſenatui extrema omnia belli minabatur. Nouatores occupato Regi in Feræ oppugnatione non auxiliatores, ſed de pluribus interpellatores adſunt, inſtant vrgentq;, vt promiſcue religionis ſuę colendæ poteſtas fiat, quibus Rex non omnia ex voto ſed politice ex neceſſitate temporis poſtulata temperauit.

In Mercoliũ noua expeditio duce Briſſato.

At quem non coniuratæ acies, non bellicæ, non domeſticæ inſidiæ, non aconita peſſundare potuerunt, eum ipſum cœnaculi ſuperioris diſſoluta contignatio, vbi ſerotinas epulas cum ſorore capiebat fere lapſu tabulati contriuit, ſed ſuperis ruinam à capite auertentibus incolumis manſit, attritis colliſiſq; ex pondere tignorum qui ſubtus agebant.

Regis ſummum diſcrimen.

In Gallia circa Belſiam potiſſimum, genus erat hominum, qui ſe Eudi Marij vulgo *Chalot Sainct Mars* tribules iactabant & ideo veteri Regum beneficio ab in-

Abrogatio immunitatũ neſcio cuius

 dictionibus,

1596. dictionibus, vectigalibus, portoriis & omni faſce tributorum prorſus immunes, quod Eudus ille Marius Stampis oppido natus olim Regem Franciæ transmarino voto liberaſſet.

gentis qua ſe ab Eudo Mario progenitā iactabat.

Dicitur enim pedes & loricatus adiiſſe Solymos & ad dominicum ſepulchrum votum regium perſoluiſſe. In tam longinqua peregrinatione exantlati laboris Rex memor Mario & ab eo naſcituris omnium tributorum immunitatem indulſit, atq; ad vindicias magiſtros libellorum ſupplicum regalis hoſpitij cuſtodes & iuridicos dedit, inualuitq; gentilitium huiuſcemodi priuilegium, ſancitumq; fuit arreſtis magni Conſilij quibus controuerſiæ ſuper immunitate, non ad curiam vectigalium, ſed ad peculiare & palatinum forum libellorum ſupplicum remiſſæ ſunt. Sed cum nō modo Stampenſis ager, ſed toto Belſia hac gente laboraret, recenſito numero, cum multos in eam extraneos irrepſiſſe tribuleſq; veros penitus extinctos conſtitiſſet, tabulis edictalib. IX. KAL. Iunij abrogatum priuilegium, & promiſcue qui ſe Marianos quiritabantur, cæteris regni incolis in tributorum penſitatione adæquati ſunt.

Me orante Carnutum ciuis nomine Troſſard qui ſe gentilem marianū iactabat arreſto magnī Conſilii ad magiſtros libellorum ſupplicū remiſſus fuit.

Italiam hoc anno grauiſſima annonæ caritas, farris, tritici, omniumq; frugū ſumma egeſtas afflixit. Sicilia ipſa quæ vetus fuit horreum Italiæ, ægras ſegetes & perexilem meſſem cum habuiſſet, aliunde ſibi proſpicere coacta eſt: hinc Clemēs VIII. empto & acciro farre ex Germania, Sarmatia, & Gallia qua potuit munificentia publicam inediam iuuit.

Summa annona caritas in Italia.

Monuimus ſupra, cardinalem Ioieuſam Romam progreſſum, vt Niuernenſis molimina conuelleret, vt aurum & militem fœderatis à Pontifice imperraret, ab erogatione nummaria habuiſſe alieniſſimum Clementem, hac repulſa belli vltra protrahēdi ſpem abieciſſe, quamobrem nihil ille moratus, cū fratre è clauſtro vt diximus ad caſtra euocato ad obſequium redit.

Deditio Tholoſana condonatis vel etiam teterrimis flagitiis.

Tholoſa & finitimæ ciuitates ſimul redeunt, noxæ omnes, vel etiam expreſſo verbo nefandiſſimæ cædes principis Senatus Durantii regiiq; cognitoris, euerſiones caſtrorum priuatarumq; ædium, damnatorum exilia & ſupplicia, regii ærarij expilationes, diræ & deuotiones in regium nomē, monetę percuſſio, denique quidquid auſum factumue in hac ciuili anarchia condonantur, indicto ſilentio iuridicis priuatiſq;, ne exprobratione mala præterita recrudeſcerent.

Pars illa ſenatus quę à fœderatis in caſtrum Sarracenum ſeceſſerat, Tholoſam reperit ſimulq; coaleſcit.

Duci Ioieuſæ, Mareſcalli Franciæ ſumma præfectura tribuitur, permittiturque vt in priuatis controuerſiis indicta cauſa tres ex Senatoribus, qui in caſtrum Sarracenum, dimidiatum Senatum tranſtulerant, à litibus ſuis ſubmouere poſſit. promulgato edicto Tholoſanæ deditionis, ad regiam ſimilitudinem via Appia erigitur ſimulachrum, quod turmatim effuſa plebs ſalutabat, teſtata veneratione iconis, in Regem propenſiſſimum animum, ita facile poſtquam ciuilis veſania deferbuit Galli ad ſanitatem redeunt, nihil tenaces veteris odii, vt nonnullis gentibus peſſime inſitum eſt mendaci vultu, obſequia & amicitias ſimulare, cum alto pectore inteſtina odia inſculpta nutriant, eruptura cum vlciſcendi ſe dat opportunitas.

Tholoſani regiū ſimulachrum alto ſolio collocant & venerantur.

Anno

1596.

Anno ineunte cum Belgis eſſet nunciatum, in Sequanos Albertum ex Hiſpania reducem aduentaſſe. Comes Fuentius vt audiit, in Lucemburgicum comitatum quamprimum aſſuturum, cum equitatu Hiſpano Italo pedeſtribuſque copiis it obuiam vt protegi futuro, ille apud Vbios Eburoneſq; vbi ſucceſſit, Agripinenſis elector & Traiectenſis Epiſcopus, cæteriq; proceres qui Rhenum & Moſellam accolunt, ſummis honoribus excipiunt, lente progreſſus III. EIDVS Februarij Bruxellam ſubit, ab ædilibus claues offeruntur, auleis & tapetis foris ornatę domus, compita, arcubus obeliſcis, pyramidib. operoſe nitebant ouationibus: acclamationibuſq; omnia perſonabant ſeu publicę libertatis vnus vindex & Soter adueniſſet.

Aduentus Cardinalis Alberti Auſtrii in Belgium.

Biduo poſt in publicis comitiis ordinum Belgicorum prorex, & ſummus vicarius omnium ditionum quæ Hiſpanico imperio ſubiacent, pronunciatur, venerat, auro incredibiliter onuſtus, quatuor millionum vim fuiſſe ſcriptum cõperio, cum Batauis pacem aut ſaltem inducias tentauit, ſed illi Anglicano fœdere auertuntur & bello perſtant, Albertus vt eorum faſtum contundat, ſuiſq; Feræ incluſis auxil etur, vndiq; militem legit & conſcribit, non alio claſſico opus fuit quam fama aduecti auri, quod vbi ſubodorati Heluetij ſunt Germanio & Vualones Hannoniique milites, denique promiſcui mortalium, vt in caligine ad lucernæ fulgorem ſolet, illico properant, dantq; nomen militiæ; vetus enim & verum verbum fuit, Aurum per medios ire ſatellites & prærumpere caſtra, hinc coacto ingenti exercitu Albertus ſuis iam quadrimeſtri obſidione Ferę oppugnatis, dubium an magis ferro, igne machinarum quam aquis in altum tumeſcentibus & ſumma cibariorum inopia torquerentur, vt laborantibus commeatũ furtim inueheret, dat in mandatis Georgio Baſtio, cum equitatu Caſteleti vt ſubſideat, ibique in horas ſpeculetur captetque occaſionem iuuandi obſeſſos, Georgius III. EIDVS MARTII iam inclinante die cum ducentis equis trito farre onuſtis per deuia Feram prorepit, tam fortunate tacite & ſuſpenſo gradu, vt non præuiſus intellectuſque ab obſidentibus, Feram furtim inſilierit, ſarcinis depoſitis cum de regreſſu cogitaret, per ſpeculatores admonetur Regem ſtare in excubiis, circa fanum Quentini; quo redeuntem intercipiat, ſed qua fœlicitate acceſſit eadem, per anfractum viarium ſyluæq; diuortium via quidem longiori, ſed omnino ſecura ad Albertum redit, eumq; de obſeſſorum ſtatu anguſtiiſque certiorẽ facit. Rex per hydraulicos machinarios, Iſaram aggeribus obicibuſq; concluſerat ratus data porta, vrbem reſtagnantibus aquis obrututũ operoſum & fallax inuentum, expectatione minus damnoſum oppidanis, rupto enim aggere in decliuioribus locis aqua tres cubitos non exceſſit, qui depreſſiorem partem illam vrbis incolebant, in ſuperiora cœnacula euaſere, illuuies magis terrori quam periculo, ceſſitque inuentum ſummo diſpendio Regis, ac probro illorum qui quaſi retibus volunt expiſcari vrbes: in bello ingenium plurimum valet, ſed lacertis & pugnis potiſſimum res agitur: Romanorum & priſcarum gentium, bellicoſiſſimi omnem artem belli in maſcula virtute, in vi militum & fortitudine animorũ non in coercendis emittendiſque aquis, Cæſar ſæpius vt in Rheno & Moſela, pontes defigeret ad tempus alueos alio diuertit compeſcuitque fluminum impetus,

Albertus Cardinalis ſuis ſuppetias molitur.

Georgius baſtius furtim prorepit & commeatũ feram inuehit.

1596. petus,ſed ſummo & aperto robore noſtrates, Belgas Eburones, Vbios, Sicambros,denique gentes omnes quæ cis Alpes ſunt,domuit.

Summa inedia in obſeſſa Fera.

Eo in oppido incluſis tanta aquarum copia ſuppetebat, quanta cibariorum egeſtas eos premebat:cœperat enim panis ad æquilibrium militibus dietim parce & auariter diſtribui,iamque tenuiori victu languidiores&exſucci fremebant, per Georgium Baſtium audierat Albertus fame vrgeri, vt obſidione & inedia liberaret non niſi ſummo diſcrimine&alea martis ille qui recens in Belgium ſummus Imperator aduenerat,haud tutum putauit ſummam fortunam belli cũ Rege experiri,clauum clauo trudere voluit,hoc eſt, Feræ obſidionẽ diſſoluere obſeſſa alia vrbe quæ in Vermanduis aut Morinis Regi æque cara & ſummæ curæ eſſet,ille quod ſummi duces facere ſolent,quid moliatur, quo caſtra promoueat,omnib.ſi non occultum dubium tamen facit.

Albertus Cardinalis aciem in cãpos educit.

Bruxella egreſſus exercitum numeroſiſſimum varioq; genere militũ diſcriminatum recenſuit.

Rex extemplo regionatim præſidiarios aula & priuatis domibus nobiles elegit,cogitq; in caſtra,ad liberandam obſidione Feram progredi Albertum, ſtupenda acie audit.

Id ipſum moliri famam auxit Arſoſotii ducis qui primam aciem ducebat,circa Caſteletum præcurſio.

In regijs caſtris ſumma & alacri fortitudine, ſed fruſtra ab hoſtibus prælium expectatur,viç imo etiam ſemitæ, ſyluarumque aditus & egreſſus intercluduntur obſeruanturque,ne Alberto rimula pateat ad iuuandum obſeſſos,vtque pugnandi poteſtatem faciat,ſed expectatione ſua Gallos fruſtratur,circa Monſtrolium præmiſſis velitibus duce Ambroſio Landriano, vnde Regi haud fallax ſuſpicio orta eſt,eum moliri inſidias,vel expugnationem vrbis.Rex explorato cõſilio hoſtium,Bidocenſio qui Caletum ad Itium portum tutabatur, mandat repetitis curſoribus vt vrbi proſpiciat,milite,foſſoribus,pabulo & commeatu quã celerrime muniat,ſed ſurdus monetur, homo certe cordatus & pugnax, ſed incurioſior auariorque qui monentibus minus audiens fuit.

Vergit Albertus circa Monſtroliũ.

Albertus enim per ſuos emiſſarios audierat,Caletum præſidio & bellica officina minus inſtructum,indiligentiuſque à Bidocenſio præfecturam ſuam geri, ex improuiſo adoriendum inuadendumque ſtatuit, putauitque ſi eadem quæ antea veteranus Guiſius, auus eorum qui ſuperſunt, adhibuerat conaretur & pari celeritate perficeret, illi æque fœliciter ceſſurum nec auſo ſors proſpera defuit.

Caſtellum ex improuiſo Albertus obſidet.

Præmittit Albertus Roſneum,qui inexpectatus cum prima acie & octo machinis,Ricobanum occupat(erat olim in portu Itio turris munitiſſima,quam ad ſecuritatem nauigationis, Anglus olim tam diuturnus inuaſor condiderat) occupato illo propugnaculo,quamquam ruinis deformato,Roſneus ſubitis munitionib.locum inſtaurat, ac editiore loco machinas collocat, paulo poſt adeſt cũ tota acie Albertus,qui vndique Caletum cingit,ſuburbium vulgo *le Courquet* occupat,exactis pulſiſque in vrbem duabus Batauorum cohortibus,Rex de inopinata Caleti obſidione monitus,cum delecto equitatu Bononiam contendit,ſed hoſtem

hoſtem iam caſtris poſitis munitiſque vallo & foſſa, nec memorabili aliquo damno nec obſeſſos commodo afficere potuit. 1596.

Bidocenſius & oppidani celerius omnium opinione metu perculſi, illico de deditione cogitant ſumma ignauia & dedecore ſtupendo, in vrbe olim iactãria Anglorum inſuperabili, quã pene duob. ſæculis occuparunt, illudentes Francis hac parœmia ab impoſſibili. *Quando Suber inſtar plumbi natabit, Gallus Caletum recuperabit.*

Anglorum vetus in Gallos exprobratio.

Verberata vrbe oppidani paciſcuntur, ſi intra ſextum diem non illis ſuccurratur, ſe dedituros. Bidocenſius in arcem ſe receperat, Albertus vrbe recepta, ciues inſtitoreſque relictis domibus & officinis quæ muniriſſimæ erant, turmatim nullo ordine in caſtrum profugiunt. Rex qui Bononiæ auxilia maturabat, Campaniolum cum ducentis mittit qui peroportune caſtrum ingreditur. Monetur per turbicines Bidocenſius vt arcem dedat, ni fecerit minatur Albertus omnem internecionem: Bidocenſius minis nec ipſa morte terreri renunciat, qua probrũ ignauiæ apud poſteros diluere velit.

Cãpagnolo.

Expugnatio Arcis Calletenſis.

Albertus redintegrat impetum machinarum, iamq; late dirutis & patentibus muris ad inuadendum militem concitat, pugnatur vtrinque acerrime, Bidocenſio & obſeſſis vim Hiſpanicam fortiter propulſantibus, per horam æſtus ille exarſit ſed numero ſuccedentium præſidiarii impares ſternuntur mactanturque cum Bidocenſio: opima ibi ſpolia & dites exuuias nactus eſt Hiſpanus, ac Caleto expugnato magnos hinc ſpiritus in Francum ſumpſit.

Albertus valido præſidio vrbem firmat, claſſe portum inſtruit, ad depellẽdas Anglicanas & Hollandicas naues quas odio gentis Hiſpanicæ crebro ibi prędaturas ſuſpicabatur. Rex vt ardeæ, Monſtrolii & Bonnonię abunde proſpex. ſe viſus eſt, ad Feræ expugnationem reuertitur.

Albertus Ardeam è veſtigio obſidet.

Molucius vulgo Monluc occiditur

Albertus intellecto Regis digreſſu è veſtigio Ardeam cingit, in ea præfectũ agebat Boſco Annebonius, Belinus, Monlucius, Remburius cum mille quingẽtiſq; armatis propugnandam ſuſceperant. Poſitis caſtris Albertus eam partẽ vrbis quæ imo & paluſtri loco ſubſidet, mapalib. & caulis pabulantium qui ibi armenta paſcuntur deſpicabilis, inuadit, & poſt acerrimum prælium expugnat. Montlucius eruptione facta, legionẽ incredibili fortitudine impetit, quidquid obuium habuit ſternit & mactat, ſed dum audentius incautiuſq; ſe gerit occiditur, ſuis in vrbem non ſine damno propulſis.

Deditur Ardea ignauiter.

Cum illo ibi virtus Gallica extincta & defeciſſe omnino viſa fuit, quandoquidem nondũ verberato nedum diſrupto muro de deditione fit colloquiũ, & initis pactis IX KAL. Iunij nequaquam fortiter & ardue Ardea cedunt, mirum egreſſis impune fuiſſe, cũ olim præfectus Bononienſis ſub Henrico II. minus ſtrenuiter tutatæ vrbis aduerſus Anglum capite pœnas ſocordiæ dederit. At quantum ab ætate parentum auorum que noſtra degener & progenies vitioſior, poſt Creſciacenſem pugnam Edouardus Anglus Caletum terra marique per annum integrum obſidet, oppidani egregia fide in Gallos cum ferro vinci non poſſent ad extremum fame coacti deditionẽ faciunt & paulo poſt anno ſcilicet MCCCL. cum ipſi Edouardo Angliæ Regi cuſtodis proditione Arx Guinenſis eſſet dedi-

1596. ta ad Gallos cuſtos reuerſus equis in diuerſa actis laceratur. Sed geminam iſtam cladem reciperatione Feræ ſolemur, ſi modo ſuum recipere ſuumque aliunde amittere ſolatium eſt: Seneſchallus Montelimarius (is Gallus erat, eiurator patriæ ad Hiſpanos transfuga) & Aluareſius Oſorius, omnia extrema & ferina in Fera paſſi ferrum, ignem, aquatum illuuiem, famem, denique tela omnia neceſ-

Deditio Feræ ſitatis impares vltra ferendis ęrumnis, de dedenda vrbe paciſcuntur, intra ſextum diem niſi illis ſuccurratur acie quæ obſidionem diſſoluere potens ſit, cũ ar-

Pacta deditionis. mis, peculio caſtrenſi, ſignis explicatis, tympanis pulſantibus vnoque tormento quod Caroli Cæſaris inſignibus conſpicuum erat duces militeſq; egreſſuros, ciuib. facta poteſtate abeundi vel conſiſtendi in vrbe: vt ab Alberto obſeſſi reſponſum habuere paucorum dierum anguſtiis prohiberi, ne opem ferre poſſit, viciſſim pacta deditionis implentur.

Albertus, poſt expugnatam Feram vt Regem caſtris ſtatiuiſque non amplius diſtineri videt, edita ingenti vaſtitate per Bononienſem agrũ, & Auguſtam Vermanduorum Calleto & Ardea ægregie munitis domum reuertitur: ſed paulo poſt Rex, per Bironium cladem ſuorum vlciſcitur par pari referẽs vel cum fœnore popularo & incenſo longe lateq; agro Attrebatenſi, acies regia tot laborib. attrita cum expugnationi Caleti & Ardeę impar eſſet, Rex militem ad ſe reficiendum demittit.

Vt tota vita mortalium nihil aliud eſt quam perſona & fucus, præſtigiæ & ludificatio; vt non nouum eſt, homines omnium poſtremiſſimos, quos nemo ſciat eſſe natos proiectoſque ad ſtipem interdum faſcinationibus, præſtigiiſque excæcatos, vel per ſe vel per alios, qui ſpectris illudere volunt ad ſui queſtum ad

Præſtigiatorum ludificationes. aliorum perniciem abuti: hoc anno his ludificationibus, Gallia & Hiſpania magis attonita, quam commota: In agro enim Rhemenſi, in vulgus prodiit iactauitq; ſe aliquis, Caroli IX. filium, inſolentiam & nouitatem facti magiſtratus demiratus, verituſque ne fabula aſtipulatores inueniret, hominem carceri tradit: à Commentarienſi captiuis, mulierculiſque regia prole habetur, donariis lautioribuſque cibis afficitur: ille vero vt fabulæ fucum obduceret profitebatur ſe Pictonico cuidam nobili educandum furtim commiſſum, qui moriens, alumnum regia ſtirpe Carolo IX. patre editum indicauerit, Dei monitis oraculiſque & felicium geniorum apparitionib. concitatum vt perſonam deponeret ac regnum ſibi iure Francico & gentilitio debitum repoſceret.

Rhemenſes iuridici, illum ſeu præſtigiatorem turbatoremq; publicæ quietis furcæ addicunt, prouocat ad Senatum, qui nihilo mitior capitale iudiciũ ſanxit, addiditque vt publica & tedifera traductione ante ædem virginis, ſicophantiam & impoſturam agnoſceret, ſic illa ſimia regię prolis pœnas dedit nec defuerunt qui ſimilis audaciæ conſcii, ſomniatoris delirium probarent furtim editis libellis ad præconiũ immortalitatemq; facinoris: quaſi hic annus ferax ſit huiuſcemodi laruarum, erupit ſub id tempus aliud commentum in Hiſpania ſed vero proximius, ita belle & argute, ad rationem temporum res erat compoſita: ganeo ſe Philippi Regis Hiſpaniæ primogenitum filium, ex Luſitanica cõiuge profitebatur, ipſiſſimum eſſe Carolum quem fama publica credit à patre, propter initum

Digitized by Google

nitum cum hæreticis conſilium ſublatum, illum paternæ vltioni fuiſſe ſubſtractum ſeruatumque ab aliquot Bæticis primoribus, qui ſacramento ab eo exegerant non niſi illis omnib. mortuis nomen & gentem proditurum, fidem iureiurando præſtitiſſe quandiu ſuperſtites fuere, ab illis traditum piſtori Madrlciano cui operam dedit, tenax fidei cuſtoſq; fidus ſilentii, donec fato functis ſeruatoribus, ſe qualis eſſet vltro profiteri non erubeſceret, nec iam trepidaret. Tertium & caſtigatione dignius, deliramentum extitit, alio nugatore repente exorto, qui ſe Chriſtum publicaret ſed nequitia & veſania hominis detecta non diu inultus vixit furore ac ſcelere mitiores pœnas dedit. 1596.

Non vnius noſtri ſæculi ſunt hæ præſtigiæ, plures eius notæ & nequitiæ, in Romana & Græca Hiſtoria memorantur.

Falſus Nero, Othoni imperatori non leue negotium exhibuit, auſus ſe fateri verum Neronem, Smerdes quidem Cyri ſe eſſe filium credulis ſuaſit, atque hoc ſpectro illudens, regnum occupauit, Byſantii pſeudo Alexius diu procerib. & vulgo impoſuit, non modo ſimilitudine oris, ſed etiam linguæ præpeditæ vitio verum Alexium filium Emanuelis Comnenii referens, vt fabula à veritate non longe abfuerit.

Falſus Balduinus in Flandria, Cæſarem Biſantinum (quem Adrionopoli victum fugatum & necatū, Nicetas author grauiſſimus ſcripſit) ambiguis ſignis ſe iactauit, tam credula nobilitate Flandrorum, vt eum pro vero haberent, non temperantes à probro in Iohannem filiam, quod reducem & rediuiuum patrem Balduinum Cæſarem non agnoſceret.

At illa, ne quid in patrem ignoratione & incuria peccaret, rogat Ludouicum Galliæ Regem, vt data fide ad ſe hominem euocaret, quod vbi factum, & Peronæ homo verſipellis ſe ſiſtiſſet, rogatuſque de pluribus arcanis priuatiſque reb. quæ verum Balduinum latere non poterant, reſpondendi petita dilatione, pro ſycophanta agnitus, qui quadam oris ſimilitudine cum principem doloſe eſſet ementitus ab eo Iohanna laqueo pœnas exegit.

Rebus in Morinis proſpere geſtis Albertus animoſior factus, in Batauum patrium hoſtem ſimilia audendi fiduciam ſumpſit, rem doloſe aggreditur & nulla certa ſtatione caſtrorum Mauricio illudit, cum enim circa Hulſtum aciem oberrare iuſſiſſet, illuc feſtinat Mauricius vrbi proſpecturus, ſed mox circa Bergam & Bredam caſtra retrogredi iubet Albertus, illuc etiam Hulſto relicto aduolat Mauricius, quaſi alterutri obſidio immineret, dumq; anxio metu torquetur pedetque animi, Hiſpano-belgę veſtigia relegentes quam celerrime Hulſtum regrediuntur.

Builotius Chiliarchus pedeſtrium legionum, ſelecto robore audentiſſimorū, ſcaphis & celocibus alueum prope Batauorum propugnaculum, vulgo *la petite Rappe* oſcitantibus Mauricianis nauium excubitorib. tranſmittit, vt ab Alberto ſe ludificatum vidit Mauricius, Berga ocyſſime Hulſtum aduenit, vt de Romano vetus ſcriptor, *galeatum ponit vbique præſidium Attonitis & in omni gente laborat*, vbi milite, commeatu omnique armamentario abunde vrbem inſtruxiſſe putauit, e'us propugnatione Georgio Euerardo Comiti Solmenſi concredita, in vicinū propu- *Iuuen.*

Digitized by Google

1596. gnaculũ vulgo *Stamberg* ſe recipit, quod in dies obſeſſos recentib. auxiliis iuuare poſſet: quam minimo negotio à traiectu Burlotius prohiberi poterat, ſed ſuperato alueo qui paucis rem erat aggreſſus, derepente totis copiis inualeſcit, quas iniquo marte cum oppidani eruptione facta impetiuiſſent, illæ fortiter impetum ſuſtinent, & vi maiori omnibuſque telis obrutos non ſine dedecore & damno pluribus ſuorum deſideratis nullo ordine vrbem regredi cogunt. Hiſpano-belgæ ex primis illis auſpiciis ingentes ſpiritus ſumunt, è veſtigio propugnaculum, quod paruam *Ripam ſeu Rapam* nuncupant, inuadunt, irrumpunt & non anxie potiuntur.

Duo alia propugnacula circa Hulſtum Bataui ſummis præſidiis occupabant, Naſſouuium vnum, aliud *Moreuaert*, à quibus in horas interdiu noctuque obſidentibus crebræ velitationes eruptioneſque: non ſemel Burlotius cum delectu ſuorum Moeruatium aggreſſus eſt, ſed maiori ſemper damno, machinis tamen verberat murumque lacerat hiatu ad inuadendum æquabili, ſed paluſtrib. locis ab inſultu prohibetur eiaculationib. tormentariis: Mauricianæ naues, quæ toto littore ſtabant grauiſſime concutiebantur, nec per eas annona & alia ſubſidia ad oppidanos inuehi opportune & innoxie poterant. Moeruatiani præſidiarii par referunt Hiſpano-belgis, ſuiſq; machinis ab itu & reditu celoces ſcaphaſq; auertunt, nec ſemel certa collimatione vnam aut alteram ex lintribus & phaſelis globis terebratas alto flumine demerſerunt.

Exinde Albertus ex compactis ratib. pontem illo alueo molitur, inani tamen opera, ni prius agger littoralis qui inter Hulſtum & Moeruatianum propugnaculũ longa foſſa ductus prominebat occupetur Hiſpano-belga, qui ſtante aduerſario illo obice, difficilem oppugnationẽ habebat nec ſatis tuta caſtra, ſumma vi irrumpit, toties depulſus, deterritus, fractus, cæco impetu vim redintegrat nec loco cedit niſi expugnato, ibiq; pernoctat: diluculo recenti milite vlterius irrumpit, premit Batauos qui ab heſternæ cladis pauore vix receptis animis, vltro ſe dant in fugam, illi Hulſtum, alii Moeruatium ſe recipiunt. Aggere illo & foſſa occupatis nouem machinis irrequieta verberatione propugnaculum percutitur, vbi per murum data porta Hiſpano-belgis, ad inuadendum ſe accingunt, armaq; citi expediunt præmonentur per tubicinem obſeſſi, vt deditionem faciant, milites reluctante præfecto Buurio annuunt, ni faciat vltro admiſſuros hoſtem, vt verbo ſic facto ignauiam exequuntur, extinctis lichnis ſcloporum, ita vt intus foriſq; oppreſſus Buurius ad deditionem adactus ſit, illũ indignanter admodum Mauricius accepit, adeo implacatus vt more Quiritum de Friſiis legionibus, (quibus potiſſimum noxa degeneris facti tribuebatur) decumandis cogitauerit, ſed inſolentem caſtigationem tempora rerumque anguſtiæ haud ferebant: propugnaculo Moeruatiano erepto, Batauis late terra & vndis imperabat Albertus, propiuſq; Hulſto caſtra admouet, in maceria ruderibuſque piſtrini tres machinas collocat, quib. ſparſim & promiſcue nullo certo iactu ædes percutiebantur, tanta vi vt oppidanis foras egredi non impune eſſet, tria millia oppidanorum & præſidiariorum Hulſtum propugnabant, pro Batauis ſummo imperatore caſtrorũ comite Solmenſi, qui dum per tela crebrius verſatur, ſclopo ctute

Deditio propugnaculi à Buurio præfecti cogentib præſidiariis.

Digitized by Google

cruce appetitus per reliquum obſidionis tempus decumbere cogitur, data vicaria præfectura Coronatio Iano Pironi, qui ad improuiſas eruptiones per ſubterraneos fornicatoſque meatus, ad hoſtem triplex poſticum ſuis fecit, Albertus veterem portum quo nauibus Hulſtum neceſſaria propugnationi importabantur, præcludere ſummopere enixus eſt, ſed inani opera licet ingenti ſumptu: oppidani exitu illo ſubterraneo qui ad portam dedicatarum virginum erat (Beguinas vocant) tacite erumpentes, Hiſpano-belgas in alea occupatos ex inſperato adoriuntur, illi à ludo ad ſeria reuerſi depellunt oppidanos, fugant & inſectantur, ſed ab vrbanis commilitonibus, è muro miſſilibus iaculis ſaxis ſclopiſque peſſime accipiuntur obſidentes, pluribus ſuorum deſideratis. 1596.

Vltima Iulii Pironius ille qui Comitis vulnerati vicariam poteſtatem agebat, circa oculum ſclopo grauiſſime vulneratur, vt erat exoculatus impar militiæ Hulſto euehitur nauibus impoſitus, ſublato illo cordato & irrequieto cuſtode, Hiſpano-belgæ propius & leuiore damno muro ſubeunt, & ad portam illam veſtalium ipſa foſſa ergaſtula ſibi deſignant: vrbs toto continente præcluſa, pelago pene libera videbatur, in dies nauibus triremibuſque portum ingredientibus, Naſſoniano propugnaculo iter liberum faciente, illud autem circumfuſum paludibus, alueis multifariam circundantibus quamuis verberari, non tamen appeti & inuadi poterat, nec ideo viſum è re ſua Hiſpano, circa illud operam & oleum ludere, omnibus machinis ad Hulſtum conuerſis, antemurali deiecto in illud impetum faciunt, inuaduntque & potiuntur, ſed dicto ocyus cum ſuffoſſum eſſet, per cuniculum immiſſo & accenſo puluere, moles omnis illa cum Hiſpano-belgis diſploſa in auras corruit, aliunde ad portam veſtalium, obſidentes inſultum geminant quem non ſolum fortiſſime ſuſtinent retunduntque oppidani, ſed magna ſtrage ſuorum oppugnãtes mulctant, Rhoſneus tribunus militum tormentario globo necatur, & ſuarum cohortiũ centuriones pene omnes Burlotius deſiderauit, obſidentes tanta clade nihil conſternati vt vim redintegrant ſæpius, ſic obſeſſi toties depellunt, ambiguum ab vtriſque fortius præliatũ ſit: in dies vulnerati Hulſto Midelburgum in aliaſque vrbes poteſtatis Batauæ exportantur, Hiſpano-belgæ in Antuerpianum Gandauenſe & Maclinienſe valetudinarium è caſtris efferebantur: atque ex huiuſcemodi internecione male audiuit Albertus, frementibus Germanis, Vualiis, Hannoniiſque militibus, qui ſe velut victimas ad præſentem lanienam inuite deduci querebantur. Hiſpanus cordatior per cuniculum ſuffoſſa porta veſtalium, vi pulueris tormentarii penitus conſtrata, quater inſultum redintegrat, antemurali obſeſſos omnes fugat, prærumpit vltra iamque per hiatum in oppidum pedem fixerat, cum obſeſſi pene in faucibus lethi, incredibili fortitudine ſupremum exitium depellunt, coguntque Hiſpanum regredi amiſſo antemurali, quo ſe oppidani foſſa terræ aggeſtionibus aliiſque fortuitis obicibus præmuniunt, illo antemurali oppidani cuniculum ſuffoderant puluere fartum, vt pellicerent Hiſpanum, claſſicum concinunt, illuc Hiſpanus properat, ſed mox ſubiecto igne, fortiſſimi Ibericorũ vſtulari lacerique ſemineces alii chaſmate & hiatibus telluris ſorbentur, alii in auras diſploduntur, alii alio deiecti: At illi arte non diſſimili damnum vlciſcũtur, ſuoſq;

Propugnaculum de Naſſau.

Digitized by Google

1596. dolos in oppidanos regerunt, ſuffoderant enim Hiſpani ingentem cuniculum, à quo cum ſumma pernicies vrbi immineret, & aduerſus vim inelu&abilem nullũ eſſet artis humanæ munimentum, oppidani colloquio exitium ſupremum anteuertunt, ac tandem his pactis 16. Sextilis Hulſtum deditur: *Comes* Solmeus equitum peditumque cohortes, explicatis ſignis, timpanis reboantibus, lichnis ardẽtibus, cum armis, ſarcinis, equis, carris, lintribus, celocibus phaſelis omnibuſque caſtrorum impedimentis quo libitum fuerit, ſecure & innoxie deducentur, hac fide data ab Alberto, Comes Solmeus vrbem cum Naſſounio propugnaculo dedit, atque illico vbi naues appulerint excedet, interea dum expectantur, in laceri muri ſummo faſtigio Marchionis Treuici cohortes peditum ſtatiua deſigent, hac lege ne vltra pedem efferant, vtque ſine fraude ſit oppidanis, ipſe marchio Treuicus & Comes Soranus dabuntur obſides, vtrinque qui capitiui ſunt non ſoluto precio libertatis, cibariis perſolutis libertatem recipient.

Deditio Hulſti & propugnaculi de Naſſau.

Ciuibus fas erit terra mariq; exportatis gazis & omni ſupellectile, quo velint abire atq; intra annum mobilia diſtrahendi ius erit, ſuoq; prouentu fruentur ſi in ſequeſtræ fidei vrbibus incolatum habuerint, omnib. ius ciuitatis retinendæ liberum factum, cautumq; vt nulli noxæ & fraudi ſiet rerum præteritarum condonata venia, & indicta obliuione, digreſſis ab vrbe reditus & incolatus, æq; bona fide permittitur, pactiſq; huiuſcemodi perfruentur.

Elizabetha Anglicana, & confœderati Batavi, regia conuerſione plurimũ exaſperati fuerant, at longe acerbius doluere Regem cum Pontifice rediiſſe in amicitiam, intellecta enim Legati in Galliam profectione, ominantur non niſi in ſuam perniciem aduenturum, videlicet ad Hiſpanum cum Rege conciliandum, qua coniunctione res ſuas turbatum iri ſuſpicabantur. Ergo Anglicana, cum fœderatis Batauis ſuos Lutetiã mittit oratores vt Regem à ſuſcipiendo legato ſi poſſint dehortentur, ſin minus monitum faciant ne inclinanti in res Hiſpanicas nimium ſit credulus, neue veteres & proximos amicos qui toties in rebus arctis præſto fuerint aduerſus nunc palpantem Iberum nouis & longe diſſitis poſtponat.

Angli oratores & Batavi Lutetiam adueniunt.

Cardinalis Florentinus, per rumuſculos intellecta frauda & molimine aduerſariorum, regredi Romam conſtituerat, feciſſetq; niſi medio itinere per Regem de ſua in ſedem Rom. propenſione, & auerſione ab Anglo-britannis Batauiſque certiorem feciſſet, illi à Rege reſponſum habuere conſtantiſſimi propoſiti, in religione nempe ſuam conſcientiam & ſalutem ſibi pluris eſſe, quam omnia orbis imperia, ſic dimiſſi re infecta domum redeunt.

Clemens VIII. ægre ferens, in Armorica reliquias eſſe fœderationis, & cum Belgis grauiſſimis prælis, Chriſtianorum principum vires atteri, quas in Turcam conuerti multo æquius ſit, ad vtriuſq; gentis paccanda diſſidia, Cardinalem illũ Etruſcum in Galliam mittit, dum pontificiæ facultates, ex priſco more in Senatu excutiuntur, in rure ſuburbano Cantilupi hortiſq;, qui amœnitate Tyburtinos, adæquant, ad Caſtræum oppidum ſubſidet & deliciatur.

Legationi vbi decretum acceſſit; Lutetiam iit; obuiam proceſſere, princeps Condæus ſeptennio vix maior, & alter ab illo Henricus Borbonius Montpen-

pen-

Digitized by Google

penſierius, in ſuburbiis Diui Iacobi, antemeridianum epulum accipit, dehinc totus purpuratus, mulo purpura inſtrato vectus, ſub tentorio ſerici panni vndulati vrbem ingreditur, vmbellæ quatuor fulcra à totidem vrbanis decurionibus geſtabantur, excipitur à principe Senatus Achille Harlæo, luculenter argute & paucis, videlicet eum vere à Clemente miſſum qui in Galliam contrario molimine anteceſſorum accedat, non vt ibi ad deuouendum belligerendum populoſq; ad ferociam concitandos, ſed vt finem tot communibus malis faceret hinc concepta fiducia auſpicate fauſte omniumq; effuſis animis ad lætitiam excipi, id liquido conſtare tam denſe ruentibus populis ad eius conſpectum, vt cum viæ cōpita, angiportus, turbam non caperent, alii feneſtris ſemipenduli, alii ſpeculis intromiſſi, audaciores tectis conſcenſis, ad eum videndum ſe effuderint, deducitur ad ædem Virginis, ſummis acclamationibus, quæ eum Fcanciæ ſalutiferum & pacis fecialem fore prædicabant.

1596.

Cardinalis Florentini in vrbe aduētus.

At grauis æſtus luem tabificam antea non vno loco tacite nidulantem exaſperauit, & tot populorum promiſcua conglobatio, quæ in rerum nouarum vel præſtantium ſpectaculis crebra eſſe ſolet, contactu affectorum ſanos affecit inquinauitq;, vt hic morbus contrectatione plurimum cōtrahitur, vnde illi nomē: Ingraueſcebat ergo lues æſtu in dies efferueſcenti, & quamuis vulgari paræmia receptum ſit Reges lue tabifica non emori, ac popularem eſſe morbum, tamē olim lilia ipſa appetere, & liuore ſuo inficere non perhorruit quandoquidem Ludouicus IX. in caſtris Thunetis olim Carthaginis hac tabe affectus terra cœlos mutauit.

Rex tamen ſibi ſuorumque ſaluti proſpiciens Rhotomagum migrauit: Sextilis pene exactus, Senatui annuas ferias dabat, magnum Conſilium cui nullæ induciæ nulla interſtitia litium Meduntæ, ſtatione media inter Lutetiam & Rhotomagum ſtare iubetur, opportune & ſalubriter, quandoquidem lues inclementer admodum deſæuiit & bacchata eſt tam certo metu ex crebris funeribus, vt per bimeſtre tum Curiæ ſolitis induciis, tum Aulæ digreſſu, & ruſticatione ciuium, Lutetia pene in ſolitudinem, verſa ſit ſed bruma recurrente, frigoribus vi morbi domita vbi Martinalia ſcluetunt iuſticium, populorum à feriis ad lites recurſus ſolitudinem exegit: Claſſis Conſcriptorum cenſoria, ad prouinciales nequitias coercendas Lugdunum mittitur, ibiq; trimeſtrem cenſuram agi ; ſolent enim ad extremas Lutetiani Senatus regiones interdium delecti patres tranſmitti, qui minorum prouincialiumque iuridicorum & nobilium audentiores noxas caſtigent.

Aula migrat Rhotomagum.

Magnum Conſilium Meduntæ ad ſequanā ſubſidet.

Grāds iours à Lyon.

Rex memor vaſtitatis illatæ ab Alberto, poſt Ardeæ expugnationem, Mareſcallum Bircnium in Attrebates mittit. Ille moribus neutiquam manſuetis, potiſſimum in hoſtem, cum quinq; equeſtribus turmis pauco ſed expedito alacri & pugnaci peditatu, fines Hannoniorum & Attrebatum ferro, face, ferox, ſed animo ferocior, ingreditur, acceptam ab Hiſpanis cladem in Morinis & Viromāduis vlciſcitur, vincit, victos vinctos facit, ſternit, mactat, vrit, expugnat, expilat denique Bironium agit Caſtrum Imbercurium ad receptum ſuorum, officinam

Digitized by Google

1596. ſuam ſpoliorum carceremque vinctorum intercipit, in eoque habitis ſtatiuis, cogit oppida, municipia, vicos, genteſq; finitimas, precio ſecuritatem & libertatem paciſci.

Marchio Varrambonius ex Attrebatum vrbibus, elicitis coactiſque præſidiariis quingentos equites collegit.

Tyro aduerſus veteranum, Lepus in Leonem, Columba in Aquilam, vir certe parum gnarus Bironianæ audaciæ, qui paucis cum pluribus periclitari, à natura & conſuetudine habebat, cum Bironio congreditur, tam infœliciter quam imprudenter vt ſuis cæſis, fugatis ſparſiſque ille primis imparis congreſſus pœnas dederit vt qui victori Bironio in opimam prædam venerit, captus enim Lutetiã miſſus, quadrigenis millibus aureorum nummum libertatem redemit. Attrebates, aduerſa illa fortuna perculſi, vrbibus caſtriſque ſe continent quorum pauore Gallus audacior factus vltra progreditur, Diui Pauli fanum vicinumque omnem agrum expilat & populatur abductis hominibus, armentis, textilium operum, lanificiorum, telarum, omniumque mercium quibus Belgium abundat ingentibus ſarcinis, quas traiecto flumine Somma in tuto collocauit.

Bironii expilatio.

Lenocinio tam pinguis prædæ pellectus, noua profectione populationem prædationemq; repetit, cuius magnitudo plures illi copias conciliauit, ita vt auctis viribus, rurſus in Belgium penetrauerit.

Albertus ad coercendum Bironium, pulſandumque ſuis finibus, Aſcotiũ & Aumalium duces, multo maioribus copiis immittit, Bironio Sancti Pauli Comes, Sanlucius, Chazeronius, Chamoiſius, aliique primæ militiæ ſocios ſe addiderunt, illi omnes, circa Bapalmum progreſſi, audiunt ab Hiſpano-belgis, trecentos pedites Gallos in Eccleſiam pagi finitimi profugos obſidione premi, iamque ad eliciendos, ſacrum aſylum incenſum, ni è veſtigio ſubueniatur, aut flammis, aut Hiſpanis prædam futuros, Bironius, Comeſque Sancti Pauli, à ſtationibus impedimentiſque ſuis quod longius abeſſent, loricas & caſſides induendi non ſibi facultate data, diſcincti inermeſque ad ſuppetiandum abeunt, loco proximantes audiunt Hiſpanos relicta obſidione ad ſuos ſe recipere, Bironius hippo-ſclopetariis imperat, vt receptum præpediant, & velitationibus remorentur, donec Chaſeronius, cum vniuerſo agmine ſubſequeretur.

Egregium certamen fauſtum & ſelix Gallis.

Prætoriam Regis cohortem ducebat S. Pauli Comes; dextrumque cornu Seipetreus, Chamoiſius leuum tenebat, medius incedebat Bironius cum ſua equeſtri ala, extremũ agmen claudebant Conneſtabilis, & prodomini Cernutẽſis turmæ, quod imperatum erat ſclopetariis, opportune exequuntur: leuibuſq; prælis laceſſitos ſubſidere coegerunt donec Chaſeronius præſto adeſſet, fit impetus in Hiſpanos: Anteſignani erant Conradini duo Didacus d' Acugna, & Gabriel Rodericus, cum aliis primoribus ſuæ gentis, fugantur ſternunturque mox vt ducis Aſcotii & Comitis de Reulx copias attigere, frontem vertunt redintegrantque prælium, quod Bironius, aduentu ſuo hoſtibus exitiale & cruentum effecit interfecto Roderico, cum pluribus cæſis captiuiſque, poſtridie Bironius, in decliui loco & nemoroſo inſidias collocat, præmittitque Sanlucium, qui hoſtem laceſſeret, pelliceretq; fugienti ſimilis ad locum inſidiarum, ſed heſterno damno

Fuga & cædes Hiſpanorum.

Digitized by Google

damno affectus in caſtris ſuburbiiſque Attrebati ſe continebat vt patentibus cã- 1596.
pis, ſe longe lateque dominari Galli vident iterum prædæ animum adiiciunt, circa Bapalmum, rurſus expilant, diripiunt, incendunt, dehinc Bethunenſem & Teruanenſem agrum paribus damnis ruiniſque deformant, hominibus in ſeruitutem, pecoribuſque & armentis abactis, loco tuto prædam collocant, repetitis mox excurſionibus, Attrebatum & Catuacorum fines Bironius pergit populari, ac vbi ſatis pœnarum dediſſe hoſtem videt (heu quantas & quam graues dedit) ingenti & luctuoſa edita vaſtitate, in Gallicos fines ſe recipit.

Aſcotius tam infeſto hoſte, vt liberatam patriam videt, Imbercurium caſtrum obſidet & expugnat, dehinc in hiberna militem demittit. Rex Rothomagi comitia regni, ad componendas res turbidiores indixerat, Nouatores auſpiciis & patrocinio regiæ ſororis, multa ſibi polliciti, eo audaciæ proceſſerũt, vt per Lanoum veterani olim & fortiſſimi cauſſæ propugnatoris, filium libellũ ſupplicem regi, in Gaglionis amœniſſimo caſtro dum iter facit in Neuſtriam obtulerint, auſi illo ſibi fingere & policeri Regem vultu quidem, non animo religionem mutaſſe, intus ſeruare priſcos mores à catholicis corpus regium, ab illis vero mẽtem poſſideri.

Libellus ſupplex à rege faſtidioſiſſime reiicitur

Rex intemperiis præiudiciiſq; illorum ſupra modum, vt debuit, excandeſcens, lacero per indignationem libello publice profeſſus eſt *eos mentiri*, qui eum in religione ludificantem & ſimulatorem crediderint, faciem à præcordiis non diſſentire, vi & terriculamentis ad Miſſam adigi noluiſſe, ſponte & ſuperis animũ impellentibus ad eam iiſſe, à qua nunquam ſit defecturus: non eſſe his moribus, vt tamdiu in re ſacra fucum facere potuerit, deniq; expectationem ſupplicantium inſigniter fruſtratur atque adeo indignanter miſſos facit, vt exinde plures aula & caſtris regiis ſeceſſerint, vtq; ſectæ fouendæ proſpicerent, apud Salmureos, Caſtelaurodenſes Vindocinoſq; coactis vndiquaq; Geneua Monte albano, aliiſq; ſibi addictis vrbibus veteranis ſuis coetus inierint.

Condea principiſſa, à Filleſaco, Texera Luſitano, aliiſq; Orthodoxis, qui filii educationi Chriſtianæ erant adhibiti ad fidem Catholicam deducitur, ac cũ probe in ea confirmata eſſet, ad aras ſectam Caluinicam eiurauit, Etruſcus Cardinalis ei benedixit, impertiuitque pontificium veniam erratorum, adhibito ad exhomologeſim, & arcana conſcientiæ ipſo Texera Dominicano, qui paulo poſt de eius non ficta conuerſione libellum edidit.

Eiurat Condaa Principiſſa nouam religionem.

Summus Pontifex ne quid intentatum relinqueret, quo potentiſſimi duo Chriſtiani orbis reges Gallus & Hiſpanus, in amicitiam coaleſcerent, Franciſcanæ familiæ Apocriſiarium ſeu primicerium quem vulgo Generalem vocant, tam arduo negotio itionibus reditionibuſque ac omni tractationi præfecit nec ſemel per monachos fœciales ictum eſt fœdus, q̃ res teſtimoniis nõ eget, ex hinc cœpit pacis ineundæ initium duci quæ biennio maturius coaleſcet.

Generalis Frãciſcanorum pacis negotium aggreditur quod monachis non fuit inſolens nec infelix.

Anglicana ſtupendo apparatu claſſem inſtruit ſummis nauarchis Comite d'Eſſex & millordo Hauardo Archithalaſſo ſeu rei nauticæ & maritimæ ſummo præfecto.

Priuſquam vela darent in vulgus publicatur, inſtructam claſſem ad coer-

Digitized by Google

1596. cendum ambitum, propulſandoſque impetus Hiſpani, qui ſuis littoribus magnam vim nauium adornet, vt in angliam velis remiſq; irrumpat, quod iampridem anno 1588. infœliciter tentauit, Diis pelagi vltoribus fœdifragorum, cum claſſis illa vel eo ipſo tempore vim inferret, quo inter vtriuſque gentis oratores de pace colloquium eſſet. Eliſabetham, vt à ſimili euentu caueat, & in hoſtem ſua conſilia & conamina retorqueat, apud Chriſtianos omnes principes, ſuam mentem teſtari cum quibus vno excepto Hiſpano, vniuerſe bene & amice conueniat, hinc duob. naualis militiæ præfectis, diſtricte ab illa imperatum, vt à cæterorum principum ſubditis, fœderatis, affinibus, & in fidem receptis, abſtineatur omniſque vis & iniuria abſit, inque Hiſpanos belli totius moles & diſcrimen vertatur, vtque ab illis hoſtibus, cæteri aliarum gentium diſcriminentur, rogare, omnes vt Hiſpania & Luſitania, atque ab omni eorum conſortio, commercio, fœdere finibuſque quamprimum diſcedant, quod ſi programmati minus audiētes fuerint, ſcientes ſint, eam ſortem quam ipſi indigenæ Hiſpani ferent, habituros. Bataui qua ſunt beneuolentia & æquanimitate in Hiſpanum, ad augendam claſſem Anglicanam, vicenas naues bellicas, cum quatuor onerariis commeatū & armamenta vehentibus adiungunt. Solutis anchoris, dant ſe omnes pelago, & toto mari prœliandi opportunitate quæſita, ad fretum Gaditanum conſiſtunt figuntq; anchoras, circa inſulam quæ olim Gadir ſiue Tarteſſus, in confinio Beticæ prouinciæ vbi Affrica ab Europa dirimitur, nunc Calis dicitur: ſtabant in littoribus Hiſpanicæ naues, milite, machinis & annona, non mediocriter inſtructæ, quibus admixtæ erant onerariæ mercatorum.

Comes Eſſecæ ad inuadendam inſulam, (quam fretum DCC. non amplius pedum efficit) fortiſſimos militum, in continentem emittit, terra marique Hiſpanos appetit, qui inſperato circumuenti, primum nutare & terreri mox confirmatis animis, totis viribus pugnare atque efflictim, depellunt Anglos aditu portus tanto fortunatius, quod cum anguſtus ſit & in modum lunæ primo ortu ſemiorbicularis ſinuoſus ſit, non niſi quinque naues à fronte excipit.

Hiſpanis, primus ille impetus tam fœliciter ceſſit, vt Hollandica nauis quæ & prætoria titulo delphinus propter incredibilem velocitatem ſic nuncupata, grațio igne & ſulphuratis iaculis exuſta in fauillas abierit. Hiſpani hoc lenocinio fluentis fortunæ, nequicquam elati cum tantæ claſſi ſe impares ſcirent, in ipſis faucibus portus, ſuas aliquot naues incendunt, ne gens inimica raptis ad maiora latrocinia in ipſos vteretur, in Philippina quæ vel ipſo nomine ſuam ingentē fabricam & inſignia loquitur ne Batauorum dominatu & euectione inceſtaretur magnam vim pulueris congerunt, cui cum ex longo & ſequaci tractu, Anglis irruentibus opportune ignem dediſſent, edito ingenti fragore magis Anglos terruit quam offendit. In continente ipſo ſolo littorali Comes Eſſecæ, oppidum aut potius emporium & officinas mercatorum, qui ex Affrica in Europam traiiciunt inuadit, tutabantur illud fortuito & tumultuarie ex vicinis agris acciti ſexcenti equites ac pedites totidem, ſed cum parum gnari eſſent militię, vt ſolent eſſe qui ad ſubitos motus à raſtris & ligonibus, hoc eſt, ab obtuſo ad acutum ferrum eliciuntur, ac prima eruptione, à Ludouico Naſſouuio tam fortiter excipiuntur

fugantur,

Digitized by Google

fuganturque, vt Angli & Hollandici promiſcue cum illis in ipſa fuga oppidum irruperint, quidquid obuium fuit, ferro demetitur, aurum, merces exoticæ quarum ibi vis magna expilantur & exportantur. 1596.

Angli oppidum Calis expugnant expilantque.

Quos fuga ſtragi eripuit, in caſtrum ſe recipiunt quod non ægre poſt dedunt, pacti incolumitatem ſexies vicenis millibus aureorum nummorum ſtatis temporibus perſoluendis, ad quorum luitionem dant pro fideiuſſoribus obſides: Dux de Medina, Gaditani omnis illius freti pfectus, cum propulſandis Anglis impar eſſet hoſtibus ditiores exuuias inuidens, iubet mercatorum naues cũ omni gaza incendi, ferox mandatum peragitur, nec mora triginta duæ onerariæ, peregrinis mercibus inæſtimabiles, immiſericorditer exuruntur, tanta vi & igniũ edacitate, vt Angli prædatores, negotiatores prædati & qui merces redemerant, mediis in vndis victrices omniq; Neptuno ſuperiores flammas extinguere haud potuerint, venerat in mentem Anglis oppidum illud Gadir ſeu Calin incendere, ſed gens alioquin Hiſpanis immanſueta Netoniano hoc ſpectaculo recreari exhorruit. læti admodum expilatione & exportatione tam ingentis prædæ domum reuertuntur, fruſtra obluctante Comite Eſſexæ, qui in ſingulis Hiſpaniæ littoribus eandem vaſtitatem edere in hiſq; morari & præſtolari claſſem aurum indicum deuehẽtem ſtatuerat, ſed miles præda onuſtus, domi ſarcinas exonerare cupiens, metuenſq; rebus iam partis reditum in Angliam maturauit. Claſſis Peruana Hiſpanorũ quæ vellus aureum aduehebat, certior facta per phaſelos de Anglicanis inſidiis & prædatione ſubſiſtit, hæſitq; in anchoris, donec diſceſſu hoſtium mare peruium & ſecurum ſciret. doluit plurimũ Regẽ Hiſpaniæ, ab exteris & longinquis hoſtibus, in ſuis littoribus, ita fœde tam inſigni clade affectũ, ratus Hiſpanico nomini, apud cæteras gentes plurimum detractum iri, ab Anglo ſuo ſolo & ſalo ſic appetitum.

Nauigatio Batauorum ad Septemtrionem.

Hollandici, ineunte vere, Amſterdamo ad penitiſſimum Boream nauigationem, magis audacem quam profuturã aggrediuntur: menſe enim Sextili quo apud nos rapidi Soles Canis & Leo ſæuiunt æſtu plerunq; intolerabili in concretum mare deuenerunt, tanta aſperitate frigoris vt naues vinctæ pigro mari ſteterint hinc coacti omnes in littus deſcendere, ac mapalia, ex fortuita materia ſibi contexere, ad vitandam Brumæ ſæuitatem, cœlo pluſquam Getico & intractabili, accedebat vrſorum & vulpium immaniũ feritas, à quibus, quotidianus metus peruigiles faciebat.

Batauí tamen ferina huiuſcemodi animantium inediam diu tolerarũt, pellibuſq; & exuuiis excoriatorum, veſtes ſibi & ſtragula ad cubandum conſuebãt, incirco horum venatui, multo acrius inſtabant, ſclopis vulpes & vrſos in quotidianum victum traiicientes, vitam illam infœlicem diu egerunt vel omni ſpe amiſſa reditus, ſed paulatim mitiore cœlo, reſoluto mari repertis nauibus, pluribus fame, lue, frigore deſideratis, pauci numero ægri, macilenti, ſemineces, laceris vacuiſq; nauibus, miſerabili ſorte Batauiam repetunt profeſſi deinceps, cum vrſis, vulpibus fame & immani cœlo luctatum non ituros.

Pauci Batauiam redeunt.

Appetente Septembri Mareſcallus Turrenius, traiicit in Angliam cum Eliſabetha, vice Regia fœdus cum vtroque regno ictum iuraturus, pacta fœderis,

Digitized by Google

1596. ſic conſcripta in vulgus publicabantur, vt fœdere iſto priſcum redintegretur: in Hiſpanum, ſuas ditiones & ſubditos à Gallo & Anglo ſociis viribus vis omnis adhiberetur: ad hoc conſortium belli, cæteri principes ab vtriſque pellicerentur miſſis ad eos legatis & fæcialibus, qui ad ſocietatem fœderis eos pertrahant, q̃ cito & opportune vtriuſq; Regis & reginæ ſumptibus ingens exercitus conſcriberetur, quo res Hiſpanicæ vndique inuaderentur. fas neutri fore cum Hiſpano, de pace aut induciis agere, neſcio & inconſulto altero, ſed quamprimum, alter ab altero, de re propoſita certior fiet, & quia Rex in Armorica cum Hiſpano in certum diem inducias pactus eſt, his elapſis ſi prorogentur ſpondet Rex cauiturum ne qua vis & iniuria Anglicano regno & ſubditis inferatur ac per inducias illis ſecure ſit.

Nouum pactum Regis Galliæ cum Anglicana.

Vtriq; conceſſum viciſſim erit puluerem tormẽtarium, machinas, & armamenta mercari, & ab vtroque regno euehere, annonamq; & commeatum ad alendos exercitus comportare vtrumq; negotiatoribus in ſuo regno opem, ſecuritatem & iura omnia hoſpitii indulturum vt mutuis illis officiis, rerum venaliũ vberior ſit copia, Regem Chriſtianiſſ. Eliſabethæ ſubditos ob eam quam profitentur religionem in ius vocari & iuridicæ animaduerſioni ſubiici non permiſſurum. Pacta huiuſcemodi, vicarius regis Turrenius, iureiurando à Gallis inuiolata fore ſanxit, Comes Saliberienſis Rothomagi pro Eliſabetha apud regem eodem ſacramento fidem deuinxit vtq; arctiori vinculo fœdus conſtringeret, poplitarii ordinis cingulum regi detulit. Ordines Batauorum, non ægre huic fœderi ſe adiungunt cum potiſſimum ad eorum cõmodum vires Hiſpanicæ quæ ſi nõ aliũde diuulſæ longe illis ſuperiores ſint illo allidantur: nam quis acephalas gentes, nuperos homines mercatores naucleros nautas, abditos paludibus, inuiis littorib. & arundinetis, in priuatam dinaſtiam erectos, ſine fulcro fœderatorum principum, aliquandiu ſtetiſſe poſſe quibus in piſcatu & præda maris olim victus erat, Venetorum æmulos potẽtiſſimo olim Belgio, iura dare crederet? Rex Hiſpanus, tot bellis Gallico Hollandico & Turcico, exhauſto ſuo ærario, apud trapeſitas & fœneratores, cum ingenti & pene indiſſolubili mole æris alieni obſtringeretur, ſtatuit vna litura, nexus omnes obligationum diſſoluere. ergo programmate, apud oẽs gentes notum eſſe voluit, grauiſſimis ſumptibus bellorum, in alẽdis exercitibus, tot diſſitis quibus imperat ditionibus, potiſſimum iniquitate mẽſulariorum qui per incrementa vſurarum ſortem primariam vices auxerint, Peruanam aurifodinã, omneſq; ſuos cenſus annuos penitus exhauſtos, vt ad tot bella vel inferenda, vel depellenda, nihil iam illi ſit reliqui, ex his anguſtiis ſe eripiat, nihil ſibi viſum conducibilius, quàm ſi improbi fœnoris edacitatem coerceat, & ex vſuris æs contractum iniuſtum & nefarium pronunciet, atq; ideo à fœneratoribus res pignoratas ad fiſcum reuocare, indictum illis, vt ad ratiocinia & computum legitimum ex ære ſibi debito quamprimum veniant, interea rebus in pignus traditis cedant, in Hiſpania, Germania, Belgia, Italia, præſertim Venetiis, Genuæ Auguſtæ vindelicorum, Mildeburgi, Antuerpiæ, denique in omnibus emporiis, in quibus Hiſpanus fœneratur & æs alienum facit, illud programma negociatoribus ſummum mœrorem, rerumque ſuarum perturbationem attulit.

Rex Hiſpania ære alieno regio vere modo ſe liberat.

attulit, vt plures fraudati ære ſuo, alienum negare & mercaturæ fidem fallere coacti ſint. 1596.

Iam hyems ingraueſcebat, cum Rothomagum rex, incredibili apparatu ciuium ingreditur, opibus, ſumptib. non pepercerunt quo propenſiſſimum animum in regem teſtarentur impendiſſe ferunt, quadriginta millia aureorum nummum tanto lætius, quod pene trimeſtri regis & aulæ apud eos ſtatione, expēſa, vel plura etiam ab aulicis recuperarint, vetus enim verbum eſt, apud Gallos Regē nunquam eſſe oneri & diſpendio ſuis hoſpitib.

Hyeme iam pro proueĉta Rex ingreditur Rothomagum.

Cœpit tunc Maximilianus Bethunius Rhoſnius, in Regis penitiorem gratiam accipi, rei nummariæ coercendoq; quæſtorum peculatui ſumma poteſtate præficitur, tanto profectu vt quod antea multis in ærario publico impune licuit, iam non liceat.

Laborauit ſemper Gallia hoc genere homuncionum, qui cum nuperi ieiuni exiles paternis hæreditatib. abſtinentes ad hoc vellus aureum acceſſerint, repente fiunt aurei, hique in purpura vitam agant, cum priuati fures in neruo ſuam ærumnoſam agant vel cruciabiliter amittant.

At vero Hirudinum iſtarum adeo ſeuerus inexoratuſq; vindex ille fuit, vt deinceps furaciſſimis de genere Getyonaceo expilare, vt olim & tandiu publicum ærarium neutiquam liberum fuerit.

Vix credi poteſt, vt vir toto ſuo æuo militiæ nobiliumque Gallorum addictus exercitationibus ſcilicet domandis equis, certaminibus gymnicis curſibuſque in ſtadio, repente rationalium iuriſdicorum omnes formulas, expilatorum verſutias abditiſſimoſque dolos è cuniculis in lucem eruerit, commodiſſimum malo occurriſſe, at ſpongiam comprimi, factumq; oportuit quod ſub inuolucro fabulæ ſubnotauit Gregorius Turonicus. Refert enim Regem Theobaldum potentiſſimo cuidam opum helluoni dixiſſe, aliquando anguem in vrceum oris anguſti tenui & inflexo corpuſculo ingreſſum, vt vinum ebiberet exhauſto intumuiſſe, vt arcto infundibulo exire nequiret, cumque in exitu anxie laboraret, dominum ſuperuenientem anguem monuiſſe, vt ſi effugium quæreret, egeſto vino vt prius gracileſceret: ſic non niſi ſagina depoſita plæbis, ſuis exuuiis prædationibuſque vacuis dilabi æquum fuit.

In comitiis Rothomagenſibus, multa de ſtatu regni, in melius commutando tractatum, ſed eo exitu quo ſolet, nempe vt adhibita malis publicis, egregia & ſalutari medella, illa vel non omnino aut in paucos dies ſeruetur.

Regis Oratio in publicis Comitiis.

Rex ad ordines ſic profatus dicitur. *Si in dicendo gloria comparanda mihi animus eſſet concinnatam arte & facundia orationē meditatamq; longe antea, qua ſolent oratores voce & venuſtate pronunciarem, ſed longe glorioſius elogium, & ad immortalitatem mihi cōuenientius affecto,* liberatoris nempe & reſtauratoris, *regni inclinantis & valde attriti, vt in priſtinum decus vindicetur, hoc potiſſimum nomine indicta ſunt hæc comitia.*

Scitis autem (ô fidentiſſimi ſubditorum) laborum ſocij, periculorum participes, conſortes ærumnarum primis Regni auſpiciis, quam non ſolum labefacta fuerit Gallia, ſed ab indigenis pſſundata & ad vltimum exitium prope deducta fuerit.

Illam ego ope diuina, fiducia, conſilio, charißimorum procerum optimatum nobilium vi-

ctricibus armis (quos principibus neutiquam poſtpono, cum regibus vetus ſit formula iuriſiurandi, per fidem & ſacramentum nobilis viri) ex ingenti diſcrimine atque ex mediis faucibus inteſtinorum hoſtium, tot bellis exhauſtis, tot ſuperatis vitæ periculis exantlatiſque laboribus eripui.

Vetus formula iuramenti Regij Foy de gentil home.

Nunc ab inſtanti fato & ſuprema internecione eripiamus, mecum ô fortiſſimi commilitones hunc ſecundum exaquate laborem, illius vos merces & gloria non minor, quam de priore manet, non ego vos more maiorum, in hunc celeberrimum cœtum coegi, vt vobis mea dicta, & placita probata vel imperata facerem, quin potius à vobis rei bene gerendæ & expediendæ publicæ ſalutis monita & ſalutaria conſilia exquirerem, denique vt me vobis tutoribus regendum committerem, quod ægre vel nuſquam faciunt reges, ætate qua ſum iam prouecta & pilis caneſcentibus, hique Auguſti & toties victores, ſed ſummus ille qui me vrit amor in ſubditos, & gemini illius elogii adipiſcendi deſiderium liberatoris & ſoteris patriæ, omnia quæque honeſta & glorioſa facit, omnes ordines nulla parte regi defuturos, conſilia, opes, arma, vitam, denique omnia quæ mortalibus ipſa vouere poteſt mortalitas ſpondent.

Liberatoris & ſoſpitatoris Galliæ Henr. IIII. elogium merito & ex factis affectat.

De Hen. III. funere & exequiis poſtulatio.

At dolebat plurimos Henricum III. inſepultum populari loculo Carolopoli in æde monaſtica Diui Cornelii acere, Lodoica Lotharingia vidua, oratore Ludouico Buiſſonio Senatus Aduocato, ante triennium regalibus exequiis honeſtari, recondique Dioniſyano Mauſoleo publica expoſtulatione Meduntæ ad Sequanam exegerat, vt ab omni probro manes vindicarentur, & rite conditi cineres quieſcerent. Legatus qui tũ agebat Rhotomagi ſedulo inquirit, num Henricus III. Chriſtiana exomologeſi & pœnitentia præmunitus, è vita migrauerit, re comperta & data fide ab his, qui cæſo & laboranti expirantiq; adfuerant Romã facti quæſtio mittitur, vt ſublato anathemate Sixti, ſucceſſor Clemens pacem oſſibus & cineri faceret: putarũt amantes memoriæ illius principis hoc ſupremum Chriſtianæ pietatis officium deberi.

Hiems adeo nimboſa, vt iugibus pluuiis aucta flumina late campos, & ſata demerſerint. Sed nullus Europæ fluminum magnitudine damni Sequanæ eſt comparandus, ille notis littorib. ſe non capiens, pontem molitorum vi inſuperabili vndarũ radicitus euulſum deiicit, vt poſt modicũ interuallum nulla prorſus veſtigia extarent, ita vt qui à ciuitate trans flumen illo iter fecerat mox rediturus, quem calcaret pontem non inueniret: ligneus erat carie & vetuſtate, atque incuria poſſeſſorum iamdudum fatiſcens nutabat, totarum vertigo & impetus quib. molæ frumentariæ impelluntur, compagem & contignationẽ ædium diſſoluerat, duabus horis ante lapſum viſæ ſunt domus dehiſcere, & ſolito grandiores rimas agere molem omnem iſtam tignis tabulatisq; ſtrepitu ruinam teſtari ſed Lutetiæ minus ſolet proſpici malis præſentibus, & vicinorum exemplo pericula contemnuntur: dies erat feſtus, ponticolæ alii precatum, alii ambulatum plures cauponatum ierant, vulgus ſolito itinere calcabat pontem; itus & reditus metum periculi adimebat, ſed tignis ſudibuſq; quæ penſilem machinam fulciebant vorticib. vndarum auulſis & diſcuſſis, iam nocte prouecta & illuni, cum viris mulieribus pueris iumentis ſupellectile ſtratis menſis ferculiſque onuſtis vno excidio ruit, vno hiatu ſorbentur omnia, auditur per tenebras eiulatus pereuntium, opem inclamantium nautæ portitores vectoreſque aſtant, ſed fragminibus

Pontis molitorũ lapſus.

pontis

Digitized by Google

1596.

pontis lintres & ſcaphæ tranare amne præpedito prohibentur, nox ſtragem auxit, cum per caliginem ſuccurrere non potuerint portitores, quod luce quotidiano euentu incunctanter & proſpere ſæpius faciunt.

Tignorum trabium ſudium fragminum toto flumine, tanta ſylua ſparſa fluctibus innatans vt poſt obliqui fluminis varia diuortia & amfractus Meduntam vſq; nobis inſpectantib. tabulæ enatauerint.

Le Baſacle de Tholoſe.

Sub id tempus, non diſſimili illuuie, Garumnæ ſæuientis piſtrinaria moles admirandi operis, Tholoſæ magna ex parte conuulſa eſt, ne vero ſola vis vndarum arguatur, ſoliq; Næreo probrũ fiat, Vulcanus damni partem ſibi vindicat, nam fortuito incendio Palatii Burdegalenſis, pars illa quæ litium inſtrumentis armatium erat ſeu reconditorium exarſit: lugentib. his qui ſe iure optimo fultos credebant, contra tacite exultantibus quos proteruitas, & cauſæ vitium cõſcios habebat, ita vt illis nunquam luculentior ignis illuxerit.

Conflagratio Burdigalenſis Palatij.

Rex certior factus, Hiſpanos in Ambianos, aliquod ingens moliri facinus, veritus quod paulo poſt incuria & faſtidio oppidanorum contigit, illic præſidiarias indicit cohortes, quibus vrbi aduerſus hoſtem conterminum & inſid ante proſpiciatur, illi vt liberiorib. ſibi eſſe liceat, detrectant exterum militem, obteſtati tot populis fœtam vrbem, non alia egere fide, & cuſtodia quam incolarum, rogant vt de illa rex ſit otioſus, ille qui cordate in eum propenſos ſciebat eſſe Ambianos, vt re vera erant, de milite recipiendo non obnixius inſtat, quod non modo illis, ſed toti regno infra bimeſtre magni conſtabit.

Nouatoribus ſuarum litium dantur arbitri prætoriani Senatores, donec edictalia Tribunalia conſtituantur, hinc tanta litium ſeges, potiſſimum ex Neuſtria ſuccreuit, vt multitudine illarum, quæ tricæ & quiſquiliæ veriùs quam lites nominari poſſunt, magnum Conſilium laboraret, illis tamen & orthodoxis æque gratum & compendioſum fuit, potiſſimum quod illo Prætoriano Senatu, lites non inueteraſcant, quæ alibi ita annoſæ, vt vitam litigantium excedant. Ibi vero quantumuis ingentes & mole ſtupendas, vna æſtas, vel Bruma dirimit.

At non indigna eſt referri controuerſia de petitione hæreditatis, à deſertore ordinis Chartuſiani Monacho: eum in Armorica ex nobili & opib. affluenti familia ortum, bonis artib. ſacriſq; diſciplinis inſigniter præditum, cum tędium ſęculi cœpiſſet, parentibus quantumuis obluctantibus, per calcatũ patrem ad crucis vexillum pertexit, atq; ordinem Brunonianum non modo profeſſus eſt, ſed qui coæuos & commilitones in ſtudiis, è ſæculo ad hoc genus vitæ crebris epiſtolis pellexiſſet, tam ſtricte & ad vnguem regulam impleuit, vt ex patrio & Britannico cœnobio ad Hiſpanicum vulgo *mira flores*, tyronum inſtitutor monſtratorque monaſtices miſſus ſit: exteris ſanctitate & eruditione cõmendatiſſimus, donec per Gallicos mercatores audiit, parentibus fratribuſq; extinctis, ampliſſimã hæreditatem ad agnatos remotiores delatam.

Meduntæ vrbis magnũ cõſilium agebat latum Senatuſconſultũ enarratore Domino Boterio menſes ſeptẽ.

Vt audiit, perijt, ſic eum malus abſtulit error: duo illa cõiurata dæmonia clauſtrorum auaritia & libertas in ſolitudine pectus monachi ſubeunt, cucullam abijcit, clam militari veſte perſonatus Hiſpania ſe ſubducit. In Galliam reuerſus, gentilitiã hæreditatẽ vt ſuus hæres ab extraneis ſibi reſtitui petit, aſſertorq; religionis

1596. gionis quam nouatores profitentur, priuilegio fori vſu in magno conſilio diem dicit, obiicientibus votum, repudium ſæculi, bonorum abdicationem, reſpondet à duro patre impuberem neſciumque quantæ ſeruituti ceruicem ſubiiceret, hoc genus vitæ inuite profiteri compulſum cótra agnati præſtigias refellunt, annorum computatione, crebriſque epiſtolis lingua triplici pie & erudite ſcriptis, quibus ſodales vt olim diuus Hieronymus Heliodorum, à ſæculo ad Brunonianam ſolitudinem euocabat, tantum abſuiſſe vt à patre cogeretur, vt lenociniis primum, ac tandem vi adhibita & paterno imperio ab hoc inſtituto eum auocare conatus ſit, & qui toto æuo filii monaſticem ægre tulerit, frequenti Senatu acta controuerſia, viſiſque tabulis eiurator voti monachus petitione hæreditatis ſubmouetur, nec ſe hoc Senatuſconſulto victum putauit, poſtquã camera Edictalis in Lutetiana Curia inſtituta fuit, aduerſus Prætorianum Iudicium ſupplicat, triduana actione controuerſia dicitur iubeturque ſtare rebus iudicatis, gentiles ſui hominis egeſtatem miſerati prædium fruendum relinquunt, quo ſe aliquot annis erro & vagus aluit, donec impellente numinis gratia, vltro clauſtrum repetit, ac publice in baſilica Rhedonenſi, ab Epiſcopo, & præfecto Chartuſiæ, ſceleris veniam petit in ſe adeo ſæuerus, vt immiſericorditer & immanſuete ſecũ agi deprecaretur, quo magnitudinem flagitij ſeueritate vlciſcendi in poſterum expiare valeat, cum cuculla priſcos mores induit, tam caſtigata vita, vt cumulo virtutem fugæ noxam penſauerit & nunc adhuc cæteris magnæ ſanctitatis exemplo ſit.

In annalibus non vno loco conſiſtendum, ſcribentis calamus vt pennæ volucrum, repente in varias oras peruolitant percurrit, Tranſyluanus & Pannonij nos rurſus ad ſua caſtra & acies reuocant.

Byſantinus vt à Sigiſmundo Tranſyluaniæ Vaiuoda anno ſuperiore acceptas clades vlciſceretur, ſtatuit in eum imperii omne robur ſummamque belli molem conuertere, Sigiſmundus Turcico apparatu excitus, Tranſyluaniæ ordinibus ad publica comitia diem dicit, omnium votis & ſuffragiis ad propulſandum communem hoſtem bellum decernitur, pecunia imperatur miles conſcribitur.

Res Tranſyluanica.

Sigiſmundus dum Bruma armis dat ferias, vt ad conficiendum tam arduum bellum denuo Cæſarem ſibi ſociũ aſciſcat ſtatuit illum adire. Ille ergo cum nuncio Apoſtolico, Cancellario ſuo, nomine Ioſua, Alphonſo Cerili, qui illi ab arcanis conſcientiæ erat, cum famulitio non ita grandi & operoſo, vt qui omnes vndecim quadrigis veherentur, ſtipantibus aliquot cataphractis equitib. per ſuperiorẽ Pannoniã iter faciunt, dilapſiq. in Morauiã Bohemiã deueniunt, ac tandem Calen. Februarii Pragam appellunt, Sigiſmundo it obuiã Cæſarea nobilitas, deducitq; in Palatium Archiducum, aliquot dies febre præpeditus domi ſe continuit, vbi conualuit in metropoli rebus ſacris interfuit, ab Eccleſiaſte è publico ſuggeſtu laudatur, ob res in Turcam præclare & fœliciter geſtas, monetur que vt in perdomandis hoſtibus Chriſtiani orbis, quo pede ceperit pergeret, tam immortalibus factis non digniorem eſſe mercedem, quam ipſa quæ illi parata ſit in cœlo immortalitas, deprecari numen vt pro bono Chriſtianorum ſerus in illud redeat.

Pro ſuggeſtu laudatur Tranſyluanus.

redeat: vbi perorauit concionator, Vaiuoda (quod mirentur omnes in bellicoſo principe nato apud agreſtes & incultas gentes, ſolo cæloque rigenti & quod ad mores rigidos non parum facit Latine retulit de eo conceptæ opinioni, ex tot partis antea victoriis à communi hoſte non defuturum, nihilo ſegnius oſcitantiuſque pugnaturum quam antea fecerit, eum eſſe qui ad Imperii Romani, Auſtriæ domus, & vniuerſi orbis Chriſtiani decus & præſidium, vitam, opes, gentem ſuam æque libenter ac fortiter in poſterum vt antea profundere velit, ſperare tamen vt eo bello quod tutandæ religionis Chriſtianæ cauſa fiat, ſacrifici precibus, votis, lithurgiis; laici, milite & pecunia ſibi auxilientur, hiſque ſuppetiis à Deo exercituum quo auſpice pugnare conſueuit, maiora prioribus ſpondere ſibi incrementa tropheorum. 1596. *Tranſyluanus ex tempore Latine & concinne reſpondet cōcionator.*

Cęſar vero Rodolphus ne inſtanti vere, imparatus à Turca impetatur, apud Septemuiros reliquoſque imperii principes, ad conſcribendum exercitum pecuniam rogat, decernitur illi, tota Germania ſubſidia mittuntur coactis omnibus numeroſiſſimus exercitus conſcribitur, ſed qui duce æque forti ac ſumma authoritate imperandi egeat.

Alphonſus Eſtenſis Ferrariæ dux in his caſtris ſe Cæſaris vicarium inque illa octo millia pugnatorum deducturum ac integro annuo ſtipēdio ſe aliturum ea lege ſpondet vt Clemens 8. nepoti ex fratre filio naturali feudi Ferrarienſis inueſtituram concedat cum pontifex minus audiens eſſet vi ingentis auri demulcere fruſtra contendit eum, qui auro prodere & vendere patrimonium Eccleſiæ pluſquam Symonis piaculum eſſe putauit, quodq; infra annum Eſtenſium legitima gente extincta recepturus ſit.

Notius eſt enim vt nota indigeat Ferrariam memoria abauorum vt ramum ab arbore exarchatus diuulſam & in feudum datam Eſtenſibus, Rom. Sedis beneficiariis: Alphonſus fato proximus, cum triginta ſex annis imperaſſet, nepotis educatione orbitatem ſuam ſolatus, vt nomē & genus ſuum illo ſuperſtite propagaret, nullum non mouit lapidem, quo illum in ſuas ditiones tranſmitteret, ſed Clemens vrgenti de iniquis poſtulatis renunciat, vt illi ſatis ſit, tot annis beneficiarium feudum Eccleſiæ in fiduciā poſſediſſe, feudi leges religioſe & vtrinque à domino & cliente ſeruandas dolore, ex Eſtenſium principum familia qui iuſtis natalibus orti ſint nullum ſupereſſe, cum Alphonſo ſolatium prolis deſit, non eſſe quod inuideat Eccleſiæ in rem ſuam regreſſum.

Cæſarem nepotem qui extra nuptias natus ſit, beneficiaria poſſeſſione feudi vt auitis & paternis bonis omnium gentium iure nedum priuata inueſtituræ Ferrarienſis excluſum eſſe, nec alio opus eſſe exemplo, quam ipſius Alphonſi, qui nepotem eius notæ hereditate amouerit, hæc quaſi digreſſi è ſemita pro ordine temporum attexuimus.

Pontifex ergo repudiatis Alphonſi conditionibus quaſi fati præſcius vt qui proximo anno moriturus ſit, cum inueſtituram negaſſet, Alphonſus ille, iam nō Cæſaris ſummam præfecturam in caſtris ambit, nec militum octo millibus eorumque annuo ſtipendio illa iuuare promittit, ergo ſummum imperium militię Germanis Pannoniiſque poſtulantibus, Archiduci Maximiliano tribuitur, pu- *Clemēs VIII. nullu pactis induci poteſt vt renūciationi feudi Eccleſiaſtici renūciet.*

Digitized by Google

1596. gnare enim ſub gentilitio,lingua moribuſq; conſono malluerunt, quam ſub extero,victu,veſte,idiomate diſpari, vix enim Germani ſuapte minus compti, vrbani,ſobrii,abſtem j cum Italis, Hiſpanis & Gallis qui mundiciem & vrbanitatem nitidius colunt,aſſueſcunt.

Vbi Cæſar ſecure cauit,vt vere adulto ingens exercitus Tranſyluano ſe adiungeret, priuatis pactis illi ſe adſtringit,quotannis in Tranſyluania equitū duo, peditū tria millia aliturū, ꝓ eius menſtruo ſtipēdio viginti quatuor millia Talalarſiorum (genus eſt numiſmatis germanici) perſolututū,quod ſi expugnata Tranſyluania Byſantinus Tyrannus flagellumq; Chriſtianorum, Sigiſmundū extorrē eictumq; ſua dynaſtia faciat,Cæſar vt antea in Sileſia,ditionem æque oppotunā cum annua opimi ſtipendij penſitatione pollicetur:nuncius Apoſtolicus, quadraginta millia ducalium numiſmatum in menſtruum belli ſtipendium atq; Italicas cohortes promittit.

Tranſſyluania deſcedit Viennæ ſummis honorib. excipitur.

Sigiſmundus rebus apud Cæſarem in hunc modum compoſitis firmatiſq;, reditum maturat Viennæ excipitur ſummis honoribus,ruit effuſum vulgus ad cōtuendum principem,qui adhuc pubeſcens tot damnis Turcam afflixit,tot victoriis inſignibus rem Chriſtianam prouexit. Ieſuitæ per alumnos ſuos perſonatos in ſcena, Ioſuæ ſummi ducis apud Hebræos,recenſitis tropheis typum fortitudinis Sigiſmundi conuenienter retulerunt, eique publico ſpectaculo ſummopere gratulantur, quo eum in Turcam gloriæ ſtimulis vehementius accenderent.

Michael Borius, Nouiogradi præfectus, Volſam vrbem ad Danubium, conſcenſis noctu muris,oſcitantibus excubiis inuadit & expugnat,Turcicam omnē colluuiem ferro concidit, nullum captiuitate dignatus (quod genus misericordię eſt apud hoſtes,venalem & auro eſſe redhibitorium) Chriſtiani profugos in priuatas ædes igne conſumunt,dilapſos poſtico ad Danubium,naue fortuita receptos toties repetitis ictibus ſclopoum ita verberant,vt perfoſſo non vno loco amnem largiter ebiberit,& pondus ſuum Turcicum Danubio demerſerit. Chriſtiani oppido cedunt, exportata ſupellectile gaſis & armamentis, cum arci quæ munitiſſima eſt expugnandæ impares eſſent.

Cliſſa Illiria ſummū propugnaculum intercipitur.

In Croatia genus eſt hominum, omnis artis neſcium præterquam prædationis qua cæteris mortalibus antiſtant,Chriſtiani tamen lege,ſpecie tenus illi ſuorum manu collecta cum duobus Chriſtianis deſertoribus de intercipiendo Cliſſæ propugnaculo,quod in Illirio munitiſſimum eſt,clam pacti erant hac arte audax facinus peragitur:aberat Turcicæ arcis præfectus, duo illi ſacri lauacri eiuratores,ex commilitonibus non paucos in ſuas partes trahūt, Croatiani ſcalis murum ſuperarunt,vigiles ſuſpenſo gradu interceptos compreſſis faucibus & voce, non intellecta cæde iugulant, hinc late vrbem irrumpūt quidquid obuium ſtrictis mucronibus demetunt, conglobantes ſe ad vim depellendam ſclopis longe fugant,erepti gladiis in adytum ſuperſtitionis Turcicæ,vulgo *moſquee* promiſcue viri cum fœminis & impuberibus ſeu ad aras profugiunt, loco diu obluctantur, ſe pacti incolumitatem & gaſæ quæ delubro continebatur euectionem,aris adytiſque cedunt,quorum dolo Cliſſa intercepta eſt Romam eunt Chriſti abnegati ſcelus

Peieratores Chriſtiani Romā eunt de ſcelere veniam impetraturi.

Digitized by Google

ſcelus pœnitẽtia & venia pontificis deleturi. Turcæ extemplo vt Cliſſam à Chriſtianis recipiant, collectis vndique ingentibus copiis, in ſuburbano agro caſtra ponunt Croatiani crebris ab vrbe eruptionibus, Turcas non mediocriter infeſtant, ſed increſcentib. Turcis, propiuſq; vrbem prementibus omnis exitus præcluditur, Baſcias Boſnæ caſtris imperabat, cum vi & machinis omnib. vrbs ſuperior eſſet, nõ niſi proditione vel inedia expugnandam putauit, intus detecti aliquot qui Baſciæ fauebant, capite dant pœnas, vnicum reſtabat telum neceſſitatis, fame & inedia premere oppidanos illi iam arctius coerciti, vicario Cæſaris in Stiria renunciant, vt præſto & opportune adſit, ni fecerit fame & anguſtiis deditionem facturos, ille neutiquam aure ſurda illorum poſtulata præterijt, nã collecto exercitu ac nauib. expoſito cõmeatu ad auxiliandum pergit, vt nõ longius quatuor milliarib. Cliſſæ acceſſit, militib. in continentem egreſſis ad Turcica caſtra auſpicato & fortiter admodum properat, Barbari inſperato aduentu Chriſtianorum territi, ſtationes deſerunt & ſe dant in fugam, Illirici & Croatiani qui primum agmen exercitus Chriſtiani ducebant, ruptis manipulis ad prædam effunduntur. Baſcias qui ex edito loco, eos vt in conſtanti victoria ad diripiendũ diſſipatos videt, ſuis imperat vt toto impetu in Chriſtianos ferantur, cum extremo agmine ſubſequuturũ nec mora imperata faciũt tam proſpero marte, vt omnes iſti latrocinantes Chriſtiani ad vnum cæſi ſint, cæteri qui ſtabant in armis aduerſa fortuna ſuorum attoniti, initium victoriæ ignobili fuga fœdarunt. 1596.

Victoribus Christianis præda gloriã & victoriam partam præripit.

Liaconicius Cæſaris vicarius oppidanorum infœlix auxiliator, ſuis cæſis fugatiſq; cum reliquijs ſexcentorum Cliſſam ſe recipit, cum neutiquam eſſet obſeſſis auxilio, vt qui milite non indigerent, ſatis tuti mœnib. & propugnaculis ſed qui potius edacitate ſuorum tenuitatem annonæ minueret, Cliſſa diſcedit & improuiſa eruptione per hoſtem ſibi viam facit, caſtra & munitiones prætergreſſus erat & ad naues copias eduxerat, ſed interceptus à Turcis commilitonibus interemptis, cum tribus duntaxat, lacer obtrituſque militiæ & viarum laboribus, ægre ad ſuos reuertitur: qui Cliſſam propugnabant, vana ſpe auxilij deluſi, per ſpeculatores ſuorum audita ſtrage, Turcicis virib. iam impares, foris vi & machinis, intus fame vexati, de deditione verba faciunt. Baſcias qui amiſſione Cliſſæ incredibiliter exaſperatus fuerat, hinc apud immaniſſimum dominum, capiti ſuo metuẽs quibuſcunq; cõditionib. à Chriſtianis Cliſſam recipiendã ſummæ fœlicitatis putabat, placuit ergo cum armis & ſarcinis incolumes, ſine maleficio & iniuria ad naues Chriſtianas deduci, erepto illis propugnaculo munitiſſimo Dalmatiæ, in poſterum toto Illyrico nihil audendum eſt Chriſtianis, ſeruato autem longe lateq; toti oræ imperare, & Turcam anguſtioribus terminis coercere potuiſſent, nondum meta Othomanæ Tyrannidis acceſſit, nec enim per noſtrum patiſcelus iracunda Iouem ponere fulmina.

Christiani famelici Cliſſam dedunt poſt ſtragem ſibi auxiliantium.

Comora & Totta vt ſuperioribus bellis memoratum, in confinio ſunt, illa à Chriſtianis, iſta à barbaris tenebatur. Chriſtiani non ferentes tam vicinum hoſtẽ quotidianis velitationib. & interdũ totis viribus Turcã laceſſebant, ille Chriſtianis vices referẽs vtq; illata damna vlciſceretur, ſæpius egreſſos premebat, Chriſtiani inſidiis Turcas excipiẽdos hac arte moliuntur, nemore medio inter vtrũq;

S 2 oppidum

1596\. oppidum ſuos collocant, præmittuntque paucos, qui prędabundi Tottam vſque irrumpant, ac pene ad portas vim inferant, præfectus Medinus, vt erat animo ſtrenuus, manu pugnax laudis appetens in veſtibulo ſuæ præfecturæ, à Chriſtianis prouocari non ferens, illico ad conſequendos cum equitatu neſcius doli ſe dat foras, illi præda onuſti ad ſuos nemore abditos ſe proripiunt trahuntq; Turcas ad locum inſidiarum, pergunt interriti, vbi eo ventum eſt latentes virgultis ſclopis vulnerant, præfectus ad Chriſtianos latebris nemorum eliciendos ſe accingit, equo traijcitur, alio conſcenſo prælium redintegrat, iterum equus perfoditur, & in pedes lapſus ac pondere armorum depreſſus ſclopo necatur, morte illius ſui territi dant ſe in fugam, quæ paucis ſaluti fuit: Chriſtiani enim his conglobatis viarumque exitu præcluſo omnes concidunt, quod autem non ſemel contingit, vt variis locis gens vna in alteram fœliciter pugnet, & ipſo die Nadaſtus, qui in inferiore Pannonia vices Cæſaris agebat circa Papam, fraude non diſſimili ſylua cum mille quadrigentis equitibus ſe abdidit, poſitiſque inſidiis ad eliciendos Turcas, ſuos prædatum mittit Iauarinum vſque, præſidiarii prædam Chriſtianis erepturi inſequuntur, inſtantq; fugientibus, illi recta ad ſuos contẽdunt, ad pedicas vbi ventum eſt erumpentes vndiquaq; circumueniunt, obruũt, mactantque.

Inſidiæ Chriſtianor. ad Turcas intercipiendos.

Buda & confinibus emigrant Chriſtiani.

Chriſtiani incolentes Budam & confinia Turcicam ſeruitutem iam non ferentes, conuaſant, collectiſque ſarcinis cum vxoribus & liberis, carpentis carriſque barbarorum iugo intollerabili ſe ſubſtrahunt, migrantib. adfuit Palphius, ne ab inſequentibus retrahantur, loco tuto receptis finitimum omnem agrum, circa Iauarinum hoſtium incendiis & populationibus vaſtatum ad incolendum dedit, numinis & auitæ religionis cultum, penatibus & prædiis antiquis prætulerant Budani, ſatius habentes viuere extorres peregrino loco, quam ſub Turcica barbarie Mamonæ ad animæ exitium inſeruire.

Lippæ obſidio.

Superiore anno Tranſyluani Lippam Turcis abſtulerant, eos plurimum cum torqueret hæc iactura, ad recuperandam animos vireſque omnes conuertunt.

Byſantinus imperator, quadraginta millia armatorum ad obſidionem Lippę coegerat, præſidiarii vt fortitudinis ſuæ ſpecimẽ præberent, & ab obſidione auerterent, ſexcenti exeunt improuiſos adorituri, ſed per ſpeculatores certiores facti Turcæ de eorum inſidiis, alias collocant euntque obuiam Chriſtianis, qui ad locum fraudis pertracti: nequicquam fortiſſime pugnantes circumuenti & obruti numero necantur qui Lippæ præſidio relicti erant ſuorum audita ſtrage, Turcicis viribus iam ſe impares rati nutant: alioquin munimento vrbis, & ſuppetiis Vaiuodæ Tranſſyluani confidentes ille à Georgio Barbellio Lippæ præfecto, de ſummo diſcrimine rerum ſuarum factus certior quinque millia pugnatorum Lippam opportuniſſime inuexit, hocque peracto dum ſe recipit, mille ducentos Turcas ad populationem & incendia ſparſos ex improuiſo expugnat & interimit: nihilominus barbari Lippam obſidione cingunt, præſidiarii à muro longe propulſant; ducta enim ingenti foſſa ſuburbanum pomerium cinxerant, aggerib. intra erectis ac deſuper collocatis machinis, quibus indeſinenter hoſtem impetebant,

Chriſt. in inſidias dilapſi occiduntur.

Lippam auxiliatores veniunt.

Digitized by Google

1596.

rebant non ſingulis globis, vt moris eſt, ſed ferri minutis laminis, clauis, cathenulis & huiuſcemodi farragine tormenta implebant, quæ in ſubiectos hoſtes lethalem grandinem eiaculabantur, ita vt longa hominũ conglobatio vnica machinæ emiſſione diſſiparetur cum ſinguli globi non niſi ad ſcopum rem propoſitam feriant & diſrumpant: his primitiis oppidanorum hoſtes peſſime affecti, nõ vltra ferentes nimbos ferreos & lethales, deſideratis primoribus ſuorum, Baſcia de Themeſſuar, cum pluribus prioris notæ, caſtris noctu trepide & nullo ordine diſcedunt, relictis machinis impedimẽtiſque, ita vt res fugæ quam receptui viſa ſit ſimilior: Vngarici & Germanici ſcriptores, circiter quatuor millia cæſa, ſcribunt. Pilunicius præfectus Chriſtianæ vrbis vulgo *Lugace*, cũ acie prodromorũ & velitum Turcas Lippam obſidentes infeſtaturus extrema caſtrorum perambulabat, quo incautius egreſſos interciperet, ille cum indiligẽtius ſuburbia de *Themeſſuar*, ſeruari videt, è veſtigio occupat & incendit, Turcas obuios necat, mille Chriſtianos ſeruitute liberat, & ingentẽ prædam loco tuto cum incolumi exercitu ne lixa quidem deſiderato exportat, Tranſyluanus obſidione Lippæ ſoluta, incenſiſque ſuburbiis de *Themeſſuar*, vrbem poſitis caſtris ex improuiſo cingit, duo millia equitum peditumque ſpeculatum & prædatum mittit: illi nuncio accepto, Baſciã quendã cum vxore, liberis, ingenti commeatu & vectura exoticarum mercium, quas cum illo recutiti alio exportabant exili oppido ſubſiſtere & morari, noctu ſcalis muros conſcendunt, ferro armatos omnes ſternunt, captiuiſque & præda collectis, incenſa vrbicula abeunt Nicopolis præſidiarii Turcæ, re intellecta qua iter facturi erant Chriſtiani conſiſtunt & tranſituros præſtolantur.

Turca relicta obſidione fugiunt.

Chriſtianorũ res ſecundæ.

Themeſſuar à Tranſyluano obſidetur.

Vbi ad locum ventum eſt, ingens fit pugna, ſed Chriſtianis inualeſcentibus *tria* millia Turcarum cæduntur, hiſque anguſtiis ſuperatis, cum præda & captiuis Tranſyluanica caſtra *ad Themeſſuar* incolumes repetunt.

Ingens ſtrages Turcarũ.

Barbari ſuis in vnum coactis, cum Tranſyluano tota acie congrediuntur; viſa primo impetu alea Martis barbaris fauere, ſed Tranſyluani inclinãtes redintegratis animis ſuperiores euadunt, cæſis quinque millibus hoſtium, coactus tamen Vaiuoda caſtris & ſtationibus diſcedere, tanta vi & multitudine Barbari in eum ferebantur.

Mahometes enim vt à præfectis res vel ſegnius vel infœlicius geſtas ſarciret, & poſtrema clade & exitio Chriſtianos afficeret, Byſantio in citeriorem Pannoniam egreditur, ſubſiſtitque Belgradæ, cum baſciis Cigala & Ibrain, ibique Turci imperii militibus, vt ad ſigna militaria ſe ſiſterent vadimonium dicit, & tandem coacto exercitu centum quinquaginta mille armatorum, poſitis caſtris, Agriam obſidet, præſidio relictus erat Paulus Niarius, qui maturius obſidione, Archiducem de annona & milite interpellauerat, ille Niario auxiliares mittit Germanos & Hannonios, cum viginti carpentis alimoniam, puluerem & id genus annonæ militaris deuehentibus.

Mahometes in Vngariam appellit.

Turca Agriã obſident.

Agria infulis pontificalibus inſignis eſt, ab Agrianis Illyrici populis condita nuncupata, vel quod gens agreſtis, & inurbana fuerit, ſic dictam putant: à Tibiſco amne interluitur atque alia, imo & adæquato loco ſubſidet, vetus caſtrum molli ex faſtigiato ſ[illegible] perſtat, non tamen in apice iugi ſupereminet, ſed in illud

1596. mons excelſior centum quinquaginta paſſibus nō remotior proſpectum habet. Chriſtiani nōdum percuſſo muro, oppido digreſſi in vetus caſtrum ſe recipiunt, ex illo ſuperiori iugo Turcæ machinis caſtrum verberant, ab imo Turcæ effoſſionibus & cuniculis expugnant, ita vt Chriſtiani cū ſupremi exitii depulſandi nulla ſpes eſſet, veteri relicto caſtro in nouum profugiunt, nec mutato loco ſe fortius gerunt, quocunque ſe receperint ignauia comitāte, ita vt præfecto quantumuis reclamante Vngari deditione vitam & incolumitatem pacti ſint. violatum fœd' retentis præfecto, proceribus Germanis & Hannoniis, mactati Germani milites, præter eos qui eiuratione Chriſtianæ religionis impie, & turpiter vitam ſeruarūt. Maximilianus cum Tranſyluano, iunctis copiis aciem delectu armatorum egregiam, ſed quæ plus dimidio Turcica minor eſſet, efficiebat, hoſtem appetere & periclitari fruſtra ſuis dehortantib. conſtituit. Tiffembachius, qui primum agmē ducebat, obuios habuit Baſciam Giaffet, & Beglierbergium Græciæ, qui viginti pugnatorum millibus & quinquaginta machinis vadum fluminis occupauerāt, vt tranſitu noſtros prohiberent, Tiffembachius vtrumq; adoritur, cogitq; amnē tranſmittere pluribus cæſis ac quadraginta machinis relictis, atq; vnde hoſtes depulſi fuerant, Chriſtiani caſtra ponunt. Mahometes vbi ā fuga & timore ſuos cōfirmauit, aciem ad prælium componit, manipulos & turmas circa ripam fluminis ordinat, Turcarum tria millia circiter amnem tranſmittunt, Chriſtiani doloſe metum & vecordiam ſimulant, ſed illico ab illis ſeſe agglomerantib. Turcæ circumuenti traiecti fluminis pœnas dedere, omnibus cæſis vel fugatis poſtridie in iiſdem ſtatiuis vtraq; acies conſiſtit. Luce tertia, diluculo ſex millia equitū Turcicorum, totidem Ianiſſariorum, Thracum millia quatuor effuſis agminibus amnē traiiciunt, reliquo exercitu ſubſequēte, Chriſtiani eorum impetum egregie propulſant, & magna ſuorum parte conciſa, terga dare & flumen regredi cogunt, vt in fugam effuſos vident Chriſtiani vociferātur ingeminantq;, *victoria, victoria*, fugienteſq; trans vadum perſequuntur. tota acies Turcica, fuga ſuorum & trepidatione conſternata loco cedit, inſtant Chriſtiani, ſed dum in expilādo tabernaculo Mahometis, vt præfectum Agriæ è cuſtodia liberarent auariter morantur, Cigala qui extremum agmen ducebat pluribus ex fuga receptis in Germanos diſpalantes & ſparſos ad prædam, tanto impetu effunditur, vt præda & armis relictis ex fugantibus fugientes facti ſint, & partam fortitudine ſummam victoriam prædandi cupidine cæca, amiſerint. Mahometes expectatione cum infœlicius pugnaſſet, cumq; Vngarici belli eum iam tæderet, Byſantium ad delicias, luxum & venerem reuertitur. ingraueſcebat hyems, & cum imbrium nimborumq; illuuie ſub pellibus diutius miles cōtineri non poſſet, ſolutæ acies, & in hyberna manipuli vtrinq; deducuntur. Eruditorum manibus & cineri litare, cum inſtituti mei pars quantula ſit, non poſſum non meminiſſe Florentis Chriſtiani, triplici ſcribendi genere politiſſimi, & vt ad nomē non immerito alludam, floridiſſimi: Ad poeticem mira hominis facundia, arguti lepores, ſale acumine & mordaci amarulentia interdum tincti, in Atticis, & Latio æque fœlix, & ambidexter, vt dubium ſit num plus Roma illi quam Athenæ debeant: vernaculam poëſim prioribus annis tentauit ſed infœlicius, ita vt ab exteris maiorem gloriā ſit promeritus,

Agria & vterumq; caſtrum vetus & nouum ignauiter deditur à Chriſtia. qui violato à Turcis fœdere illico dant pœnas.

Totis Caſtris Maximilianus & Trāſyluanus cū Mahomete pugnant.

Reuertitur Byſantium Mahometes.

Obitus & Elogium Q. Septi. Florētis Chriſtiani.

quam à ſuis, & indigenis, ea eruditionis fama vel priore æuo fuerat, vt Henricus IIII. illi in diſciplinam datus ſit. Vindocini non obſcure nec obſolete agentem vidi ipſe iunior & ſum demiratus, cum Theodoro filio contubernalis in ſtudiis & coæuus, hoc ipſo loco in muſæo non incelebri cum bonarum artium primordia capeſſerem obiit ille ſexagenario minor. Theodorus ille patris opimis ſpoliis diues, poſthumis operibus famam eius ſuamq; alit & propagat: Quem eruditio coniungebat, hic annus diſiunxit æquauitque vltima ſorte mortalitatis, nempe Petrum Pithæum: Ille Togatæ noſtræ militiæ veteranus, dum in foro eſſent Alcedonia, ad ſuos Tricaſſes feriatum abiiſſet (quod de more habebat quotannis) cũ Autumnus, vt Cypriani verba vſurpem, indulgẽte vindemia ſolennes ac ſolutas anni fatigantis inducias facit, indomabili febre correptus, inter agnatos contribuleſq; ſuos Neomagi ad Sequanam, Calendis Nouembris moritur, ingenti & vniuerſo luctu omnium togatorum, quod ex Epicediis facile coniicias, quæ tanta fuere, vt totum Helicona ad eius parentalia euocatum putes. Præter rerum forenſium ſingularem cognitionem antiquitatis, Criticæ, & hiſtoricæ, ſcientiſſimus fuit, vt ex editis ab illo poſthumiſq; operibus cunctis liquet, plura tamen nobis gentiles ſui inuident, quos flagitare, vrgere, increpare eruditi omnes non deſinent, donec tanti viri lucubrationes luce, hoc eſt, promerita æternitate donent. aueo autem quamplurimum à tenebris gazam hanc literariam erui, quo ſublati deſiderium leuemus, noſtraque ſtudia promoueamus.

1596.

Obitus & Elogium P. Pithœi.

RODOL.

RODOLPHI BOTEREI
IN MAGNO FRANCIÆ CONSILIO ADVOCATI,
COMMENTARIORVM DE REBVS TOTO PENE ORBE GESTIS,
Liber Quartus.

Comitiis Rothomagenſibus finis imponitur.

ANNVS ex ritu Ordinis Pneumatici, quod moris eſt, ab equitum cooptationibus & inaugurationibus incœpit, Hiſpano-belgarũ molimina, & in fines Gallicos ſolito audaciores excurſiones, diſſoluendis Rothomagi initiis comitiis, cauſam dederunt: nam dum Rex tantillum otioſus ab armis, ad firmandam regni quietem, in eo conſeſſu publica conſilia exquirit, dum mens & animus operantur, manus ceſſat, Hiſpani lucrum ſibi facientes ex tempore, ſi quod vnquam tunc profecto, regno ſummum exitium moliebantur, apud ſapientes in parœmia eſt vulgari, *conſultationibus non eſſe terendum tempus, cum ad decernendum ferro hoſtis prouocat*: Ergo comitia diſſoluuntur, in aliud tempus reiectis de emendatione omnium ordinum diſſertationibus, lues tabifica quamquam bruma in imbres effuſiore, Lutetiæ graſſari deſierat, Aula Rothomago diſcedit, & tã effuſe à fano Germani, aulici aſſeclæ cum carris, impedimentis ſeſe ad amnem quadrifariam ſectum, naue portoria obtrudunt, vt tranſuectione carrorum, & equitum triduana, nauis ſub mole fatiſcens, ad portum Chatonium Regios pincernas, cum poculis aureis & crateribus ac prætioſa ſuppellectile triginta circiter numero alto amne demerſerit: fruſtra opem inclamans, portu auio & campeſtri nullæ cimbæ, lembi, phaſeli & id genus minorum nauigiorum erant; amnis imbribus tumidior luctantes in fatum à littore in vortices auertebat, & fruſtra nitentes ad ſalutem, ſociis vicem in portu miſerantibus magnumq; illotum laborem ſpectantibus, oculis tandem ſubducit, & obruit.

Naue portoria veteri & luxata inæqualibus ſarcinis regii à poculis miniſtri demerguntur.

Marchio Bipontinus Regis vnica ſororis ambit ſponſalia.

Marchio Bipontinus inter principes Germanicos ſuprema dynaſtia non poſtremus, per legatos Catharinæ Borboniæ Regis ſororis vnicæ coniugium expoſtu-

1597.

expoſtulat, genus, opes, vis animi, virtus bellica, in religione par cultus nuptias conciliabant; ſed tacitis rumuſculis, Dux Barri Lotharingi primogenitus iam ſe ſtiuſem præbuerat, tam fœlici progreſſu, vt poſt itiones reditioneſque Bipontinum vicerit.

Circa Iani deliquium Mauriciani Iberobelgas ſumma internecione afficiunt, rem dilucide & quaſi oculis ſubiectam accipite: Poſt Hulſti expugnationē Albertus diſſoluta caſtra in hyberna miſerat, ille tamen aliquod f cinus tacitus moliebatur, vt ad omnem auram res illi eſſet in expedito, delectum equitum peditumq; in quodam municipio Brabātino vulgo, *Tourneboult*, ſtatiua habere iuſſerat, pedeſtribus cohortibus præerat marchio de Trenic Parthenopæus, & comes de Sults, illæ Beticis, Italis, Hannoniis, Germaniſq; diſcriminatæ cum quinque aliis equitum præfecto Nicolao Baſtio, ſummum robur efficiebant, omnib. his manipulis anteſignanus erat comes de Varax, in dies ſuccreſcentibus copiis augebantur, ita vt coitione facta turmæ ad aciem proxime accederent. Mauricius vt à ſuis cladem auerteret, in molientes regereret, primis initiis occurrendum ſtatuit, inopinantes aggredi & conficere mens erat, ſed cogitantem omnia deterrēt, bruma vario & intractabili cælo, modo omnia gelu aſtringens, modo eluuionib. diſſoluens, vnde itinera inuia & præpedita dubium an peditibus magis anxie quam militibus, vicit tamen extrema illa omnia vincendi deſiderium. Ergo furtim & ſine liruo coactis cohortibus Mauricius vtriuſq; militiæ 6000 bellatores effecerat *Hetuinberga*, quæ fœderata eſt ciuitas 22. Ianuarii à comite Sulmenſi & Chiliarcho Vaero Anglo, res tam opportune diſpoſita vt ipſo die à ſupero & infero flumine caſtrenſis omnis ſuppellex, machinæ, globi, puluis & cætera huiuſcemodi appulerint.

Hiſpano-belgarum ſumma internecio.

Illico Mauricius præcluſis itineribus, ſenſim copias progredi iubet, ita caute quaſi laneo & ſuſpenſo greſſu ſubrepſerunt, vt poſtridie poſt tertiam vigiliam noctis, viculo non longius duobus milliaribus ab hoſtilibus ſtatiuis ſucceſſerint, res tamen quantumuis occulta non latuit Comitem de Varax, qui ad primos rumuſculos Mauriciani exercitus, alto ſilentio ſine claſſico tubarum & tympanorum ſtatiuis ignauiter egreditur, vt *Herentalium* oppidum præſidii & fidei Hiſpanicæ aleam martis fugiens ſe ſubduceret, cum tutius glorioſiuſq; fuiſſet, in ſtatione & ſ p mēris hoſtem itineris labore nimborum cæliq; intemperie fractum p̄olari, vel potius per tenebras loca inuia peruadenti occurrere, ſed degeneres animos timor arguit.

Sub lucis crepuſculum Mauricius loco ſuccedit, quo emigraſſe hoſtem cū d iſſet, ex pauore & fuga inſequendi fiduciam concipit, præmittit equitatum concitatius inſectaretur, peditatum ſubſequi iubet, non longius progreſſi q̄ milliare incidunt Batauiio Hiſpano-belgas, qui ad præcludendum aditū circuitus & vadum fluuii excubabant, non niſi anguſto calle vadare poterat equus, pedites ægre per arctum tabulatum ſinguli tranſmittebant, Mauricius vt ubicores cuſtodeſque Hiſpanos loco dimoueret, Vaerum & Seruanderaaum illorum ſuis præfectos cum vicenis ſclopetariis præmittit, qui dicto ocyus mininegotio hoſtem fugant, vadi nemoriſq; liberiorem aditū faciunt, ex anguſtiis

1597. illis omnis exercitus vbi in æquor ſe effudit, incredibili celeritate Hiſpanos conſectatur, impedimenta hoſtium præibant, Parthenopæi vltimum agmen claudebant, pedeſtribus copiis Burlotii Hachicurii & Germanorum præeuntib. quas tripartito diuiſus equitatus quaquauerſum fulciebat, Comites de Holeno & de Solms circa latera Iberos appetunt, Mauricius à tergo inſtabat, prærumpunt omnes hoſtium manipulos, fugantur equites, quibus fugere negatum pedites in ipſo veſtigio nequicquam longis haſtilibus obluctantes cæduntur, Anteſignan° Varax quod impari ornatu habitus ſit pro Italo centurione necatur, cæſumq; victor doluit aut verius ab illo ingẽs precium redemptionis, duo millia cæſa, quingenti captiui nec pauci ex veteranis, duodetriginta ſigna peditum, equitum vnũ victoribus parta nouem tantum Batanis deſideratis feruntur.

Mauricius ad illud municipium pernoctatum abit, caſtrum tantillum machinis percutit, quod paulo poſt incolumitatem pacti præſidiarii dederunt, reæque fœliciter vt celeriter peracta Mauricius ſuos ad hyberna remittit. Hiſpani, Caleto, Ardua & finitimis vrbibus erumpentes Bellouaco, Syluanectum, Meldas, atque interdum ipſa ſuburbia Lutetiana falſo ſymbolo candidarum faſciarũ ſe regios mentientes, infeſtabant, decreuerat Rex ad coercendos, militiæ armamentum & ſummum propugnaculum apud Ambianos conſtituere, vt olim erat, cum Burgundus infeſtis armis Galliam proſequeretur: vrbs enim Ambiana contermina eſt Belgis, quæ Gallos ab illis non amne vorticoſo, non ponte imperuio, & nullo alio inſuperabili obice diſterminat, ſed vnde Rex munimentum & auxilium ſperabat, pene extremum exitium nactus eſt.

Quàm ſe quătulus corpore Harnantello.

De intercipiendis Ambianis cogitat.

Ferdinandus Antellus, ortu Cantaber, prætoris Pompeiolitani filius, homunculus qui magnanimitate animi exilitatem corporis penſabat, præſidio Hiſpanico Dourlanum nobis memorata clade ereptum tenebat, ſtare loco impatiens, circa Ambianorum fines oberrabat, animo volutans qua arte tantam vrbẽ intercipere poſſet, vicinitate loci omnia ciuium negotia & conſilia per ſpeculatores explorata habebat. fit certior, Regem armamentarium omnemq; belli officinam ibi conſtituiſſe miſſis iam machinis & magna vi pulueris tormentarii, ciues domeſticæ libertatis deſiderio, præſidiarios Heluetios recuſaſſe, cauſſatos apud Regem in populoſa vrbe eo munimento non indigeri, illos tamen ſegniter admodum & incurioſe cuſtodire portas, ſi caute facinus tractetur, poſſe intercipi. Cardinalis Albertus, qui Ferdinandi peruicaciam & in rebus arduis audaces fœliceſq; euentus nouerat, currenti calcar addit, vt Ambianis doli & inſidiarum ſuſpicio auerteretur, fingitur præſidiarios milites Sancti Pauli (oppidum eſt in Belgio) ob negatum ſtipendium rebellaſſe, ad coercendos ab Alberto copias cogi.

Dolus Hiſpanorum.

Excubant Hiſpani in latebulis circa Ambianos.

Hiſpani ruſticis veſti-

Hoc colore Ambianis illuditur, Hiſpano-belgæ ad quinque millia, relicto fano Diui Pauli X. Martii ſub occaſum circa Dourlanum ſubſiſtũt fortuito cibo refecti, tota nocte progreſſi, aurora maturius, ad tertium lapidem ab vrbe in ruderibus maceriiſque ſuburbanis, Ferdinandus pronos abditoſque milites collocat, alto Solo portis recluſis præmittit quadraginta bellatores ſubtus loricatos, breuibus ſclopis pugionibuſq; accinctos, exterius vero perſonatos cannabinis

lacer-

lacernis ruſticorum indutos, annonarias ſarcinas dorſo vectantes, qui non vna 1597.
ſemita, portam qua in Attrebates exitur ſubeunt, & anhelantibus ſub faſce ſimiles ad leuandas ſarcinas ſubſiſtunt, donec carpentum quatuor perſonatis militibus ſpecie villicorum agitatum, ponte ſublicio hæſiſſet, ex illis vnus ingentem peram nucibus plenam diſſoluit, teretes effunduntur inter portæ cuſtodes, q oẽs vt erant gregarii & de plebe, ruunt ad nuces, inermeſque & proni ad ludicra à pſeudo-ruſticis trucidantur, neue Clathrum penſile ſecto de ſurſum rudente ad humum demitteretur, carpentum ponte immorum ſtabat. Ferdinandus audito ſigno à ſuis, cum omnibus copiis aduolat, atq; in vrbem irrumpit, compita, mœnia, turres & munitiora vrbis loca occupat præſidiiſque firmat, cordatiores oppidani per quos vis depelli poterat quadrageſimalibus concionibus detinebantur audito claſſico tintinabuli quod in Epiſcopio eſt, & fremitu tumultuantiũ exitur, dum Hiſpanos obuios habent coercentur, cæteri qui ad arma raptim confugerant, numero hoſtium & ordine territi, nihil contra auſi ſunt, ac ſibi priuatim metuentes, tabernis occluſis tectis ſe continent. Comes Sancti Pauli qui vrbi & toti prouinciæ imperabat, ab hoſte circumuentus, à ciuibus derelictus, Corbiana porta ex tam præſenti diſcrimine ſe ſubduxit.

mentis vtũtur.

Hiſpani vt ſecure ſibi eſſet à ciuibus, arma & tela omnia adimunt, vel mẽſariis cultelis aciem retundunt, gaſis, mercibus ſpoliant, & auro quemlibet nõ ſolum pro ſorte ſua, ſed barbarica ſeuitate libertatem vindicare cogunt: eo ipſo die Lutetiæ ſub crepuſculum noctis, Rex ferali nuncio afficitur alto pectore mœrẽs, peruicacia hoſtium, ignauia oppidanorum & repulſa Heluetiorum, tantam vrbem, regni propugnaculum & præuium munimentum ſibi præreptum incredibiliter doluit.

Albertus, vt Ferdinando in propugnanda vrbe animum adiiceret, velleris aurei torquem miſit, hoc lenocinio & pignore ratus quod contigit, nunquam ſuperſtitem vrbe ceſſurum. Alberto in hæc verba Thraſonice ne Hiſpanice dicã reſcripſit. *Ferdinãdum nunquam animus ineluctabilis deficiet, nec totus orbis quem mihi ſupremum honorem tribuiſti adimet, pulchrum mori in armis ſuccurret.*

Epiſtola Ferdinandi ad Albertum.

Ille intus & extra vrbi proſpicit, amotis quæ exitio, accitis procuratiſque quæ præſidio eſſe poterant.

Rex ne longiore mora Hiſpanus inueteraſceret, & neceſſariis ad tolerandam obſidionem ſe muniret, celeritate vtendum putauit: tota Gallia militem conſcribit; cohortes quæ vel in pace ſtipendium faciunt cogit, nobilibus cæteriſque qui à tributis immunitatem habent quam ideo debent militiam imperat, feriæ & interſtitia litium eorum qui militant edicto iubentur, ne quis caſtra detrectaret Prætor vrbanus & ſuccincti quæſitores, interdiu ſi quem enſiferum, conis & exuuiis alitum galero prominentem vident, in vrbe oſcitantem ad Ambianam obſidionem cogunt, bellica fortitudine memorabiles vinculis eximunt, tota Gallia in caſtra migraſſe videbatur, æmulata quod in ægris corporibus ipſa præſtat Natura, quæ vim omnem ſanguinis, ſucci & opis internæ, parti quæ potiſſimum laborat, adhibet, nec vidit priſca nec poſtera ætas apud Gallos tam inſignem & rite ordinatam milite & renouatis legibus mili-

Nobiles militeſq; regni ad depellendos vrbe Hiſpanos in caſtra euocantur.

Initium obſidionis.

1597. tiæ obſidionem videbit. Sed dum Galli foſſas & incile ducunt, aggeres ſtruunt, ſtatiua ponunt, carbaſa defigunt, campeſtre emporium & annonarias tabernas collocant, & antiquæ vrbis nouis hiſce molitionibus ſpeciem referunt, alio peregrinetur oratio.

Res Belgica. Hiſpani eodem menſe Martio, Mauricio Principi oppidum munitiſſimũ, vulgo *Strenuic* ſibi annis ſuperioribus magna vi ereptum, inſidiis intercipere moliuntur: ſed aſtu detecto in inſidiantes ſua fraus recidit, tanta ſuorum internecione vt ferro cæſis cadaueribuſque quinque decem carpenta onuſta domum reduxerint.

Mauricii inanis conatus. Non fœlicius ceſſit Mauricio, profectio in Gueldriam, ad intercipiendum oppidum vulgo *Venlo*. Naues duas milite compleuerat, quæ aduerſo flumine Moſa in portum enitebantur, vt defixis anchoris erumpentes milites vicinã portam occuparent. Minor nauis quæ armatos quinquaginta ferebat, opportune ſubit portum, illi ocyus portu & porta occupatis, onerariam nauim præſtolabãtur, quæ mole grauior aliarumq; nauium quæ ſtabant in Anchoris impedimentis ꝑpedita, haud cõmode appellere potuit. Oppidani illa mora ſibi lucrũ facientes, cognita paucitate hoſtium, animos ex pauore recipiunt, depelluntque porta & portu, duce & aliquot primoribus cæſis. Nautæ qui in littore ſtabant, non parum oppidanis auxiliati ſunt, quod maiorem nauim à continenti militesq; ab egreſſu & coitione cum aliis commilitonibus ſuis prohibuerint.

Fugantur Mauriciani.

Res mixtæ. Fr. Bonauentu. Catalagironus Franciſcanorum ſodalium ſupremus Cenſor, pacis internuncium & fœcialem agebat: ille Hiſpania redux de ineundo fœdere cum verba faceret, Rex ab eo non ſe alienum fore profitetur, ſed nõ niſi expugnata receptaque vrbe ſua Ambiana de pace cogitaturum, ſupremum illi hũc exſudandum laborem, quo peracto, facilior tractatio & æquiores conditiones futuræ ſint.

Cohortatio Alberti ad Ferdinandũ. Albertus Ferdinando per literas ſpem indubiam auxilii faciebat, Bruxellæ & Antuerpiæ iacturam minoris facturum quam Ambianorum; vt cœperat fortiter perſtaret, vrbem eſſe quæ biennio vires Gallicas eliderat, ſi in brumam trahatur obſidio, caſtris relictis Francos domum migraturos, gentis id eſſe ingenium, vt cum præliandi ardor mora deferbuerit, animi relangueſcant quibus contra famem, inediam hybernique cœli aſperitatem nihil ſit mollius & ſocordius.

Vt Albertus Ferdinando commodius auxiliaretur, vires Gallicas diſtrahendas putauit, quod cum per ſe non poſſet, ducem Allobrogum vt Delphinatum, Mercolium vt Armoricam grauioribus armis impeterent, vrbeſque regias viciſſim regionatimque inuaderent rogat, quod vterque non ſegniter præſtitit, ſed Marte parum ſecundo, nec Alberti votis res ceſſit; quandoquidem Rex Ambianæ obſidioni vnice defixus, animum vireſque omnes illuc conuerterat. Præmiſerat Bironium, qui in caſtris vices ſuas ageret.

Sanlucius machinarum præfectus, quandiu vixit ſingularem operam nauauit; denique nobilitas Gallica ſi vnquam alibi, potiſſimum in his caſtris enituit.

Mercolí-

Digitized by Google

Mercolius non tam Alberti poſtulatis, quam priuatis ſuis rebus inſeruiens, vere adulto Condiuinco egreſſus Caſtrumberiacum apperit, ibiq; copias omnes ſiſtit exercitum coacturus, vt in regias vrbes impetum faceret. 1597. *Conduicum nantes.*

Briſſacus Mareſcallus non impares copias habebat; ſed rei frumentariæ ea erat tenuitas, tamque grauis annona, vt eas diſſoluere & non vno loco ſpargere coactus fuerit, pedeſtribus cohortibus Briſſaci Tremblaius imperabat, qui cum exploratum haberet, Sanlaurentiũ Mercolij addictiſſimum ad eum Dinano progredi, cũ ſexcentis peditibus, equitibus centum, & ſtatiua indixiſſe in pago vulgo *Maure* 19. Iulij illuc tota nocte progreditur, vt loco ſucceſſit Tremblaius, Sanlaurentium maturius diſceſſiſſe videt, vt audijt tamẽ per ſpeculatores non longe digreſſum, & ad vadum fluminis quod illi erat tranſmittendum, ex improuiſo poſſe inuadi, eo ipſo ordine copias inſectari iubet, vix ad tertiũ lapidem ab ipſo pago proceſſerant, cum Tremerucius Sanlaurentij frater, qui extremum agmẽ ducebat proſpiciebatque receptui, conſpicitur, Tremblaius ad inuadendum dat ſignum, nec mora omnibus turmis impetitur, impetum non ſuſtinens ad fratris vniuerſam aciem ſe recipit; inſtat Tremblaius, & per duo circiter milliaria fœderatos ad Mercolium feſtinantes, velitationibus leuibuſq; præliis remoratur, qui cum vltra pugnam detrectare nõ poſſent, in fortuito oblatum campum, virgultis foſſiſq; vulgaribus circumuallatum ſe recipiunt, vimque auertunt & propulſant, ancipiti pugna, ſed ingraueſcente omnibus copiis Tremblaio, in fugam vltro funduntur, quæ ſuorum magnam ſtragem edidit. *Chaſteaubriant.* *Inter Gallos regios fœderatoſque pugna ferox.*

Sanlaurentius cum equitatu Dinanum profugit, peditatu fugato & conciſo & fratre in captiuitatem abducto.

Ille hoc turbine martis non omnino fractus nouas copias conſcribit, quas cum prædatum pabulatumque circa Sanctum Maclouium mitteret, oppidani ad compeſcendas rapinas Tremblaium ſibi auxiliarem petunt, annuit ille, habito inter eos conſilio, placuit vt ille pedeſtri itinere ſparſos & palantes inuaderet, Maclouienſes vt qui nauticam egregie ſciunt duab. triremibus, quibus diffugiẽdi flumine, quod Dinano mare influit, prædonibus poteſtatem adimerẽt: ex voto res ceſſit, triremes per flumen fugam præcludunt, Tremblaius ex improuiſo adoritur & ducentos mactat, ſed ille fortunę blandienti nimium fidens, fœliciter geſtis qui modum ponere neſciret, dum caſtrũ vulgo *Pleſſeium Bertrandi*, quo fœderati ſe continebant, obſidet: dum ad expugnandum ſe accingit, dum capiti aptare caſſidem negligit, ſclopo tempora traiicitur. *Pleſſis Bertrand moritur Tremblaius.*

Commilitones morte eius fracti, accepto nuncio Sanlaurentium vt obſidione caſtrum liberaret, vndique militem cogere, caſtra ſubmouent; dumque ſe recipiunt, in eos fortuito incidit cohors fœderatorum, quæ ad coitionem ſuorum ad Sanlaurentium pergebat, fugatur illa & conciditur capto præfecto, qui ſclopo ad iugulum admoto coactus eſt indicare vbi Sanlaurentius coeundis militibus locum præſtituiſſet explorato, illuc regij progrediuntur, poſitiſque inſidiis nihil tale ſuſpicantem adoriuntur, qui rei nouitate territus, potius de fuga quam de pugna cogitauit: trecenti pedites loco cæſi, primoribus in ſeruitutem

1597\. abductis,fœderati nulla alibi magis lugenda ſtrage affecti ſunt,quibus in tot aduerſis vna mors Tremblaii ſolatio fuit:hæc Mercolius, dū Rex in caſtris Ambianam obſidionem vrget moliebatur; Allobrox ſubalpina regione ne fidē falleret Alberto,quamuis priuata cupidine ſatis in Francū accenſus, in Phocenſem prouinciam & Delphinatum,priſca ſtudia non intermittebat,Deſdiguerius vt intra ſcopulos alpinaſq; niues compeſceret,collecto ad quinq; millia exercitu, ſuperatis viarum anfractibus, ad Vocontios Centrones vulgo Tarenteſios prorumpit,in montium ſummis iugis præſidium erat Allobrogum,quod cum vndiquaque à Gallis circumſeptum fuiſſet,loco cedens per montana & auia præſenti fato ſe ſubducit:his obicib. refractis Deſdiguerius primarium oppidum Sancti Ioannis Moriani,nullo negotio occupat,& copias late diffundit vſq; ad radices anguſtiaſq; Alpium quæ Galliam ab Inſubria diſterminant.

Saulaurentij ſuorumque altera fuga & cades.

Ducis Inſubriæ molimina.

Deſdiguerius Alpes ſuperat.

In caſtro ſubalpino Sancti Michaëlis, Comes Salinarius minabatur Gallis ſi non exitium,ſaltem longius progrediendi impedimentum, ſed vir fortis celeritate aduentum Gallorum præuertens,caſtro & finitimis locis cedit,turbate adeo conuaſat vt Allobroges ſui arma ſarcinas munitioneſq; bellicas Deſdiguerio vel remoto ac nihil tale expectanti reliquerint.

La valee d'Auſt.

Aigue-belle.

Dux Inſuber per vallem Auguſtam ſed verius anguſtam,inter montes Brigam & ſancti Bernardi,equitatum & peditatum operoſe traducit, nec longe à Gallis caſtra ponit; illi haud pedem referunt Quinimo Aquam bellam, locum muniſſimū quo aditur à Sabaudia ad Vocontios & Tarentaiſios præcluditur, in Alpinis aſperitatibus in quib.nihil ſeritur neq; metitur, Deſdiguerius ne inedia laboraretur,vt Grationopoli commode annona dietim ſibi eueheretur,viæ publicę circumjacentem hoſtem late ſubmouet, caſtellis arcibuſq; expugnatis in quibus ad prædandum ſe continebat.

Miolans ſainct Pierre d'Albigni.

Dux Inſuber ſubito opere propugnaculum conſtruit.

Alobroges ſtatiua poſuerāt in pagis Miolano & ſancti Petri Albinienſis, Deſdiguerius fit certior, ducem Inſubriæ tumultuario opere extruere propugnaculum ad littus Iſaræ,tanta vi foſſorum vt vna nocte à ſolo quantum haſtile prominet,glebis,ceſpitib. viminibuſque eduxiſſet, Deſdiguerius oculis luſtrato opere, veritus ne vel biduo noctibuſq; in aggeſtione exactis,opus in altitudinem excreſceret,vt inuaſuris arduum nimis & imperuium foret,in primordijs expugnandū ſtatuit;è veſtigio duo millia ſclopetariorum duce Crequio genero, ad inuadendum immittit,ipſe cum equitatu ſubſequitur, nec mora vbi machina campeſtris ſexies in propugnaculū globos emiſit,Galli adeo efferatis animis ruunt, vt quātumuis fortiter obluctante Philippo ducis fratre notho, & trans flumen ſex machinis latera inuadentium ferientib.propugnaculum expugnant,&ſummo loco liliata vexilla defigū:quadrigenti gregarij milites vel cęſi vel flumine merſi,Aulici & nobiles non pauci ſpectante duce exitium deſiderati, inſequenti nocte à Gallis propugnaculum ſolo adæquatur, ne in poſterum iter liberum à Delphinatu in Sabaudiam præpediret, poſtridie ad Aquam-bellā Deſdiguerius reuertitur; turrim vulgo Carbonariam expugnaturus, locus eſt iugis montiū arduus, muro,vallo & foſſa munitus, trium cohortium præſidio firmatus erat, ſed quæ vel ipſo tormentorum præludio deſpondentes animum,ignauiter ſe dedetunt,è veſtigio

Euerſio propugnaculi.

Le Chaſteau de l'Eſguelle.

Digitized by Google

veſtigio aliud caſtrum ſitu & opera multo munitius, vulgo Acum vocant quod ſcopulo acuminato poſitum ſit, aggreditur: ab vno latere propter iugi ſummitatem impetuium eſt; altero quod decliue ſit foſſa duplici cingitur, iſta vt lixæ mulieres ſaxis aciem numeroſiſſimam acceſſu depellere poſſent: nihilominus icto muro nõ rupto præſidiarii deditionem faciunt, cum in bienniũ cordati homines obſidionem trahere potuiſſent. 1597. *Viri fortes.*

Inſuber acceſſione Heluetiorum & Parthenopeorum, ad quinq; millia audẽtior factus, circa Montmeillanum caſtra ponit militemq; recenſet, vt totis virib. cum Deſdiguerio præliaretur.

Deſdiguerius non hærendum loco ſed duci occurrendum putauit, aciem Gallicam numero longe inferiorem educit, & ad milliare Montmeillani, interiecto flumine ſtatiua ponit.

Allobrox ponte tabulato fluuium traijcit, & non longe à Deſdiguerio ſubſidet, aliquot interiectis iugeribus vliginoſis: poſtridie vniuerſam aciẽ quæ quindecim peditum, equitum duobus millibus conſtabat recentem, conis aureiſque armis egregie fulgurantem in planiciem educit. Deſdiguerius ſuam ad præliandum inſtruit, velitationibus primum, mox effuſis agminib. ad ſeptem horas decertatur, deſiderati ex Inſubrib. plus trecenti, ex Gallis quinquaginta, multoque effuſior ſtrages ſubſequuta fuiſſet, ni vtramq; aciem altum & latum incile diſterminaſſet; pugnatum enim ſolutis manipulis, quid ſi agminatim & totis caſtris? At bellum iſtud Allobrogicum præludium eſt, velitatio & ludicrum certamen ſi Ambianæ obſidioni comparetur. *Congreſſus.*

Ferdinandus 17. Iulij bipartito eruptionem facit, prærumpitque intima caſtra Gallorum, Fourquetollus & Fleſſanus tribuni militum necantur. Galli inclinabant, cum Bironius recenti milite opportune ſuccedit, pauorem & fugam compeſcit, & Hiſpanum non ſine ſtrage ſuorum regredi cogit. Ferdinandi ad Albertum in hæc verba intercepta eſt Epiſtola. *Eruptio Hiſpanorum ex Ambiana vrbe illis ſecunda.*

Sciat tua celſitudo, illam eruptionem omnium quas vnquam tentatas vidi, fortitudine & fœlicitate clariſſimam fuiſſe, pene ſexcenti ex hoſtibus caſi, nobiles non pauci, Tribuni militum duo: dum ſit eruptio machina noſtra nõ leuem ſtragem edidere, at tam crebris periculis commilitones exponere mens refugit, ita ad præſidium vrbis eorum ſalus neceſſaria eſt. Gallus ſic pauore conſternitur, vt quoties demitti pontem ſublicium videt, vel ſtationibus decedit, vel accitis copiis maiorib. ſe tuetur, nihilominus in dies muro propius ſubrepit, & tam vicinus inſtat, vt viciſſim ſaxis impetamur, ac priuſquam ad te delata ſit epiſtola vereor ne foſſa conſiſtat hoſtis, negotium hac quidem faciunt non metum, quanquam res nobis ſit cum vniuerſa Gallia, quæ ſimul in caſtra coiiſſe videtur inſpectante ſuo Principe, cuius præſentia animos adijcit & ignauiam caſtigat, vt qui de ſumma regni ſui agi putet, vt aliunde de propagatione finium Belgicarum, commoda ac peropportuna acceſſione, quæ in poſterum Belgium ſecurius faciat: quod ſi expugnamur tot fortiſſimorum militũ non leuis iactura erit: ſi nobis obſeſſis ſuccurratur: tanti facinoris immortalis gloria tibi vni referetur. *Thraſunculus iſte non ſibi vel vna linea conuenit.*

Fiduciam auxilii facit, quod à tẽpe prius ſcriptum Bruxellæ & Antuerpiæ ſaluti propugnationem cuſtodiamque Ambianæ vrbis prælaturum. Matura auxilium: ne animi relangueſcant, mihi mens immota & interrita vel iudicio hoſtium qui non niſi me ſublato vrbem expugnaturos

1597. *guaturos ſpondent. Nullum mihi nihil infauſtum contingere poteſt, tibi moranti alas non poſſum adſtinere, faxit Deus, ne procraſtinationum tuarum lenta & ſera conſilia, nobis tibiq; exitium afferant ſummamq; gloriam inuideant.*

Lues tabifica acerrime graſſatur apud nos, victi vincunt, ſed mortui non reſurgunt, vulnerati non pauci, à ciuibus quotidianus metus eſt, ambitus murorum & latitudo vrbis ingens exigit præſidium, deficiet nos tandem annona, & plura quæ premere obſeſſos ſolent, hinc nobis præſens & quod ipſa hora luamus exitium ſed id ipſum vniuerſos afficiet.

Rex quadraginta maioribus tormentis antemurale quatiebat tanta vi, vt cum alioquin ſaxo quadrato murus pedum duodecim ſpiſſitudine tellure aggeſta infartus & ſolidatus eſſet, late ruinam daret. Ferdinandus qui ſe priore epiſtola interritum iactabat, altera vel inuitus animi conſternationem ſic profeſſus eſt.

Altera Epiſtola Ferdinandi.

Rerum anguſtiæ, O inuictiſſime Alberte iam epiſtolis non eſſe agendum monent. Ego cum commilitonib. in antemurali, ad præcludendum aditum obſidentib. opere intermiſſo inſudo minatur hoſtis trifariam diſpoſitis machinis à fundamentis omnia conuulſurum. Iam ille propugnaculum ex glebis & ceſpitibus compactum, cuniculis & effoſſionib. memorabili tamen ſuorum clade occupauit.

Vna ſalus in Deo eſt & tuæ celſitudinis concitato aduentu, vt collatis ſignis cum hoſte obſidione nos liberet: hoſtis altiſſimis munitionibus ſe continet, & ſubterranei meatus illi pro tegmine ſunt: mihi eruptionib. abſtinendum, quod ſanguine commilitonum, magni ſemper conſtant ferrum, lues, debilitas vulneratorum, à quinque millibus ad duo millia præſidium deduxit, hoſtium caſtra decem millia non excedunt, aduentum tuum plurimum formidant, vt qui non niſi ſummo exercitu & inſuperabili venturus ſis Mainium & Eſpernonium duces in diem expectant proſpice ne omnium expectationem fallas, pro qua fideiuſſi commilitonibus, qui à me fictis rumoribus & epiſtolis ſibi illudi dicunt: ſerum erit auxilium niſi Sextili maturetur: aliunde quam à longo prato in vrbem tibi explorandus aditus: illic enim hoſtis egregie ſe tuetur & ſecure ſibi cauit, qua Corbia ad vrbem iter eſt, indiligentius proſpicitur, leuis ibi præſidium, nec ponti tam ſolers cuſtodia, tamen ſi præcludatur, facticio & portatili ponte opus erit, vel ſudibus defixis interiectiſque denſe cum faſcibus & vligine aqua coercenda, vt vadum in ſicco ſit: hoc vnum eſt quod poſtremo ſcribam atque vrgeo vt tua celſitudo iam non progrediatur ſed aduolet.

Albertus præmittit de itinere qui eum certiorem faciant.

Sic Ferdinandus quiritabatur, & Albertum procraſtinantem impellebat. Rex in caſtris perdius & pernox, nihil peruium & incuſtoditum ſinit, Mainio dat in mandatis vt exploret, num aliqua parte fluminis vadum reperiri poſſit quo Auſtrius exercitum traducat.

Ille apud Catuacos ſubſidet præmiſſis ſpeculatoribus, qui de itinere, vado & metatione oportuna caſtrorum referant. Gaſtonius Spinola, Ambroſius Landrianus, equitatus Hiſpano-belgici præfectus, Burlotius peditatus, Baſtius aliique primæ militiæ negotium ſuſcipiunt, 18. Auguſti Sole occiduo Dourlani ſuccedunt, ſub dio ſpatii in gramine ſe & equos curant, ac ſub crepuſculo noctis, coactis omnibus copiis mille equitum numero, ſub auroram pago quodam vulgo *Qirieu* conſiſtunt, caſtris opportunum locum deligunt & omnem circumiacentem agrum oculis metiuntur tabuliſque exarant.

Digitized by Google

Pro hoſtibus habiti ſunt,& detecti à prodromis ſclopetatiis, qui quam celerrime Regem certiorem faciunt,ille qui fere totam noctem in vigiliis exegerat ſtratis illico ſe proripit,arma induit,equum conſcendit, dat ſignum delectis cohortibus;dum longius progreditur de hoſte cõfirmatur nuncium, iam non dubiis Conneſtabili mandat,vt in caſtris ad omnia proſpiciat, Bironio vt ſibi propere adſit, Montignio vt leuis armaturæ aliquot cohortes maturaret ad hoſtem inſequendum; nec enim eo loco tandiu moratos credebat, ſed ad milliare Rex progreſſus,vbi agmina hoſtium proſpexit concitatius in eos fertur,vbi pago ſucceſſit Bironius ſine cohorte cum aliquot nobilibus adeſt. Rex ipſa terens veſtigia,trecentis equitibus duntaxat effuſis habenis ad ſeptem vſq; milliaria hoſtem inſequitur, noſtri velites vulgo *Carabini* ad pagum Anchoram in vado fluminis hoſtem adoriuntur. Rex toto agmine ſubſequitur, quẽ vt Hiſpani ex procerum circumſtante corona agnouere, illico ruptis ordinibus in fugam ſe dedere: fugientibus inſtant Carabini & ſegnioribus equis vectos, aut mactant aut ad pretiũ redemptionis vinciunt & abducunt. 1597. *Regis Chriſti. inquies cura.* *Anchora Vulgo Anchre.*

Rex reliquias perſequitur tam acer & indefeſſus, vt ad Bapalmum vſque in fines Belgicos inſectatus ſit: duo ſigna militaria retulit, quingentis equitibus necatis, merſis & captiuis: ſerus in caſtra rediit, victoriam publica ouatione, clamorib. obſidentium & machinarum repetitis emiſſionibus teſtatus eſt, quod minus æquis auribus accepere obſeſſi animo, conſternati ob conciſas primitias eorum qui ſibi auxiliaturi venerant. 3. Septembris Ferdinandus dum in antemurali vrget operas foſſorum ac recenti præſidio firmat, ictu machinæ diſcerpitur: morte ſua ingenti luctu Hiſpanos compleuit, ac ſpe potiundæ vrbis deiecit, Sanlucii tamen morte recreati, qui in caſtris ſummi & bellicoſiſſimi ducis officium præſtitit. *Occiditur Ferdinandus.* *Occiditur Sanlutius.*

Sanlucium non modo in caſtris, Mars & Bellona, ſed Phæbus & Muſæ adæquato luctu defleuerunt, quamuis n. ille tribunus militũ tormentis, machiniſq; bellicis præfectus eſſet, earum tamen fragorem cheli temperabat atq; is profecto fuit de quo diuini vatis aureum carmen vſurpati poſſit; *Mors & elogium dni. de S. Luc.*

Qui Geticum moderatur Apolline martem.

Ille enim non modo verſus omni venuſtate & mundicia conditos ſcribebat, ſed Polybius alter, res bellis ciuilibus geſtas inchoauerat, calamo & gladio ambidexter, Cæſarem referens qui nec minus facunde eloqui & ſcribere quam fortiter agere & præliari ſciret: rara laus noſtri æui, quo viri militares, pene inconditi, inculti, immanſueti, contemptores bonarum artium nihil aliud quam minas, ferocitatem numiniſq; impias deuotiones fremunt ac ſpirant, ita vt magis boare & frendere quam fari; obſtupeant paueantq; omnes.

Amiſſo Ferdinando obſeſſi, Andabatarum more, inter ſe de ſumma poteſtate imperandi dimicabant; ægre tamen in Marchionem Montinigrium conueniunt qui Ferdinandi vices obear, ſed quam ille alter ab illo, heu qualis! quantum mutatus ab illo Hectore! Albertus præmiſſi equitatus damno nihil territus, quinque decem peditum, equitum quatuor millibus, Atrebato Dourlanum pregreditur, trahebat cum impedimentis ſexdecim campeſtres machinas, ſex-

1597. centos carros &quadrigas cathenatim innexas quibus in circum protenſis caſtra omnia inuolueret, ſi quando loco iniquo grauiori inſultu impeteretur. Totis caſtris ferebatur, falſo rumores ſpargi de aduētu Alberti, diſtineri in Belgio à Mauricianis copiis, tyronem cum veterano belli fortunam non ſubiturum: dum ſibi Galli blandiuntur, atq; ex deſpectu hoſtium incautius ſe gerunt, inſperato acies Hiſpanica adeſt & prorùit ad longum pratum, vbi Rex ſtatiua habebat, conſpecto hoſte è veſtigio aciem cogit educitq; in præuiſum campum ad tertium circiter ab vrbe lapidem, ſecure ita vt machinis vrbanis acies ordinata, neque turbari neq; appeti poſſet.

Audentiſſime Hiſpani Gallos adoriuntur.

Auſtrius adhuc myſticus & purpuratus, bellicoſiſſimi ducis ſpeciem & experimentum præbuit, procedebat interritus ordinibus immotis, promouitq; aciē ad tertium vſq; lapidem à longo prato, ſumma trepidatio in Gallorum caſtris, is ordo & progreſſus, ea mens Hiſpanorum, vt deiecto præſidio regalibuſq; ſtatiuis ſuperatis & proculcatis, per longum pratum in vrbem aditum ad obſeſſos ſibi facerent: fortuna Gallica in ſummo erat diſcrimine vt iugulum ſub nouacula anceps fati vertebatur.

Pulchre erat ordinata acies Hiſpanica.

Heu quam multi, qui in Lupara terrore & gloria armorum ſe venditant conis alitum luxuriantibus inſigniter criſtati, fuga aleam Martis anteuerterant. Rex compeſcuit fugam, caſtigauit ignauiam, in turbato rei inopinatæ periculo ordinem & animos collapſos reſtituit, foſſa, aggeribus aliiſq; impedimentis & obicibus, eam partem qua appetebatur, cinxerat, machinis crebro & irrequiete emiſſis Auſtrium late ſubmouet, manipulos & agmina prærumpit, & longius progrediendi audaciā adimit: quis credat tantam aciem, ad muros obſeſſorum cū ſecure, conſtanter & intrepide acceſſiſſet, vno obice non reuulſo nedum tentato, illico obuerſo vultu terga dediſſe? Albertus enim vt longi prati ſibi præcluſum aditum videt, nulla vi admota, nullo tentato certamine, fruſtra opem ſuam inclamantibus obſeſſis, & ex ſpeculis pinniſque ad auxiliandum cohortantibus canit receptui, itq; pernoctatum in pago Sancti Saluatoris non longius ab vrbe quam miliari, Gallicæ cohortes nocturnis inſidiis & excurſionibus Hiſpanicam aciem infeſtarunt.

Summa audacia & ſtrenuitas verſa in fugam.

Diſcedit re infecta Albertus.

Statiua habebat Auſtrius ad littus Somæ, quod vbi Rex per emiſſarios intellexit trans flumen Vicium Montignium Scluſeum alioſq; ante-ſignanos, cū tribus peditum millibus & quadringentis equitibus præmittit, illi ſtant excubitores, ne Auſtrius quod ſupremum voti erat exequatur, videlicet ne furtim in vrbē recentem militem immitteret, luce orta ponte comportato flumen ſterni iubet, illo tria millia delectorum militum tranſmittit, qui ferro ſibi viam faciant ad vrbem, ſed ab excubitoribus Gallis tam fortiter excepti & depulſi, vt confeſtim flumine regreſſo ad ſuos ſe recipere coacti ſint.

Rurſus ſpe ſua concidit Auſtrius.

Galli fugientibus inſtant & ſegniores mactant, vel proximo fluento mergunt. Auſtrianis caſtris tāta hinc trepidatio, vt ponte relicto illa ſtatione hoſtis diſceſſerit, hac ſpe lapſus, cum vndiq; præcluſis itinerib. & ſemitis ad obſeſſos non aliter pateret aditus, quam ſi aperta vi viam ſibi faceret, ſortis dubiæ metuens quod Dourlani palam erat profeſſus nempe fortunam belli conſerta manu ac cū Rege collatis

Redit in Belgiam Auſtrius.

Digitized by Google

collatis ſignis tentaturum, haud iſtud præſtitit, exhinc enim de Belgio repetendo cogitat, ſtipatq; extremum agmen ſummo robore militũ, & circumſepit ſeu munimento cathenatis carris & plauſtris ad compeſcendum equitatum Gallicum, à quo in receptu plurimum ſibi metuebat. 1597.

Vt in collem Vineacurium euaſere, & ſe conſpicuos faciunt, Rex quatuor equitum, peditum millib. duodecim, ad quatuor milliaria Auſtrium ſe recipientem proſequitur, ſubſident hoſtes, & vtraq; acies per quinque horas nutabat ad prælium. *Vignancourt*

Rex velitationib. laceſſebat ad pugnam, ſed Hiſpanus qui non ad nutum ſed ad mandatum pugnat, præmiſſis carris & impedimentis, ſtantib. in cõſpectu primis ordinib. paulatim ſe ſubducit acies. Rex pugnæ deſiderio æſtuabat, inſectari & laceſſere pertinax, ſed monitorib. ſe credulũ præbuit, qui fugato hoſte obſidione conſtanti, obſeſſis in poſterũ ad deditionem anhelantib. ſatis gloriæ & ſummũ voti eſſet aſſequutus, ante oculos proponebant fortunæ blandientis lenocinijs non eſſe illudendũ, ſæpius vice verſa victos & fugatos, parem victorib. retuliſſe deſperatioñe, & pugnandi neceſſitatẽ telum eſſe acerrimũ, ſcite olim dictum ab anteceſſorib. hoſti abituro pontẽ argenteum ſternendum eſſe, hoc eſt ſi ferro non poſſit, auro & argento fines noſtros infeſtantem ablegandum. Rex in caſtra ſerus reuertitur. Auſtrius Dourlanum infecto negotio propter quod tam graues impenſas fecerat, fugienti non abſimilis ſe recipit.

Luſum eſt dicterijs Gallicis, quorum venuſtas Latine vix æquari poteſt, nempe Albertum prima irruptione ad longum pratum, vt ſummum & inuictum ducem acceſſiſſe, abijſſe caſtris & ſtadio delecto pugnæ, vt initiatum ſeu ſacerdotem.

At quantum ſpei obſeſſis ex aduentu Auſtrij affulſerat, ex diſceſſu tantũ mæroris & conſternationis acceſſit, ignib. genialibus emiſſionibuſq; machinarum aduenientc incredibiliter exultauerant, in obſidentes minis, probris, laſciuia, omnibuſq; contumelijs de muro proiectis, digreſſo Alberto, verſa lætitia in luctũ, & dicacitas in ſilentium, blandius alloqui, languidius pugnare, machinarum & ſcloporum eiaculationib. abſtinere, & qui antea conuiciari, nunc deprecari & paciſci cœperunt, rati ſecum æquius actum iri ſi vltra obſidionem non traherent. Nihil illis quod iure militiæ indulgeri ſolet, Rex negandum eſſe putauit, inſpecto potiſſimum non niſi magna ſtrage & internecione ſuorum vi & ferro vrbem expugnari poſſe: & cum nulla ſit apud ſummos duces charior parcimonia quam ſanguinis militũ 19. Septembris his pactis Hiſpani vrbe & regno cedunt: vt Ferdinandi aliorumque centurionum ſepulchris, manibuſque nulla vis inferatur, epicedia elogiaue funeralia (dummodo Franco nomini nihil aduerſum & inauſpicatum habeant) nullo næuo aut litura obliterentur, è monumentis loculiſue liberum fore illis ſuorum eruta cadauera alio efferre, promiſcue milites omnes cuiuſcunque gentis & idiomatis ſint, tympanis pulſantibus, ſignis explicatis cum armis, ſarcinis, equis carriſque exituros: eſſeda carpenta & equos quadrigarios ad vulneratos & decumbentes euehendos Dourlanum ſeu Bapalmum Regem ſubminiſtraturum, data fide de plauſtris & equis redhibendis,

Reuerſo Alberto obſeſſi de deditione oratum mittunt.

Pacta deditionis ac primo de non violando ſepulchro Ferdinandi cautum eſt.

Digitized by Google

1597. qui grauius decumbunt, nec rhedam aliudue vehiculum patiuntur, in vrbe incolumes manſuros, ſine fraude permiſſa curatione & medicorum ope, ac tandem recepta valetudine, quo velint ſecure abituros.

Oppidanis fas erit egredi cum gaſis, ſuppellectile ſarcinisque ſuis, ſin minus vt prius lares ſuos & Penates incolere, præſtito obſequij nouo iuramento: ære alieno ob pharmaca & medicamina plumbiq; globulos immunes fore Hiſpanos, qui ob fidem regiam in vrbe captiui facti ſunt, carcere protinus eximentur & viciſſim qui in caſtris regiis, ab vrbe vel hoſtibus detinentur nullo libertatis ſoluto vectigali liberi fient.

Annuit Rex vt tres ab obſeſſis delecti, decem equitib. comitantib. confeſtim Albertum adeant, vt de huiuſmodi pactis moneant, interea ſex dierum fore inducias, ea lege vt ſi intra diem ſextum duob. millib. vrbe receptis nō illis ſuccurratur, eam ſine controuerſia nullo alio inito tractatu dedituros.

Intra huiuſcemodi inducias haud fas erit obſeſſis, auxiliarib. ſuis ad ingreſſum operam dare, vt viciſſim in obſeſſos à regijs copijs nulla vis inferetur; de fide implenda quatuor Regi dabuntur obſides, Hiſpani duo, alteri Italus & Vualonus. Rex vnum vel plures in vrbem immittet, qui ingreſſorum numerum recenſeat, num duo millia adęquet, vtque ſpeculentur num per ferias obſeſſi muros & vallum reſarciant, ſecure & cum fido comitatu Dourlanum vſq; deducentur: quod ſi acies Hiſpanica illò digreſſa ſit, Rex fideiubet illis Attrebatum vſq; ſine fraude & noxa tutum iter fore: viceſima quinta dies critica ad recipiendā vrbem vbi illuxit, diluculo Rex omnem aciem compoſitam in armis & phaleris eſſe iubet, ordinata, Coneſtabilem, Bironium, Montbaſonium, Vicium, & primæ militiæ equites ad portam qua iter ac Bellouacos mittit, qui obſeſſos de fide præſtanda moneant quandoquidem ſine ſuppetiis tantillæ induciæ effluxerant. Illi dicto audientes demittunt pontem, æternum vale viuis conditiſq; dicentes, hoc ordine exeunt. Marchio Montenegrius qui Ferdinando ſublato in militarem præfecturam ſuffectus fuerat, primo agmine diſcretus ab aliis equo Iberico inſigniter phalerato vectus, ipſe chlamide auro intertexta fulgens, ſcipionem ſeu caduceū manu geſtans, procerib. regiis ſe obuium & obſequentem præbuit, viciſſim impertita ſalute medius inter eos conſtituitur, ac cum ſubſequentibus copiis, carris & impedimentis ad milliare Regi in campeſtri planitie cum ſua acie fulguranti ſiſtitur, duo Montenegrio præibant, ſatellitium centum triginta equites & pedites totidem, milites veterani & delecti omnes, gregariæ mulieres ſubſequebantur mille circiter, inter quas agnitæ vrbanæ quæ vel antea initis nuptijs vel conſuetudine ſtupri cum Hiſpanis vltro abierunt, laxæ, impedimenta eſſeda, plauſtra & carri exhinc ruebant, carbaſis & ſyndonibus obducti, vt vulneratos & tabificos non pauciores trecentis oculis ſubducerent. Inſtabant ſexcenti galeati & loricati pedites, ſclopetarij pluſquam mille ducenti vltimum agmen claudebant, decem cohortes equeſtres, ſex grauioris armaturæ quæ longa haſtilia mucrone acuminato geſtant, quatuor aliæ prodromorum, quos vulgus Carabinos vocat.

Dilapſo termino Hiſpani vrbe diſcedunt.

Exitus Hiſpanorum.

Montenegrius vt Regi proximauit, equo in pedes deſilit, crus ocreatum deoſculatur:

Digitized by Google

ſculatur & nonnihil demiſſe obloquitur. Rex Parthenopæo equo nigricante, e- 1597.
piphibiis ſericis aurea textura micantibus inſtrato vectus, ornatu magni, Cōtio, Montpenſerio, Niuernenſi, Nemoroſio, Ioinuilla aliiſque principibus denſe ſeptus, Montenegrium blande excipit & reſalutat, dimittitque comiter, deduciturque ad duo milliaria à Conneſtabili, duces, Centuriones, milites & vulgus omne Hiſpanicum, vbi in conſpectum Regis deuenere, equo deſilientes, genu ſubmittunt & Regem demiſſe venerantur.

Progreſſus ille ad ſecundam à meridie Regem impranſum detinuit, qui tādem hoſte exacto & profligato ad epulas diuertit, quibus peractis mille cataphractis nobilibus ſeptus, vrbem dolo amiſſam bellica ſua fortitudine receptam ingreditur, pergitque ad baſilicam Virginis, vbi pæan victoriæ decantatur ab Antiſtite, canonicis ſodalibus & ſymphoniacis regiis, numini perſolutis gratiis, Rex vrbe digreditur foriſque it pernoctatum, ſibi præcauens à lue tabifica, quam illuuies ægrotantium induxerat.

Acies regia recenſita.

Luſtratur exercitus eo ipſo veſpere. Octodecim millia recenſita equitum, peditum millia duodecim: vicenis cohortibus pedeſtribus, tribus equeſtribus, præfecto Vicio, Rex vrbem muniit.

Cuſtodia vrbis recepta cum valido præſidio Domino de Vic relinquitur.

Ciues ab elogiis & inſcriptionibus Harnantelli nō temperatent, eraſis quæ ad faſtum Ibericum & contumeliam Galliæ, nec pactis aut cineri vis illata cum monumenti religio inuiolata manſerit: vt Troia capta, expugnatæ Thebæ diuinis operibus anſam præbuere: ſic ex Ambianis receptis enata ſeges ſcriptionum verſuumque, hinc encomiorum, illinc Iamborum, aliis pro genio Ferdinandum efferentibus, aliis deuouentibus, abſtineo intexere meas aliorumq; ſcriptiones, ne veſtibulo maiorem domum faciam, ego ipſe qui commentariis res pura narratione delibo, maieſtatem hiſtoriæ aliis relinquens.

Rex tam diuturna obſidione nihil fractus, non quieti, non vrbanis deliciis indulget ſed nondum deterſo ſudore ac puluere Dourlanum pergit, ratus aciem Hiſpanicam ibi ſubſtitiſſe; ſed deditione facta Auſtrius animo mœrens Attrebatum ſe receperat.

Illuc Rex nimboſo cœlo, ſolo vliginoſo cum equitibus machiniſque quas octodecim numero minoris deuehebat Attrebatum appetit, ad portas impetum facit machinis quinquies vicies diſploſis vrbem pauore conſternatam concutit, Mœnibus ſe miles & ciuis continebat, vrbs eſt nomini Gallico ab antiquo infeſta, ita vt Ludouicus XI. cum indigenas alio migrare iuſſiſſet, nouis incolis translatis, vnus Belga faber ferrarius Burgundis (ſic memoria auorum Belgæ nuncupabātur) vrbem prodiderit, illis poſtico admiſſis, ſic Rex magis terrore quam damno cum Attrebates effeciſſet, Ambianos repetit.

Rex excurrit in Artheſios.

Præſidiis omnem oram Morinorum Vermanduorumque firmat, & ad obſidionem feudalibus bannis & programmatibus accitos domum remittit, ſtipendiarios in hyberna deducit, dehinc Lutetiam laureatus ouanſq; ingreditur, ab omnibus ordinibus rogatorum ſuccinctorumque magiſtratuum, Ædilibus & decurionibus à ſodalitiis artificum excipitur, illi omnes pro dignitate obuiam procedunt.

Rex lutetiā more triumphantiū ingreditur.

1597. Togati, Ædiles & decuriones aliique notæ inſignioris mulis ſonipedibuſque inſtratis, vulgus ſeu feſta luce veſtibus, armis & phaleris nitens diuiſum per cohortes ordine compitorum, foris in planiciem pone regios hortos educitur. à meridie qui ſudus admodum & ſpectaculo arridens fuit, ad ſummam veſpetam crepitatione ſclopoꝛum cœlum perſonuit, amnis proximus remugiit.

Quanta vis armatorum vrbe contineatur mirari & obſtupeſcere licuit, ex quacumque centuria pauci tantum ſe conſpicuos fecere.

Quod ſi omnibus arma imperentur, plus vna Lutetia educeret quam principatus Italiæ vnus vel alter: teſtimonio erit luſtratio olim facta, cum Carolus 5. Eſpernaium & caſtrum Theodorici oppugnaret, quãquam tunc minus populoſa & bellatrix Lutetia.

Quantus numerus armatorum Lutetiæ.

Villa Franca oppidum eſt in confinio Belgii & Sequanorum, breui gyro, ſed validiſſimis propugnaculis, à Fran. I. poſitum ad coercendos quos memoria patrum, vulgus Burgundiones veteranos hoſtes vocabat: merebat ab Hiſpano ſtipendia gregarius ignobili ortu, ſed qui audacia & ſtrenuitate non incelebris apud ſuos, ferali nomine ſiniſter ſeu Scæuola nuncupatus, quo latus prædaretur cum præſidiariis Villæ Francæ, per emiſſarios tacite de prodenda commercium habuit.

Le Gaucher.

Illi re detecta Tremeletio præfecto oppiduli, vanis pollicitationibus hominem ineſcant ludificantque, diemq; negotio præſtituunt. Interea Tremeletius Comitem Grandipratenſem, Rumenillum, d'Eſtiualem, ac vicinarum vrbium præfectos, de huiuſcemodi ſuorum technis monitos facit, rogat vt ad intercipiẽdos hoſtes auxilio ſint, annuunt, nec mora Rumenilus illa nocte quæ anteceſſit illam, vere Scæuolæ ſiniſtram ſuiſq; fatalem, Villæ francæ validum præſidiũ ſubmittit, ille foris qua læuus ille iter faciebat, cum equitatu cataphractorum ſe in inſidiis abdidit, non defuit vadimonio Scæuola, nocte prouecta alto ſilentio ſuſpenſo gradu, cum ſuis ad mœnia Villæfrancæ, vt rebatur non intellectus niſi à cõſciis, ſubrepit; illi velut ex promiſſo portas pandunt, Sequani ſubeunt, dolo ad miſſi protinus necãtur, aliunde dato ſigno Ruſmenilus prodit ex inſidiis, in Scæuolã cum equitatu fugientem impetum facit, ſuos concidit, tanta ſtrage vt ex ſexcentis ille cum paucis commilitonibus pegaſo vectus, fauentibus tenebris dilapſus ſit.

Mors Alphõſi Eſtenſis.

Ferraria feudum Roma. Eccleſ.

Alphonſus Eſtenſis 7. Octob. tis annoſus & ſine prole moritur. Eſtenſis familia quandiu progenies maſcula ex legitimis nuptiis extaret, iure feudi Apoſtolici Ferrariam poſſidebat, defectu liberorum ad Pontifices reuerſuram, non exiſtentibus, res clientelaris ad dominos redibat, cura iſta Alphonſum ſub deliquiũ vitæ plurimum anxit, vrbem & principatum quem per triginta ſeptem annos fœlix & inturbatus rexerat, palatiis, viridariis, arcubus, obeliſcis, vrbaniſq; omnib. deliciis ornauerat, foris caſtellis, villis, ſtratis & portubus, tot labores, impenſas & monumenta à gente ſua reuerti ad Pontifices dolebat, adoptione ſterilitatem coniugii ſolari anxie elaborauerat, apud Clementem prece precio enixus, vt Cæſarem fratris filium nothum inueſtitura Ferrariæ & feudi pontificalis donaret q inclementem & inexoratum ſe habuit. O ſi qui anteierũt, ea fuiſſent inclemẽtia, non

1597.

non Ferraria, non Parma Vrbinum, & laciniæ inconſutilis togæ ad agnatos, nepotes & gentiles deueniſſent. Deceſſit Alphonſus, ambiguum an pluribus mœſtis vel lætantibus, cauſſabantur multi tributorum & vectigaliũ onus intolerabile, verebantur ne nepos ſuccederet non minus in dynaſtiam q̃ conſuetudinẽ indictionum, quod vulgo facile in mentem venit, à pontificia dominatione lenius imperium ſibi ſpondebant; contra alii clientes veterani familiæ Eſtenſis, in aula adulti largitionibus Alphonſi aucti, Cæſari nepoti fauebant, nutabat Ferraria, & ni Clemens opportune cauiſſet Cæſar facto nomen ſuum æquabat, ante exceſſũ auunculi irrequietis poſtulationibus ab Imperatore Rodolpho Modenæ, inueſtituram acceperat, illa iure feudi Imperio clientelaris eſt, ſed Clemens cum exorari non poſſet, Cæſar vi & armis Ferrariam vt ſibi iure hæreditario aut alio quocunq; retinebat. vnde bellum, ingens metu primo, fremitu & apparatu toti Italiæ formidandum, ſed quod inſtar nebulæ, illico dilapſum ſit, ſingulari & vniuerſali prudentia totius Italiæ quæ aliarum gentiũ inſania, & tot anteactis perpeſſiſque bellis ſapere didicit, & proximo libro bellum iſtud exludabitur.

Cæſar ab Imperat. Modena inueſtituram accipit.

Initium belli Ferrarienſis.

In Gallia pluribus ad auitam religionem redeuntibus hiſq; non ingloriis vt Sanſio, Spondeo, Rebulſio aliiſque, ex Regis & Cleri prouidentia cautum, vt publica domus cum prouentu annuo inſtituatur, qua eiurantes hæreſim alimonia & hoſpitio excipiantur, monumentum ſi fieret ære perennius, cum quo pietate & magnitudine piorum operum nullum Xenodochium, cœnobium, aut alia quantumuis ſacra domus ſe comparare poſſit, ſi propoſitum non fiat, æternũ Cleri & Præſulum dedecus, hinc exarmari poſſent nouatores, & vna illa ſpe qui apud eos conſcientia torquentur, cum egeſtatis portum haberent, apud Orthodoxos quamprimum redituri ſint. Dum Auſtrius res alienas inuadit, domi proprias amittit, nam Mauricius & Batauí vt finibus Belgicis cum omni robore militum egreſſum vident, hinc ſibi lucrum facientes, Hiſpano-belgas Rheni littoralibus oppidis & ſtationibus depellere moliuntur, ingenti claſſe quæ trecenta nauigia æquabat, toto flumine late dominantur, aliunde pedeſtres copiæ Rimbergam (vrbs eſt ad oſtium Rheni) obſeſſum & expugnatum pergunt. VIII Sextilis Mauricius illam pedeſtri & nauali obſidione cingit, oppidanorum portũ & naues præſidiarias intercipit; peninſulam quę in medio Rheni ſubſidet, & recto obtutu Rimbergam aſpicit occupat, ibi aliquot machinas collocat grauiores, quæ propius murum quatiebant, Aliæ nauibus onerariis impoſitæ tabulatis fulcientibus turrim ſpeculatricem quæ flumini longe lateque imperabat, tam crebra verberatione percutiunt vt lacera & obtrita in ea tuto conſiſtere oppidani nõ poſſent.

Res Gallica. Sanſius & Spõdeus viri clariſſimi ad Orthodoxos redeunt.

Pia cogitatio de ſuſcipiẽdis alendiſq; qui à nouatoribus deficiunt.

Res belgica.

Mauricius Rimbergam obſidet.

Turris præſidiaria deiicitur.

Hoc illis amoto præſidio, haud difficilis fuit expugnatio, quamuis vrbanæ machinæ acriter obſidentes impeterent, tẽperabant oppidani ab eruptionibus, militũ parcimonia, Mauricius XIX. Quintilis omnibus tormentis indeſinenter vrbẽ quatit, murus cũ inclinare & dehiſcere inciperet, (ô viri fortes) hiatũ præueniunt, ac ſub veſpere de deditione colloquium faciunt. Mauricius deſiderio potiundæ vrbis, ante Alberti ab Ambianis reuerſionem rem maturat, & poſtulatis dedentium annuit, pacta hæc fuere: vt præfectus, Centuriones, milites, nautæ,

Oppidani de deditione colloquium faciunt.

lixæ,

Digitized by Google

1597. Lixæ,& id genus luce craſtina, cum armis, vexillis fluitãtibus, tympanis ſtrementibus, cum caſtrenſi peculio ſarcinis & impedimentis exirent. ad euectionem Mauricius plauſtra & ſecuritatem itineris vſque in Gueldriam & Vbios fide data pollicetur.

Fas erat myſticis laiciſque ciuibus,quo vellẽt emigrare, ſupellectile & mobilibus ſecum exportatis.

In vrbe laribuſque ſuis hærere volentibus, incolumitas vrbanorumq; priuilegiorum priſca libertas inuiolata permittitur, præfecto ob ignauiam actio dicitur, & diutine carcere clauſus, vix à ſecuri caput ſeruauit:augebat crimen celeritas deditionis, ante dilapſum murum & tentatum inſultum, cui depellendo mille præſidiarii milites vna & altera vice ſupares erant:ille in milites noxam,iſti in præfectum regerebant, ſibi viciſſim ſocordiam tribuentes, omnibus tamen impune fuit, quod Romani decimo quoque necato vel miſſione ſub iugum ſeueriſſime caſtigaſſent, diſciplina enim caſtrenſi & acerbitate vlciſcendi rerum bene gerendarum fœlicitas continetur.

Archiepiſco. elector & Colonienſe Capitulum, per oratores apud Mauricium intercedunt, vt ſibi ſequeſtra fide vrbs in finibus ſuis cuſtodienda relinquatur.

Archiep. & Colonienſes Canonici Rimbergam vice depoſiti ſibi credi poſtulant.

Negat Mauricius tantis impenſis partam minime fidis cuſtodibus traditurum, qui Hiſpanis in Friſiam non ſemel tranſitum & commeatum præbuerint.

Duobus milliaribus à Rimberga, Italus bellator propugnaculum glebis, ceſpitibus, viminibus & maceria contructum,de ſuo nomine Camillum nũcupauerat, ſed quod protinus audita deditione Rimbergæ exuſtum laceumque reliquit.

Littoralia omnia oppida & caſtella non expectata machinarum verberatione vltro ſe dedunt, nec ſibi probro aut noxæ verſum iri putarunt, cum Rimberga totius oræ princeps ciuitas quæ minoribus præſidio & munimento eſſe debuit vim hoſtium ferre non potuiſſet.

Peſſimum iſtud eſt in bello, vt à primariis vrbibus minores ignauiæ exemplum ſibi ſumant.

In bello vt plurimum pauor & trepidatio vicinorum, finitimos impellit & concutit,& qui præſens caſtris vires eundo acquirunt, vt compacta nix in ſpherã late decurrendo ingraueſcit.

Mauricius intercepto oſtio Rheni, illo tranſmiſſo Groslam inuadit cingitque obſidione 11. Septembris, biennio antea præcluſis ſibi cibariis rebuſque ad militiam neceſſariis amiſerat, nunc tanto fortunatius recipit, quanto celerrime & incruente arte magis quam marte.

Groslam abſ... Mauricius.

Mauricius enim ſulcis & diuerticulis è foſſa paludem deduxit, ad murum vſque operimenta quibus miles innoxie irrumperet, contexuit. 24. machinas proxime admouet, ignita iacula per vrbem late ſpargit, quibus excitatum incendium oppidani ad reſtinguendum ægre laborarunt, Comes Fredericus Bergæ, Groslam ægre egie tutabatur, machinis vrbanis caſtra Mauriciana non parum infeſta-

Digitized by Google

:abat, eruptionibus interdum foris non improſpere audebat, ſed eum ma- 1597.
rum moles & numerus, muri per ſcrobes & cuniculos tacita ſuffoſſio terret
que Auſtrius domo egreſſus cupidine appetendi res alienas longe abeſſet,
lla ſpes auxilii affulgeret, æquis conditionibus Groſlam Mauricio reſtituit, *Deditur Groſla.*
otiſſimum vt egreſſi cum caſtrenſib. rebus, relictis tamen ſignis, intra trime- *Pacta deditionis.*
Phriſia aduerſus Batauorum ordines non præliarentur. Deditítii vt ſigno-
ic equorum amiſſione mulctantur initis pactis, ſed Mauricius qua eſt co-
e ſingulari, Italo Centurioni equos vltro conceſſit, liberalitate in aduerſa-
ilites ſi non fructuoſa, ſaltem vt plurimum laudanda.

Ille Comes Ferdericus, qui vnus ex Naſſouiis Hiſpano nomen dederat,
cturæ tranſrhenanæ amiſſis vrbibus & caſtellis, præter *Luighen*, nihil habe-
liqui, amiſſo campo hæc gleba illi ſuperetat, illuc profugit Ferdericus, vr-
& quod adiacet munitiſſimum caſtrum, vt iactabat inſuperabili fortitudine
ignaturus, ex Hiſpanicis cohortibus delectu habito ſexcẽtos pedites, equi-
lam, duodecim machinas ad ineluctabile præſidium ſibi adiungit nullius
menti egens ſi ſatis animorum fuiſſet.

Vt à Batauis ſibi imminere obſidionem videt, quo caſtris inimicis oppor-
præriperet, vicinas & ſuburbanas ædes villaſque incendit, latius vaſtitatem
us, ni à gentili ſuo Mauricio aduerſarum partium anteſignano, quã celerri-
ercitus fuiſſet, Octobri deſinente, Mauriciana acies vbi ſe in conſpectum
caſtra metatur latiuſque in campos effunditur, quod ab hoſte nullus im-
rer metus, non anxie admodum muro proximatum eſt, per valles & decli-
llium quibus vrbs præcingitur, atque hinc facile & prope innoxie obſeſſo-
prepſerunt, vbi ad foſſam ventum eſt, per ſulcos auerſa aqua facile ad limũ
ta, viminibus trabibuſque ſuperſtrata, calcabilem ſe præbuit.

Maiora tormenta cum ſerius euecta forent moratum in verberatione, in-
euiorib. machinis pinnæ & faſtigia murorũ deiiciuntur, 22. Nouẽbris Mau-
24. maioribus arcem quatit, cui vt Ferdericus proſpiceret, vrbanas machi-
repente in illam euehendas curat, quibus Mauriciana caſtra impetit, cla-
lauo trudit eiectoſq; in ſe globos adæquata verberatione in iaculantes re-

Mauricius qua duo propugnacula vrbis prominent, ſuffoſſiones & latibu-
uãrat, quibus ad conuellenda ima murorum miles tuto ſubrepebat. Fer-
s qui gentilis artes nouerat, eoque Mauricium eſſe ingenio, vt poſt muri
n ad irrumpendum ſubitus eſt, veritus ne cæco impetu emiſſis militib. ob-
ur, tam cito immemor iactatæ fortitudinis nulla tentata alea Martis, dedi-
ncolumitatem pactus, vrbe & caſtro cedit, intra trimeſtre omnibus ſuæ p̃-
æ vrbibus caſtriſq; munitiſſimis infœliciter exutus, inauſpicatus cuſtos qui
m tantillum Hiſpano ſeruauerit.

Mercolius nedum Armorica contentus, longe lateque in Andegauos, Cœ-
nos, Vindocinos ſuos ſpargebat, qui fœderatorum clandeſtinis hoſpitiis *Edictum in*
ti, omnia latrociniis, captiuorum redemptionibus infeſtabant. Triumuir *receptatores*
, publicus cognitor intercedit apud P. Conſcriptos, vt in huiuſcemodi *graſſatorũ.*

Digitized by Google

1597. expilatorum receptatores, acerrimum ſupplicium decernatur. Peſſimum enim genus eſt receptatorum ſine quibus diu latrones latere non poſſunt. Annuitur à Senatu poſtulatis Guæslei cognitoris, ſed adeo turbatur agris, vt quæ domi lata lex fuit haud tuto foris imperari poſſet. At ille Mercolius rebus ſuis iam diffidēs, vt vidit receptis Ambianis in ſe ſummam belli transferri cum Regis oratoribus 17. Octobris in reliquum anni inducias paciſcitur, fide interpoſita, illas tum à fœderatis Gallis, tum ab auxiliaribus Hiſpanis inuiolabiter ſeruatas iri.

Induciæ cū Mercolio.

Fœlix ſi anno proximo ineunte ſummum & ineluctabilem belli in ſe apparatum tempeſtiuius vltroneo fœdere auertiſſet; minus enim hinc illi indultum, vt infra & proxime narrabitur.

Nouatores tunc temporis grauiſſime conqueſti ſunt, edito libello cui titulus, *Expoſtulationes Eccleſiarum reformatarum de vi ſparſim toto regno illata.* De qua non ſemel acerbe admodum apud Regem quiritati ſunt. eo libello dolebant plurimū ſui cultus libertatem, his tantum vrbibus locisque conſcriptam, quas alea Martis & auſpiciis numinis ſibi aſſeruiſſent alibi duriter ſummo deſpicatui haberi, peius ſecum agi, quam Henrici III. Regno, cum ab eo ſibi conceſſa in dies ſenſim ſubducerentur.

Quiritatio altera nouatorum.

Orthodoxorum vnum eſſe ſtudium & molimen, vt parta ſibi bello & pace paulatim adimantur, vtq; pedetentim per cuniculos vires ſuæ elidantur, præſidiariis ſuarum vrbium militibus, altero menſe ablata ſtipēdia, cum integro anno in fœderatorum vrbibus perſoluta ſint. Seanas in Phocenſi prouincia ſibi ad præſidium datas, ſolo adæquatas alibi ad ſalutem conceſſa loca ſibi adempta fuiſſe, ſuæ religionis cultum pluribus locis quibus ante aſſueuerat exoleuiſſe, Meduntæ quæ ſibi erant à Rege promiſſa, eo ipſo tempore quo cum fœderatis in Sureſnæo agro inducias paciſceretur, irrita penitus fuiſſe, Edictis in gratiam preduellium latis infamiam ſibi irrogari, cum in eorum vrbibus ſuæ religionis cultus intra murorum ambitum & pomerium diſtricte prohibebatur, ſuis ſectariis foras ad quinq; vel ſex milliaria eiectis, vt more ſuo rem diuinam tractent.

Henrico III. Auguſtæ Turonum ſummopere laboranti dicto ocyus adfuiſſe, aduerſus illuuiem Mainii & fœderatorum, obſtupuiſſe illos tam celeri & egregio facinore, ac pedem ignauiter repreſſiſſe: cumque fuerint regni inſtauratores, exilium, proſcriptiones, abdicationes, exauthorationes, à præfecturis reruliſſe, mulcta affectos fuiſſe ex ſuis, quod vel pſalmos Dauidicos rythmo gallico canoros recitaſſent, vel quod ſacrum codicem vernaculo ſermone conſcriptum habuiſſent, ad crucem damnatos ex gente ſua Iconem crucis dominicæ geſtare coactos, ſuorum alloquia & ſolatia & ad Chriſtiane moriendum admonitiones negatas fuiſſe, quotidie cogi vt cruces, capſas & feretra diuorum, atq; ipſas cruces derecto vertice, genu inflexo venerentur, ſtragulis aulæis domos & limina obducere, florib. & frondib. ſtrata ſpargere cogi, ex vtero exceptos puſiones ſibi auelli, more luſtrico Catholicorum tingi, tutores & curatores catholicos dari filiis eorum qui in laniena Bartholomea cæſi fuerant, contra ius & morem patrium educari, ritu quem vocabant papiſticum, eos ipſos regem ad miſſam & pontificias ceremonias non impuliſſe ſolum, ſed iureiurando adegiſſe, vt gentem ſuam

ſeu

Digitized by Google

ereticam & damnatam funditus tolleret, ab vbere piet.tis caſtigatæ plag a- 1597.
ſſos, Condæum principem lactantem & tenellum auulſiſſe, vt impietati ſuæ
educatum aſſuefacerent, prioribus edictis ſibi indultũ vt promiſcue in lu-
erariis regalibuſque academiis ſui liberi bonis artibus imbuerentur, vt cum
os euaſiſſent ad faſces præfecturaſque, & iuris dicundi publica munia indi-
inatim eueherentur non tamen vno loco ex gente ſua didaſcalos & profeſ-
alio migrare coactos. Delphinalem Senatum, Regio diplomati de noua A-
nia inſtituenda in vrbe Montilimardienſi calculum & decretum negaſſe,
illa vrbs potiſſimum ſuorum partibus addicta ſit.

Mox in has voces erumpebant. Ergo ad barbariem imperitiam litterarum-
ſciriam ſoli inter Gallos adigemur? ſic olim deſertor ille Iulianus, cum ni-
liculis, equuleis, ferro, igne & l.nienis proficeret in Chriſtianos omni car-
na ſæuiore commẽto, illis librorum vſum ademit, vt erepta luce diſciplina-
aduerſus litterati alioquin Cæſaris ſophiſmata & gentiles præſtigias inſur-
atumque fucum detegere nequirent. Adiiciebant, Lugduni priuatis decre-
os poſtliminio reuerſos, vrbe & præfectura Lugdunenſi faceſſere iuſſos, id-
autum tabulis publicis deditionis: Heu? quiritabantur quæ inclementia?
n nos aſperitas, aut potius ſæuitas? vt à perduellibus Rex auito regno, quod
ris cultus eſſet ſecluſus ſit, nos propter id ipſum proſcripti patriis ſedibus la-
que eiecti, poſtquam ille noſtra fida opera ærumnis & laboribus regnum
que recepit, penatibus, fortunis & publicæ ſocietatis muniis nõ reddamur?
od deterius nobiſque acerbius eſt dolendum, non alio telo impetimur,
n quod ex pharetra regiæ authoritatis depromitur. priuatam & ingloriam
n agere cogimur: vt quia præfecturis tribunalium, & luce forenſi longe ſe-
ſimus, non vna vrbe ab Ædilitate vrbanaque Prætura excluſi, portas digni-
n non aliter patere, quam ſi empto magiſtratu à periurio initium fiat inter-
o iureiurando, in orthodoxa & Romana religione victuros morituroſque,
is recte conſciis vim illam omnium peſſimam adhiberi, vt iactura ſalutis æ-
, ſæcularium dignitatum caducam gloriam mercari cogamur, non in vno
tu regalibuſque ſubſelliis, frequenti foro nedum cauillis appetimur, ſed pu-
teterrimiſque conuitiis impune proculcamur, Turcæ, hæretici, ſegreges,
rii, publicæ quietis, veteris cultus euerſores vocamur, aliiſq; feralibus titu-
ducimur, plus in nos valuerunt iudicum occulta odia & molimina, quam
obis Regis decreta & repetitæ iuſſiones, rem prodi cum ad rem noſtram la-
licta promulgantur, obniti eorum rogationi P. Conſc. vel ſi iubeantur tan-
inuitos calculum adiicere, quibus poſſunt anguſtiis coercent, ita vt panem
loſum comedere, precario & ex alieno arbitrio viuere cogamur, condendis
oribus in oppidis vel confinio iugellum negatur, Catholici nihilo mitiores
fato functis quam ſuperſtitibus, bellum infertur mortuis, ſepultura inuide-
unerum modeſtia irridetur, nocte intempeſta efferre cogimur, vt ſannas &
voces forte vim & verbera effugiamus.

Poſt huiuſcemodi querelis, Epiphonema & vox altior ſic ad Regẽ. Quan-
mpus dieſque adeunt ô Rex, quo toties promiſſa verbo, & fide ſerio nec

Digitized by Google

1597. grauate præſtabis? Iam prope octauus annus agitur, quo fœliciter rebus Gallicis imperas, at quis crederet tanto tempore reſtim collo innexam (ſic feraliter vernacule loquebantur, at quis non vrbanius minuſque ferale verbum, vel vt ita dicam alludens reformatum genus dicendi non deſideraret) ceruicibus noſtris non eripuiſſe? veteranos commilitones non iuuiſſe, ſeruaſſe, beaſſe, vt par erat. At cum facta infecta eſſe nequeant, tandem ò Rex, tandem poſt octies euolutum annum, indulge miſeris, ſoſpita languentes, proſcriptos reuoca, ſiſte errones, quamuis id ſerum, cito tamen ſatis, noſti nos probe, & à longo vſu, & numini ſit gratia, quod illum nobis anteactæ vitæ iudicem tam oculatum & exploratum dederit integritatis noſtræ, nos enim vel à puero noſti eius fidei, vt nulla tãta tamq; acerba fuerit preſſura, cuius non vltro obliti ſimus poſtquam vitæ tutioris lætioriſq; ſpes nobis affulſit.

Deprecamur, poſcimus, vrgemus Edictum & programma vindiciaſque publicæ ſecuritatis, non more Ligatorum, qui nedum pacem ſed immanium facinorum impunitatem, minaciter & ſtrictis mucronibus depoſcebant, à quib. ſi quod vi & ferro petitur pro deprecatione eſt, quouſque nobis tamdiu procraſtinationibus illudetur, malis noſtris medela negabitur, quouſque voces illæ aulicorum nobis fallaciter blandientium, Durate, ſpem retinete, intempeſtiuum eſt, quod petitis, intempeſtiuum. Deus bone, poſt triceſimum quintum annum, quo extorres, proſcripti, rerum omnium egentes variis oris iactamur, & ne altius vlcus recludamus, poſt decennium quo nos fœderatio ligatorum proſcripſit, poſt octo annos tuo regno fœliciter exactos, poſt quadriennium quo inceſſanter lugemus, depoſcimus, quiritamur, expoſtulamus, vel quod vincat ipſum Stentora clamamus? quantum illi moram ſedandis ærumnis noſtris imponent? Valeſiorum vltimus qui fœderatorum artes calliditates egregie nouerat, ad coercendos noſtra opera indigere facto probauit, nec enim factiones Catholicorum aliter effringere potuit, quam conceſſa nobis ſecuritate, ille arctis rebus cũ anxie laboraret, premereturq; nos auxiliatores habuit, adfuimus concluſo Auguſtæ Turonum, iam nobis opitulantibus victor erat, premebatque limen vrbis primariæ, iam in agro ſuburbano victrica ſigna explicabat, iam proditores ſuos ipſa prodens Lutetia, portas aperiebat, ſi eas vitamque ſimul Auernalis Monachus non præcluſiſſet. Ergo vſus, & ipſa experientia vel inſipientium magiſtra ſolers docuit, quanto robori regno ſimus, vtq; ope noſtra fidiſq; armis perduelles ipſos funditus euerteris.

Cur ergo ita nos deſpicati qui tantopere addicti & obſequentes ſumus, depellimur? deſpectus ille diffidentiæ non dubia argumenta facit, & ſubolfacimus tacitis cõſiliis, Papam cum aſſeclis multa in nos pro more ſuo exitialiter moliri, cui vt palpant omnia licere putant. At minus æquum eſt (ò Rex) vt qui tandiu gentis noſtræ aſſertor & vindex fueris, quem vagum & errantem in fortuna nouercanti tam opportune ſumus inſequuti; cui operas fortunas, vitam impendimus vt æque bonus ſis ac illis, quos te anteſignano hoſtes habuimus, quique vel poſt eiuratam factionem nos fiducia & obſequio neutiquam ſuperarunt, tantũ indulgeas vt quam perdite affectant de noſtro exitio voluptatem amittant.

Ergo

)depellendis noſtris malis, quam cito te, regiumque nomen interpone, 1597.
int te iubente Catholici, ferre nos tandiu miſeros, ſi vt indigenas amare
hinc Edictum depoſcimus, quod nos publici iuris, & legum conſortes ſa-
nneſque iure regni & ciuitatum denique cum cæteris promiſcue adæquet,
m ſtrictius iniquiuſque illo, quo perduelles beaſti: non illo præfecturas &
os faſces, ipſamque Senatus fulgurantem purpuram ambimus, non ero-
:s, non ſtipendia, non quid aliud ærario & rationibus fiſci damnoſum ro-
,non nos rerum aut gloriæ cupido tranſuerſos agit, ſed numinis vna cura
nxior, cultus ſui libertas, ſalutis amor, ſtudium publicæ quietis, fortuna-
æ tantillæ ſunt ſecuritas, nos ſic apud te opportune, importune, & inceſ-
ot annorum luſtris deprecantes facit.

:vero ſumma capita ex huiuſcemodi quiritationibus excerpſimus, quæ
s typis, excuſæ ſparſim legebantur, non ſine metu quærulos huiuſcemodi
es, qui ſic audacter claſſicum canerent ad arma venturos: plures tamen &
ij ſuorum qui minus inſanibant, haud probarunt tam aculeatum & libe-
ſtulandi genus apud principem, qui tamen pro ingenita ſibi manſuetudi-
ilo commotior, indulſit, vt Caſtelorodi in agro Pictonico, de more ſuo
a haberent.

Comitia habita Caſtelorodi ad viennam fluuium.

emolius huic contubernio præfuit, dumque feruet ambiana obſidio, &
bal ad portas Romam noſtrã concuteret, otioſe, ſtomachoſe, turbide, in-
ter, ſecure tamen vt qui loco tuto ſtarent, in priuatis concionibus & ſoda-
mpus terebant, cumq; militiam neceſſario ſi vnquam redintegrare opor-
oratorum aut ſcholaſticorum more verbis pugnabant, inter eos enim tu-
itum non leuiter, nobilibus militaribuſque viris, cauſſæ ærarium depoſ-
us, contra prædicantibus veteraniſque exigentibus, vt per delectos
ores Eccleſiarum arbitrio res nummaria & ſtipendium militare eroga-

x vt comitiorum conſilia exquireret vel coerceret, ne quid in publicam
n auderent, miſit Comitem de Schomberg, Auguſtum Thuanum & Ca-
um viros conſulares & togatos, qui ferocientibus qua ſingulari & ſumma
identia, frænum imponerent, vt vero nulla ſua ope & opera receptis Am-
ictorem & triumphantem Regem, Iberum & Belgam procul in ſuos fi-
ctos, Galliam qua late patet non modo fœderatione ligatorum liberatã,
itiorum ſocialib. armis exterum hoſtem profligatum audiebant, vt res
s vel non auxilantibus nouatoribus fœliciter peragi, ex illis cordatiores
eſque, quo cum rege in gratiam redirent, excuſarentque obſidionis de-
obrum, Caſtalorodæi conſeſſus intima arcana euulgant, produntque ſe-
s, alii alios accuſant, ac potiſſimum militares conſiliorum nefariam mo-
n in prædicantes & genus inerme ſuorũ regerunt qui cum Geneua, Mõ-
ano, Monte albano, Montelimardo aliiſque ſecuriſſimis latibulis tuti
acillime & furenter bellum inclamant, arma concinunt, innoxie quidẽ
lli, cum longe ab alea Martis abſint: affecit itidem plurimum nouatores
rum procerum à ſecta ſua defectio.

Sancius Spõdei fratres Rebulſine

Digitized by Google

1597. Sancij videlicet inter aulicos ſummi viri, Spondij Rupellanæ præfecturæ iuridicis eruditione ſtupenda, Spondij iunioris fratris, Rebulſij ſcriptoris vernaculi elegantiſſimi qui cum nouatoribus domi foriſque apud exteras gentes fidam & longam operam nauaſſet, nedum illis miſit repudium, ſed quarum erat callentiſſimus præſtigias, omnes artes, molimina & quidquid penitiſſime vnquam abditum fecere predicantes detexit, irriſitque argute & mordaciter, operibus vernaculis: æque doluerunt baronis Salignìaci defectionem, qui in gremium Eccleſiæ redux, regio potiſſimũ exemplo ſic apud omnes publice teſtatus eſt haud credere poſſe Deum, ex tot ſummis periculis Regem ſaluum voluiſſe, vt in Romanam Eccleſiam accitus animæ iacturam faceret, adigi potiſſimũ vt eius pium & ſanctum facinus vltro æmuletur, quod ab huius cõuerſione & Vnctione Carnutea, illi omnia proſpere & pluſquam humano voto experi poſſet contigiſſent: hæ profeſſus verbo, opere exequitur, & infucate Orthodoxum egit.

aliiſue ſumma dignitatu & eruditionis viri ad orthodoxum cultum, redeunt.

Baro Salignìacus cur ad Orthodoxos träſeat cauſas ſubiicit.

Res externa

In Suecia, ſuperiore Germania, & Sarmatia ingentes collecti exercitus, quibus Turcæ nimium euagati finibus ſuis coerciti, non ſemel Chriſtianis pœnas dederunt, grauiores daturi ſi inteſtinis bellis ſeditionibuſq; ſedatis in hoſtem publicum, vt quondam ſub Gothofredo Bullioneo omnibus copiis præliarentur.

Legatio Regis Chriſt. ad Pont. Max.

Rex de more Patrum Lucemburgicum Ducem Romam mittit, qui Clementi de propenſiſſima in Galliam beneuolentia, ſuoque incredibili ſtudio in conficiendis reliquiis tum externi tum domeſtici belli gratias agat, eamque obedientiam exhibeat quam Anteceſſores per oratores ſuos Rom. Eccleſiæ profiteri ſolent, non quod Galliæ Reges vt Parthenopei vel Anglici olim vectigales vtque ſparſim tota Italia reguli Pontificis clientelares ſint aut vlla re obnoxij, ſed id præſtant obſequium illius intuitu cuius vices Pontifex agit, ingenita enim Liligeris Regibus ſumma veneratio Rom. Sedis, quã à varijs tyrannis ſæpius oppreſſam & expilatam priſcæ quieti & opibus ſartam tectamque reſtituerunt, nec ſemel tranſmiſerunt Alpes, vt hoſtes ſuos in ordinem cogerent, ac demum quietos & ſacti patrimonij abſtinentes eſſe iuberent, hiſque denuo rebellantibus ſummum exitium intulere.

Tritum eſt enim Vigilium, Adrianum, Leonem, Zachariam, Stephanum, Calixtum, Innocentium, Alexandrum 3. & Paſchalem Roma ipſa extorres in Galliam profugos, à Franciæ Regib. Cathedræ beati Petri reſtitutos, contra vero monumentis hiſtoricis conſtat Cæſares à Conſtantino Magno multos, Pontifices 25. Roma & ſolio deieciſſe, aut ditionis ſuæ fines inuaſiſſe, ab hac feritate ſacrilega nedum alienus Carolus Magnus, qui non modo Exarchatum & Flaminiam & cætera à deſiderio Longobardorum tyranno vi adempta reſtituit, ſed Beneuẽtum & Spoletum vltro munificus addidit, hiſque excellentibus factis glorioſa elogia quibus primogeniti Eccleſiæ & Chriſtianiſſimi nuncupantur promeruerunt, nec immemores tam inſignium facinorum gentilitij præſules paſſim hoc publicarunt, & ab Arnulpho hoc teſtimonium ſcriptum legimus *Benedictus pater miſericordiam, Deus totius conſolationis qui Eccleſia Gallicana ſolitam miſericordiam benignus impendit, vt eã ſemper & agnitione veritatis illuſtret, & pedes eius à Iuſtitia tramite nulla tenus aberrare permittat.*

Gerſo. Sabell. Guag.

Sicut

ut enim omnes; quos ad oppreſſionem Rom. Eccleſiæ rabida Theutonici furoris prouexit 1597.
;,virtus altiſſimi manifeſta deiecit,ſic omnibus quos deuotio Gallicana ſuſcepit,victori-
per contulit & triumphum. Ex recentioribus Leo X.his titulis Francicum Va-
ı vt priuato elogio ſic re maximum proſequebatur. *Seruient tibi populi, & ad-*
: tribus, Eſto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filii matris tuæ Eccle-
i maledixerit tibi,ſit maledictus, & qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. At *Elogia Regũ Francorum.*
ıtem illam pietatem & manſuetudinem teſtantur terni flores liliorum cæ-
.pſi,vt regibus & regno inſignia forent, cum Cæſares aliique, rebus bello
Aquilas,vultures,Griphes aliaſq; volucrum rapaciſſimas,ex quadrupedib.
s,Vrſos,Lupos, Pantheras & id genus animantium, quibus vita in rapto
inſignia fecerint.

od autẽ lilium ſit ſymbolum Iuſtitiæ & puritatis, recordamini inquit Ec-
es de ſcriptura, *Quia iuſtus germinabit ſicut lilium,& florebit in æternum ante De-*
ıs gratulandi per Reges,nouellis Pontificibus nõ nouus eſt, quando qui-
ırmula conceptis & ſolemnibus verbis gratulationis peractæ Benedicto
ıilippo Pulchro,per oratores ſuos Guillelmum Pleſſeium equitem,&Pe-
e bella pertica Carnutenſem canonicũ, in ſcriniis rerum Gallicarum Lu-
ruatur, Inter Reges & Pontifices gratulandi ſibi mutuum fuit officium.
alibus enim noſtratiũ docemur, Pontifices Max.ſuæ inaugurationis for-
ad Reges Galliæ mitti ſolitos, cuius exemplaria aut ſaltẽ veſtigia legun-
ragmentis Cardinal. *Deus dedit*,& in vetuſto Codice,cui index *Benedictus*,i-
ıe Bonifacium 8.alioquin nomini Francico infeſtiſſimum futurum,ean-
rmulam ſub plumbo miſiſſe,æmulatus quod longe antea fecerat anteceſ-
gius,apud Childebertũ, cuius reliquiæ extant in decreto Gratiani.quod
ıoris æui veſtigia excutiũtur,ſynodo Romæ habita aſſidentib. quinqua-
ibus Epiſcopis & Abbatib.Carolo Magno inconſulto, Pontificẽ Roma- *Guag.in Carolo Mag.*
gi non potuiſſe decretum legitur, nec ſummo ſacerdotio indecorum pu
ntifex literatiſſimus, ſcientiſſimuſq; rerum diuinarum & politicarũ In-
us 3. idipſum teſtari, qui Regni Franciæ exaltationem Apoſtolicæ ſedis
tionem ſcripſerit, Nam vt eſt ſacerdotium oculus imperii, ſic ſacerdotij
m eſt imperium, vtrumque ſine alterius ope mutua mancum & mutilũ:
commentariorum in latiora ſpatia me arripuit, non tam rerum Gallica-
llatio quam veri & vetuſtatis fides.

emburgicus orator regius à Clemente 8. honorifice admodum & bene-
uis alius exceptus eſt,obuiam itum eſt Romam appetenti,à Rom. nobi-
ntificijſque magiſtratibus & cohortibus, deductus in palatium ornatu
ratum.Poſtquam biduo conquieuit,ſummam legationis per Mauriciũ
ı Gratianopolitanum ſummæ eruditionis&eloquentiæ virum (quo pu-
Regio Profeſſore, olim Mathematicæ operam dedi) expoſuit. Cætera
aribus legationibus communia ſunt ſciens prætermitto.

uod Lucemburgicæ huic legationi, & Breſſianæ orationi peculiare fuit
reticeri haud æquũ putaui. Non modo te vt Chriſtiani orbis vniuerſum
n (ô Clemens veneratur Henricus 4.ſed priuatim vt myſticũ ſibi patrem
à quo

Digitized by Google

1597. à quo Chriſto regeneratus ſit,& in ſinu.n Eccleſiæ matris cooptatus,te vt Pontificem Max.ſummum ſacerdotem, Apoſtolorum principis Petri digniſſimũ ſucceſſorem,Chriſti ſeruatoris vicarium eius qui eſt ſacerdos in æternum, cæli ianitorem gregum vniuerſorum paſtorem ducem & caput Chriſtianorum,non modo vrbis ſed orbis Antiſtitem agnoſcit, tibi tot inſignib. titulis decoro tanta poteſtate in rebus ſacris prædito Sedique Apoſtolicæ eam quam filius patri debet obſequentiam profitetur, tibi non modo gentes ſuas,ditiones, regna ſpondet; ſed animum, ſanguinem & vitam ad fulcrum & præſidium ſanctitatis tuæ & Roman.Eccleſiæ exaltationem,lubens effuſurum diſtricte promittit: vix oratione exprimi poteſt quantum Clemens 8. tam effuſiſſimo teſtimonio regiæ beneuolentiæ & pietatis recreatus fuerit, hoc potiſſimum nomine quod quem antea maleuolorum rumoribus,vineæ domini aprum vaſtatorem exhorruerat, pertimueratque, eum agnum mitiſſimum vindicemq; libertatis Eccleſiaſticæ fortiſſimum vt verbo ſic opere futurum & iam erat expertus nec eum ſua feſellit expectatio inter vtrumque initia ſine fuco amicitia, maiori quam quæ inter magnates eſſe ſoleat, cuius fiducia Rex de pietate & religione animos ſumentibus minitatur, ſe pro arbitrio eos in Pontificis Max.odium adducturos.

Excerpta ex Oratione Mauri Breſſii ad Pont.

Diuus Bernardus longe plura inſigniora elogia tribuit ſummo Pontif. opuſculo ad Eugen. papam.

Hinc Italiam & Galliam pacis firmius vinculum deuinxit,clauibus cum Liliis ad gloriam numinis & incrementum fidei inuicem conſpirantibus, vt enim Iuo noſter Pontificum Regumque diſſidentium felix conciliator, ad Paſchalium Papam ſcribit: *nouit paternitas* [illegible]*ſtra quia cum ſacerdotium & regnum inter ſe conueniunt,bene mundus regitur floret & fructificat Eccleſia,cum vero inter ſe diſcordant,nõ tantum non parua res creſcunt,ſed magnæ miſerabiliter dilabuntur.*

Hic annus Eccleſiæ litteratorumque luciditſſimum ſydus extinxit Gilbertum Genebrardum, gente Aruernum regula Benedictinum profeſſione Theologum,regium & publicum Hebraicæ,Syriacæ cæterarumque exoticarum linguarum quas Orientales vocant profeſſorem: vir ſua fama tam notus vt commendatione non indigeat,præcipue chronologico opere, pſalmorum recenſione editione veteris liturgiæ aliarumque lucubrationum quas non niſi ab vno Genebrardo noſtra vel poſtera ætas expectare debuit.

Obitus & elogium Gilberti Genebrardi Doctoris Theolog. Archiep. Aquenſis.

Pontifex Max. ciuilli bello Mainij ducis elogio commendatũ ſed verius propria virtute,infulis Aquenſib.inſigniuerat, quas retinere potuiſſe veriſimile eſt, ſi à fœderatis quib.tenacius inhæſit defeciſſet.

Aquenſes optimo&litterato præſule plurimum recreabantur,ſed mortui deſiderium leniuit,Huraltius Hoſpitalius ſuffectus, qui proxime & paſſibus æquis defunctum in concionibus, Theologiciſque diſſertationibus inſequitur.

Genebr. ſuccedit Hural. Hoſpitalius.

Bellator Aruernus nomine *Gentilis*, Perpigniaci caſtri in Rueſcionenſi comitatu ſitum qua inuadi poſſet perſonatus explorauerat, arx eſt munitiſſima ditionis Gallicæ vbi deſinit, quam Hiſpanus iampridem nobis ereptam munimentis præſidijſque firmatam, tanquam ſuorum limitum inſuperabile clauſtrum tutatur, *Gentilis* de re ipſa Regi mentem aperit, auſis proſperum euentum ſpondet ſi latenter miles conſcribi poſſet.placuit ſolo pictonico equites legi,qui per Occitaniam iter facerent, quaſi in Phocenſem prouinciam Guiſio militaturi dilaberentur,

Le Capitaine Gentil.

r, duo peditum millia apud A. uernos Ruthenoſque itidem legi, qui Baio- 1597.
id præſidium mitti ſimularent, Gentilis qua erat verſutia, hybernis noctib.
a ſubiturum ſpondebat, duraturum quādiu ſubſidia adeſſent, illico totam
anıam laboranti præſto adfuturam, hinc magni apparatus fama potiſſimū,
t velox eſt & garrula, aduentum Gallorum anteceſſerat, nihilominus effu-
urbide velut ad certam victoriam ruunt, ſibi falſo blandientes facinus eſſe
ſmum, at vbi loco proximarunt, omnia inſidiis præpedita vrbem funali-
ollucentem, oppidanum & exterum militem in pinnis & ſpeculis ſtan-
tem vident, qui ſclopis & machinis, ignitis iaculis alijſque miſſilibus
Gallos peſſime exceperunt, ſic profeſſa facinora & conſi-
lia eliminata, vix vnquam fœlicem euentum
nanciſcuntur.

Digitized by Google

RODOLPHI BOTEREI
IN MAGNO FRANCIÆ CONSILIO ADVOCATI,

COMMENTARIORVM DE REBVS TOTO PENE ORBE GESTIS,

Liber Quintus.

VT Ambianos expugnatos vidit Mercolius, in ſe vnum totius belli ſummam translatum iri, Lotaringi ſtemmatis gentilitiorum principum non ſolum ope deſtitutum, ſed cum ad diſſoluendas conficiendaſq; reliquias fœderationis, ab his videret Regi egregiam fidamq; operam præſtari, facile hinc expugnatum iri cum præſentiret, tantam molem cui ſuſtinendæ impar erat, induciis longiorib. auertendam ſtatuit: quas cum Rex poſtulanti negauiſſet, eiuſq; mandato Briſſacus Armoricæ præfectus, (vnus quidem ex euentu reliquis fœlicior) maiorib. copiis bellum redintegrat, ſibi proſpiciens vndiq; militem cogit, fœderatas vrbes vallo muris, præſidiiſq; inſtruit, nutantes metu coercet, caputq; prouinciæ olim ducum Britannicorum regiam arcemq; primariam Nannetes ægregie muniit, inani opera & ſumptu, vt quam proxime & priuſquam aries murum percuſſerit dediturus ſit.

Macloüienſes Dinanenſes ad obſequium impellunt.

Briſſacus aliunde illo non ſegnior, regii aduentus vere appetente inſtantis terrore fœderatas vrbes, vt ſibi opportune conſulerent per nuncios monitas facit. Maclouienſes qui in fœderatione tandiu pertinaciter & ſtrenue hæſerant, redierantq; ad obſequium, Dinani ciues finitimos clam tacitiſq; conſiliis impellunt, vt tandem veteri depoſita pertinacia reſipiſcerent, ſuoq; exemplo felici deditione ſpontanea imminens excidium præuerterent, Regem in armis eſſe, velites & anteambulones iam fines Andinos appetere, ſubſequi illum quã citiſſime, cum acie & caſtris quibus Ambianos atque omne Ibericum robur expugnauerat, tam ſtupendis viribus haud pares eſſe, quibus Belgium & ipſa Bætica ceſſiſſent, nihil tanto principi imperuium & ineluctabile, vt ſe vltro dedentibus mitis, ſic fero-

Digitized by Google

1598.

rocientibus & tandem ſummo Marte domitis immanſuetum & inexorabi-
eſſe.

ac oratione vt pote quæ rationi & vero eſſet conſentanea,& à ciuib.ac mer-
tæ ſociis,Dinanenſes valde commoti de ſalute ſua cogitant;ſed qua arte tam
lum præſidium arcemque vrbi imperantem fallant *Periculoſæ plenum opus erat*
Vrbanas vires præſidiariis militib. longe inferiores,nec ſine incredibili ſtra-
m tentari poſſe,luctuoſum fore&ad internecionem proximum,ſubire tam
ens diſcrimen, ac vltro perire vt ſalui forent: nihilominus omnium pericu-
m metum, vicit deditionis ab oppidanis iuratum propoſitum, vim vi, vm-
em vmbone repelli,nullum ingens facinus ſine æſtu & negotio peractum,a-
s lacertiſque rem gerendam,vtque opportune fiat res Briſſaco communica-
ogatus vt Dinanenſibus in tam egregio facinore præſto adeſſet. Ille nõ mo-
iborantibus auxiliatorem ſe obtulit ſed calcar adiicit, rei bene gerendæ op-
unitatem & ordinem vt mente quæ illi eſt ad vtramque Mineruam,præſcri-
ic opere exequitur Ille ergo arcane tectis cõſiliis inſidiiſq;, inſperatus à præ-
riis vrbem ſubit, alios interceptos obluctari & nocere vetat,alios in arcem
igos,ita vrget & premit ferro,admotis machinis,minis,precibuſq; vt his pa-
leditionem fecerint.

Briſſacus Dinanenſium deditioni nõ ſolum fauet ſed perficit.

intra 13.Februarii diem obſeſſis in arce non ſuccurratur,ita proſpere vt Briſ-
: caſtris diſcedat, cum peculio caſtrenſi lichno catapultario extincto exitu-
hac lege vt nullo modo in ſarcinis impedimentis, euectionibuſque excuti-
r,puluis tormentarius,machinæ bellicæ,annona omniſque ſupellex milita-
iud loco amouebitur.Carthophylacium,tabulæ&omne genus inſtrumen-
m forenſium Ducis Mercolii & Sanlaurentii ſecure & innoxie exportabun-
Briſſaco ad euectionem datis carris, captiui bello cum reliquis ſine fraude
ũr,fide ab illis data precia redemptionum perſoluturos. Argentreus in præ-
ira Rhedonenſi antea rogatus prætor, & Poëtius, vt iure belli capti detine-
ur.

Deditio Dinans expugnante feliciter & incruente Briſſaco.

uſpicia illa rei fœliciter inchoatæ Regi currenti ſtimulum admouẽt, crebris
rumoribus impellebatur, prius quam Turones vel Andegauos appeteret,
rcolio legatos de pace futuros,opportunitatẽ in celeritate eſſe,confici mul-
nictu, quæ ſi longa mora inueteraſcant ęgre ſæpius vel nunquam æque feli-
peraguntur.

.ex ergo dicto ocyus in Armoricam aciem ordinat, præmittit qui confinia
irentur,celeriuſq; adueniſſet, ni rebus inauſpicato geſtis, apud Branouices
Maurianna prouincia Allobrogum certior factus fuiſſet. Audiit enim du-
Sabaudicum,quæcumque ſibi à Deſdiguerio ablata fuerant recepiſſe, Cre-
quamquam fortiter ſed incaſſum vt impari obluctante,eoque in captiuita-
bducto,ſed ferale hoc nuncium temperauit ſarciuitq; damnum, expugna-
ortalicij ab Allobrogicis conditi in municipio Gallicæ ditionis vulgo *Bar-*
Deſdiguetius tũ generi captiuitate exaſperatus, tum ẽt ſuapte & Grationo-
anorum expoſtulatione impulſus, propugnaculũ expugnandũ ipſoſque Al-
ges in fines ſuos reiiciendos ſtatuit, ille ipſe qui toties ſuperatis Alpib. non

Regia expeditio in Armoricam.

Res Dephinales & Allobrogica.

longe

Digitized by Google

1598. longe à Taurino eos coercuiſſet, in ſua Delphinali præfectura tacite nidulantes, quo adulti latius prædabundi euolarent, ferre indecorum putauit. Ergo priuſquam propugnaculum arte & Marte altius erigerent tutiuſque efficerent (nam in eo diu noctuque foſſores artificeſq; munitiones vrgebant) aggreditur. In expugnando hunc ſeruauit ordinem. Primo huius ſitum in membrana ſibi accurate delineandum curauerat, in quo explorando diu mente & oculis immoratus, tandem qua eſſet opportune inuadendum ſibi propoſuit: vicatim ſparſos milites cogit ad ſuburbia Gratianopolis, vtque hoſtibus illuderet, præriperetq; omnem occaſionem ſuffurandi conſilij ſui, eos vrbano ponte cis flumen traducit, quo in Tarentaſiam ituros hoſti ſuaſum faceret, ſed quos intempeſta nocte alto ſilentio qua iter erat ad propugnaculum regredi cogit.

Apparatus Deſdiguerii ad expugnationem propugnaculi de Barrault.

Triginta ſcalas ad aggeris altitudinem, ea fultura vt armatos milites ſuſtinerẽt arcane excudendas curauerat, peruigilio florialiorum 14. Martij eas aduerſo flumine nauigiis cum tubis ſeu crepitaculis, vncis, harpaginibus, cæteriſq; ad inuadendum expugnandumq; neceſſariis, per tenebras ne quid garrulũ vulgus ſubolfaceret ſurſum efferri iubet.

Altera die diluculo Gratianopoli digreſſus, paulo ante meridiem copias omnes adglomeratas offendit. Illæ ccc. equites, pedites 1000. efficiebant. Quid rerum moliretur Deſdiguerius latebat omnes, cum ſeorſum euocatis Antesignanis, Primipilis, & Centurionibus, de inuadendo & expugnando propugnaculo Berraldi mentem aperit, iconẽ exhibet, qua ſcalas admoueri, tubulos affigi, portas concuti opportunum ſit radio demonſtrat, cuilibet munia decernit, ſtationes, progreſſum, receptum præſcribit, qui ſcalis arcem appeterẽt tripartito in cẽturias diſtribuit, peditatum equitatumque vt ſcandentibus præſto auxiliarentur edixit, depulſos dilapſoſque erigerent, ſuccederentq; ſorti & labori, deniq; conſultiſſime rebus ordinatis ne tempeſtiuius loco adeſſent, ſubſiſtere omnes iuſſit: tandem prima vigilia noctis Luna interlucente & monſtrante viam fit impetus, Belgardius nobilis Allobrox, cum ſeptem cohortibus præſidio relictus fuerat, nec ille imparatus, oſcitans & væcors expugnatores excipit, qui ignibus nocturnis, motu ambulantium, ſtridore carrorum, hinnitu equorum, vt alta nocte acutiſſime auditur, ſe prodiderant, præſidiariorum excitata cuſtodia nihil inuadentes terruit deterruitue, operi accinguntur omnes, alii ſcalas admouẽt ſcanduntque & ſumma appetunt, alij tubulos affigunt, alii vndiquaque effuſi clamore & ſtrepitu armorum pauorem cõcitant, adeo omnia ſimul & agminatim vt qua ſibi eſſet cauendum proſpiciendumq; Allobroges haud deligerent.

Non ſocorditer tamen ſe tutati ſunt, deiectis ſumma vi aliquot ſcalis, quæ vbi protinus erectæ dilapſi aſcenſum redintegrant, crebriq; ingruunt irrumpuntq;, vt regii loco ipſo ſuperiores, numero ſcandentium increſcente, Sabaudici cedere coacti ſint.

Illi tamen in cuneum agglomerati, victorib. obluctari fruſtra conantur & quo fortius, tanto maiori ſtrage, ex his centum vel plures deſiderati, vnde reliquis pauor & fuga qui fiducia tenebrarum dilapſi, ad ducem ſuum non longe apud Vocõtios ſubalpina ſua ditione morantem rei infeliciter geſtæ nuncium deferunt.

Belgradius

Digitized by Google

Belgradius præfectus vt pugnando gloriam quæſiit, ſic captiuitate fugę in famiam deleuit, magna vis pulueris ſulphutei, commeatuſque intei cepta eſt, ſex aheneæ machinæ maiores, quatuor minores, galeæ, loricæ, clipei & omnis armaturæ ingens farrago victoribus præmio ceſſerunt. 1598.

Doluit plurimum Duci Inſubriæ, in nictu tam impenſe & anxie conditum propugnaculum ſibi præreptum, quo in Galliam ſibi aditum ſemitamque fecerat, ſpe in poſterum dilapſus ſimilia audendi in extraneos fines, vt qui in propriis ſeruandis ægre & nimium occupatus ſit.

Nouo illo Orbe & regno Iapponis, à Quabacondono qui ibi rerum potitur (multa & ſtupenda de illa gente lato imperio progreſſu Chriſtianorum memorant) ſex Franciſcani quod Chriſtum crucifixum prædicarent, nec paucos ex gente illa lucri facerent tingerentque, in probrum dominicę mortis in crucem elati ſunt, barbarus ille, cauillo & conuiciis damnatis illudens, dicebat ſibi ab illis deberi gratiam, quod eos cruce dignaretur, qua homines ſaluos fieri beariquè in cœlo tam conſtanter enunciarent. *Res Americæ & noui Orbis.*

Ex Iapponibus quingenti fuere qui cum Chriſto nomen dediſſent, vt fide ſic ſupplicio adæquari voluerunt. Quabacondonum non tam Iapponicæ ſuperſtitionis retinendæ, vel euangelicæ veritatis coercendæ cauſa, quam metu amittendi imperii in præcones illos Chriſti, capitis ſententiam dixiſſe ferunt. Aulici enim aſſentatores, homini barbaro inſufflarant, illuc miſſos vt ſpecie religionis regnum Iapponicum Hiſpaniarum Regi conciliarent, nec tutius poſſe caueri ab huiuſcemodi inſidiis, quam ſi Chriſtiani emiſſarii acerbitate ſuppliciorum acceſſu prohiberentur.

Vix Rex Lutetia digreſſus erat Armoricam aditurus, cum fortiſſimi fœderatorum, qui à partibus Mercolii ſtabant, de vltronea deditione oratores mittunt, hi fuere Villebocius qui Mirabelli oppidum pictonicum, Santo ſangius & Hurtaldus qui munitiſſimum caſtrum Rupifortium, Pleſſeius Coſmeus qui Graonem Andino ſolo cum valido robore præſidiariorum tutabantur, illi omnes Mercolii triarii, ſed quos Iupiter Mercurio ſubduxit, ſigillatim ſinguli pacti ſunt, & Senatus conſulto de fide publica ſibi in poſterum caueri voluerunt, prouide admodum: nam cum cædibus, direptionibus, redemptionibus vectigalium, indictionumque intollerandis oneribus & preſſuris, omnique genere iniuriarum finitimos affeciſſent, daræ fidei non modo Regem habere, ſed P. Conſcriptos aſſertores ſecuriſſimum putarunt. *Res Gallicæ.* *Deditio fœderatorum qui Mercolii partes ſequebantur.*

Caſtrum illud à rupe forti nuncupatum toto bello ciuili, Andegauum cui ſuburbanum eſt grauiſſime afflixerat: In eo enim ſcopulo, fœderati totius feritatis latrociniorumque officinam conſtituerant, & cum monoculus eſſet rupis cuſtos & accola, non male Poliphemi rupem dixero, tantoque ſæuius & impune prædabantur, quod ferrum, ignes vimque omnem machinarum cunicularíamque ſuffoſſionem locus deſpiceret.

Subſidet enim vliginoſo & adæquato ſolo, quod ſi leuiter ſuffodiatur, ſubtus aqua exuberat. *Topographia Caſtri de Rochefort.*

Incaſſum etiam princeps Contius, Dalmontinſque Tribunus militum

Digitized by Google

1598. tandiu obſeſſum omnibus tormentis grauioribus concuſſerunt, coacti re infecta caſtris diſcedere, ſtatim à deditione vidi ipſe propugnaculum, & quidquid in eo erat munimenti, molitionis & artis bellicæ vniuerſo accolarum concurſu excindi: nam ſcopulus inelu&abilis & quacumq; vi ſuperior eſt: Mercolius defectione illa plurimum indoluit, vt qui huiuſcemodi propugnaculorum obice, regias vires diuturnitate obſidionum eliſurum crederet, hinc ille diffidens rebus ſuis, iam non Marte experiri, aut ferro decernere cum Rege tutum putat; vt illũ Andegauum appulisse audiit, cõiugem ſtemmatis Lucemburgici heroiciq; ſpirit' mulierem, de pace rogatum mittit, vtq; excuſatum faceret, quod ſetius ad obſequium reuerteretur, id non pertinacia diutius fouendæ fœderationis, ſed vt opportune Hiſpanis in Armorica inſultantibus ſe ſubduceret, nõ anxie fœdus ictũ, niſi quod Mercolio Armoricæ vicariatus, cuius retinendi appetentiſſimus erat, negatur; addiciturque Cæſari puſioni quadrimo, quem ex formoſiſſima Heroina Gabriella Eſtrea Rex ſuſceperat, deſpondeturque Mercolii vnicæ puellulæ paulo quidem prouectiori, cum dotalibus pactis adhibita mulcta ingentis æris in cõiugii detrectatorem. Rex paulo poſt Nannetes appetit, iubetque Andegaui magnum Conſilium ſubſiſtere. Mercolium; omneſq; togatæ & armatæ militiæ aſſeclas ſuos, in priſcam fidem gratiamq; recepit, imperata diſtricte iuridicis omnib. rerum præteritarum obliuione, potiſſimum Rhedonenſis Senatus patribus, qui in collegas implacabiliter erant exaſperati, quod ab illis deficientes in vrbe Nãnetenſi Senatus ſimulachrum efformaſſent, cuius authoritate quamq̃ inconceſſa & Tribunitia, perduellium ferociam diu aluiſſent, vel hoc vno immiſericorditer offenſi, quod ſua decreta pro Regis regnique ſalute edita, contrariis & ignominioſis nonmodo irrita, ſed publicis rogis exurenda feciſſent. Edicto fœderis cautum erat, vt ex monumentis Senatus Rhedonenſis, inferiorumque tribunalium, quæ in fide Regis erant, probroſa in Mercolium ſuoſque ambactos eraderentur, ne poſteris infamiæ publicæ, vel tantillum veſtigium extaret, ſancitumq; vt in Senatu Nannetenſi, in præfecturis Rupifortienſi & Dinana, aliiſque à Mercõlio conſtitutis, inter ſponte & viciſſim litigantes, decreta vim iudicati obtinerent, abrogatis vtrinque Eremodiciis in abſentes, quos diuerſarum partium ſtudium vadimonium deſerere coegerat.

Dux Mercolii de pace oratũ mittit.

Deditio Mercolii & eorũ qui eius partes ſequuti fuerant.

Æris publici, vectigalium portoriorum, indictionumq; exactio Mercolio condonata, vetitumque ne diſcuſſæ rationes in camera Nannetenſi, rurſus diſpunctioni & calculo ſubeſſent.

Tota Armorica nihil iam hoſtile, nihil turbidum, præter angulum ad mare quo Hiſpanorum aliquot legiones, loco munitiſſimo ſe continebant, inedia rerumque anguſtiis potius quam ſubita & aperta vi eliciendos Regi conducibilius viſum fuit, vt re vera contigit: nam quos belli aſperitas acciuit, eos lenitas pacis fugauit. Anglicanæ & Batauorum legati communibus votis Regẽ adierũt, potiſſimum vt eo nomine eum ad diuturnius bellum cum Hiſpano accenderẽt, quibus vt minus ſalutaria regno ſuadentibus haud ſe credulum præbuit, vt paulo poſt fuſius narrabitur.

Ad inſtitutum Franciſ. I. de regiis profeſſoribus Theologici deerant, qui publicis

Digitized by Google

publicis ſtipendiis ex ſuggeſtu ſacræ paginæ myſteria enucleœrent, hoc vnum vel maxime neceſſarium ad faſtigium omnium ſcientiarum in Academia deſiderabatur. 1598.

Nam glorioſa & vetus paleſtra Sorbonæ, magis acuendis ingeniis cote diſſertationis, quam imbuendis præceptis fidei inſtituta videbatur: Henricus IIII. qui via ſane regia, ad immortalitatẽ procedere videtur, cælitus admonitus Theologiam cæterarum eſſe Antiſtitam artem artium, alias eſſe velut pediſſequas, & vectigales, Honorii 3. præceptum impleuit, qui *Theologia ſtudium ampliari imperat, vt funiculos ſuos faciat longiores. ſitque fides Catholica circumcincta muro inexpugnabili bellatorum*, atque ideo iam pene in cælum profugam illam Aſtream, immotis ſedibus in Academia defixit, inſtitutis duobus publicis profeſſoribus, qui quotidianam legendi vicem alternantes, arcana fidei edocerent, ille qui peracri eſt iudicio & perſpicaci ingenio ad delectum, qui Adriani 6. Pontif. Max. aureum illud dictum opere perficit *Dare ſe homines ſacerdotiis, & præfecturis, non ſacerdotia & præfecturas hominibus*, ad id litteratorium & quotidianum munus, Andream Vallam & Philippum Gamachæum ſacri illius ſtadii ſorbonici fortiſſimos palæſtritas delegit, attributis cuique in annum ſtipẽdium trecentis aureis ſolaribus. P. Conſc. tabulis non ægre calculum addicunt, ſed præfecti rationibus expungendis trientem honorario cum ſubduxiſſent, vt illos cum Franciſ. 1. veteranis ſorte præmiorum exæquarent: pius princeps qui ſciret dignitate Theoſophiam antiſtare, cultores ſuos annonæ prærogatiua ſuperiores eſſe voluit, ac repetito diplomate Rationales nihil de regia liberalitate demere iuſſit.

Regia inſtitutio duorum profeſſorum in Theologia tabulis Iunio menſe 1597. quæ in Senatu & in camera computorum probata 16. Martii 1598.

Cap. ſpeculæ ne Clerici vel mona. ſecula. negot.

Aurea vox Adria. 6.

Andreas du Val & Philippus Gamache delecti profeſſores Regii.

Vterque vero Regi optimo largitorique ſuo, Panegyricum dixit, ſic aggratulatiue auſpicati, vbi ſcholam aperuere tanta frequẽtia docuerunt, ille ſobriis horis, iſte ſerotinis vt cum cæteræ facultates perfunctorie ſegniter & inglorie colantur, & pene mortuæ torpeſcant, vna ſacra ſophia duobus his magiſtris, ſolito vegetior clariorq; effulgeat, ſic vt quotquot ſunt probi & eruditi paſtores, duobus illis culturam ſuam acceptam referant. Edixit autem Rex vt fato functis, alii duo primæ notæ ex vniuerſo Theologorum contubernio, æquis ſuffragiis ad hanc Spartam exornandam ſeligantur, neue res aucupiis fauitorum, vel deligentium vota odio & liuori obnoxia ſint, conſcripta ſcedulis ſuffragia in vas fictile anguſti oris immitti voluit, qua cautione ambitus auerti poſſit, & iuſta ſortitio virtuti ſua præmia tribuat. Petrus Gondius iampridem Romana purpura inſignitus, in Henricum ex fratre nepotem infulas & ſarcinam præſulatus vrbis eiurauit, vſufructu collationum ex Apoſtolica conceſſione ſibi peculiariter addicto, quamuis in Gallia more minus recepto, cui gratiæ pontificiæ calculum adiicere Senatus non ſemel dubitauit.

Henricus nouellus pontifex (quo ritu ſolẽt Lutetiani) inauguratus, primis auſpiciis operandi magnã de ſe omnibus expectationem reliquit, nec ad aras illotis manibus acceſſit, qui à puero illis deſtinatus eſſet, in hanc ſpem adultus pro ſanis ſacriſq; litteris, caſtimoniæ cæteriſq; virtutibus, quæ ad præſulatum ornamento ſunt inſigniter præditus. Recepti Ambiani, fruſtra ſuis Auſtrio Cardinali conante auxiliari, vt Gallis animos addiderant, ſic Hiſpanis ademerant.

Vniuerſalis reſeruatio collationum à reſignante in Gallia nõ probatur.

Philip-

Digitized by Google

1598. Philippus 2. morbo & ætate ingraueſcentibus, vt ſe ad metam æui deductum præſenſit, tot ditiones tam varias longeque diſſitas vt liberis pacatas relinqueret, ipſe pacem tacitus ſuſpirabat, à rege Chriſtianiſſ. neutiquam ab illa alieno petere, iſte ab alio, vterque ex dignitate ſua non putabat.

Pontifex Max. Clemens 8. moribus & geſtis nomen adæquans medium ſe præbuit.

Vt Iulius 2. in pugna Rauennenſi. Alii Pontifices non ſolum hoſtibus Galliæ iurato in eos odio ſe fœdetarũt, ſed illi acies & caſtra in Gallos inſtruxerunt, inauſpicato tamen ingenti ſtrage ſuorum Gallis ſemper victoribus: longe alius Clemens qui clauibus Petri Bellonæ delubrum clauſit, pacis aperuit, vere Petri vicarius qui mucrone Pauli recondito, Chriſtianis principibus inuicem ſe laniantibus, receptui canere non tã iuſſit quam ſuaſit ille verus Epiſcopus, tanquam è ſpecula tot Chriſtianorum lanienas, ſtrages, vrbium excidia & incendia vel ex leuibus cauſis orta delicias & incrementum eſſe Turcici imperii ratus nec aliunde auctum quam ex Chriſtianorum mutuis odiis, ille inquam Clemens fauſto omine nominis Henrico IIII. & Philippo II. conciliandis ſe arbitrum interpoſuit, alii inquam Pontifices oleũ & ignem publico incendio profuderunt, ille aquam concordiæ & obliuionis, quæ vna eſt medela & pharmacum diſſidiorum, inſtillauit, obeliſcis & arcubus longe glorioſius monumentum atque ære ipſo perennius, quod nulla delebit ætas.

In Francia ante biennium miſſum habebat legatum ſuum Cardinalẽ Florentinum vt natalibus & dignitate ſic ætate verendum, per eum Regem ad pacanda diſſidia hortatur, per Caietanum alium in Hiſpania legatum, de re eadem Philippum monet, internuncio ſeu Mercurio Iouis, qui eat, redeatque, conſilia, progreſſus, poſtulationes, pacta, conditiones, repulſas & ſingula quæ in principum conciliandis animis non parua contingunt viciſſim accipiat & reportet, opus erat: quis crederet in clauſtris, in vmbra, ſolitudine, votiuaque mendicitate educatum hominem, ab aula & conſiliis principum ſemotum ad hunc ſubeundam molem diligi putaret? contraria contrariis curari dictat vetus & vulgare verbum.

F. Bona. Calatogironus generalis Franciſcanorum pacis internuncius. In Gallia nuper præconibus Monachis, belli claſſicum concinentibus bellum exarſit, Monacho fæciali & caduceatore pacis bellum ſedari diuina prouidentia voluit, rei bene gerendæ Franciſcus Bonauentura Calatogironus Franciſcanorum ſodalitiorum per orbem Chriſtianum Cenſor quem Generalem vocant, internuncius deligitur, antea Monachis commiſſum & fœliciter peractum id munus: ille ergo fauſto pede viam capeſſit, in Gallia non vtique concordes animos ſed pro inæqualitate ſortis alios pacem, plures bellum appetentes inuenit, in Hiſpania non quietiores, nouellus princeps ardua ſpirans, qui cote belli acuere ingenium cuperet ex voto bellum ſuadet, pater tot rebus caſibuſq; nunc blandientis nunc inſultantis fortunæ magis attritus quam exercitus, pacem optat, tot regnorum quæ liberis relicturus ſit vnicum fulcimentum.

Princeps Hiſpaniæ bellũ ſpirat & ſuadet. Chriſtophorus de Mira in conſiſtorio Hiſpanico conſiliarius palpare & mentiri neſcius, qua ſumma erat præditus & prudentia & dicendi facultate iuue-

iuueniliter exultantem principem alter Fabius Maximus compeſcit, & ſua ſpe fruſtratur, pacem cum Gallo non ſolum intuitu Chriſtianæ & publicæ vtilitatis, ſed priuatæ ac neceſſario eſſe ineundam intrepide profitetur, bellum eſſe ſummam imperiorum perniciem & occaſum, pacem munimentũ quod muniméto non indigeat, Hiſpanum regem ætate admoneri vt non tam lata regna quam tuta liberis relinquat, inter ſe diſſita & longinque diſiuncta eſſe vicinis vndiquaq; æmulis & riualibus ac torue poteſtatem Ibericam intuentibus, Gallicum regem Belgiæ eſſe conterminum, qui ſedatis domi ciuilibus diſſidiis externa bella irrequietus & bellicoſiſſimus appetat: cum à domeſticis armis quieſcat Aſturiæ vrbes regnumque quod auitum putet repetiturum: principem vincere aſſuetum, in caſtris pernoctantem pacis vinculo ſibi fœderandum, deniq; vnus ille omnes arma poſcentes oratione exarmauit. Belgicæ prouinciæ quæ ex confinio primos belli motus ſentiunt propoſitum pacis vrgebant. 1598.

Chriſtianiſſ. Rex ne quem ex veteribus Regni fœderatis deſereret, per Germaniam Rhetos Heluetios cæteraſque gentes nominis Gallici ſocias, pacis publicæ conuentum haberi admonet, vt ſi in ſocietatem venire ex re ſua ſit, adſint & poſtulata mittant.

Regina Angliæ prærepto hoc rumore, Hiſpano à cunabilis, ad tumulum infenſiſſima & implacabilis, duorum potentiſſimorum regum compagem diuellendam omni conſilio & arte molitur.

Iſtud opportune ab illa, quæ in alienis regnis tandiu bellum aluit, vt domi pacem haberet: Ordines Batauiæ & fœderatorum concitat, vt viciſſim miſſis oratoribus Regem Gallum ab omni fœdere cum Hiſpano auertant: quam amice & beneuole ad rem noſtram, vtrique fecerint, vel cæci vident: Romani Punicum bellũ à Latio depulerunt, illato Carthaginenſibus, atque vna illa arte Hannibal Italia pulſus, ad ſuos rediit vim Romanam depulſurus.

Anglicanum cum Batauis pacem cum Hiſpano dehortantur.

Anglicana, vt eſt mulierum quæ imperant, ad omnem belli & pacis politiam ſolertiſſima, lenocinio leuium ſtipendiorum & trimeſtris auxilii, pacem dehortatur, nec Regi diſcedendum à victricibus armis.

At quam lubens vellet è portubus ſuis iterum Dieppæ Regis ſummum laborem aleamque Martis, atque ignibus hoſtium vrbes vicoſque lucentes ſpectare quieta alienis laboribus, beata aliorum ærumnis.

Oratorum Angliæ & Batauiæ incentiua.

Illa ergo ſuos legatos adiunctis Batauiæ Regem reliquias belli in Armorica conficientem admonet, vt doloſæ & ſemper nociture paci non audiat. Legationis Anglicæ caput erat Cecila ſummus quæſtor, Batauorũ Iuſtinus Naſſouuius, vterque regi ſpondere imperium orbis ſi vincere pergat, ſi non diſcedat armis, auxiliaturos auro, ferro, milite, æneis machinis & omni officina Martis, in medio ſtadio tot victoriarum nõ hærendum ad currendum, metam, ne quid armis ſuis victricibus agendum ſuperſit, nihil niſi Martium & Tyrteum eius auribus inſufflarunt: apud Nannetes Rex agebat, excipit legatos ſummis honoribus, vtriſque reſpondet inſciis amicis & fœderatis cum Hiſpano fœdus actum pactumq; noluiſſe, fœderi ſi lubet interſint, illis in bello ſalutem eſſe, ſibi in armis ſummum regni detrimentum & excidium, ex tot procellis in portum ſibi enatandum, ſi

Regis ad Anglicana & Batauorum legatos reſponſio.

Digitized by Google

1598. velint & ex re ſua ſit, in communi agant: vtrique ad pacem nauſeant veteri & implacato odio gentis Hiſpanicæ ac re infecta diſcedunt.

Cæſar Rodolphus, Poloniæ & Sueciæ Rex Sigiſmundus, Batauos oratū mittunt, vt paci cum Hiſpano audiant, ſed ſurdis canunt: alios n. bellum paſcit & ſaginat, alios atterit & depopulatur: aſperitas illa Batauorum & deſpectus Anglicanæ, Hiſpanum Gallo pacatiorem & æquiorem fecere, abiecta enim cum illis omni ſpe fœderis, ſerio cum Rege Christianiſſ. agendum ſtatuit: Dum futuræ pacis auſpiciis litatur, Rex pacata Armorica prouincia, Cæſarem nothum filiū Ducem Vindocinum tunc puellulum, cū vnica Ducis Mercolii virguncula deſponſat, & ne vllus angulus Galliæ, armis aut diſſidiis ſtreperet, nouatorib. ſuos habere ritus, ſuoſque iudices Edicto permittit. Clemens 8. per Medicæum legatum & Calogirotonum, regum legatos ad colloquiū vrget, Mediceus fanū Diui Quintini in confinio Attrebatum accedit, Rex Chriſtianiſſ. Sillerium mittit & præcipit ne de pace audiat, niſi prius reſtitutis vrbibus, arcibus atque oppidis: quæ Hiſpanus abſtuliſſet, ad pacem hoc eſſe præuium: Franciſcanus ad Archidu. Auſtrium poſtulata Regis Gallici defert, ille ad Hiſpanum: ancipiti alea & vertigine conſiliorum res agitatur quibus arma cordi, ignauum & inglorium rebus vi & bello quæſitis cedere, tantis obſidionibus, tot fortium bellatorum cædibus, tantis ſumptibus captas vrbes in limine pacis obeundæ reſtitui, Hiſpano tam indecorum quam damnoſum: contra æqui obſeruantiores, parta bello prędę loco haberi, ſi hæc latrocinia ſolo inulta ſint, cælo non probari, Regem Catholicum ſine piaculo rem alienam retinere haud poſſe, Chriſtianæ legis eſſe præceptum, Ne quis inuito domino alienum poſſideat.

Conſeſſus ad Colloquium pacis.

Philippus fato proximus, cogitans de ſuprema hora, Ardeæ, Guinarum, Caleti, aliarumque vrbium intuitu pacis Auſtrio vicario non abnuendam reſtitutionem mandat: hoc impetrato, de fœdere omnes bene ſperare iuſſi ſunt. Calatogironius Hiſpania redux, Regi ad aurem multa de profectione ſua, & bimeſtri ſuo itinere peracta indicat.

In Quintini fano ſtabat Alexander Mediceus, pacis arbitros expectans, componendo negotio Veruinum municipium non ignobile Attrebati contermi-num deligitur.

A Rege Chriſtianiſſimo miſſi Pomponius Belleuræus, Nicolaus Brulartius Sillerius, ſacri conſiſtorii conſiliarii, à Rege Catholico Ianus Richardotus conſilii Belgici Antiſtes, Ioannes Baptiſta Taxis eques militiæ Diui Iacobi, & Ludouicus Verreichem conſilii Belgici amanuenſis, medii & quaſi fæciales inter vtroſq; erant Mediceus Cardinalis, & Gnozaga Mantuæ Epiſcopus, maturius loco adfuere Gallici proceres, & ex veteri conſuetudine vrbanitatis, Hiſpanos inuiſunt ſalutantque, mutui amplexus, blandæ allocutiones mutuaque officia comitatis & amicitiæ, in tractatu ſinceram fidem, rectos mores, nihil vulpinū pollicentur, in accubitu tamen certatum inter eos cupide & animoſe pro dignitate vtriuſq; gentis, Galli ab omni æuo Romæ in conſeſſu pontificis, imperialibuſq; dietis & vbicumque locorum oratores ſuos primo loco ſediſſe contendebat, in Synodis Conſtantienſi, Baſilienſi ſedendi primo ordine illis indultum, hancque

contro-

Digitized by Google

controuerſiam toties diremptam fuiſſe, vt refricanda & recoquenda non fuerit, 1598.
cumque plura exempla extent, nullum eſſe recentius quam cum Marchioni Piſano primus ſedendi honos addictus fuit, in apotheoſi Didaci Hiſpani indigetis, aduerſus Hiſpanum oratorem, quod ſi alieno ſolo ob titulum primo genito Eccleſiæ Regis Chriſtianiſſimi, honor ille ab æmulis & riualibus aſſertus fuit, in Franciæ oppido ab exteris rurſus non ferendam controuerſiam, tandem conſuetudine & exemplis victi Hiſpani loco cedunt, ſuo more obteſtati in poſterum, exhinc iuri ſuo nihil detractum iri.

Primus honor ſedendi oratoribus Regis Chriſtia. ceſſit.

Inter eos ſilentii fides religioſe pacta, & conuentum ne quis arcana conſeſſus foras eliminaret, vt ex rumuſculis comminiſci & multa fingere vulgo occaſio præriperetur, fides habita ſeruata, ita obnixe vt tractatu abſoluto, quid in eo geſtum & perfectum, per menſem præter Regem & conſcios omnes latuerit, ita vt quod vetus dicta parœmia *Amiclis taciturnior fuerit*, eſt enim & fideli tuta ſilentio merces & arcani cuſtodia.

Inter collocutores de pace ſilentii fides ſeruata

In politicis conſiliis magno precio ſemper habita. Rex vt diximus in Armorica, quaſi verriculo reliqua belli inteſtini purgamenta conficiebat, angulus ille Galliæ, diutius fomento maritimi auxilii Hiſpaniæ, ac ſumma prudentia & fœlicitate in rebus bellicis Ducis Mercolii in armis perſtabat, qui vltimus ad obſequium rediit.

Gallis ſic concordibus, Hiſpano prouide cogitatum fruſtra eos appeti, & de pace ineunda non vltra procraſtinandum, vt pote qui iam libitinarius hac beatitudine ſuos liberos gentileſq; beare velit: gener Allobrox, in conſilium fœderis non erat accitus, vltro eius vicarius Marchio de Lullins ſe obtulit, obteſtatus ducem ſuum de Marchionatu Salluſſiarum redhibitione regis poſtulata facturum: ergo pax tandiu cupita peragitur.

Marchio de Lullins pro duce Allobrogum vltro fœderi ſeſe obtulit.

Aſtrea illa profuga è cœlo terris redit, mortalibus pax ſummum bonum, qua non modo ij quibus natura ſenſum dedit, ſed etiam tecta atq; agri lætari videntur & obſoleſcere deſinunt, pactorum hæc ſeries fuit: firmari ratumque haberi tractatum pacis initum in caſtro Cameracenſi anno 1559. inter Henricum 2. Galliæ, & Philippum 2. Hiſpaniæ reges, priſca diſſidia ſimultates odia in poſterum ſopita irrita ac perpetua obliuione ſepulta manere, inter vtramque gentem, cōmercij ius liberrimum fore, arces, vrbes & oppida, quæ ab ipſo fœdere Cameracenſi vtrinque capta fuerint, viciſſim reſtituantur, Reges prætenſa iura iam non ferro, ſed mediis arbitris amicabiliter dirimenda ſibi reſeruare: & quia rex Catholic. intuitu gentilitatis percupit ducem Inſubriæ, hoc fœdere comprehendi, poſtquam Marchio de Lullins, ducis nomine dixit eum ex abaua Regis Chriſtiniſſ. quæ Ianæ matris cognata erat, hoc vinculo ſanguinis illi nexum, paratum eſſe Regi morem gerere, eum non ſibi minus æquum & beneuolum polliceri, quā qui anteceſſerunt Valeſii Reges in Philbertum patrem fuerint: hac obteſtatione & pignore maioris concordiæ, decretum, vt dux in ſocietatem fœderis admitteretur, vtq; intra bimeſtre vrbem & arcem de *Beire* in Phocenſi prouincia cū machinis & globis dederet.

Encomium pacis.

Summa pacis.

Regem & ducem de ſuis controuerſijs intra annum arbitrio Pontifi-

Digitized by Google

1598. eis ſtaturos, interea vtriuſque ſubditos iure gentium & libertate commercii inuicem vſuros: hoc fœdere ſimiliter comprehendi (ſi non abnuant) S. Pontificē, Cæſarem ſeptemuiros Electores, primates vrbes & ſodalitates quæ imperio Germanico fœderatæ ſunt, & ne nimius ſim nomenclator, pene omnes Reges, reguli, duces, & Dynaſtæ orbis Chriſtiani inter fœderatos longo ordine numerantur. vtque prius certatum diximus de reſtitutione arcium & oppidorum, quæ Hiſpanus occupabat hoc fœdere decretum, Caletum, Ardeam, Dourlanum, montē-Hullinum, Capellam & Caſteletum Regi Chriſtiano quamprimum reſtitui, ſimiliter & littoralem arcem ad Oceanum Britaniæ vulgo *Blauette* quo ſe Hiſpani ſuppetiantes Mercolio Duci, loco munitiſſimo ſe recipiebant, hoc ſpeciali pacto vt intra trimeſtre, Hiſpani loco cedentes nauibus ad machinas & caſtrenſem ſupellectilem euehendam à Rege Chriſtiano iuuarentur, data fide de nautarum & nauium reditu & incolumitate, vtque de reſtituendo pactum ludificari non poſſit ſed bona fide ſeruetur, conuentum Regem Catholicum quatuor ſubditos & indigenas obſides daturum; ex quibus duo reſtitutis Morinorum prædictis arcibus & vrbibus, cuſtodia exeant, alteri ſimiliter maritima arce Britanniæ recepta: ſi carptim nec lōga ſerie pacta enumero, quod noſtrates vernaculo ſermone fuſius egerunt, edictalibus conſtitutionib. ad verbum recenſitis, exterarum gentiū ratio (quarum gratia potiſſimum ſcribo, vt res noſtræ cōmuni ſermone qua patet orbis innoteſcant) me ſatis excuſat, nam vt noſtra Edicta non ſubditos non ligant, ſic nec ad legendum obligant: vernaculè ſcribentibus hæc ſcite & vtiliter ſcripta ſunt, quia ex eorum Annalib. ad res priuatas & forenſes quaſi ex ampliſſimo penu illa deſumi poſſunt.

Ego profecto inconcinnus & barbarus à Liuio & Saluſtio ſic res geſtas referendas accepi, vt illas quaſi per indicem demonſtres, vt poſteros monuiſſe ſatis ſit: pacem ſic initam, ſic pactam diximus, nunc quantis ouationibus publice ſuſcepta ſit, & ſacramenta ad aras iurata referamus. Iucunda narratio, quibus diu & ſuapte ingenia minus turbida, otii & literarum amica immorari velint: mora enim in rebus cupitis animi diuturnum eſt pabulum.

Hiſpani bilga ad Sacramentum pacis Lutetiam veniunt.

Hiſpani vt qui bono pacis indigebant, ad illius fidem & iuſiurandum accedunt primi Lutetiam, inſigni principum & procerum delectu. Hi fuere dux Aſcotius, Comes Harembergius præfectus maritimarum claſſium Hiſpaniæ, aliiſque comitantibus quadringentis equitibus, vt ex Attrebatibus in fines Gallicos deuenere, à Comite Diui Pauli ſummis honoribus excipiuntur, morantur tantillum in Dionyſiano oppido, ſtupentes ad tot mauſolea Regū, donec Bironius medio itinere copiis equeſtribus ſelectiſſimis, illis occurrit, deducuntur in parata hoſpitia aut potius palatia, quibus pars illa vrbis Antoniana tota ſplendet, omni lautitia cupediis deliciiſq; exquiſitiſſimis Perſico apparatu epulantur, hæc pacis bellaria primi deguſtant, poſtridie viæ æſtuſque deterſo puluere & ſudoribus, toto agmine cultu luculentiſſimo Luparam adeunt, Regem ſalutaturi; ille eos excipit, conſtringit amplexib. & qua eſt in ſingulos vrbanitate vt quemlibet demereretur ſuo elogio & nomine nuncupat, iſtum alloquio, aliū nutu dignatur, blanditur omnib. oratione; dignitate oris & præſtantia atque ipſa præſentia famam

Digitized by Google

famam apud iſtos aduenas ſuperauit Richardotus omnium quos habet Belgium vt rerum politicarum ſcientiſſimus, ſic facundiſſimus, de pacis ſummo bono, nō multa ſed terſa & accurata ac plane digna regiis auribus dixit, cui pauciorib. Rex annuit, adiicitque, *Non tam priuato commodo quam totius orbis Chriſtiani publica vtilitate pacem concupiſſe, facturum vt apud ſe ſuoſq; inuiolata maneat, teſtaturum proximis auſpiciis mutui ſacramenti quo vtrique fidem obligaturi ſint.* 1598.

Ad Richardotum Regis reſponſio.

Iurandæ paci dies dominicus ſolenni ritu præſtituitur in primaria ęde, hinc Rex, illinc Hiſpano-belgæ vtrinque erectis tabulatis aſſident, Etruſcus Cardinalis ſolemnia peregit, conceptis verbis admoto ſacro codice Euangeliorum, in pacis religioſe ſeruandæ verba iuratur, vt Hiſpani Chriſtianiſſimo regi ſalutem, lōgos annos & ſoteria, ſic ille Philippo lætum & fauſtum acclamatur ab omnibus, diſceditur ad epulas, poſt meridiem iam prono ſolo in Epiſcopi ædibus, Regum incolumitati, (qui mos in commeſſationibus inualuit) potatur, pugnatur ſchiphis, verecunde tamen nec Lapitharum more, in Lupara ſummo veſpere ad cœnam reditur, & in lucem nocturnæ choreæ producuntur, poſtridie per viginti quatuor tubicines, compitatim pax publicatur, tintinabula æramentaque reboant, atque illud quod in palatina turri horas percutit, claſſicum lætitiæ tota die cecinit, machinæ iam non fragore martio territant, ſed lætum & geniale perſonāt, ſerotinis ignibus tota vrbs lucet, choreis & conuiuiis exultat, ante Atrium vrbanæ domus ſiue Ædilium, platea illa Appia circa proceram & detruncatam arborem, lignorum alta ſtrues erigitur & circumligatur, oliuarū ab imo ad ſummum tortilibus nodis pyram ambientibus, in ſummo vertice ſimulachrū Martis, cum haſtarum catapultarum gladiorum tympanorum tubarum omniſq; generis armaturæ faſciculis, nitro ſulphure ſuffartum, accepto leui fomite poſt bōbos & fragores ſtrepitumque ingentem in fauillas & cinerem abiit, teſtati hoc ſpectro pyrotecniæ inuentores, aduena & reduce tunc pace bellum exuſtum & arma conſumpta eſſe flammis, quod ſi quæ ſuperſunt, vel rubigini relinquenda vel in falces ligoneſque longe meliore vſu conuertenda.

Pacis mutuum iuſiurādum.

Per præconem pacis publicatio.

Ignes geniales in platea grauie.

Conflagratio ſigmēti Martis & Bellonæ.

Ad valuas Ædilium Rex ſcite pictus conſpiciebatur victoria Clementia & Pace lauro & oleis caput cingentibus, delibatis huiuſcemodi pacis auſpiciis illa iam non nutabunda ſed certis immotiſque ſedibus defixa.

Hiſpani ad Regias Germani & Fontis-bellæi deducuntur, venationibus, re accipitraria, locorum amœnitatibus recreantur, ac tandem legatione abſoluta vſque in Attrebatum fines luculento comitatu reducuntur. Bruxellæ paulo poſt Archidux Auſtrius Philippi regis vicarius eidem fœderi obſeruando ad aras fide publica ſe obſtringit, conſciis & teſtibus Pompon Belleuræo & Bironio. Ille vt apud Belgas honoratiore legatione fungeretur, paulo ante ſummo Franciæ patriciatu & elogio ducis inſignitus fuerat, atque illa acceſſione honoris incredibili equeſtrium nobilium manu ſeptus, omnium qui antea fuere Legatorum quāuis principum gloriam extinxit: in Belgio illi obuiam itur longis itineribus, & comitantibus Duce Aumalio ac principe Arauſienſi Bruxellam deducitur. Archiducem ſalutant triumuiri legationis, Bironius, Belleuræus, & Brulartius, biduo poſtquam acceſſere, die dominico in primaria ęde ad aras aſſucluti, ſolemni

Bironius Pomp Belleuræus Cancell. Brulartius Sillerius Bruxella pacem iureiurando ſanciunt.

Digitized by Google

1598\. ſacramento hinc Archidux, illinc Gallici oratores viciſſim pacem iurant, conuiuiis ſpectaculis omniq; honorum & deliciarum cumulo recreantur, doniſq; ampliſſimis affecti domum redeunt. & ne ab vllo fœderatorũ pax iniurata maneret, Camberiaci Dux Allobrogum Guadagneo Lugdunenſis prouinciæ præfecto, vtriuſq; ordinis torquato equite, pro rege Chriſtian. ſacramentum exigente, fidem ſeruandæ paci obſtringit, teſtatus publice nullum diem auſpicatius ſibi illuxiſſe, q̃ quo profligato bello pax reducta, glutino concordiæ, principes Chriſtianos gentiles vinxit.

Dux Allobrogum pacis fœderi ſe aſtringit.

Mediceus Cardinalis, tam glorioſo opere tot laboribus, viarum anfractibus, pluſquam biennali peregrinatione errabundus, ad delegantem ſuum redit, atq; ad Iouem Capitolium fæcialis ſuus Mercurius reuertitur, viuus videnſq; ſi fas dicere æternitati ſuæ interfuit, qua parte ibat laureatus ouationibus auſpiciis ſummiſq; elogiis affectus, Galliæ Vulneratæ, & prope morientis medicus, pacis conditor, Aſtreæ profugæ reductor palam nuncupatur. Regem in ſua regia Fõtis bellæi ſalutat, & ab eo miſſum fieri petit, Rex oſculo amplexibuſq; ſtemmate Etruſco purpura & canitie, ſed magis virtutum immortali gloria venerandum ſenem conſtringit, & repetitis ingentibus beneficiis quibus ſe ſuumque regnum in perpetuum deuinxerat, donatum annulo & gemma ingentis pretii dimiſit, qui orator venerat Roma exorator rediit, vnice beatus quod Chriſtia. orbi vnus pacem conciliaſſet & hac ille ſcala poſtea Capitolium conſcendet, ſummum põtificatum adipiſcetur, ſed heu? vix menſtruum: At vt Alexãdro bellatori ſatis fuit viciſſe orbem, vix deguſtatis tot victoriarum primitiis, ſic Mediceo Alexan. ſatis fuit terris pacem reliquiſſe: vel paucorum dierum Pontificem ſummum fuiſſe cum vera gloria non diuturnitate fruendi, ſed magnitudine factorum æſtimetur.

Cardinalis Florentini reuerſio ad ſum. Pontif. Elogiũ Florentini Cardinalis.

Non oſcitanter pacis induciis vſus eſt Philippus, ne innuptis liberis moriatur gemino connubio vtroſque gentilibus copulat, ſummo Pontifice canonum rigorem mitigante. Ergo eius venia Iſabellam filiam Alberto Cardinali Auſtrio, Philippum filium Margaridi ex ſorore nepti deſponſat. pacta connubialia Iſabellæ conſulto admodum, & prouide conſcripſit, quæ propter res ſcitu dignas & ſingulares ex iure ciuili cautiones, circa donationem propter nuptias non fruſtra hanc paginam occupabant. Iſabellam in nuptum dari Auſtrio, in dotem & loco dotis potituram Belgio & adiacentibus prouinciis, cum comitatu Burgundiæ, quem ab immunitate vectigalium francum ſeu liberum vocant, non ſubſequentibus nuptiis nullam fore donationem. In vniuerſam illam ditionem ex hinc naſcituros liberos iure hæreditario ſucceſſuros, mares ſiue fœminas, prælatis tamen maribus fœminis, & primogenitum minori, ea lege vt ſuperſtites ex linea directa collateralibus ſint potiores, neue compagem tot prouinciarum diuellere aut ex parte alienare poſſint, ſed in ſolidum poſſideantur, non extantibus liberis vel præmortuis, ſuperſtitibus Alberto & Iſabella donationem huiuſcemodi irritam fieri: quod ſi Iſabella vidua ſit ſine prole, ex bonis maternis dotem cum legitima paternæ hæreditatis debitam iri, ſi vero Iſabellæ præmortuæ ſuperuixerit Albertus, Belgio & prouinciis vt vicarium proprietarii imperaturum.

Rex Hiſpa. ſuos liberos Auſtriis gentilibus copulat.
Pacta dotalia Iſabellæ cum Alberto.

Quod

Digitized by Google

Quod ſi ex dicto matrimonio liberi omnes, vel ab his orti, atq; nati natorum deceſſerint, & ex gente nullus extet, Belgicas prouincias cum dynaſtia Burgundica, ad Hiſpaniæ Regem ex Philippo ortum redituras, neutri fas eſſe, nec eorum liberis & ad hæreditatem ſubſtitutionis iure accitis, dictas prouincias incõſulto Rege Hiſpaniæ eiuſque ſucceſſorib. diſtrahere dono, emptione, vel pignori tradere. Herois ad quam illa ditio pertinebit, Hiſpano Regi vel eius filio nubere obnoxia ſit, alterius gentis interdicto fœdere & copula, ne ad exteros res dotales abeant, quod ſi pacto audiens non ſit huiuſcemodi donatio nulla ſit. vt principes magnates & primores Belgæ, liberos ſuos non niſi ex aſſenſu regis Hiſpaniæ nuptui collocent, ne liceat Auſtrio & Iſabellæ eorumue liberis, ad Eoas Occiduaſq; inſulas Indiarum, negotiationis cauſa claſſem mittere ſi in vetitum audeant, nauarchi ex eorum ſubditis, amiſſione bonorũ aliiſue pœnis vel morte ipſa auſos coerceant. ſi Iſabella præmoriatur, liberorum pater Albertus tutor ſit & adminiſtrator, prouinciiſq; ius dicat, ac ſi vxor ſuperſtes foret cum vſufructu, ea lege vt educationis ſumptus faciat quantos eorum celſitudinem decent, atq; adulto primogenito cuiuſcunq; ſit ſexus: Lucemburgicũ Ducatum comitatũq; Cheniſſenſem attribuat, donec patris fato vſufructu extincto rerum potiatur. Ex eo matrimonio naſcituri liberi auitæ pietatis, & religionis æmuli fidem Catholicam ex ritu Rom. Eccleſiæ profiteantur, & præuio ſacramento, antequam in poſſeſſionem eant, conceptis formulis obſeruandæ ſe ſe addicant, ſi ſecus aut ex futuris liberis quiſpiam à priſca fide deuius in nouatorum errores ,plabatur, reo peracto pontificio anathemate exautoratus, omni dominio & proprietate Belgii & adiacentium prouinciarum exuatur, ſoluanturq; ſubditi obſequio & fide cliẽtari, admiſſo proximo agnato & gentili Catholico qui deuii ſi deceſſiſſet proximus hæres foret, eo caſu hæreſim cum more naturali adæquans.

Cautio vt Auſtrii cum alienigenis nuptias non contrahant.

Iſabella & Alberto ſuiſq; liberis Peruuiana nauigatio inhibetur.

Catholica religio liberis ex Alberto & Iſabella imperatur.

Vt intuitu donationis ipſi cõiuges Caroli V. Cæſaris ac Philippi filii donatoris, omnia debita, pignora, hipothecas annuas penſitationes Belgicis prouinciis impoſitas bona fide luant & perſoluant.

Subſcribit paternæ donationi filius.

Paternæ donationi propter nuptias Iſabellæ ſororis, annuit Philip. princeps Hiſpaniæ ſubſcripſitque, palam teſtatus quam impenſe ſororem amet & egregie dotatam eſſe velit, ſua ſummo bono, & Chriſtiani orbis vt factum laudat. hoc peracto Iſabella futurum coniugem Albertum conſcriptis tabulis vicarium conſtituit, vt eius nomine dotalis Belgii dominium, poſſeſſionemque nanciſcatur.

Iſabella per Albertum ſibi futurum ſponſum Belgii poſſeſſionem adipiſcitur.

Illa acceptis tabulis re in conſiſtorio publice laudata, nomine Iſabellæ priſcas Belgii immunitates, priuilegia ſeruaturũ iureiurando fidem obſtringit, ſubditi in verba eius iurant, & obſequium pollicentur, Brabantinis quamquam obnitentib. non niſi præſenti Auguſtæ deberi. Auſtrius paulo poſt voti ergo, ad ædem diuæ virginis Hallenſis, toto orbe miraculis ipſo Lipſio deſcriptore decantatiſſimam profectus eſt, purpuram & galerum exuit, enſe & baltheo cingitur, ac ſæculari militiæ, clericali ſolutus nomen dedit. In Hiſpaniam ad inaugurationem coniugii abiturus, ſummã rerũ agnato Andreæ Auſtrio Cardinali credidit, paulo antea quam diſcederet, Batauorum animos tentauerat, ad eorum ordines

Albertus galeriũ & purpuram exuit in æde diuæ Virginis Hallenſis.

Iuſti Lipſii pium opus de miraculis virginis in æde.

in hanc

1598. in hanc ſententiam ſcripſis literis: in Hiſpaniam quamprimum adornare profectionem, ad coniugium cum Iſabella perficiendum, Belgium in dotem traditũ, ab his qui in fide manſerint præſtitum obſequium, nihil tam anxie ambire quam pacem, orare vt ipſi Bataui eam non auerſentur, non alium è bellis ſpectati exitum.

& ara Hallenſi vulgo Noſtre dame de haut Littera Alberti ad ordines Batauorũ.

Arma ſumi vt tandem pax fiat, minus auerſos ab ea eſſe debere, cum in poſterum Belgica dominatio, pactis connubialibus ab Hiſpanica in poſterum diſiuncta ſit, nec deinceps gentem quam priuato odio ſemper inſectati ſint, imperaturam.

Littera principis Arauſionẽſis ad Mauricium fratrem.

Princeps Arauſionenſis ad fratrem Mauricium ſimilis argumenti literas dedit, ſed ſurdo verba facta ſunt.

Ille qui apud Batauos ſummi Dynaſtæ vicem obtinet, qui tributa annonam claſſem exercitum & omnia belli molimina imperat, quem ſolum iuris & æqui titulus deficit, pacem exauthoramentum eſſe ratus, armatum coli & timeri, inermem fore deſpectui nihil de pace aſſentitur.

Res Turcica.

Res Chriſtianorum in confinio Thracum inclinabant in dies Barbaris inualeſcentibus Cæſar in comitiis Ratisbonæ, poſtulante Mathia Archiduce militem & aurum ad ſtipendium ab ordinibus imperii depoſcit, Charinthiæ & Styriæ conterminis, feritati Turcicæ niſi mature ſucurratur iam illas eſſe impares, luctuoſam & immaniter ſeruilem vicem incolarum reputent, his fractis repagulis hanc illuuiem barbarorum mediam & vere germanam Germaniam inundaturum, obices aggereſque opponendos eſſe, nec firmiores poſſe opponi quam miſſo forti exercitu, qui à finibus Chriſtianis gentem impiam depellant: deliberatum ab ordinibus à Cæſare imperatam pecuniam cogi, & menſtruo ſtipendio alendum exercitum ad ſuppetias Carinthiæ & Stiriæ, lenimen tantillum profecto non medela, haud abſimilis guttulis quibus ad mulcendum ferrum in fornace prunæ aſperſæ exaſperantur vt acrius ardeant.

Oratio Cæſaris Rodol. ad ordines.

Aquiſgrani non leuiter tumultuatum ob diſſidia religionis, factio Proteſtantium, prætore Catholico aliiſque officialibus depulſis, Reipublicæ ſummã poteſtatem ad ſuos tranſtulerat, apud Cæſarem de mutatione antiqui & orthodoxi ſtatus ſit Quiritatio, illius vt publicæ quietis turbatores igne & aqua interdicit, Colonienſi & Treuirenſi Archiep. atque Iuliacenſi dynaſtæ indicit vt vel proſcriptos & extorres finibus abigant, aut armis imperata facere & pati cogant, hinc Aquiſgranum Germanorum copiis, illinc Alberti, vt decreto imperiali obſequentes ciues faciant: illi Colonienſi internuncio & caduceatore pacem impetrant, hac lege vt Auguſtanæ confeſſionis ſectarios aliosque nouatores miſſos faciant, antiquo ſtatu Reipublicæ ſacerdotio & magiſtratu reſtitutis quod Mauricium & fœderatos Batauos à rogata pace eamque deprecante per epiſtolas Alberto auerſos fecit.

Littera Eliſabethæ ad Mauricium.

Anglicana Eliſabetha, mulier à crepundiis Hiſpano irrata hoſtis, vt ab eius fœdere Gallum auertere nequiit, Mauricium & Batauos per oratores ſuos, ab Alberti exquiſitis verbis dimouet: quamuis ille cœlo Arctico natus ſit & ab Hiſpanico dominatu Belgium liberatum videatur, nihilominus tam arctis legibus pactorum

Digitized by Google

pactorum dotalium teneri vt vere ille Ibero cogatur ancillari, mores animum[illegible] 1593.
eius in tyrannide æmulari iuſſum, quandoquidē Hiſpanicæ maritus, tei dotalis
verbo tenus dominus futurus ſit.

Batauis æque ac ſibi præcauendum, aduerſus Auſtriorum ſociata molimina, Albertum Cæſaris fratris vicino robore fultum, ſenſim ad penitiſſimas vrbes & paludes illorum deuenturum, niſi hunc torrentem oppoſitis viciſſim obicibus compeſcant, plus valuit apud Batauos vox muliebrium legatorum, quam de pace æquiſſimæ conditiones propoſitæ, vel Mauricio ampliores ad dignitatem & opes, quandoquidem illi Cæſaris ſumma præfectura, in omnes Chriſtianas acies aduerſus Turcam ſpondebatur, vel cum religionis aſſuetæ ſibi ſuiſque cultu libero, denique ſumma omnia illi, ſed vt lapis Magneſius ad Cynoſuram ſemper dirigitur, ſic ille ad Anglicanam: Ergo fœdus initum anno 1585. redintegratur, ſpondent Batavi ſi impetatur Anglia ab Hiſpano, claſſe peditumq; turmis ad ſex millia laboranti ſuccurſuros, annuatim ſtatis temporibus æs debitum perſoluturos, hoc fœdere renouato terra marique vtrinque ab Anglis & Batauis in Hiſpanos ſæuitum, coactis nauibus prædatum eunt toto Oceano, Indiarum decumanum aurum intercepturi.

Mauricius à Cæſare ſummā perfecturam ſuarum acierum promiſſam repudiat.

Alberto, ne indecore & impari comitatu Hiſpaniam appeteret, ſocer Philippus vim auri ingentem mittat, ad ſumptus tam longinquæ profectionis, ille vtā Margaridem deſponſatam Philippo principi, ex intima Germania ad nuptias deducendam ſuſcipiat, principum ac procerum tum Belgarum, tum exterorū quos deſiderium Hiſpaniæ tenebat, ingenti delectu ſeptus in Tyroli comitatum, vbi Margaris eum morabatur aduenit.

Superiore anno fœdifragi Chriſtiani, proditione, Iauarinum à Turca interceptum fuerat, iſto à Valbecurio nobili Campaniæ Gallo vi & dolo expugnatur: conſuit vulpinam pellem leoninæ, in caſtris fidelium quinque erant equites, longo vſu bellorum ita ore, morib. veſte Turcis ſimiles, vt qui loquentes audiiſſet fide indubia vere ingenitos crederet, illi nocte intempeſta recta ad portam contendunt, ab excubitoribus rogati qui & quanti eſſent, illi egregie ſermone mentiti Turcas, inclamant ſe quinque numero à Belgrada miſſos, qui præfecto ab vxore litteras deferant, præcurriſſe copiis quæ ingentem commeatum deueherent, vereri ne à Chriſtianis palantibus & inſidiantibus intercipiantur, rogare vt præſto adſint & pontem ſublicium demittant, deluſi Turcæ tam ſubdolis ſimulatoribus, ac ſui ſermonis adeo peritis, id verum eſſe rati ſunt, hac fiducia Valbecurius & Cauacius itidem Gallus, tubos quos à bombo vulgus noſtrum crepitacula nominat, puluere tormentario ad oram vſque infartos portæ affigunt, fauillam fune ignito immittunt, tanta vi diſploduntur, vt lacera & diffiecta porta Chriſtianis ruentibus per hiatum ingentem ingreſſum fecerit, Turcæ ſomno repente exciti, tres duntaxat obuios Chriſtianos mactant, ſed copiæ paulatim ſuccedentes vim Turcicam depellunt, ac tandem certamine ſuperiores vrbi dominantur, ſumma pertinacia à Turcis pugnatum, ſed fracti animis & virib. alii per tenebras dilapſi, alii in Iſtrum præcipites ſe dedere: Valbecurius ſummis laudibus attollitur, & à Cæſare torque ordinis equeſtris donatur, præda quæ ingens

Dolus Chriſtianorum ſingularis.

Iauarini à Gallis fœlix reciperatio.

Digitized by Google

1598. fuit auri argenti facti infectique ac præcioſæ & numeroſæ ſupellectilis, viritim militibus diuiditur, tam forti expugnatione vicinæ vrbes præſidio Turcico deſtituuntur.

Delibauimus auſpicia coniugii Alberti cum Iſabella, at vero compoſita pace & pactis dotalibus, ingraueſcente indies morbo circa Baptiſtæ ſolemnia Philippus, vt ſe ad metam æui deductum ſenſit, chiragra vi ſua febrem concitante, quãquam rhedæ lecticæ aliuſq; vehiculi quantumuis ſedati & lenis impar eſſet, propter maciem & medulitus exhauſtas corpuſculi vires, ſtatuit tamen deferri ad regiam vulgo *Leſcurial*, nulli vt aiunt orbis palatio magnitudine, & ſtructura operis & amœnitate inferiorem (ſi Luparam eiuſque appendicem & hortos ſuburbanos, Fontem-bellæum Germani ad Layam exceperis) mutationem loci diſſuadebant medici, veriti ne æſtu ibi tunc inſuperabili & languore deficeret, peruicit tamen propoſitum, vehiturque ſenſim baiulorum humeris, ſpatio ſeptem dierum, vnde coniicere licet quam vecturæ eſſet impatiens: illi tamen optato loco depoſito, chiragræ dolores recrudeſcunt, febrium peſſima cohors ingruit, atque ipſe imminentis fati præſcius de migrando cogitat, ſumit ſacrum viaticum, iubetq; *Garciam de Loiola*, affici diplomate Apoſtolico hoc ſupremo & locupleti admodum ſacerdotio per Albertum Cardinalem eiurato, dum nuptiis acrum galerum & purpuram commutat.

Philippus Rex Hiſpaniæ baiulorum humeris Eſcurialĩũ deuehitur.

Interea in dextra tibia vnum, in pectore quatuor vlcera prominent, quibus omnis ordo medentium perterritus, cruda adhuc cõcoquere & emollire laborat, hiantib. erupit fætor & teterrima ſanies, vnde pediculorum inexhauſtus numerus (audiant ſtupeantque poſteri) derepente innaſcitur ea formicatione, vt huic ſuperfœtenti phthiriaſi, omnis labor, cura, munditia ſtragulorũ linteorumq; in momenta mutatio, impar eſſet: medici forſan diuinæ vltionis caſus tegentes aſſerebant, pedicularem hanc fœditatem, ex mephiti & ſanie vlcerum gigni.

Phthiriaſis ex vlceribus regi Hiſpan. innaſcitur.

In huiuſcemodi ærumnis cadaueroſus Philippus, patientiæ & magnitudinis ſpecimen ſemper prætulit, cumque in dies febris ſæuius æſtuaret, ineunte Septẽbri Hiſpaniæ principem filium deſponſatamque filiam accerſiri iubet, quib. renudato corpuſculo vix oſſibus hærenti, pediculis exeſo, vlceribus putido, *En? videte mox futurum imo iam factum cadauer, intuemini faſtum mundi, regnorum ſpem caducam, ac nunc potentiſſimum olim regem omni humana ope deſtitutum.* Hinc æneum Pheretrum cõdendo corpori paratum afferri, ſuper abacum oſſeum hominis caput, & prope regium auro gemmiſque diadema redimitum collocari iubet, mox allata ſibi capſula, annulum extrahit, quo ſuam Iſabellam donat addito elogio eã fuiſſe matris ſponſalitiam, vtq; obſeruantiæ memoriæque ſui ſacrum pignus haberet edicit.

Verba Philippi ad liberos.

Ex eodem ſcrinio tabellam chartaceam depromptam filio tradit, qua imperii adminiſtrandi formam rituſq; optimos contineri dicebat.

Exinde ſcuticam ſeu flagellum extrahit, *En? videte inquit ſanguine mei ſanguinis, hoc eſt, Caroli patris adhuc rubet.* Illo enim ad caſtigationem corporis optimus Imperator vtebatur.

Paulo

Paulo poſt de exequiis nonnulla præcipit, natis curam & ſtudium auitæ & orthodoxæ religionis imperat, atq; exomologeſi facta ſibi delictorum per nuncium Apoſtolicum veniam indulgeri, prolique benedictionem imponi rogat, addito vt filii ſubditas gentes, pace potius quam bello domitas & obſequentes haberent, bonos præmiis, malos & deuios pœnis perſequerentur, ſolui carcere diutino Marchionem de Monteiar, & Anthonii Peyres olim ab eius arcanis apud nos exulantis vxorem imperat, ea lege vt ille in poſterum aula abſtineret, iſta apud Veſtales quietam vitam ageret, morti damnatis ignoſci, vinctos ob venationem & aucupium eximi iubet, quo peracto natos poſt oſculum & amplexum vt ſe quieti dederent dimiſit. Chriſtophoro *de Morra*, futurus rex ſigillum, & clauem regii arcani petit, quam cum recuſaſſet, niſi cum bona adhuc ſuperſtitis regis venia, abiit tantillum exaſperatus, quo cum ſe purgaret Chriſtophorus apud Philippum, minus ab illo recte & obſequioſe factum erga filium reſpondet, tandem iam premente fato, ſacro oleo delibutus, Chriſti ſeruatoris iconem ex arcula depromptam ſibi afferri iuſſit, in cuius amplexu & geſtatione ſe migrare velle profeſſus eſt, eamque eſſe quam pater moriens amplexus eſſet, biduo quam moreretur, ex hiacintino lapide confectum tritumque pharmacum medici propinant, eoque poculo recreatam fuiſſe Imperatricem matrem, nec ante biduum exiturum vita, quod à monacho vaticinante præſcijſſet, ad decumbentem iamque in extremis laborantem cum nouellus rex rediiſſet, Chriſtophorus *de Morra*, offenſæ memoriam lenitutus clauem offert, vt ei gratiam conciliaret pater Philippus eius in ſe fidem obſequium, & diutini miniſterii præclara opera commemorat, mandatque liberis vt inter fidos & benemeritos clientes eum in poſterum habeant, atq; repetito amplexu intercluſa voce expirauit. 1598.

Virtutes vitia & præclara facinora Philippi.

Imperator ſi res eius geſtas excutimus, certe magnus & fœlix, & pluſquam forma & vires corporis atq; ipſa indoles pollicerentur, ille enim nec procerus nec forma digna imperio, alioquin cute nō fuſca ſed candida, vt qui Belgam & Hannonium vel Artheſium potius quam Iberum vultu monſtraret: cæterum firma corporis valetudine, vt qui tota vita quæ illi longæua fuit, non alium morbum quam quo interiit expertus ſit, hoc delectui & parcimoniæ ciborum tribuitur, vt qui fertur nunquam piſcem comediſſe.

In exiguo corpore ingentem animum altoſque ſpiritus abſcondebat, rerum agendarum ſolers præuiſor, & qui quo res caderent mira animi prouidentia præcauebat, imperterritus omnibus fortunæ aduerſantis telis in auſpiciis regni marte proſpero aduerſus nos pugnauit, parta ingenti illa victoria in Sancti Quintini confinib. & paulo poſt ad Grauellinæ oppidum quæ Gallicæ cladis flebile & perpetuum monumentum, vtramque adeptus eſt vicaria opera ducum & anteſignanorum ſuorum, ille enim neutiquam pugnax & ſtrenuus, non caſtris, non militiæ aſſuetus ſed qui domi, quæ foris agenda erant egregie & fortunare mandaret, in religione nouitates & ſectarum molimina ſemper auerſatus eſt, ferro & igne naſcentes hæreſes ſuſtulit & expugnauit, cenſoribus ordinatis qui de fide inquirerent, quos proprio filio parcere haud voluit, ferunt enim cum primogenitus nomine Carolus, ex Maria Luſitaniæ Auguſta

1598. prima coniuge, iam adultus cum Arauſienſi principe Belga, Gaſpate Caſtilioneo rei maritimæ apud Gallos præfecto, aliiſque nouarorum anteſignanis, in religione nihil patrium aut auitum ſapere inſimularetur, legi cenſoriæ de fide ſuppoſitum, patrem Philippum habuit qualem iuuenis Roman. Torquatum: nam vt ille ſæuus ſecuri dixit, *I lictor deliga ad palum*, iſte filium exinanitione ſanguinis addito vt aiunt lethali pharmaco ſubduci iuſſit: inualuit iſte rumor tam conſtanti omnium populorum aſſenſu, vt quotquot ſunt Annalium ſcriptores ex quorum foliis & fragmentis hoc excerpſimus, mihi idipſum ſcribendi authores ſint.

Sæuumque ſecuri Torquatũ virg.

Luſitanæ priori tres vxores ſuperinduxit Mariam Anglicanam, nulla relicta prole, Elizabetham Henrici 2. filiam, quæ illi geminas peperit Auguſtas primogenitam Claram Eugeniam Iſabellam, rerum Belgicarum cum Alberto Archiduce marito dotis nomine potientem, & Catharinam quæ Carolo Emanueli Inſubrium & Sabaudiæ principi longe antea nupſit, quartas nuptias fecit cum Anna Auſtria Maximiliani Cæſaris filia, ex qua ſuſceptis tribus maſculis & vna fœmina, ſolus eſt ſuperſtes qui nunc rerum potitur: priſcis imperii ditionumque elogiis, Luſitaniæ, Nauarræque, & Aſturum nomen & titulum addidit, percuſſo nummo permiſtis vtriuſque regni ſtemmatibus, vtque in fidos & benemeritos egregie liberalis erat, ſic in perduelles & arcani proditores vltor immanſuetus, quos capite vel magiſtratuum officiorumq; exauthoratione ipſemet priuato iudicio damnabat, adeo memor fidelis ſtrenuæq; operæ, vt nec gregarium militẽ aliquo præclaro facinore notabilem indonatum reliquerit, in eruditos non parcior, neq; enim auerſus à Muſis fuit, conquiſitis vndique inſigniter litteratis viris & inſtructa bibliotheca quæ omnium tum veterum tum recentium gloriam lõge inferiorem facit.

Audiui olim ab exquiſitiſſimo compactore librorum, ipſum Philippum in Codicis Liuiani operculo aureo & vermiculato opere, patris Caroli Cæſaris aduerſus proteſtantes caſtra acies ipſaſque vrbium expugnationes & de hoſtib. victorias inſculpi & obſignari iuſſiſſe artifici attributa ſtupenda mercede liberioris vitæ & ingenii homines nimiam in adeundo ſeueritatem & prope Perſicum adorandi faſtum in eo damnarunt, & potiſſimum Germani qui curuato poplite non niſi Deum alloqui fas eſſe putant, ille (vt erat interdum argutus in reſpondendo) dixit, ſibi flexo genu pati alloquentes, quod minus decorum eſſet ſubditos humeris elatiores illum puſillum excedere: raro ſe conſpiciendum præbebat, nutu camerariis & aſſidentibus nobilibus velle ſuum indicabat, vix aliquem ex ſummis proceribus dignatus affatu ſuo, ita Romæ per inſtitores ſuos venaleſque homines, comitiis pontificiis imperabat, vt palam ſcriberet, quem nollet eſſe pontificem, non abnuere vt talis (de quo illi erat fiducia) præeſſet Eccleſiæ.

Galliæ & Angliæ regnis inhiauit, moliturſque omnia per cuniculos vt voti compos eſſet, ſed vtriuſq; gentis ingenium ſuapte ab Iberico auerſum eius ambitum irritum fecit: claſſem inſtruxerat, ab omni æuo numero nauium, armatorum, pabulorum, commeatum, ſtipendiorum incredibilem, vel per indices rei

militaris

Digitized by Google

militaris pertimeſcendam. Illa per breuia & ſyrtes portuumque ignotos ſinus, 1598.
cœlo & Oceano pro Anglia pugnantibus, colliſa & ſparſa in varias oras potiſſimum in Scotiam impegit, vbi naufragio erepti inopes & famelici Hiſpani humaniter excepti ſunt.

Plus quadraginta annis tot diſſitas gentes, diſcreta regna & ditiones auerſas rexit: conditus ille in Mauſoleo Maiorum, exequiali pompa non ita profuſa, ſed quā ipſe tabulis ſtatuiſſet, lege dicta liberis vt dum funus ducitur, ille in Hieronymitarum cœnobio, illa in Claritanarum viciſſim ſecluſi Deum ſibi exorarent.

Qui eius arcana impenſius rimati ſunt, ferunt filio in mandatis dediſſe vt Pontificum Roman. gratiam potiſſimum ſibi conciliaret, per Antiſtites & Cardinales, eoſque ſibi ſacerdotiis muneribuſque obſtringendos, plebeios non in faſtigium opum honorumque promiſcue euehendos, à claris & nobilibus hanc fecem illuſtratam inique ferri, hinc odia & tumultus in principem concitari, Indiarum quæ ad ortum ſunt, commercia & fodinas neruum eſſe rerum ſuarum, vellus Colchicum, vber & Pactolum ex quo perenniter hauriat, ab aureis illis littoribus, Gallos Britanneſque quantum fieri poſſit auertendos, quod cum vix fieri poſſit, cum Batauis perduellibus quibuſcunque conditionibus pacem ineūdam, vel cum diſcrimine auitę religionis, ſaltem hoc priuato pacto vt ab Indis reduces, merces ſuas in portus & emporia Hiſpaniæ perſolutis vectigalibus & portorio exponant.

Inſuper memorem eſſe iubet filium, vt Amanuenſes conſcios arcanorum, nunquam oſcitantes ſinat, etiam in inanibus aut parum ſeriis exercitandos, per hoſtium fictas illecebras eorum tentandam fidem, plura in mandatis filio moriens reliquit, quæ prætereo ne rebus Hiſpanicis nimium immorari videar. Militiæ, omnes artes ſuperauit Philippus, nam ille domi inermis, in conditorio nulli conſpicuus, à Carolo patre regna & ditiones traditas, non ſolum ſeruauit, ſed auxit, addita Luſitania & Indiarum annuatim ſuccedentibus incrementis, mirabilior patre Carolo qui aduerſus proteſtantes bellum inteſtinum, non niſi præſens ſub tentoriis, interdum ſub dio podagra cruciatus, vno pede inuoluto & ad *Surius, Sleidanus.*
epiphipia ſonipedis linteo penſili, inter tela hoſtiumque globos de capite ſæpius periclitans: filius nihil tale auſus, longe à caſtris manu neutiquam pugnax, longas manus habebat; Maurorum reliquias confecit & pugnante fœliciter fratre Notho Iano Auſtrio, regnum Granatenſe ab iſta colluuie perpurgauit, ſuffectis in eorum agros Chriſtianis, neue in poſterum barbara gens in antiquas ſedes inundaret, vt velut repagulis & obicibus compeſceret, in littore maris tutiſſima propugnacula, cum ingenti militum præſidio collocauit: ad Cephaloniam partæ victoriæ aduerſus Turcas præcipuum organum fuit, claſſe ſua pontificiam & Venetam ſuperante, plura molientem in eos res domeſticæ non tam ſeruandi quam amplificandi cæca cupidine reuocarunt, quanquā in Belgio grauiter concuſſæ, imo ſæpius deploratæ, Albani ducis cruenta feritate, cuius carnificina non tam emendauit quam exaſperauit ſubditorum animos, quod nō illi tandem inultum, iuſſo abire aula, & priuatam ſenectutem apud ſe lugere Luſitania non ſolum ad-

1598. dita ſuis regnis, ſed cum ea vt appendices Indieq; abortus ſunt, vt quæ primum à Luſitanis ſubactæ fuerint ſimul acceſſerunt.

Vnde illi fodinæ auri quo ferrum, arma, milites, & omnia ad vincendum mercatur.

Nam illud per medios it ſatellites, & præumpit caſtra fortius igne fulmineo, hoc fulgore metalli Indici quot gentes excæcauit, homines corrupit, faſcinauit, dominorum obſequio ſubduxit, recens bellum in Gallia non alio pabulo aluit, & Lutetiam ſuis mancipiis diu oppreſſam tenuit. At non vna pagina vitæ eius, neq; in eum idem ſemper vultus fortunæ, aſpera dulcibus temperauit blandiens interdum nec ſemel nouercalis: Batauorum defectio, & vanus labor in Angliam deiecta laceraque tam ſtupenda claſſe 1587. res ſecundas Luſitaniæ & Indiarum depreſſerunt, tanta pertinacia mali vt tot annis Batauos ferocientes ad ſaniorem mentem reducere nequierit.

Maior ille omnibus ærumnis & potentior quouis malo, tamen huic genti perdomandæ impar fuit, vel cui forſan omnis ſua proles & gentilitas non ſatis ſit. De Philippo carptim iſta delibauimus, cuius res omnes geſtæ & vitæ longæuitas vitam ſcribentis vt Philippi illius Macedonis occuparent.

Pax caſtra & acies in Gallia diſſoluerat domum remiſſis bellatoribus, ſed irrequieta mens Gallorum & otii impatiens, nihil agendo male agere diſcit. Homines prædæ aſſueti quibus erat victus in rapto, cum nulla arte quæſtum facere didiciſſent, per auia & ſyluas interceptos viatores expilabant & mactabant, ſæpius bini interdum armati ſclopis multis inermibus vim inferentes. hinc lata lex qua diſtricte vetitum, ne quis arma quæ igniuoma appellant deferret, conceſſa tantum regiæ cuſtodiæ militibus & latrunculorum ſatellitio.

Armorum interdictus vſus. Seuere edictum obſeruatum, ita vt in Aquenſi Senatu nobilis ſecuri percuſſus ſit, quod in venatione hoc armorum genere vſus ſit. Hæc conſtitutio nunquam ſatis laudata, quæ vim graſſatorum inhibuit, & pulpamentorum incredibilem fœcunditatem peperit, nam vt ſcopis illis ignauiſſimi fortiſſimos adoriũtur & opprimunt, ſic ceruos, lepores, Phaſianos & id genus ferinæ, ruſtici æque ac nobiles tanta ſtrage conficiebant, vt propagationi iam ſpecies deficerẽt. nec noua lex de armorum interdicto vſu cum legatur edictum *L. Domitii Romam* in Sicilia, quo cum eſſet vetitum aliquem eſſe cum telo, ſæuiſſime in ruſticum vindicatum eſt. Cum enim aper ingens ad Domitium allatus eſſet, ferunt admiratum requiſiiſſe quis occidiſſet, & cum paſtorem percuſſorem audiiſſet eum ad ſe vocari iuſſiſſe, illum cupide ad Prætorem quaſi ad laudem accurriſſe, quæſiiſſe Domitium qui tantam beſtiam percuſſiſſet, reſpondiſſe venabulo, ſtatim iuſſu Prætoris in crucem ſublatum. *Cicero Orati. X. in Verrem.*

Rex cum cohortes & manipulos militum bello exhauſto, minime neceſſarios proſpiceret miſſos fecit, charitate populorum magis tutus quam armis, nec enim tutius eſt munimentum principi quam munimento non egere: At ſine ſudore & puluere & in otio langueſcere non patitur indoles regis, pax vbi à Marte ferias dedit, ſylueſtri militia Dianæ exercetur, quæ rudimentum & præludium belligerandi eſt, Nam Viriatus Luſitanus paſtor, hoc tyrocinio in ſummum bellatorem

Digitized by Google

latorē euaſit, Rex vero indefeſſus in ceruos, in apros vel Meleagro exercitatior, perdius & pernox domitis viris feras domat. Ferunt autem nocte intempeſte per auia ſyluarum, quibus regia Fontis bellæi quaquauerſum denſe cingitur, longe in remotiſſimis locis venatorum tubas & lituos, eiulatuſque ac latratus canum exaudiiſſe, & repente tantum fragorem tam longinque exauditum ad aures regis & comitum adfuiſſe, ille ratus aliquem eſſe ex aulicis, iubet explorari, Sueſſonius Comes qua venatio & clamor præſtrepebat pergit, ſpectrum ingens virili forma per denſa virgultorum conſpicitur, quod in nictu oculi diſſiliit: hæc inter aniles nugas & deliria numerari poſſent, niſi tot principum procerumque teſtimonio rumor ille conſtaret. Accolæ aſſueti ludificationibus genii referunt, hoc de more illi eſſe, & conſuetudinem metum ademiſſe. 1598.

Spectrum regi & comitibus apparet.

Longe antea in auiis ſyluoſiſque locis Regibus non inſolens huiuſcemodi ſpectrum, Noſtrates enim priſcæ fidei referunt, cum Philippus Auguſtus iunior, in denſiſſimos Guiſii municipii ſalt' venandi cauſa, amiſſis deuiiſque comitibus lōge aberraſſet, obuiā habuiſſe ingentem & minacem aprum, qui hoc vno maxime Philippum terruit, quod repente ipſo in veſtigio dicto ocyus dilapſus eſt, ille ludificatione conſternatus, variis erroribus ſyluæ, & biduana ambage ſyluarum exagitatus cum ægre in ſemitam rediiſſet, Carolopolim anhellus reuertitur. Carolo IX. itidem venanti in ſylua Neuſtriæ, vuldo *de Lyons* non diſſimile terriculamentum apparuit, cum quo ferox & impauidus ferro diu conflixit, tandem crucis ſigillo vt malum & Auernalem genium fugauit.

Rigordius in vita Philippi. Brito in Philippide. Comp. egne.

Dum feriatur à Marte Gallia, audiamus Italiam poſt tot ſæculorum quietē ab inerti & longo ſomno tantillum tuba & lituo concitari, rumuſculo belli & quaſi velitatione leuiter commoueri.

Res Italicæ.

Alphonſus Ferrariæ & Modenæ regulus, nulla relicta prole fatis ceſſerat, proaui à ſede Apoſtolica hanc ditionem obtinuerant, vt ſi hæres non extaret maſculus ex iuſtis nuptiis, ad ſedem Pontif. reuerteretur. Clemens 8. non ſegnis neque degener vicarius Petri, & clauium cuſtos, Pontificium feudum ab inuaſore Cæſare notho filio fratris Alphonſi repoſcit.

Bellum Ferrarienſe.

Ille ſtatione decedere neſcius, ab Europæ vniuerſis principibus opē, arma, militem & omne præſidium deprecatur, à Chriſtianiſſimo fruſtra, qui ſedi pontificiæ more maiorum deuotiſſimus, Clementi præcipue bene merito aduerſari nolit, fiducia erat in Lotharenis principibus, quos gentilitate attingebat ſed ab illis qui in Roma. ſedem ex profeſſo & traditione auorum multum effecti ſint fruſtra ſuppetias expectauit.

Clemens coacto purpuratorum conuentu, expoſitis belli inferendi iuſtis rationibus, ſtatuit perduellem & Petri fulmine & Pauli ferire gladio, Cęſarē fœderatoſq; omnes atis adytiſque interdicit, ille nihil his terriculamētis mouetur, cogit militem, aciem inſtruit, obuiam it Pontificiis, cum quibus ad Bononiā pugnat ſatis fœliciter, pluribus Pontificiorum deſideratis, res altius & ad maiores motus progreſſura videbatur, niſi viciſſim mutui amici & fæciales, atq; vniuerſa Italia amans otii & diutinæ quietis intercesſiſſent, compoſitiſq; diſſidiis ab armis diſceſſum eſt his legibus & pactis fœderis: Primo Cæſar quiq; eius partes & caſtra

ſtra

Digitized by Google

1598. ſtra ſequuti ſunt, anathemate ſoluuntur, Ferrarienſibus res ſuæ ſaluæ manent, feuda quæ Apoſtolicæ ſedi non ſunt obnoxia, ſed imperio Cæſarum Germaniæ ſeruiunt, vt Modena, nothi Cæſaris eſſent, Regiam viridaria vrbana & ſuburbana Ferrariæ quæ Alphonſi erant perpetuo & hæreditario iure ille poſſideret, armamentarium, machinæ & tormenta belli ex æquis partibus diuiderentur, omnes cenſus, reditus, vectigalia, & indictiones Cæſaris eſſent, vſque ad vltimũ Iani diem: aurum argentum factum infectumque, margaritas omnemque precioſam ſuppellectilem tabulas ſcriptas, rationes Cæſari & commilitonibus alio transferendi ius eſſet, poſſe itidem iudicem Pontificium ſeligere, quo fide data res ſuas & iura tueri poſſet.

Pacta Clementis cum Cæſare Eſtenſi.

Similiter annonam ſalis, Modenam ſine portorio quotannis deuehendi ius eſſet.

Longe plura pacta ſunt fœderis, quæ quod ad res priuatas ſpectent, & minus relatu digna ſint ſciens prætereo.

Sic Ferrarienſe bellum quod atrox & diuturnum, rerum nouarum & prædæ cupidi homines ſperabant, illico ſopitum & priſca quies reſtituta Italiæ. Recepta vrbe & vniuerſa ditione Eccleſiaſtica, ſtatuit Clemens Ferrariam progredi, fidem & obſequium erga ſedem Rom. à ſubditis exacturus.

Ille ergo magno comitatu purpuratorum aliorumque Antiſtitum, equeſtribus & cataphractis nobilium turmis inſtructus, voti ergo per Lauretanam ædem iter facit.

Clemens 9. Ferrariam ingreditur.

Regulus Vrbinas per fines ſuos magnifice excipit, ibi Cæſar Alexander Eſtenſis & Comes Mirandulæ Clementi obuiam facti, aduoluuntur genibus, & vt moris eſt proni pedes exoſculantur, cumque audiiſſet Aldobrandinum nepotem clientelarem fidem à ciuibus exegiſſe, vrbem incredibili omnium lætitia & ouatione ingreditur, mirabile eſt quod cum præiret Euchariſtia, ſuper tecta & tabulata perque feneſtras & ſpecularia ſpectantes, adoraturos deſcendere, pronos & humi inflexos eſſe iuſſit.

Colluuies recutitorum tandiu indulgente Alphonſo Eſtenſi, ob vectigalia & indictiones ita Ferrariam cõpleuerat, vt bicolori veſtitu mancipia illa (quod moris eſt vbi locuſtæ huiuſcemodi nidificant) à Chriſtianis diſcriminarentur, Clemens vt fœtificantem nequitiam compeſceret, flauo galero notabiles eſſe voluit, quod publicæ infamiæ ſymbolum nequicquam ingenti ære redimere potuerunt, ita vt plures non ferentes pictos eſſe capite, Ferraria migrauerint, acceſſitque ad indignationem Clementis, ſectæ omnium peſſimæ nefarium & tacitum conſilium, de euertendo Solymis dominico ſepulchro, quod à Byſantino Imperatore centies quingentis aureorum nummum millibus impetrare moliebãtur. Sed dum ille recens imperium Ferrariæ firmat, dumq; Gallia alta pace fruitur, in Belgium diuertamus.

Poſtquam deſponſis Alberto & Iſabellæ dotale Belgium, tabulis connubialibus Philippus addixit, qua ſemper incenſus fuit proferendi imperii cupidine, Franciſcum Mendoſam Tarroconenſem Amirallum ad Cæſarem oratũ mittit, vt ſex poſtulatis annueret: primum fuit, vt Rodolphus Imp. gentilem ſuum Philip.

Digitized by Google

Philip. vicariatu Veſontii donaret, vrbs eſt in Sequanis quam iure feudi clientelari obſequio, ab imperiali camera Guillielmus Naſſouuius Arauſienſis Dynaſta poſſidebat, cuius bona ob vaſſali noxam legibus feudorum, fiſco ſuo Philippus iampridem applicuerat, propoſito exemplo Cæſari, vt ſimili iure (quod in Germanis inualuit) Veſontium Naſouuiis adimeret: Mendoſæ vero ſic paucis Rodol. exploratum habere quantum interſit agnato Philippo, in comitatu ſuo Burgundico, amicos & fœderatos habere Veſontinos, quam mature fieri poterit, de tota re deliberaturum cum imperii ordinibus, Amirallus non vtiquã huic reſponſo acquieuit, adiicitq; conſilia exquiri nihil eſſe neceſſe, in gentem Bæticã imperii proceres non paucos iniquiores eſſe & maleuolos, rem eſſe ſui ſupremi arbitrii & poteſtatis, vt quæ impatiens ſit conſortis: cui Cæſar: decori ſibi inſeruiendum, nec inconſultis principibus imperii rite negotium peragi, admoniturum vt æquis animis poſtulata accipiant, rogare Hiſpanum ne hæc tantilla mora illi tædio ſit. 1598.

Rex Hiſpania à Cæſare Rodolpho multa poſtulat.

Altera petitio fuit, vt Cæſar pro hoſtibus habeat illos, qui inter Belgas & Batauos fœderi aduerſantur, tacitiſque molitionibus bellum alunt: cui Cæſar expectandos eſſe quos ad conciliandum pacem oratores miſerat, vbi reduces fuerint, accepto quid promouerint, Regem Hiſpanum certiorem facturum, & quam impenſe percupiat Belgicas omnes prouincias ab inteſtino & domeſtico bello feriari. At legatis illis à Cæſare in Batauorum comitiis reſponſum eſt, cum Hiſpano iampridem omni commercio & fœderi renũciaſſe; perſtare in eum hoſtili animo, nec poſſe adduci vt propenſiores ſint.

Tertia poſtulatio fuit, vt Cæſar in Iuliacenſi & Cliuenſi ducatu, pro dominum & conſiliariorum Senatum conſtitueret, qui Ioannis mente capti vices agerent, ſi quando fatis concederet, vt erat expers thori & prolis, ad Aquilam plumæ iſtæ redirent, hoc eſt, ditio illa clientelaris caduca facta, imperio ſeu ramus olim ab arbore ſua diuulſus ſtirpi coaleſceret, mox in Albertum fratrem Cæſar ipſe feudali obſequio poſſidendum tranſmitteret.

Imperator ad iſta: ſtatuiſſe illuc vnum vel alterum prudentia & auita religione viros inſignes mittere, qui dynaſtiæ rebus proſpiciant: Interea Hiſpaniæ Rex præſidiis pacate tamen & innoxie cõfinia tueatur, ne illi quos Ioannes ipſius hæreditatis expectatio contingit, exaſperentur & turbas concitent: Admiralus moleſt' interpellator Cęſarẽ vrget, vt mentẽ apertius de Iuliacenſi & Cliuẽſi ducatu ſignificet, quo Rex Hiſpanus rẽ oẽm bellicam in expedito habeat, rogat vt Ioannis gentilibus præcipiat ne ſtudeant rebus nouis, neq; quid aduerſus Cæſaream regiamq; maieſtatem moliantur, atque etiam delegatis in Duyſſelportenſibus comitiis perperam & nequiter agentibus poteſtatem abroget, domumque reuocet, ne rebus in peiorem ſtatũ adductis, rex Hiſpanus acerbiora remedia malo ingraueſcenti adhibere cogatur, Imperialium principũ pro ſua dignitate habendam cerierationem.

At cauendum ne nimia obſeruantia Cæſari damno ſit. Tarraconenſi verboſius agenti Cæſar ipſe paucioribus infit, curaturum vt qui aliquo ſpecie iuris in Cliuenſi ducatu ducuntur quieti ſint, nihilq; in vetitum nitantur cum penes illum ſtatuendi ſumma ſit poteſtas.

Digitized by Google

1598. Quarta petitio fuit vt decretum imperiale latum in Aquiſgranenſes, quā primum & pleniſſime executioni mandetur, at illo indictum vt prætura vrbana & faſces magiſtratuum Proteſtantibus abrogarentur, reſtituerentur Orthodoxis, atque ab illa vrbe quæ Caroli Magni Mauſoleo gloriatur nupera religio faceſſeret: cui Cæſar, non modo annuere poſtulatis, ſed Hiſpano impenſius decretum opere perfici cupere.

Decretū imperiale in Aquiſgranenſes.

Quinta petitio fuit, vt vrbibus quæ cum Iberis mercium conſuetudinem habent, aduerſus prædones Anglos, pelago ipſiſque littoribus omnia expilantes proſpiciatur: Cui Cæſar de illarum ſecuritate nonnihil ad Anglicanam ſuo & comitiorum Imperialium nomine ſcriptum, Illam vero tam alto ſpiritu & contumelioſe reſcripſiſſe, vt referre pudeat.

Poſtrema hæc fuit petitio, vt cum bona venia Cæſaris, Hiſpano fas ſit ſeptē circiter legiones in imperii finibus conſcribere, cum milite plurimum indigeat, vt ad ſanitatem & obſequium ſuos ferocientes Batauos, quos lenitate non potuit, vi & ferro reuocet.

Cui Cæſar, expectandos oratores de pace, omnia prius ratione & conſilio experienda quam grauiores belli apparatus inſtruantur, de ſua in Regem Catholicum propenſiſſima voluntate ambigere neminē, cum pro eo militum delectus haberi, non ſemel in imperii finibus pertulerit, quod æmulis hoſtibuſq; ſuis perfracte negatum fuit, qui tamen inconceſſe & furtim aliquot manipulos conſcripſere, inualeſcentis Turcæ vires monere ſatis Germaniā vt ſibi primum conſulat, & ad domeſtica propellenda bella, ſuis præſidiis potius vtatur, quam ad externa aliis vtenda concedat. Quod ſi in Vngaria Chriſtianis res ſecundæ id ferant, non refragari quin huiuſcemodi cohortes conſcribantur.

Interea Philippus capularis. proli metuens Philippum filiū Margaridi Auſtriæ, Albertum Auguſtæ ſeu, vt aulico more loquar, Infanti deſponſauerat, ſed vtriuſq; hymenæos thalamoſq; iugales patris fatum anteuertit, dum parat ſe Albertus ad hæc læta & genialia, dū Iunoni Diiſq; iugalib. litat, ecce de preficis, pollinctoribus, ſandapilariis, & deſignatorib. ferale accipit nunciū, cū tota Aula Belgica fit ater & pullatus, ſed vt in iure dicitur, mortuū aperire oculos viuētis, hoc eſt ſuperſtitē obire munia defuncti, Albertus iuſtis perſolutis, patrio ſolo ad nuptias abit, in Auſtriā ꝓperat, Margaridem ad Hiſpaniæ nouellum regem & ſponſum deducturus, ille per Nemmurum, Lucemburgū, Treuiros Vitembergā Bauariam accolaſq; Rheni principes & gētes iter facit, ab omnib. nullo diſcrimine religionum, magnifice oppipare, apophoretis, munerib. luculentis rerumq; nouarum oſtentis, viatico pabulo & commeatu inempto excipitur, totq; peractis viarum anfractib. tandem in comitatum Tyrolenſem aduenit, vbi Margaridem nuptiarum pactū & rarum pignus ſuſcipit, illa ingenti Hungarico tū equitum ſepta comitatu, ſe ſociam itineris Alberto gentili & paranimpho cōmittit, dum in Italiam contēdunt Tridenti tantillum morantur: vrbs eſt contermina Italię & Heluetiis œcumenicæ ſynodi conſeſſu notabilis: hinc progreſſi, in Venetorum fines vbi deuenere, mandato Reip. Marg. ris ſalutatur Auguſta Hiſpaniæ. Illa & Albertus cum vniuerſo comitatu aulico decem dierum viatico & ſumptu quandiu in Venetis finibus morati ſunt excepti.

Accipit Albertus nuncium de obitu Regis Hiſpaniæ.

Albertus in Auſtriam properat ad ſuſcipiendā deducendāq; Margaridē ad maritū.

Vin-

Vincentius Gonzaga Mantuæ princeps, certior factus de ingreſſu Margaridis & Alberti in ſuam dynaſtiam, per celeres equos decemuiris ex ſua gente nobiliſſimis comitantibus Auguſtam ſalutaturus, ad traiectum Mincii ſubſidet, Gõſaga non ſcapham, lembum ratem ſed nauẽ dixero (quamquam in flumine nõ ſolitam dici) compingi, curauerat, triclinia, cænaculum, tabulata, ergaſtula deniq; quodcumq; in lapidea & ingenti regia firmari poteſt continentem, eam aureis & tapetis auro argentoq; intextis ornatam Margaris, Archiduciſſa mater & Albertus conſcendunt, vbi pedem immiſere, accumbunt lautiſſimis menſis, tam exquiſito epulo vt fidem ſuperet, hinc flumine infero Ferrariam deuehuntur. Clemens poſt ictũ fœdus reliquũ æſtatis & autumni exegerat Ferariæ, dubium an amœnitate loci an noui incrementi ad Sedẽ Apoſtolicã deſiderio, an expectatione Margaridis & Alberti vt ſponſaliorum ſacra & ritus perageret. Clemẽs de aduentu certior factus, eo loci vbi in continentem erant egreſſuri, miſit Cardinales Aldobrandinum nepotem aliumq; titulo Diui Clementis, cum effuſiſſimo delectu Cardinalium Antiſtitumq; ac equeſtrium nobilium, illi Auguſtæ carrucam offerunt, inſigniter fabrefactam auriq; puriſſimi laminis interlitam vſq; ad rotarum ferruminationem, quam terni iugales niuei ephippiis ſericis & aureis inſtrati trahebant: illa Auguſta Archiduciſſa & Albertus deuehuntur, ad portam vrbis occurrit Hiſpanus orator, & herili ſponſæ lecticam intexto auro ſtragulis opertã vice ferri argento compactam, mulabuſq; inſtar Olorum albicantibus (quod in hoc pecore mirum eſt) tractam, cum rheda non imparis ornatus, aurigis vtramq; agitantibus aureo veſtitu micantibus offert ingreſſa vrbem in factitiam extemporaneamq; domum deducitur expectatura Cardinalium Senatum, qui paulo poſt acceſſit & de aduentu regiiſq; hymenæis gratulatur: peracta breui concione aſcendit Auguſta equũ album pacatum leniq; greſſu incedentem, Archiduciſſa ſimiliter candidum ſonipedem eoq; ornatu iam fuſco & inclinato die, vrbem tædis & facibus alioquin vndiquaq; collucentem indrediuntur, ordinem ducum procerum equitum tum pontificiorum tum exterorum prætereo, quod hæc ratio ad rem temporis & Annalium non facit, ſatis ſit indicaſſe, cum paſſim opuſcula de hac pompa & apparatu variis linguis extent, ex quibus iſta carptim delibauimus.

1598.

Auguſta Hiſpaniæ & Albertus tota Italia magnifice excipiuntur.

Nauis quæ ſua compagine Palatiũ æquabat.

Auguſta ſubit Ferrariã.

Poſtridie audito ſacro Pontificis, eius cõuiuio Auguſta, mater & Albertus excipiuntur. Luce dominica 15. Nouẽbris quæ ſpõſalitia fuit, atratæ veſtes ob recẽs funus Philippi regis poſitæ, & in feſtas & geniales mutatæ. Auguſta candida ſtola vittiſq; ſerici operis admirabiliſq; texturæ redimita caput diademate, tota fulgẽs gẽmis, comitantib. geminis Cardinalibus ſubſequente Archiduciſſa matre & Alberto atq; auguſtiſſimo principum delectu, in quibus Aumalius Gallici & Lothareni ſtẽmatis inclitus heros plurimum eminebat, ad Clementem in pontificalib. celebratutũ ſponſa deducitur, hinc in ſolio aureo illinc Albertus media Archiduciſſa collocantur, præmiſſis miſſę ſolennib. ad pontificem accedũt, mandatũ Hiſpaniæ regis ad Albertum de ineundis peragendiſq; ſuo & vicario nomine nuptiarũ ritibus perlegitur, quo perlecto probatoque Clemens Margaridem Alberto Hiſpaniæ regis vicario deſpondet, contra aliam mox perſonam induit

Digitized by Google

1598. Albertus, nam lecto mandato quod Iſabella Clara Eugenia Duci Seſſiæ miſerat, illi deſpondetur, his peractis tota Ferraria in conuiuia, publicas commeſſationes, luſus, choreas, tripudia, ouationes, ſpectacula & circenſia certamina effunditur.

Deſponſatio.

Mantuam paulo poſt regreſſi ſunt, vbi omni genere ſpectaculorum, conuiuiorum, artificiorum, deliciarumq; à Gonſaga nouendiali publico ſumptu, inemptis dapibus excepti ſunt, non immoror ſigillatim enarrandis his, quę nullum opus poſt ſe relinquunt, quod in Annalibus ſtultus labor ſit qui ſerium præcipit. Mantua digreſſi Mediolanum pergunt, & immorantur expectantes temperiem veris mariſq; tranquillitatem.

At ſinamus eos ibi deliciari, agere hilaria, increpare Zephyros morantes, redeamuſq; in Belgium pro tædis Hymenæorum claſſicum Martis audituri, faceſq; belli inſpecturi: In Hiſpaniam nuptiarum ergo Albertus migraturus, Tarraconenſi Thalaſſiarcho & proregi ſuo in mãdatis dederat, vt inſtructiſſima acie in Iuliacenſem & Cliuenſem ditiones irrumperet, & quæcumq; poſſet caſtra & vrbes ad Rhenum inuaderet, quarum præſidiis vadum & alueum fluminis haberet expeditum aduerſus Tranſrhenanas vrbes, quæ pro fœderatis Batauorum ſtabãt. Tarraconẽſis ex præcepto numeroſiſſimam aciem equitum peditumq; vltra Mozam educit, ac in Iuliacenſi agro caſtra metatur, cumq; propius Rheno acceſſiſſet, non longe à Colonia Agripina, accitis coactiſq; vndiq; ſcaphis, lintribus, lembis, & omni genere nauigiorũ pedites tranſmittit, trabibuſq; in modũ ratiũ coagmẽtatis, machinas, tormenta equites & impedimenta caſtrorum traduxit. In Cliuenſi agro præter fidem & inducias, Tarraconenſis oppida & caſtra expugnat, diripit, prædatur, nihilq; non hoſtile & barbarum facit.

Tarraconẽſis Amiralii ſæuitia.

Mauricius Hollandiæ fœderatorum anteſignanus, his auditis confeſtim ex vrbibus educit præſidiarios milites, in inſula Gueldriæ caſtra collocat, & qua vadum erat decem machinas ad munimentum caſtrorum euehit, aggere & foſſa ſe cingit, proximaſque vrbes, *Zutphen, Grolo & Breſfort*, quæ in fide ſtabant præſidio firmat, hoc fræno exultantem longe lateque ſe effundentem Tarraconenſem cõpeſcuit. Nihilominus Hiſpanus mitior, armatus in inermes Cliuenſes ſæuit, multa oppida, caſtra & vicos expugnat, diripit, incendit, qua feritate plus æquo infenſi ordines Gueldriæ, Iuliacenſis & Cliuenſis dynaſtiæ, hinc ad Albertum oratores in Italiam & vbicumq; locorum ſit, illinc ad Imperatorem Electoreſq; celeriter mittunt, vt de Tarraconenſis perfidia, internecione & clade pluſquam Vandalica conquerantur.

Albertus digreſſus ad nuptias, medio itinere audita querela, nec factum probat nec malis medetur, perfunctorie oratoribus reſpondet, nihil in imperii fœderatos & clientes moliri Tarraconenſem, in Iuliacenſem agrum irrupiſſe, quo aditus & vadum Rheni hoſtibus præcludat, oppida & caſtella quæ prærepta ſint, in ſua eſſe clientela & bona fide, illa per opportune reſtituturum, apud Iuliacenſem agnatum fidem ſuam obſtringere. His lenociniis demulcere incautos voluit Albertus, vt vicinorum gentiliumque diſpendia ſuum lucrum faceret,

fæda.

Digitized by Google

ſæd… & cruenta in iſta expeditione Hiſpanicæ feritatis, orthodoxi & nouatores æque memorant, vel quæ Terei & Thyeſtis veteres fabulas ſuperant, quæ omitto ſciens, ne iniquus in gentem videar, quamuis nihil ad odium vel gratiam ſcribere ſit animus. 1598.

At ſilentium non patitur, expugnatio munitiſſimi propugnaculi ad Rhenum vulgo *Berk* vt Tarraconenſis ille toti Rheno ferociter imperaret, cōfeſtim admoueri machinas & murum concuti iubet, iĉta turri globus fulmineus igne candēs, in dolium plenum puluere tormentario incidit hinc tantum incendium diĉto ocyus exarſit, vt tota arx conflagrarit vi ſulphuris & nitri domibus mœnibuſque late funditusq; euerſis, ita vt duce præſidiario vſtulato & lacero deditionem milites fecerint, hac lege vt cum ſarcinis, armis vexilliſque complicatis catapultario fune extincto, tympanis tubiſq; nihil concinentibus exirent, Tarraconenſis ea victoria elatus finitimas vrbes occupat, caſtra expugnat, nulli mitis, omnibus ferox, cœptis auſiſq; magis horrenda moliebatur, niſi ingraueſcentis brumæ rigor, & penuria commeatus, inuite coercuiſſent: nam dietim cuilibet militum panis exiguus ægre diſtribuebatur, cum ex Rheno potus affatim ſuppeteret. Vnde languor & macies caſtra peruaſit, ita vt ſenſim furtimq; milites dilaberentur. Tarraconenſis cum aduerſus hyemem famemq; pugnare non opis ſuæ crederet, in Vbios, Sicambros & Menapios aciem ad hyemandum deducit. *Obſidio vrbis vulgo Berg.* *Caſus mirabilis.*

Diximus paulo antea Alexand. Mediceum Cardi. à Rege dimiſſum, ad vltimas vſq; metas regni magna præſulum nobiliumq; caterua in Allobrogum fines deductum, dum ibi ſubſidet in ſubalpina regione, vt ſe à longiori itinere reficeret, Secuſiani quique lacum Lemanum accolunt, & Geneuæ ſunt contermini, Capuſſinorum concionibus diſſertationibuſq; cum miniſtris, vt laruam detractam viderunt, & amota nube fidei coruſcantem fulgorem, derepente incredibili omnium conſpiratione qui tandiu ex lacu fecem hauſerāt, calcata illa ſpurcitie ad puros illimeſque fontes orthodoxæ religionis redeunt, & quod ſtupeant poſteri, ſex millia circiter publice ſectam eiurant, à Medicæo medelam animæ depoſcunt & impetrant, qui vniuerſos vice & poteſtate ſuprema Pontifi. a… is reſtituit, ſparſaſque & deuias tandiu oues ad caulas æterni vniuſq; paſtoris reduxit. Poſt victam Bellonam Martemque exarmatum ab illo Alexandro, ad immortalitatem ſummus & Herculeus labor deerat, expugnare Tartara, ſpoliare Auernum, & ex Orco tot ſontes animas elicere & inſontes facere. Immortali opere abſoluto, per Rhetos Romam contendit, atque inuio illo itinere qui ſuperatis tot bellis adeo glorioſus erat, Italorum principum triumphis ouationib. & conuiuijs ſe ſubduxit. *Cōuerſio accolarum qui in confinio Geneuæ ſunt* *Expiantur à Cardinale Medicæo.*

Hoc anno Hollandici, quos merito dicam non tam Argonautas quam Argonautas, vt qui nauigandi peritia Graios illos naucleros ſuperant, ingentem claſſem ad Eoas occiduaſq; Indias adornant, tam ſumptuoſo apparatu quam infœlici exitu nauibus vi tempeſtatum ſparſis laceriſque, proretis & nauarchis interceptis, cæſiſq; à Barbaris accolis, dum illi ſe incautius gerunt, nec Vlyſſæa prudentia à Poliphemis & Leſtrigonibus ſibi proſpiciunt.

In Hybernia, aduerſus Comitem Tyrium confœderatoſque accolas, pro teti-

1598. nenda religione orthodoxa, infœliciter pugnauit Anglus, iugum illius, Hyberni cum odio gentis tum amore inſuperabili auitæ fidei detrectabant, accitis auxiliaribus Hiſpanis, non quod eos minus oderint, ſed quod rerum anguſtiæ etiã à quocumque ſuppetias depoſcere adigant: Britannos Anglos Scotoſq; vbertas inſulæ, cœli temperies, inſectorum reptiliumque venenatorum neſcia tellus (ferunt enim illam inſulam ſerpentes & Cylindros & id genus noxium & viroſum non pati, quinimo ſi aliunde inuectum ſit vi occulta cœli aut ſoli enecare, vt de Melitenſi inſula id ipſum iactant) pellectauit, pugnaciſſimis gentibus facile fuit rudem & imbellem populum vincere, quib. ingentia corpora, obtuſa mens exoticis artibus nihil exculta, tollerabile iugum & ferenda ab illis ſeruitus erat, niſi imperata noua religione, peſſimam omnium ſeruitutum Angli indixiſſent. Tyrius ille comes inſulæ regulus, in verba Elizabethæ Anglicanæ iuratutũ ſpoponderat, dummodo ſibi populiſque de antiquo & veteri cultu, abunde cautum eſſet, ac de re illa longa illi fuit oratio & diſſertatio cum comite Eſſexæ illuc miſſo, vt inſulam gentemq; Angliæ ſubderet: hinc per æmulos & delatores Eſſexæ comes, in odium Elizabethæ adducitur, quo tantopere exarſit, vt quem in deliciis habebat, gerebatque in oculis nedum illi oculos ſed lucem & caput, ferali nec inſolenti muliebri ingenio laniena ademerit, qua ſuo loco pro ordine temporum noſtra hæc pagina rubeſcet, Anglicana flagitii diritate æternum erubeſcet, morienſq; ſingultib. vocibuſq; repetitis, olim amantiſſimo parentabit.

Comes Eſſexæ in ſuſpicionẽ & odiũ Elizabethæ venit.

Morte afficitur Comes Eſſexa.

Vt ab incunabulis ſuis Lutetia regni caput fuit, vtq; Cæſar de ſe ipſo profitetur, Lutetiam Pariſiorum conſilium tranſtuliſſe, ſic Clerus Gallicanus comitia publica indixit, quo in Eccleſiam qui corrupti mores irrepſerant, emendarẽtur: Guesleus Archipræſul Turonicus longa corona Antiſtitum ſeptus, luculenta cõcione orator Cleri, à Rege depoſcit, vt cum bona eius venia Synodus Tridentina (Gallicanæ Eccleſiæ regniq; libertate & iure ſaluis) ſeruetur, vt ad Prælaturas, cœnobia aliaq; infulata beneficia, quæ fœdere Bononienſi elogiis & commendationi regiæ ſubiacent, nominandi Antiſtitis prærogatiuam abdicaret, Palladio veteri Galliæ è cœlo vbi profugit in terras euocato, vt annonæ, ſtipendia, aliæue indictiones & vectigalia aulicis mereque profanis ex cenſibus reditibuſq; Eccleſiæ tollerentur, ipſaque ſacerdotia libera ſolutaq; ab omni onere in poſterũ poſſeſſoribus relinquerentur, vt Baſilicæ & pene collapſæ vetuſtate & incuria Diuorum ædes ſarciantur, diſterminenturq; à laicorum profanis ædib. ne promiſcuo conuictu & vicinia vt olim & nunc inquinentur, vt beneficiorum reſeruationes, quæ ominoſæ ſunt & votum inducunt captandæ mortis alienæ, inauſpicatæ & ferales penitus abrogentur, ne iunior vegetiorque ſenis & emeriti exuuias ſpe & inhiatione hauriat, vtq; mutua inter Regem & Clerum ſuper decimarum indictionibus pacta illibata rataq; maneant, Clerum obnixe deprecari, ne huiuſcemodi poſtulata rex auerſaretur, ſed qua ſemper fuit in Dei miniſtros animi propenſione, vt æqui bonique conſuleret. Hæc vbi dicta dedit Guesleus, ad iſta Rex:

Poſtulatio Cleri Gallicani perorãte Guesleo Turonenſi Areſia.

Non inficior (ô lumina Gallicanæ Eccleſiæ) ſacri Præſules vera moneri, ſed me neq; authorem neq; ſuaſorem habent Regiæ nominationes, longo ſæculo ortum meum & auſpicia regnandi anteceſſerunt, æſtuante bello vt fieri ſolet in magnis & publicis incendiis ad proximas aquas, hoc eſt ad

Regis ad Cleri Oratores reſponſio.

Digitized by Google

eſt ad quod maxime neceſſarium concurritur, ſedato illo, & pace firmata, in poſterum pro ratione temporū, Quiritationibus veſtris indulgebitur, non ſum dubius Religionem & Iuſtitiam duo eſſe fulcra columnas & axes quib. ſtantibus inclinantibuſq; regnum ſtat, vel cadit, vertitur, aut euertitur, quod ſi penitus exularent, reduces facerem, efficiam vt Eccleſia eniteat eoq; ſit ſtatu & ſplendore, quo ante centum annos efflorescebat, tum mea ſalutis cauſa, tum veſtri priuati commodi, ſed vna dies vt fert Gallica paramia non condidit Lutetiam, efficite exemplo probata vita, vt apud Gallos plus valeant boni mores, quam bona leges, me mei officii memorem facitis, contra vos ego veſtri memores eſſe volo, exhinc nos viciſſim æmulantes, bonum rite & recte operemur, ſi omnib. ea mens eſt & ſtudium res in vado eſt: proaui Reges vos verbis ineſcarunt, ego vero factis me virum præſtabo, in cute totus canus ſum, intus vero aureus, ad conſiſtorij intimi Conſiliarios de libellis ſupplicibus mandatum dabo, vt æque poſtulatis vltro annuant, omni genere officiorum Clerum Gallicanum demereri & obſtrictum facere, quacumq; beneuolentia enitar. ad Verbum mihi operæ precium fuit, regium reſponſum pari argutia & venuſtate ſermonis adæquare. 1598.

At ne hymenæis tædiſque connubialibus ſola Hiſpania exultet, Gallia huius lætitiæ ſibi partem vindicat deſponſata Catharina Regis Chriſtianiſ germana vnica ſorore Lothareni ducis principi filio, operoſe admodum per internuncios peractum connubium, tum ob imparem religionis cultum, tum quod ægre admodum à Gallia ab Aula & ſinu fraterno diuelli, & in exteram gentem licet finitimam traduci ferret, recogitabat illa olim à ſocero Lothareno, ab Hiſpano Rege Philippo, ab Henrico 3. Franciæ & Poloniæ rege, ab Inſubrum & Allobrogū duce, deniq; à potentiſſimis riualibus expetitam, ſed num fato obluctari fas mortalibus? deſtinari cœlo ſponſalia, ſolo perfici, voce vulgari & veriſſima dictum eſt: nupta nullis orthodoxorum conſiliis, rationib. diſſertationibus, ad verum cultum impelli potuit, tenax propoſiti, miniſtrorum ſuſurris & faſcinationib. ita præpedita, vt ſoceri, mariti, Regis Chriſtianiſſimi omniumq; eruditiſſimorū monitis ſe ſe immutabilem præbuerit, rata conſtantiæ ſummam laudem promereri, quod vna tot lenocinia & molimina ſuperaſſet, miniſtri hac gloriæ titillatione mentem illius demulcebant. *Coniugium Catharina Borbonia cū Lothareno principe.*

Sarmatæ Sigiſmundum Sueciæ & Gotiæ regem, lege patria ad Polonicum regnum omnium ſuffragijs delegerant, rati duo regna vno moderatore tranquilliora & aduerſus communem hoſtem potentiora fore, ſed longe aliter accidit, nā qui relictus erat in Suecia prorex Sigiſmundi auunculus, multa pro libidine cōtra antiquæ religionis ritus, & plus quam deceret vicarium moliebatur, vtque in ordinē cogeret a Palatinis proceribuſq; Polonicis impetrata profectione, nauali claſſe *Colmarum* Sueciæ oppidum appulit, Prorex auunculus Auguſtanæ confeſſionis ſectarius, vbi aduentū regis ſubolfecit, affectati regni & manifeſtæ tyrannidis mentē aperit, cogit exercitum, nepoti regi it obuiam, non vna pugna fatigat & laceſſit, varia alea Martis, dumq; arma, pudor excutit, belli exitum veritus per fœciales de pace oratum mittit, quos non audijt Sigiſmundus vt qui Regē à ſubdito & vicario cui regnum auitum credidiſſet, legem pati inglorium & ignauum putaret. Sigiſmundus vrget bello fœdifragum, vrbes obſider, & ferro ſibi viā facit, rurſus vt de iure ſic de pugna dubius, nuncios de pace mittit auunculus, quib. *Rex Polonus in Suecicum ſuum aliud regnum proficiſcitur.*

denuo

Digitized by Google

1598. denuo aſpectum & affatum negat Sarmata, parat ſe pugnæ, quam detrectat hoſtis callidus, Polonicus exercitus hinc ſumpta fiducia ſomno & incuriæ ſe dedit, quod cum per exploratores ſubdolus inſidiator detexiſſet, ſomniculoſos & oſcitantes Sarmatas inuadit, & obuios quoſque trucidat, ac in fugam vertit.

Rex Poloniæ vincitur ab auunculo vicario in Regno Sueciæ.

Rex qui non hanc vicem pugnæ animo conceperat, cum iam in manu ſibi eſſe victoriam crederet, ne hoſti pateret effugium, pontes fluminum deiecerat, vectoria naui'gia imis fluctib. depreſſerat, quod ſuorum ſtragem auxit, nam qui fuga ſalutem ibi quærebant, (quod abiectis armis pene omnibus vnum fuit incolumitatis perfugium) adacti ſunt in medios fluctus ruere, qui altitudine fluminum magna ex parte abſorpti ſunt, Regem equi pernicitas, & ſyluarum latebræ per auia errantem ærumnoſe ſeruarunt, ſic vice verſa qui toties de pace oratores neglexerat, ipſam per ſuos demiſſe rogat, quæ tandem illi ingloria & iniqua, magnoque diſpendio verius empta fuit quam æquis conditionibus conceſſa.

Fuga Polonorum ipſiuſq; Regis.

Acceſſit huic cladi ſæuitia maris, dum enim Sarmatiam repetit, deiecta claſſe ruptis nauib. ſalo vt ſolo æque conflictatus, plurib. ſuorum naufragio ademptis, ægre è fluctibus ad regni littora enatauit.

Turca Varadinum obſidet.

Autumno appetente Turca, caſtris potentiſſimis Tranſyluaniæ metropolim Varradinum, obſidione cingit, præfectus vrbis vir ad præſidium ſolers, bellica laude & litterarum peritia magnus, tacita conſilia & molimina occultæ obſidionis longe antea ſubolfecerat, & ne propulſandæ tantæ vi impar eſſet, vel per incuriam in obſeſſa vrbe deſideraretur abunde proſpexit, telis, machinis, puluere ſulphureo, annona, pabulo, commeatu denique omni penu ſe affatim inſtruxerat, ille bellice facundus concione Tyrtea militum animos ad caſtri propugnationem accendit, qui hoc claſſico facti imperterriti, quantumuis ſtupendum Turcicum apparatum deſpiciunt, vrbs vt quæ arieti & baliſtis impar eſſet, exuritur, in arcem Chriſtiani ſe recipiunt, in ædium ambuſtarum areas ſuccedunt Barbari eo numero, qui vel legentibus terrorem faciat, ſubrepunt foſſæ & aggeri, lacunas & paluſtrem aquam foſſæ exhauriunt, vliginem & limum exſiccant, ſubſtratiſq; viminibus nemorumq; fragminibus calcabilem faciunt, murum quatiunt, inuictus ille præfectus iureiurando milites adigit, ne quis de deditione verba faceret, niſi præſenti diſcrimine vitæ, fortiſſimi commilitones viciſſim caſtri arces & propugnacula diuidunt, ille hunc aggerem, iſte hanc arcem, alius aliud propugnaculum, deniq; nulla pars muri ſuo ſingulari & ad id potiſſimum relicto propugnatore & præſidio vacat, omnibuſq; & ſingulis vna mens & cura fuit ne incauti, improuiſi & incuſtoditi inuaderentur.

Turcæ riuulum quo ſaxum molare ad comminuendum triticum voluitur, auertetant, per cuniculos molem ingentem caſtri furtiuis foſſorum operibus excindere moliuntur, hac detecta ſubterranea fraude, aduerſariis molitionibus, quatuor præcipuæ fortitudinis equites, hoc vulgus cuniculariorum abigunt, bidentes, vncos, harpagines, auferunt, ſed mox fodinas repetunt, dumque effuſiſſimis turbis altius ſuffodiunt & in terræ penetralia deſcendunt, ſcaturigines vbertime enaſcuntur, atteмq; omnẽ cuniculariam irritam faciunt, ita vt ignoti latices ad

ces ad

Digitized by Google

ces ad ſalutem Chriſtianorum diuinitus exorti crederentur. Vngarici qui præſidio relicti erant in propugnaculo ligneo, noctium vigiliis fracti, vbi grauior ſomnus eos demerſit, à Turca inuaduntur, tormentariũ puluerem in cuniculis abditum accendunt, at vis illius in barbaros diſploditur & impetũ fecit, ita vt chaſmate & hiatibus terræ non pauci conditi fuerint, Turcæ nihil deterriti, quernam fabricam inuadunt, ſed inani conatu, internecione octo Turcicarum cohortium vnde ſuperſtitum magna conſternatio, ferunt in ipſo æſtu Martis fœminam ſeu Lacenam & Panthaſileam haſtili longe depuliſſe inſultantes barbaros, nec maſculo facinore prius deſtitiſſe, quam grauiter ſaucia ad curam vulnerum abire coacta ſit. 1598. *Muliebre facinus egregium.*

Nihilominus iterum atque iterum Barbari, qua parte non erant erumpebant ſcaturigines, cuniculorum artes tentant, maiore quam vſquam antea pulueris aceruo: ſed res mira & relatu omnino digna contigit, duo Turcica mancipia ingẽtem ſarcinam pulueris deferebant, Chriſtianus ignium bellicorum artifex, in eos iacula flammẽtia tam certo iactu torquet, vt admota pulueri, leui attactu ignem concitarint, qui ſequaci tractu in congeriem pulueris ſeu ad pabulum repente oberrans, in fumum & cinerem tam operoſum laborem Turcarum conuertit. *Caſus mirabilis.*

Hac decumana clade penitus fracti Cal. Nouembris caſtra ſubmouent, & grauiſſima obſidione laceram nutantem & prope lapſuram arcem, liberam relinquunt.

Aliunde non fœlicius Chriſtiani ad Budam pugnarunt, nam 15. Octobris intercepto à Chriſtianis propugnaculo, quod vocant *Potentiane* ita ſæuo Marte & anguſtiis coacti ciues, vt ad deditionem prece clamorib. eiulatu Turcicum propugnatorem cogerent, feciſſetq; ſed æmulis præfectis audacior factus, cæli intẽperie magis quam armis vrbem protegit: imbres enim effuſiſſimi catapultarum vſum ademerant, ita vt relicta obſidione Chriſtiani in hyberna ſe contulerint. Tota hæc hyems nimboſa fuit cuius illuuie Tyberis prodigioſe Romæ intumuit.

At dum Clemens nimium Pado immoratur, Domini natalitia celebraturus Ferraria Romam redit, Tybrim indignantem & deſpumantem inuenit, vel maiori elluuie quam olim ſubcognomine & anteceſſore Clement. 7. mihi ſeruo in ſcriniis, ad fulciendam fidem eorum quæ ſcribo, Tyberini diluuij non damna ſed portenta ſtupenda ipſo relatu: at quantum fuerit vel hoc vno conijcere licet, quod Romæ, quæ peculiari elogio ſanctitatis commendatur, à qua totus orbis colendi ius & exempla capit, ipſo die natali Seruatoris, in decliui tota vrbe, nulla ſacra in Baſilicis peracta, cum fluctibus omnia tenerentur, vt non ſolum in tabulata & editiora loca & delubra profugi vndis non leuiter infeſtarentur: Diui Bartholomei vna ædes quamquam prona & depreſſa parte vrbis, nullos fluctuũ aſſultus ſenſit: irrideant illa, qui nedum humana ſed quæ ſunt vltra vim mortalem: tamen Apoſtolici corporis reliquiis pie & religioſe creditum Tyberim ſuam ibi exarmaſſe feritatem. Clemens parte illa quæ ſeptem geminis collibus editior eſt, ciuium cum vndis & fame luctantem vicem miſeratus, qua parte potuit au- *Inundatio Tyberis.*

 xilia, &

Digitized by Google

1598. xiſſa, & ſolatium ſubminiſtrabat, vt ſubitaneum eſt incrementum fluminis, ſic celerrime decreſcit, improuiſa autẽ nocte intumuit, dũ ſtratis quieſcitur, ima omnia occupantur, quadraginta circiter captiui qui turre incluſi erant, ſuperante fluctu nemine opem ferente obruuntur, nunquam verius & magis ad rem, Flacci de Tyberis illuuie querela à romanis vſurpari potuit.

Ode 2. lib. 1.

Vidimus flauum Tyberim retortis,
Littore Ethruſco violenter vndis
Ire deiectum monumenta Regis
Templaque Veſtæ.

Irritum colloquium de pace inter Hiſpanum & Angliam.

Veruineo fœdere, Rex Chriſtianiſſ. Elizabetham vt fœderatam, & dum bello ipſo dubiam fidem fortuna ferret, non illi parce nec auariter auxiliatricem comprehendi enixe poſtulauerat, quaſi faſtidientem impellit & vrget ad fœdus, Boloniam ad Oceanum mutuis colloquijs, de pace inter illam & Hiſpanum vltro obtulit, viciſſim legati annuebant, ſed dum in ſedendi & præeundi ordinib. tempus terunt, & decertant de ſedibus, paci nullam ſedem & locum relinquunt, Reges Galliæ in publicis comitiis ſunt citra controuerſiam, Romæ in Synodis, in Germanici imperij conſeſſu, ac vbiq; gentium antecedunt omnes, vnumq; Regem Chriſtianiſſ. agnoſcit Byſantinus Imperator, ita vt quotquot Chriſtiani ſuas ditiones peragrant, nomine Gallico & ſub vmbra liliorum ſe protegunt, ſic rei iamptidem ratæ & indubiæ Hiſpani in primordiis conſeſſus Veruinei faſces ſubmiſerunt, & primogenito Eccleſiæ recentiores Chriſtiani loco ceſſerunt.

Regib. Galliæ de prima ſedendi prærogatiua nulla ſit controuerſia.

Clemens VIII. vt ex Anteceſſoribus nonnulli, immundis hominibus conchiliatum galerum & purpuram non inquinauit, ſed collata illa eruditione & pietate inclytis hominibus, iam infuſcatam, & obſcuriorem deterſit.

Sub Euariſto & Anacleto 14. Cardin. tantum.

Summa enim illa dignitas (nec enim altius ſacerdotium euehi poteſt) iampridem numero laborabat & viluerat, cum ſub Euariſto, vel vt aliis placet, ſub Anacleto, non plures quam quatuordecim inſtituti fuiſſent Cardinales, quod olim Roma ſub Cæſaribus in totidem regiones diſtributa fuiſſet, gentilitate enim eliminata vbi caput imperij fuerat, Chriſtus ſeruator lapidem angularem, Eccleſiæ ibi fundatam eſſe, & poteſtatem imperij in ſacerdotij dignitatẽ conuerti voluit: dehinc Cardinalium excreuit numerus, & vt Ethnicus ille creuerunt & opes, & opum furioſa libido, creati 60. qui totidem diſcipulos referrent, teſte & arbitro Petro à monte, in monarchia conſiliorum, ſed fines iſtos mortalium ambitus egreſſus eſt, quandoquidẽ Zabarella doctor purpuratus, dolet ſuo æuo 236. fuiſſe, qui Romano oſtro & murice coruſcarent; Iulius II. & alij vitæ ſolutioris, impuberibus propudioſiſque hominibus (quaſi gemmam in lutum, violas in volutabrum demergerent) contulit, ſed longe aliter ab illis Clemens qui purpuræ aurum intexuit, hoc eſt, putiſſimis Cleri luminib. aureiſque hominibus, ſummum hunc galeri honorem indulſit, ita vt non ab illo tam exornentur quam exornent illum, quod ſi in Eccleſia is ſemper delectus habeatur, proculdubio primæuum & qualem ſæculo Apoſtolico habuit nitorem recipiet: cooptati in ſacrum colloquium fuere Petrus Aldobrandinus, Bartholo. Cæſius, Franciſcus de Sourdis, Cæſar Baronius, Bellarminius, & plures, duo illi ſtilo meo non indigent qui celebritate

Effuſior numerus Cardinalium.

Creatio Cardinalium.

britate ſui nominis totum orbem impleuerunt, vt merito diuini vatis illud vſurpare poſſint: 1598.

Quæ regio noſtri non plena laboris?

Ille, Pontificum Cæſarumq; diſcuſſis temporibus, faſtos Annaleſq; Eccleſiæ, mole ſtupenda operum, labore cum annorum curriculis increſcenti conſcripſit, centuriatorum Madeburgenſiũ probra diluit, mendacia detexit, fabulas exploſit, vt vere Cæſar & anteſignanus, Centuriones iſtos enſem & clipeum abijcere, manus dare, herbamq; porrigere cogat. Alter cote diſſertationis ingenia exacuit, ad configendã hæreſim ex Pharetra ſcripturarum acuti mucronis iacula ſubminiſtrat, ſuiſq; controuerſijs effecit vt in poſterum controuerſiæ eſſe deſinant. Et volucris fugit dies, & anni labuntur, occidunt ſed redeunt Soles, at mortalibus longe ſors aduerſa, cum enim breuis illa lux occidit longa illis dormienda nox eſt: Finis huius anni vitæ Germani Audeberri finẽ impoſuit. Ille æuo natus cuius impoliti, & rudis ſcabriciem aſcia politioris doctrinæ, Fran. I. accitis vndiq; magnitudinẽ præmiorũ in re literaria principib. viris perpoliuit: in Galliam tunc tẽporis pene ignoras Muſas & Latiam poeſim ex Italia elicuit Audebertus, ad quã cum à natura faberrime eſſet efformatus, in eius delitijs tota vita longe ab omni ambitu placide conquieuit, ex peregrinatione Italica, quam adoleſcentior perfecerat, cum multa ſcitu digniſſima penitiſſime obſeruaſſet mandaſſetq; priuatis commentarijs, vt oculus ille Europæ, ſedes Romulidum, exuuijs reliquijſq; colẽdæ vetuſtatis abundat, principes vrbes Romam, Venetias, & Parthenopem, Epico opere laudauit, à re laudata laudem ampliſſimam conſecutus & præmium pleniſſime glorioſum: Gregorius enim 14. ac Veneti illum ciuitatis iure & equeſtris ordinis dignitate donarunt, effuſius Veneti, qui per oratorẽ ſuum in ſuburbano Tybure Gentiliaco, aſſidente ſpectaculo & conuiuio longa corona hominum litteratiſſimorum, Audebertum torque aureo diui Marci inſigniuerunt: Itali, noſtris vel tacite probrum obijciunt, illi enim nec tantillum ſcriptorem ingiorium vel indonatum ſinunt, noſtrates vel à ſcriptore ipſo pro dedicatis lucubrationib. vectigal exigerent, eo faſtus euecti vt à ſui nominis titulo liminarem paginam vt plurimum promereri credant, quaſi ab hedera falernum famam capiat; nec iam mirũ eſt ſi bonæ artes neglectius colantur & penitus collapſæ ſint: audiant illi veterem querimoniam æui minus obſoleti in litteris.

Elogia Baronii & Bellarmini.

Encomium Germani Audeberti Aurelii.

Gergo. 14. Rom. ciuem Veneti ſuum crearunt Audebertũ quod Romam & Venetias Epico opere laudaſſet.

Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones.

At exterorũ munificentia non illiberalior, erga indigenam ſuum Audebertũ, Henr. III. qui ipſum gentemq; ſuam futuroſq; ab illa, patriciatu & nobilitate inſigniuit, & quod ſummi decoris teſtimonium eſt, in faſtigio ſtemmatum Audeberto geminos flores liliorum permiſit, ille autem vitæ tranquillioris cupidiſſimus, cum ſola fama auſpice altiora appetere poſſet, in præfectura Aureliana, vectigaliũ & indictionũ vltro conſenuit, cum vero Henr. III. quẽ vocant præſidẽ in eo tribunali creaſſet, æuo & meritis præcellentẽ Audebertum antecedere conſiſtoriali decreto iuſſit. Filius in Armorico Senatu conſcriptus, probitate & eruditione quã ſimillimus, ex mœrore vt credibile eſt, poſt diẽ quintũ mortuus, eodẽ familiari ſepulchro includitur, marmorea tabula inciſis verſibus Audeberti co-

Henr. III. Audeb. Ius nobiliũ ſuaq; gentili liorum duos floſculos in acumine ſtemmatum indulſit.

1598. thurno longe inferioribus, quos tamen magis ob fidem quam venuſtatē & mundiciem è conditorio excerptos prætermiſſos eſſe nolui.

Audebertorum Germani patris, & Nicolai filii Titulus.

AVdebertorum ſi quis depingere laudes
Cogitet, ille ſibi nihilo plus explicet, ac ſi
Inſane ſapiens, Solem illuſtrare laboret,
Parcendum verbis igitur, vanoque labori
Sit dixiſſe ſatis, ſitus hic iacet Audebertus.
Et pater & natus, Patris cito fata ſequutus.
Nominat hæc quiſquis ſincera nomina lingua
Virtutum & laudum Gazas, ſimul eruit omnes
Quas qui neſcierit communis luminis expers
Credatur, furuis ſemper vixiſſe ſub antris.

RODOLPHI

Digitized by Google

RODOLPHI BOTEREI
IN MAGNO FRANCIÆ CONSILIO ADVOCATI,
COMMENTARIORVM DE REBVS TOTO PENE ORBE GESTIS,

Liber Sextus.

SVPERIORE anno pacta connubialia Heroinæ Nauarreç cum Lothareno principe delibauimus, nunc deducenda ad thalamũ: tabulis nuptialibus cautum erat, eam pro fundis dotalibus, ducatus Albregenſem, Armeniacum, & Ruthenenſem habituram, eorumque titulis & elogiis in poſterum nominandam, & ad liberos ſi extarent, res huiuſcemodi dotales loco maternæ hæreditatis deueniret, de dote & dotalitiis vtrinque ſedulo prouiſum, ſed de inauguratione ſacriſque ritibus coniugii, more maiorum vna vrgebat religionis diſparitas, fixum immotumque animo ſponſæ manebat, non mutare cultum, æmula matris Ioannæ Nauarreorum Auguſtæ, quam ſibi perpetuo ad imitandum, ad eiuſq; normam & conſtantiam in religione hærere ſibi propoſuerat, Regi & ſponſo monentibus vt vel illo actu orhodoxo nuptias non abnueret, reſpondet & cauſſatur, ſibi leuitatis probro datũ iri ſi ad catholicam reuerteretur, cum ab ea ad eam, quam profitebatur, reuerſa eſſet (nam vt obiter moneam veteri & Romana non leui tinctura & educatione imbuta fuerat) nihilominus vt erat bene morata Herois, credula ſapienter monentibus, & vltra ſexum litterata, Lothareno coniugi iniuſſa & vltro annuerat, ſi errare doceretur ab errantibus defecturam, nihil non Rex tentauit, nulla conſilia, diſſertationes, blanda, acerba colloquia nihilque apud mortales immortaleſque, Rex prætermiſit, quo eam ad aras reduceret, quamuis illi nullum efficacius ad imitandum exemplum, quam ipſa Regis vltronea cœliruſque præmonita ad Eccleſiam reuerſio, tandum cum ſuidam moneret, quæ & pertinaciæ apud ſuos demereri crederet, Rex qui vel priuato exemplo nouit ſua-

Heroina Nauarrea nuptias inire ritu Catholico recuſat.

Digitized by Google

1599. deri poſſe non imperari religionem, animos & affectus haud poſſe coerceri, publice profitetur, de religione ſorori liberam mentem facere, rogat tamen quo ad ſaniorem ſibi viam præmuniat, vt Aulicas quaſdam mulieres ſeu præſtigiatrices, quæ illam faſcinabant, aula & ſuo comitatu abigeret, quæ cum à cunis eam aluiſſent hinc ſibi audendi ſuadendique pertinaciam, ſpiritus indomitos ſumebant.

Rex ex occaſione venandi Lothareno occurrit. Die ſponſaliorum Lotharenus, cum fratre Valdemontio Comite quadringentis equitib. ſelectiſſimis Lutetiam aduenit, Rex venatum exiuerat, deflectitq; in eam partem qua Lothareno occurreret, vt in conſpectum venere, in mutuos amplexus itur, fraternæq; nuncupationis fit initium, coeuntibus equitum turmis, ſimul vrbem ſubeunt, ipſamque Luparam quo ſponſus it cœnatum & hoſpitatum aſſidente ſponſa, cæna peracta in multam noctem choreæ & tripudia luſuſque perſonatorum trahuntur, nutu & alloquiis de coniugio ſe lætiſſimam præbuit, vel hoc vno quod falſi vates arguiſſet, qui eam nulli vnquam nupturam ſomniauerant, quorum vaniloquia hoc Virgiliano deluſit, *Grata ſuperueniet quæ nō ſperabitur hora*, id ipſum quæ Latine ſciebat vſurpare ſolita tandem licet ſerior nacta eſt nuptias.

Arioli Auguſtæ Nauarreæ prædixerant nulli nupturam. At illa ſpem Regi & ſponſo fecerat, de mutanda religione ſi quam profitebatur nuperam & commentitiam eſſe doceretur, res tantæ molis erat apud veteranam, ad id tamē pro Orthodoxis Andreas Valla, Phill. Guamachæus aliiq; primeæ claſſis inter Sorbonicos delecti, pro nouatoribus qui ſunt inter eos primipili, at illi delibato colloquio arenæ ſe ſubducunt, cauſſati res Theologicas argutiis & diſſertationibus, quas ſophiſticas vocant, non eſſe diſcutiendas: caute admodum hanc fugæ anſam præripuere, quod philoſophice nihil ſciant, cum tamē ſophiæ pars illa quam vocant ſcholaſticam, ſit lapis & Cynoſura per Symphlegadas opinionum, eamque hæreticæ prauitatis detegendæ artem quam Thomas Scotus ne cæteros nominem, inſtituerunt, dum tota Lutetia exitum publicæ diſquiſitionis expectat familiariter & pene domeſtice Gordonio Scoto qui ad ſociale certamen aſſumptus fuerat, vtebar.

Cui ego per multos annos in litium variis ambagibus operam impendi, ille auerſus ab aliis, longe aliter ſentiebat nec Miſſam auerſabatur, ſed veterem & qualis ſæculo Tertulliani celebrabatur probabat, eamque ſuadere, inculcare in omni conſeſſu eruditorum enitebatur, ſi fidem fallo, ſi ſomnia fingo, teſtes mihi erunt à decennio quotquot ſunt in magno Conſilio, qui Gordoniū litium multarum hominem, alioquin optimum & eruditiſſimum nouerunt, qui tādiu Prætorianis Conſcriptis dum lites ſuas commendat, ægregium opus de veteri Liturgia pollicebatur, ſed vt eſt in prouerbio *citius pariant Elephantes*: poſtquam illa diſputatione nihil profectum, viſum regi & omnibus, ſororis conuerſionem nō niſi à numine eſſe promerendam, hoc vnum Regem torquebat, quo ritu coniugium iniretur, miniſtri ex more Gallico rem dirimendam aſſerebant, quo inualuit vt ſponſus nuptam aſſumat ritu & moribus quibus aſſueuit, contra Lotharenus à profanis manibus rem ſacram, quale eſt coniugium, non ſuſcepturum profitetur.

Nouatorum diſputatio manca.

Res

Digitized by Google

Res ibat in longiorem moram, cum Rex qua ſumma eſt rerum agendarum ſolertia, rem tacitus apud ſe ſeruat ac tãdem ſummo veſpere ſabathi ſorori & Lothareno conſilium aperit, vtroſq; cum illuxerit vt ad nuptias parati ſint monet, non abnuunt, ab vtroq; rem impenſiſſime cupitam, ab illa potiſſimum q̃ vno illo actu mendaces Ariolos eſſe voluit, adſunt illi ſine ſtrepitu & comitatu, & clanculum admiſſi in regis priuatum larariũ, per Archiepiſcopum Rothomagenſem fratrem nothum, vtriq; catholico ritu copulãtur: peracta inauguratione viciſſim ad ſuum colendi morem vterque diuertit. 1595.

Illa cultu regio mundoq; nuptiali ornata, in conuiuio, choreis, vt moris eſt ſe omnibus conſpicuam præbuit, Februario inclinante, Lutetia Lotharingiam abducitur, vt ſpõſi fines appetiuit, per municipia, oppida ac vbiq; locorum ſummis honoribus excipitur, Dux Nurui occurſat, colit, obſeruat officioſiſſime, ita vt in eam ſemper viſus ſit effuſior propenſiorq;, q̃ in proprios liberos, ſummam hanc lætitiam animorumq; coniunctionem interturbauit in religione diſpar animus: nam quanto operoſius, eius conuerſionem ſocer & maritus à Diis hominibuſq; procurant, tanto miniſtrorum & anilium pediſſequarum pertinacitas huic voto obluctatur.

Hinc tota Lotharingia ad conciliandam ſuperorum gratiam, publicæ ſupplicationes decernuntur, irrequieta vota fiunt, quæ quod exaudita non ſint, ſolius numinis abditum eſt iudiciũ. In blaſphemos qui in popinis triuiiſq; & ſparſim impune numen peierant, deuouent, Lud. 9. indigeris, Caroli 8. Ludouici 12. Henr. 2. Caroli 9. conſtitutiones Senatuſc. 26. Ianu. renouantur, indictumq; apparitoribus, lictoribus, Prætoriſq; vrbani circumforaneis luſtratoribus, vt per compita, popinas, Spheriſteria & ludionum diuerſoria, Deo, Virgini genitrici, Diuiſq; iniurios & imprecatores è veſtigio comprehenſos publico carceri mancipent. Arreſto locum dedit prouocatio à capituli Cœnomanenſis iuridico, qui Nicolaũ Meſſeum diraruni noxarumq; huiuſcemodi reum, veſtibus exutum induſiatumque ac tædiferum, ante Baſilicam Diui Petri Cœnomanenſis, illatam Deo & Virgini iniuriam facinus deprecati, adiecto in quinquennium exilio, extra regionis fines damnauerat. *Senatuſconſultum in numinis peieratorem.*

Triumuiri fiſcales ſceleris immanitate impulſi, horrendiſque perditi hominis imprecationibus, vt verbo forenſi dicitur *à minima* prouocant, Senatus recte ab his prouocatum, mitiuſq; reum damnatum iudicat, pœnamq; ſic exaſperat, vt carpento nudus & tædifer reſti collo innexa ante ædem virginis Lutetianam, pronus in genua palam profiteretur, impie, ſacrilege & ſcelelte in Deum & matrem virginem infanda verba protuliſſe, tam diri ſceleris pœnitere, à numine Rege & Senatu veniam depoſcere, hoc profeſſo, linguam encauſto perfodi & labia ſecari, ac in perpetuum tota Gallia extorrem eſſe iubet, adiectum Senatuſconſulto vt acta capitalis inquiſitionis exurantur. Tanto ſceleri pœna debita, nam veteri legum caſtigatione *per qua quis peccat membra punitur*, ſic olim furi manus, ſeruo fugitiuo pes abſcindebatur, nec immerito lingua quæ Deum peierauit, numen deuouit, inque cælũm virus ſuum deſpumauit, ſtilo candenti perfoſſa eſt. At ſi cenſio illa in blaſphemos, dietim, compitatim, vbiq; locorum obſer-

1599. obſeruaretur (vt certe peræquum eſt) tortores, laminæ candentes deficerent, nam vbi non iuratur, aut verius vbi non peieratur tam impune, vt luce media, in Tribunali, in adytis, nedum in popinis aliiſq; officinis ſcelerum, mortales Diis ipſis proeaces ſint & iniurii.

Supra annotauimus in Nannetenſi conſeſſu de pace inter ſubditos firmãda edictum conſcriptum, cuius promulgationi Francici cleri ſynodus obſtitit, quod eo priſcæ libertati Eccleſiæ Gallicanæ nonnihil detractũ ſuſpicaretur, multa apud Regem Bertherius ſyndicus profatur, cuius ſupplices querelas cum Rex acerbius accepiſſet, ille demiſſe admodum nihil priuatim & ad rem ſuam, ſed omnia ex publico mandato cleri, neceſſitate officii egiſſe, ſyndicatus ægre ſuſcepti Regem habere non ſuaſorem tantum ſed iuſſorem, muneri ſuo defuiſſe ſi poſtulationes Cleri prætermiſſas habuiſſet, Rex ſedatior factus excuſanti annuit, mãdatque vt in Lutetiano conſeſſu Præſulum expungeret, quid Edicto in rem ſeu detrimentum Eccleſiæ & Cleri foret: Pontificius orator Vicentinus Epiſcopus, nouitate edicti deterritus, regem it rogatum vt antiquare in religione ſubditos iubeat, ſi quid indulgendum nouatoribus id parce fiat, æmulatum regem ſibi ſpondet Protetas ſummos, qui interdum ſæuitia maris, ſuperante omnem artem, tempeſtati cedunt, illa ſedata clauum & rem nauticam pro conſilio, non ſorte & ventorum imperiis regunt, Pontificium legatum de ſtatu Eccleſiaſtico ſecumm rex eſſe iubet, At patres conſcriptos curiarum regni, conſortium dignitatum & promiſcua nouatorum ad præfecturas euectio vehementer angebat cum nullis prioribus edictis hac luce honorum effulſerint, ſatis beatos eſſe quibus domi manere priuatos & quietos, & ab exiliis quaſi poſtliminio reuerſos datum fuerit.

Cleri apud Regem expoſtulatio Edicto Nannetenſi.

Illi ex aduerſo nulla deteriori nota eſſe notabiles magis obſcuros & inglorios ac poſtremos omnium, quam ſi dignitatibus excludantur, hoc ſymbolo non inſigniri id extra homines eſſe, & in regno peregrinos, vt ſunt apud Chriſtianos recutiti quos veſtis diſcolor circunciſos arguit & irridendos vulgo demonſtrat.

Rex ex Senatu accitis primoribus, apud eos conceptis verbis quæ latine vertere quam proxime & vere enixus ſum, ita profatur.

Concio Regis in Senatu pene ad verbũ ex gallica expreſſa.

En iuridici proceres, me non regiis infulis conſpicuum, diademate coruſcantem, neque eo ornatu quo exteris principibus eorumq; legatis interdum me ſpectabilem facio, ſed priuatim & domeſtice vulgari & quotidiano cultu, vt ſolet paterfamilias liberos ſuos & gentiles alloqui, verbo dicam placet, rogo, vt Edicto Nannetenſi calculũ adiiciatis, bono pacis retinendæ ſcriptum putate, vt eam foris ſtabiliui ſic domi & in penetralibus regni interturbatam eſſe volo, mihi vos morem gerere æquum eſt, vel vno ſolo quod Rex vobis ſim, ſed potiſſimum ingentibus beneficiis, quibus vniuerſos regni obſtrictos habeo, veſque potiſſimum Curiæ Pariſienſis Senatores, quos tandiu extorres, laribus penetralibuſq; prædiſq; reſtitui mihi longe obnixius deuincti eſtis quã proauis, illi iure gentilitio in regnum vocati allecti & aſſumpti, illud mihi eodem iure debitum ab [illegible] & factioſis (abſit iactantia) recepi, ſuboleſci in Curia motus concitari, præcones Ec[illegible]es ad hoc impulſos, vt claſſicum rurſus concinant, olim ſeueriter coerciti licet mitius eſſent

eſſent concionati, hac tuba Doliorum funeſtam congeriem ac coacervationem cædéq; anteceſ- 1599.
ſoris Regis acciuit, dabo operam ne hæc Hydra malorum renaſcatur, qui hanc publicam peſtem aluerint ſumma capitis diminutione affi.iam, qui tot obſeſſa mœnia & aggeres victor tranſilii, ego compitatim à furente vulgo congeſta dolia tranſgrediar & peſſum dabo: Romanæ ſedis curã & cultum ne fucum & ſpeciem obducant, auita elogia Chriſtianiſſimi & primogeniti Eccleſiæ me ſatis officii mei memorẽ faciunt. qui mecum de Pontificis Romani gratia & amicitia contendunt, longe falluntur, cum illo ſum coniunctior, illiq; alieniores, ſi ſtomachum faciant quoſcumq; dura ceruicis vt inobſequentes perduelles & reos anathemate Pontificio feriendos curabo, deſpicata Edicta detrahunt regiæ maieſtati, potiſſimum ſi ab his ſpernantur, quos vindices & aſſertores eſſe oportet, qui Edicto obnituntur, bellum ſitiunt, rebus nouis ſtudent, vt rurſus prædentur turbatas eſſe cupiũt velle meum pro ratione ſit, à ſummis principibus in pacato imperio cauſa non ſolet exigi, ſubditis obſequii gloria relicta ſit, non temere excidit, intimi mei conſiſtorii ſuaſoribus Conſiliariis ad inteſtini belli compeſcendos motus, vnum illis ſalubre remedium viſum eſt: in vulgus abiit falſis rumoribus, me Heluetiorum aliorumq; militum vrgere copias, ſi facerem non niſi pro regni incolumitate factum, ex anteacta vita geſtis exiſtimandũ oportuit, ſic nuper pro Ambiana obſidionis anguſtiis, me imperante & ſpectante promulgata Edicta, ex quibus contracta pecunia, vrbis & regni publicæ incolumitati depellendiſq; exteris hoſtibus tota ceſſit, olim gregarium egi militem, nunc vt Rex loquor ſic impero.

At nullus veſtrum eſt P. Conſcripti qui non me quotannis de priuatis ſuis commodis interpellet, rogantibus do me facilem & propitium, vos non æque mihi; cæterarum regni curiarũ aſperior ſeueritas nouatores procaciores fecit, veſtra repulſa his ſimiliter audendi inſaniendique anſam non præbeat, non memoria excidit annis 1594. & 95. pollicitum illis ad ordinem purpuratorum viam non facturum, alia nunc rerum facies & ſtatus, cedendum tempori, eum tamẽ modum ſeruabo, vt quibus aditum faciam ad Curias quiete & probe ſe gerant.

Ne iactate mihi iſtos Stoicos, qui adeo ſe orthodoxos concionibus profitentur, pingui ſacerdotio vel opimo quotannis ſtipendio inclamantium ora obſtruam, idem mihi ſit iudicium de querulis & obſtrepentib. in Edictum. efficite (per Deum rogo) vt qui flagitia oderint ſic amore virtutis non pœnæ formidine. ſi ſecus fecerint domitos faciã qui oderint metu ſupplicii, atq; hinc emendatiores facti gratulabuntur, mihi vt filius ſolet patri, At præcones iſti qui rurſus tubam inflant, ad motus & factiones, verius animos, quam ad bonos mores accendunt, hæc quidem liberius audentiuſq; faciunt, quia huc vſq; impune, cum tamen hæc tela meum caput feriant, efficiã tamen vt laureato non noceant, ac illa ſint bruta obtuſaq; fulmina & ſine ictu: præconum huiuſcemodi clamitantium remediis, vt nunc intempeſtiuis vel acrioribus vti non eſt animus, non huius ſanctionis quam tantopere diris deuouent, ſum ſuaſor vel autor, ſed qui anteceſſit Rex ipſum edixit: mihi lubet ratumq; habeo: dolus & nequitia probro eſt omnib. ſed principis famam potiſſimum inquinat, cuius fides immoto cardine defixa & pene æterna eſſe debet. Obſequii ſpeculum & exemplum ſit vobis, olim Anteſignanus veſter Dux Mainius, praua & peiora anteactis monentibus reſpondit, ſe priuatim, omneſque ſubditos arctiſſime mihi ipſe deuinctos, pro mea regniq; incolumitate deuotum eſſe, vel eo potiſſimum quod vnus ego, omnibus Franciæ ſupremum exitium molientibus obluctatus ſim, & iam collapſæ ſim reſtitutor: Quod ſi qui caput fuit fœderatorum, ita de me cordate & propenſe loquitur, quid vos agere oportet? quos ego ex faucibus inteſtini belli ereptos, errones hoſpiteſq; laribus veſtris reſtitui? indulgete ſuplicibus verbis, quod verbis minacibus non abnueritis, imperata aut potius à me rogata facite, nec mihi

1592. *ab edicto priuatim ſed publice conſultum putate*: talia apud Conſc. Patr. ore rotundo, & qua eſt extemporanea facundia Rex perorauit, hic ſacer affatus & viuæ vocis oraculum, obluctantium animos emolliuit, & quam Rex obduxit temporum neceſſitas Edicto ſummum fuit patrocinium, cunctanter tamen vt ſolet in rebus arduis quibuſque auerſamur ægre annuitur, Edicto Nannetenſi Senatus decreti interceſſit, cuius apices & capita ſigillatim non recenſeo, quod ea in vulgati tritura ſint, hoc tamen boni attulit publicatio, vt in oppidis caſtiſque quibus nouatores imperant, quaſi poſt-liminio à tot annis Lithurgia & Pontificii ritus profligati reſtituti ſint, Rupellæ potiſſimum, ne huius fœderationis cæteras vrbes recenſeam vbi vel non paruo numero latētes orthodoxi, rem magis cupitam quam ſperatam incredibili lætitia exceperunt.

In Belgio ſub-præfectus Alberti Andreas Cardinalis, programate cum Batauis fari, agere, negotiari, & ciuilis vitę cætera munia obire ſeueriſſime prohibet, ratus illis qui beneuolentia & propenſione fiunt deteriores, & ferociunt, par eſſe referendum & acerbitate pœnarum eſſe coercendos, at longe aliter contigit, cum hi ſint quos potius frangas quam corrigas, hinc exaſperati ad omne genus feritatis, ſæuitiæ vaſtitatis bellicæ, animos & vires conuertunt, vt minacia hæc programmata, non tam aquam quam oleum æſtuanti bello infuderint.

Diximus ſupra Auguſtam Hiſpaniæ poſt Ferarienſem deſponſationem Mediolani conſtitiſſe, donec Bruma tepeſceret, ver appeteret & mare ſedatius fieret. Februo deſinente Mediolano Genuam appetit, triremes Liguſticas, arte & opere exquiſitiſſimo fabrefactas, Remigum trigeminis ordinibus inſtructiſſimas conſcendit Sauonem delata, ſæuitati maris cedit, mitigato Nicæam appulit, vbi ab Inſubrum principe magnifice excepta, dehinc Tholonem ac Maſſiliā vbi à nauſea & iactatione ſali tantillum recreatur, Guiſius prorex nullum genus lautitiæ, apparatus, vrbanitatis deliciarum prætermiſit vice regia, vrbis illi & promiſcue Aulico comitatui totique claſſi liberrimum ingreſſum obtulit, grates agit, vt quę in continentem egredi noluerit.

Albertus comite Aumalio Diui Victoris ſuburbanum cœnobium, martyris ſacris pignorib. toto orbe celebertimum voti & pietatis ergo inuiſit, demirati ſunt Hiſpani Gallicam comitatem vrbanitatemq; , ac ingenium effuſum minus ſuſpicax tenaxq; veteris odii, recenti commeatu & exquiſitiſſimis epulis Guiſius triremes regias inſtruxit, tandem illuceſcente ſudo & paccato cælo, ex arce quam vulgo *If* nuncupāt, in altum claſſis progreditur. At cum nulla ſit fides pelago, repente exoritur fœda tempeſtas, quæ præuiſa nauarchis hiſq; monentibus, Doria Architalaſſus claſſem in vado locat: qui in portu Maſilienſi magnum illum laborē ſpectabant tā ſæuo mari indignantibuſq; procellis, triremes impares ac vi tēpeſtatis vel laceras vel merſas luctuoſum Neptuno ſoluiſſe vectigal credebāt, ſed vt in ſimili diſcrimine Cæſar nautis vim pelagi pertimeſcētibus reſpondit *Fortunā Cæſaris vehitis*: ſic naucleri fortunam Auguſtæ, tot ducum & principum vehebāt, pacatumque mare, tanta iactura in poſterum diris & deuotionibus infame fieri tandem mitteſcentibus ventis & pelago remiſſiore ſoluunt & fauente cælo Barcinonem deueniunt, hinc miſſi per ſtationarios equos, qui Hiſpaniæ regem vē-

tos &

ctos & procellas increpantem,nec tantas moras pelagi ferentem,de aduentu ſpōſæ certiorem facerent,qui beauit illum tanto nuncio non indonatus fuit. At ille appellenti Marchionem *Denia* gratulatum mittit, ſed vt priſcus ille *tolle moras omnes non patienter amo* Rex deſiderio videndæ coniugis,veſte mentitus alium, Auguſtam regia vice ſalutat,non ita tamen perſonam callide induit nec vultum fingere potuit, vt pro rege non ſit agnitus, prima ibi oſcula delibauit. Interea Valentiæ incredibilis rerum omnium apparatus inſtruitur,quem vt operiſſimum& longiori oratione quam ferat ſuſcepti operis ratio, deſcribendum prætermitto, nota tamen indiget, Hiſpaniæ regem velleris aurei torque Albertum, Caſtellæ Amirallum & Doriam Genuenſem patricium ac in Liguſtico mari nauticæ præfectum,inſigniuiſſe, vbi vero ludis,choreis conuiuis ac huiuſcemodi deliciis abunde indultū,vt quantumuis exquiſitarum voluptatum capit ſatietas, Albertus Iſabellam domum ad Belgicas ditiones deducit ipſo ſulcato æquore per eaſdem triremes Genuam appellunt, hinc Ticinum carpentis & vehiculis, vt agnatis & gentilibus it gratulatum Rainutius Parmæ & Placentiæ regulus. Clemens vtrūque Pontificiis muneribus demeretur, Alberto mucronem ad aras conſecratum, Iſabellæ roſam ex auro puriſſimo miſit.

1599.

Auguſta Hiſpaniam ingreditur.

Rex ſponſam perſonatus inuiſit.

Albertus cū Iſabella in Belgium reuertitur.

Mediolano per Heluetiorum, Rhetorumque fines contendunt. Lucernæ beneuole excepti, in Lotharingia vrbanius exquiſitiuſque, ac celebriori pompa vel ſtupenda ipſis Hiſpanis deſpectoribus rerum alienarum, vel ſane non æquis æſtimatoribus. qui vice regis Chriſtianiſſ. Metenſi vrbi & arci munitiſſimæ præeſt, vrbem ad quietem & diuerſorium obtulit, & equeſtribus copiis vſq; in fines Belgicos concomitatur. Tot maria & terras emenſi, ad noſtrates redeamus, imo Lutetiam vbi oſtentum non expectatæ pietatis effulſit.

Neminem latet, Henricum à Ioieuſa amiſſa coniuge, calcatis aulæ deliciis Henrico III. nequicq̄ obnitente, cucullam Franciſcanorum quos ab acuminato tegumento Capitis capuſſinos vocant, induiſſe. Fratribus equeſtris ordinis ad vnum interemptis, Cardinali Eccleſiæ regendæ aptiori quam caſtris, depoſcentibus Vaſconum fœderatorum nobilibus, ſummo & illuſtri Anteſignano ſe orbatos apud ſummū Pontif. quiritantib. cauſſantibuſq; minus fœliciter pugnare, propter imperitiā vel diſſidium imperantium, cū eius venia è clauſtro ad caſtra, ex vmbra ad Solem, à cuculla ad loricam euocant fratrem Angelum (ſic nouello nomine de more nominauerant) ille voto & mendicitate ſolutus ad ſæculum, ad opes & ſummas præfecturas redit, pugnat, molitur ſeria & ludicra, conuiuatur, rebus priuatis ſtudet, denique credas, ex animo vel nomen ipſum Capuſſinorum eraſiſſe.

Henricus à Ioieuſa Clauſtrum repetit.

Iam triennium in aulico luxu exegerat, matre inuita hoc probrum non ferente acerbiuſque dolente eius à clauſtro exitum, quam filiorum interemptorū orbitatem: ſed res ſtupenda, qui in multam noctem heſternum conuiuium & choreas protraxerat, qui comptus calamiſtratus, oculo procaci cupidinem ſpirabat, cras nudipes ligneo ſocco calceatus, lacer, pannoſus, coma ad cutim in orbē deraſa vltimo loco fratrum proiectus, ad ſtipem oſtiatim mendicatum miſſus, ſui incredibile miraculum præbuit.

Digitized by Google

1599. Angeli non ſolum nomen, ſed candidos mores repetit, magis ſpectabilis & nitens in centonib. & deſpectu ſæcularis faſtus, quam vnquam in ſummo honorum faſtigio fuerat conſpicuus. Rex eius ad clauſtrum reuerſionem non mediocri laude priuato alloquio extulit, paulo poſt nullo concionandi peracto tyrocinio, repente eloquentiſſimus fit Eccleſiaſtes, in celebrioribus ſuggeſtis non ſingularem & meditatam in ſcholis concionem more Rhetorum, ſed quotannis quadrageſimalium concionum laborem extantlat, latiſſimæ quæcumq; baſilicæ turbas non capiunt, ita cum moribus coniuncta facundia cęlitus infuſa omnium animos ad ſe trahit.

Obitus dni. de Schomberg. In regia Villeregii ad Sequanæ & Matronæ oſtium, cum Rege conuiua bene pranſus Germanus dominus de Scomberg incluſis apoplexia faucibus repẽte expirauit; lugendus ob ſingularem fidem, quam in rebus aduerſis Galliæ præſtitit, accitis quoties militum penuria laboratum eſt, è gente ſua vel priuatis ſtipendiis conductis bellatoribus. Scriptum ſupra fœdere Veruineo, Clementem 8. de controuerſia Saluſſiani Marchionatus delectum arbitrum, Brulartius Senatorius præſes vice regia, ab Allobrogum duce Comes Darconas, Romam mittuntur, vterq; in ſuas partes trahere iudicem nititur, inani ambitu qui nulla alia re quam æqui & boni intuitu commoueatur.

Scite admodum vterque litem ſuam inſtruxerat, ſed Brulartius ex formulis forenſibus innixus, tanquam praua & fiduciaria ablegatione Sabaudicum interdicto vti poſſidetis ſubmouet, nam in primo æſtu bellorum ciuilium vel cum nondum Bleſenſia comitia equum Troianum non apperuiſſent, Inſuber vt fines ſuos damno Galliæ protraheret ex diſſidiis ſumpta occaſione, *Tranſalpinam illam Franciæ glebam, rupto cognationis fœdere inuaſerat, ſopito bello ſpoliatum ante omnia formula vulgari reſtituendum Brulartius contendebat.*

Regem quæ ſua ſunt iure repetiturum, ſi negentur, ferro ipſa vindicaturũ, cum rege imparem eſſe congreſſum, ideo lenociniis, blandis alloquiis atq; omni arte demulcendum Inſuber putauit, non ſatis perſpecta mente regia qui res non modo proprias ſed regni publicas non effundat, & occupari vix vnquam ſinat, ab Iberico fœdere ſe diſceſſurum fingit, vt Gallicis partibus ſit coniũctior, Brulartio Sillerio apud Heluetios Rhetoſq; legato rex mandat, vt cũ Allobrogicis hac de re in colloquium veniat.

De Marchionate prima collocutio. Antea Lugduni anno 1595. viciſſim prælibato & diſcuſſo hoc negotio pactum fuerat, ingentis auri penſitatione pro arcium & oppidorum quas Gallo abſtulerat, teſtitutione, Inſubrum principi marchionatum relinqui, hoc addito vt vnus ex liberis fide obſequii clientelaris inueſtituram à Rege acciperet, cum iſta detrectaſſet Allobrox re infecta diſceſſum eſt. Romæ vero apud arbitrum Clementem ſuæ litis concinnator, ingentem pondere & vaſtitate diplomatum & inſtrumentorum faſciculum, ex Nicæo Chartophylacio depromptum obſignat, illam farraginem Rex potiori iure, ſed breuioribus tabulis ac compendio conuellebat.

Ac vno vetuſtatis teſtimonio & profeſſione Adeleidæ Comitiſſæ pedemõtanæ 1210. (nec tunc enim ducatus luculentius elogium Inſuber & Allobrox ſibi:

ſibi acciuerat) huiuſcemodi diplomate apud Dynaſtam ſupremum Delphinalem clientelari obſequio Marchionatum Saluſſianum obſtrictum, Adelis profitetur, hocque conceptis verbis & formula feudorum profeſſo & præſtito, vt feudiſtice loquar, ab Hugone Delphino inueſtituram accepit. 1599.

Adijciebat regiæ litis proreta clientelaris obſequij alias tabulas Thomæ, & Amedei comitum Allobrogicorum, aliuſque Thomæ & Federici marchionis, erga Ludouicum & Carolum primogenitos Delphinos, contra Inſuber tabulis contrariis ius ſuum fulciebat, litem verius mole reſcriptorum, & plumbo diplomatib. penſili onerabat, quam explicabat. Brulartius quique in foro partes regias tuebatur, hac orbita immote defixus contendebat, miſſis huiuſcemodi inſtrumentorum ſarcinis, via iuris & legum exigi, vt prius de proceſſione diſceptaretur, dumq; fiduciaria poſſeſſio mouetur, petitorij intercapedo fieret, quouſq; ſpoliatus reſtitueretur, litis hunc eſſe ſcopum & iugulum, his cancellis ita coerceri aduerſarium, vt niſi peſſundatis legibus & praxi, hæc clauſtra prærumpere non poſſit: contra Allobrogicus, fruſtra reſtitui quod illico, & vt in triuio dicitur breui & altera manu poſſeſſor ſit reſtituturus, longe antea Inſubriæ principem anno 1490. vi à Gallo deiectum marchionatu, ſuper his apicibus longum contẽtionis funem ducunt, ſcriptum eſt vtrinque Romæ, ad faſtidium de more & triтura fori Romani: Legatus Inſuber apud ſe primus & æquus controuerſiæ arbiter, iuri diffidens, ab interdicto ſibi metuens, nullum non mouet lapidem, vt in partes ſuas nedum iudices, ſed Romam totam impellat qui ſuadenti non annuunt, pro infeſtis & iniquis habet.

Spoliatus ante omnia reſtituendus.

Cauſſationes Allobrogici Cauſidici.

Molimina legati Allobrogum.

Gallici iuris vindex Brulartius nihil inuerecunde, nihil clamoſe, ſed peruigil qua parte laboratur conſilium & medelam adhibet, vrgetque litem, contra aduerſarij nectunt moras eo aſtu, vt tempore dirimendæ controuerſiæ præfinito, his diffugijs elapſo, res infecta maneat, nec penes arbitrum ſtatuendi ius ſit.

Allobrogicus orator tum ſuo tum Ibericorum fœderatorum conſilio de lite male ominatus, & peius deteriuſque de Clemente arbitro ſibi fingit, forte illum fideicommiſſi titulo marchionatum nepoti ſuo, vel alteri agnato crediturum, ex ſomnio reſcribit ad Inſubriæ principem, de arbitro æque ac depoſitario non eſſe ſecurum, torqueri anxie de euentu litis: quæ mandata habuerit Allobrogicus orator in arcano ſunt, ſed ille obſeruantiæ, officij & dignitatis prorſus immemor, Pontifici renunciat, ſi pro Inſubro ſtet iudicium, ſpondere alterutri nepotum marchionatum, Clemens inclementer & implacabiliter tali illecebra offenſus eſt, vt qua fidem ſuam venaliter & indigne tentari putaret, exprobrauitque aſſentatori, de ſua fide & integritate male conſciũ, ex hinc ne cui litigantium affectatæ litis in ſuſpicionem veniret, lite abſtinere ſtatuit, interquieſcit ergo arbitrium, vafricie moratorum, & cum via iuris interdictum declinare & fruſtrari nequiret Inſuber, quam fori lucta non potuit, gratia, & interceſſione rem à Rege promerendam ſtatuit.

Epiſtola legati ad ducẽ Inſubriæ.

Gabriella Eſtrea formoſiſſima Heroinarum quas noſtra ætas vidit, Belfortij ducatu inſignita delicium & ſuauium Regis, tam impenſe ſibi Regem deuin-

1599. xerat, vt ſuſcepta non vna prole, à coniugio, non longe abfuerit. Illa geſtans vterum, è regia Fontis bellæi Lutetiã ad puerperium hebdomade ſacra aduenit, illa fati præſcia ex Ariolorum vaticiniis quib. Aula perdite & impie nimium aſſueuit (contingitq; credulis, quod alias nõ credulis, vix vnquã obueniret) & maleficorũ peſſimum illud genus ſemper damnatur, & in Aula retinetur, illa Regem ſupremum, vt dicebat alloquitur, & vltimum vale dicit, liberos cõmendat feria quarta paraſceues ad Antonianam ædem, ſymphoniæ audiendæ gratia quæ ibi quotannis in Ieremiæ, lugubrib. Threnis concinendis operoſa eſt & exquiſita, accedit, dum hanc aurib. voluptatem haurit vehementiſſimis vteri tentatur doloribus, qui Sabbatho reſurrectionis extincto partu crudeliter eam enecarunt: quam adeo formoſam Deos, homineſq; ſi fas dicere, oculis vrentem mirabamur, eam exanimẽ horride deformem ex lucta morbi, vultu obtorto conſpeximus: miti erat ingenio, placidiſſimis moribus vt quæ offenſa neminem, plurimos beneficio affeciſſet, & ſuperſunt nõ pauci quos fungorũ more, exortos nec de nomine notos remigio ſui fauoris ab imo in altum euexit.

Mors & elogium Gabrielle Eſtreæ.

Rex non mediocriter eam luxit pullata veſte Aulicis ſimul atratis, eiq; honorificentiſſime parentalia iuſſit perſolui.

At non vnius funere Heroidis Gallia doluit, paulo antea Conneſtabilis Memorantij, ſecundarũ nuptiarũ vxor fatis ceſſerat mare & fœmina relictis liberis.

Deceſſit etiam Henrici Condæi principis, vnica filia quam ex priore coniuge Gonſaga Niuernenſi ſuſceperat. Martha quædam Broſſia, muliercula ex plebeia gente mentita Energumenicã Lutetiã adducitur, Antiſtes Lutetianus Flamines, & rigidioris vitæ monachi, vt obſeſſam exorciſmis aggrediuntur, malo genio imprecantur, deuouent, adiguntq; fateri, quis ſit, cur muliebre corpuſculum obſideat, vt emigret ſacris deuotionib. ritibuſq; conſuetis diſtricte imperant: Martha ad preces fremit, æſtuat, riget, contrahitur, extenditur, incuruatur, erigitur, illiditur, deſpumat, & volubili flexu corporis ac pluſquã deſultoria leuitate circumagitur, vt cum circulatoribus & funirepis agilioribus contendere poſſe videretur, ſpectaculo adhibiti medici, vt arbitri ſint num illa fabulam faciat, inter ſe diſcrepant, illi n. obſeſſam, alii præſtigiatricem affirmant, quæ cõpoſita ad motus, & erudita ad fallaciam nequiter illudat, tandem re nõ ſatis detecta, Senatus Matthæ parentib. edicit, vt quamprimũ Iliodorum Bituricenſis ſoli gentile oppidum reducant, coerceantq; domi, nec deinceps per vrbes & municipia circũforanei populo ſpectandam exhibeant, iuridico vrbano mandata cura ne Senatuſconſulto fraus fiat, grauiſſimiſq; mulctis vt in temeratores animaduertat.

Iliodorum vulgo Iſſoudun.

Supra mirati ſumus Ioyeuſæ ducis clauſtralem regreſſum, nunc ingreſſum ad Fullienſes monachas Marchioniſſæ Bel. inſulanæ ſuſpiciamus. Illa ex illuſtriſſima Longouillæorum familia quæ paternũ genus ab Aurelio Duce Notho Franciæ, maternum à ſtirpe Borbonia ducit, primogenito Mareſchali Rethenſis iampridem nupſerat, viro acri & pro fœderatione propugnatori ſummo, illo ex inſidiis nefanda ꝓditione ſublato, vidua forma nõ degeneri nec æuo marcida, vno mare filio relicto poſt quinquenniũ viduali in mœſtitia & pudore exactum, pertæſa rerum ſæcularium, inſciis matre, ſororib. omnibuſq; gentilitiis, atq; intimis famulis,

Marchioniſſa Bel inſulana fit monacha Fullenſis.

Digitized by Google

famulis, Fulienſis inſtituti clauſtrum ingreditur Tholoſanā profectionem, ſpecie litis arduæ obducit, arduo, & mulierculæ inſuperabili itinere, tot ſpacia, iuga & ſcrupea loca emetitur, in Occitaniam penetrat, ſubit Tectoſages, Tholoſæ data opera iam prono Sole aduenit, ex rheda ad Veſtalium Fulienſium ædes proſilit, ad proxima diuerſoria famulitium dimittit, cauſſata diuertere ad preces tantillū ibi moratura, mox Antiſtitā interpellat vt perpetuo futurā hoſpitā ſuſcipiat, abnuit hoc vt inſolens, non niſi luce clara admitti voti conſcias, rogat vt in craſtinū rem miſſam faciat, Bel-inſulana neganti inſtat, nocte nudo ſolo exacturā, ſibi animo iam diu immotum ſtetiſſe, non attingere profanum limē, nec diuerſari in Thermopolio, Antiſtita euicta precib. & pia pertinacia, tum ēt dignitate rogantis ſuſcipit, poſtridie aulicis veſtib. exuitur, coma, & calamiſtris ſpoliatur, vittis, & velo obtegitur cuculla, & ſyrmate Ciſtercienſiū induitur, Pariſinus Antiſtites gentilitius, ſummis itinerib. vel anteuertere, vel ſaltē tyrocinium inter velatas pediturum rebatur, ſed illā vt veſtalium more vittatam videt, arguit propoſitum, minus reuerenter & obſequioſe ab illa factū quæ matre Borbonia principibuſq; agnatis & gentilib. inſciis, peregre ad gentem remotiſſimam abierit, ſi clauſtri deſiderio tenebatur, patrio ſolo puellaria eſſe cœnobia, quæ Fulienſe illud ſanctitate adęquant, tā longinquo digreſſu ſuis conſpectum, colloquium, mutuumq; ſolatium inuidiſſe, rogare dum vix illa limen attigit, ſubducat ſe iugo, cuius duriciem molliter educata tenui corpuſculo ferre non poſſit, multa interim feruide inchoari, quorum aliquando vel cito non nunquā pœniteat, plurib. demulcere, & abducere ab his primordiis enixus eſt, admixtis ēt lachrymis quas ridet illa omniumq; propinquorum expoſtulationes, vt qui incognitā fœlicitatē ſibi inuiderent, regreſſum ad ſæculum exhorruit, vtq; ſibi præcluderet, aulici faſtus ſummum faſtigium turritā, & calamiſtratā comā ſibi ſuccidiſſe: Maria Borbonia grauiter, & iniquo animo filiæ mutatū vitæ genus tulit, cōmora plurimum in Fulienſes Archimandritas, qui illā ſibi ſpecie religionis præripuiſſent, illi vero Apologetica epiſtola, plagiariorum facinus longe à ſe depellunt, neutiquā fuiſſe ſuaſores, per calcatos parentes iuiſſe ad vexillum crucis, non eſſe quod mater filiæ ſeceſſum clauſtralē tam impenſe doleat, non amiſiſſe eam quæ quidem mori ſæculo voluerit, vt æternum Deo viueret, Paulæ, Euſtochij, Marcellæ aliarumq; Heroidum exempla memorant, quæ deſpectis gentis Romuleæ & patriciæ ſtemmatibus virginitatē votiuamq; paupertatem vltro profeſſæ ſint, deniq; ita placatam faciunt Borboniam, vt filiæ voto non ſolum acquieſceret, ſed ad perficiendum cohortaretur.

Fruſtra à propoſito auocare nititur Antiſtes pariſinus.

Ducis Allobrogici de lite dubia mœroti, fratris nothi Philippi cædes acceſſit, quē Crequius ſingulari certamine in arena, militiæ ſeruatis legib. ſuperior interemit: feritas aut verius laniena quam obducunt ſpecioſo titulo monomachiæ, nullibi tam crebra, frequens furens, inconſulta, cruenta quā apud noſtrates, qui verbulo exaſperati nutu oculo retorto, ruga frontis ſimilibuſq; nugis pluſquam anilibus illico ferro vindicandum putant, cum in veteri & bene morata militia, etiam auorum memoria, niſi ob res arduas, cum aliter dirimi non poſſent & de grauiiniuria liquido non conſtaret, dubiaque fides teſtimoniorum nutaret, inare-

Philippinus frater nothus ducis Sabaudiæ à Crequio occiditur.

1599.

1599. arena deſcendere, & armis experiri non liceret. quam habeas & merito affari illos velim.

Quis furor, ô ciues, quæ tanta licentia ferri?

O Æſculapij, Epidaurij, adeſte hanc bilem & vertiginem animi curaturi, ſed fruſtra cum illi tribus Antyciris inſanabiles ſint. Cauſam ſingularis certaminis hanc ferunt, quod Philippini faſciam ſiue ſtolam militarem, vulgo *eſcharpe*, in expugnatione cuiuſdam Sabaudici propugnaculi, tanquam inſigne ſpolium habuiſſe Crequius palam iactitaret, ſuæ bellicæ virtuti, hoc rumore detrahi ratus Philippinus, Crequio ad pugnam vadimonium dicit: dux omnis præſcius prouocantem fratrem pugna abſtinere iubet, ac pene vinctum continet.

Crequius ab Inſubris bello captus, exaſperatus cuſtodia, & contumelis pugnandi deſiderium accendit, ſolutum Philippinus iterum prouocat, non detrectat Crequius, viciſſim campi & armorum fit delectus, congrediuntur, Crequius crure Philippinum, non ita graui vulnere ferit, velitatio quædam fuit, & delibatio illa initium fuit pugnæ grauioris, vbi enim dux reſciuit Crequium victorem iactare, palam ſe ſanguinem Sabaudicum elicuiſſe, tantopere dicitur commotus, vt Philippino ne vocem audacem, & temerariam inultam ſineret, imperauerit: ſub id tempus ſingularia illa certamina mutuaſque cædes Rex programmate vetuerat, ne in recentem patriamque legem committeret Crequius, pugnæ ſtadium ſolo Allobrogico annuit, illi (quis furor proijciendæ animæ) ad ipſam interulam thoracibus nudo pectore, ſicca, & enſe terribiles ad feralem locum deueniunt, Philippinus, vtrinque ſpectante corona primus in Crequium ferox inſilit, ille petitionem eludit, ſolerſque de gloria & ſalute qua certo ictu transfigere poſſit rimatur, alter incaſſum aera verberat, tandem Crequius opportune medium tranſadigit, humiq; exanimem ſternit.

Inſtat Crequius & vulnerato vitam ſi roget daturum, hoc eſt, non erupturum admonet, ſed Philippinus iram indignationemque premens, atque in ipſis lethi faucib. faſtum ſeruans, nec Crequium nutu & voce dignatur, ita cõtemptor ſanguinis & deſpector victoris illum auerſatur, relicto cadauere in arena, Crequius ad ſuos laureatus ouanſq;, omnium exceptus amplexibus, memorabili certamine triumphator reuertitur.

Feralis monachus, nomine à moribus & feritate auerſo vocatus, (eo nempe modo quo Parcæ & Eumenides dicuntur) Henrico III. vitam & regnum ademerat, & non parum inclemens ille monaſticos ordines, liuori, odio & publicis deuotionibus ſubiecerat, ſed Cacodæmonis illius cucullati ſæuitia, ſacræ Heteriæ nihilo inquinantur, quinimo vt plures monachos omittam de regno & rege inſigniter promeritos, extitere duo quorum conſiliis & præcautionibus Rex vitam ſeruatam debet: longe antea Dominicanus Barieri properantis ad regiam cædem facinus detexit, ac infectum reddidit: hoc anno pater Honorius in cœnobio Mediolanenſi Franciſcanus de claſſe rigidiorum, quos à capitis acuminato operimento Capuſſinos vocant, per Epiſtolam non ſolum Regi in caput ſuũ deuotum ſicarium prodidit, ſed frontis & veſtis notis ita graphice pinxit, vt ex tabella agnitus ſit, ac Lutetiæ comprehenſus publice pœnas dedit.

Pater Honorius Mediolanenſis Capuſſinus regiĩ ſicarium prodit.

Rex ſer-

Digitized by Google

1599.

Rex ſeruatori monacho opum, inſularum, aulicarumque omnium largitionum deſpectori, per legatos grates egit, teſtatus ſe Honorio priuatim, toti que ordini plurimum obſtrictum, qui regiorum ſicariorum indices monſtratoreſque aleret.

Orator Hiſpanus de pace violata conqueritur.

Dumq; Blæſis Rex æſtatem in venationib. exigit, apud eum orator Hiſpanus conqueritur de transfugis Galliæ, ad Mauricium perduellem principem, qui contra ius pacis illi armis ſuppetiabantur.

Merces exotica vetãtur in Gallia.

Rex ſe inſcio vel etiam nolente & vetante hæc fieri, nihilq; pactis fœderis tantillum detractũ iri velle profitetur, vtq; res teſtatior foret, Edicto apud Mauricium pugnantes reuocat, in poſterũ ituros grauiſſimis pœnis coercet: hoc ipſo tẽpore Rex peregrinas & exoticas merces auertit, & venales eſſe toto regno prohibet, ratus hinc pecuniam exportari, contineri regno, ſi opificia & texturæ in eo fiant, Turonici mercatores vt hoc Edictum in rem ſuam procurarũt, ſic Lugdunenſes & publicani portoriorum, quæ ibi ex Alpinis mercibus ingentia ſunt, abrogandum tanta animi contentione enixi ſunt, vt paulo poſt exoleuerit: laude ſua & ſuaſoribus non caruit, conditumque fuerat ad morem Anglicanæ politiæ, qua indigenæ natiuam lanam depectere, texere non vno opificio iubentur, hinc otium, ignauia, mendicitas auertitur, cum etiam homines nihil agendo male agere diſcant.

At quia cauſſabantur mercium peregrinarum redemptores, Galliam ſerici & bombicini ſtaminis eſſe indocilẽ, mororum ſatio regionatim imperata eſt, iuſſique omnium municipiorum vicani, acceptos ſurculos mororum apto ſolo figere, fodere, educare, propagines facere, donec in Gallia crebreſcant & ſyluarum opacitatem adæquent: experimento enim non fallaci probatum eſt, moris nec ipſis etiam bombicibus immite Gallicum cælum, quandoquidem hoc genus arborum ſero fronde ſcit, iam adulto vere, probatum inſuper ex Gallicis bombic b. ſtamina, texturæ & opificijs aptiora, quod ſi rei nouæ aſſueſcat Gallia iam nihil erit quod ab exteris deſideret.

Mors & elogium Phill. Huralti Chiuernii Fran. Cancellary.

Chiuernius cancellarius natali ſolo domi ſuæ (à qua primarium titulum ſibi vindicabat) terris ſubductus eſt, aulæ moderandæ ſummus artifex, miti & ſedato ingenio, ſolerti admodum & ad demulcendos animos ſcite compoſito, ad ſummum illum magiſtratum qui togati ordinis faſtigium eſt, Pomponius Bellevereus nullo ambitu ſed incogitanter ſolo Regis iudicio eſt delectus: quod eſt gubernator & proreta in naui, imperator in exercitu, id ipſum in reſcriptis Cancellarius, iuris & æqui trutina, ſigillum arcanorum, legum cuſtos, lucerna iudiciorum, lingua & cor Regis.

Sufficitur Pom. Belleuræus priuato delectu & Iudicio Regis

Senatus Pariſienſis, qui ſciret magis fidum hæredem naſci, quam ſcribi vel deſignari, Regem de ineundo coniugio ſuſcipiendiſq; liberis admonet, in prole regni ſummum fulcrum longam & firmam quietem, Delphinum in Gallia eſſe inſtar piſciculi, quem echeneidem ſeu remoram vocant, cuius exili roſtro, quantumlibet immenſa nauigia fruſtra perflantib. ventis, quaſi omnib. vncis, anchoris & rudentib alligata ſint immota hærent, ſic bellorum tempeſtates vno mare filio ſedatas iri. Yuonis Antiſtitis Carnutei vetus dictum apte & ad rem vſurpa-

Senatus Regem & vxorẽ de liberis ſuſcipientis interpellat.

Ee bant:

Digitized by Google

1599. bant: *feſtinate vt de lumbis veſtris exeat, qui vanam ſpem tot ambitioſorum hominum deſtruat, & ad vnius ſpem mobilitatem reducat*, liberos eſſe fulcra & munimina imperiorũ, & ſubſidia regni, quippe Ludouici XI. maieſtatem ſanctiorem effecit (inquit Æmilius) natus ei Delphinus, ea res ducum animos ſpemque debilitauit, & ſpiritus Reg. addidit, qui antea blandiri procerib. ſolebat, nullo ex ſe regni hærede, in liberis rediuiuos eſſe patres, Galliæ plurimum intereſſe, ex tã fœlici arbore ſurculos gigni, fortes creari fortibus, quam ſimillimum patri fore qui ex eo ſit naſciturus: tam ſalubria conſilia Margaridis Valeſiæ in ſpeciem coniugiũ præpediebat, connubiorum rite initorum indiſſolubilem eſſe copulam, & nexum Gordiacũ, At fluxa eſſe & caduca imo ab initio nulla & irritanda, ſi quid obſtet cannonicũ, non eſſe inſolens illa minus rite contracta diſſolui, cum Carolus Magnus demiſſa Theodora illius ſororem Hildegardim duxerit.

Paul. Æmilius in Ludou. XI.

Multorum nuptiæ diſſoluta.

Ludouicus 7. Eleonoram Guillelmi Aquitanici & Pictonici ducis paterno teſtamento deſponſatam repudiarit, in eius thorum accita Conſtantia Alphonſi regis Hiſpaniæ filia, quæ illi Philippum Auguſtum peperit, & memoria patrum, ne altius rudera vetuſtatis ſcrutemur Ludouicus XII. dimiſſa Ioanna Caroli 8. ſorore, Annam Britannicam duxit, ſummo bono regni vt pote quæ dotalem Armoricæ ducatum, perpetuo nexu regno adiunxerit, ſexcenta extant exempla & decreta in Pontificum libris, ſi modo in gradu prohibito initum ſit matrimoniũ, Margaridis per tot annos ſterilitatem, nõ eſſe quidem legitimum modum ſacræ coniunctionis diſſoluendæ, ſed ſi vtriuſq; genus excutiatur, Regem in tertio gradu attingere, quæ gentilitas omnino coniugium fieri poſſe & eſſe vetuit, priuſquam de diſſoluendo, rogetur Pontifex Max. viſum eſt tentare animum Valeſię, quæ prius ſuperſtite & ambiente nuptias Duciſſa Belfortienſi aſſenſum diſſolutioni negauerat. Bertherius mittitur, redit boni ominis nuncius, Margaridem ea eſſe in regem regnumq; propenſione, vt vtriq; fœlicioris coniugii fœlicitatẽ inuidere noliti: illa conceptis verbis apud Rom. Pontificem vltro teſtatur, coactam ad nuptias Caroli fratris, matris Catharinæ imperiis ſola voce aſſenſiſſe cõiugio, quod mens abnuerat & cognatio vetabat, rogare ex ſententijs canonũ; ſi quod fuit coniugij ſymbolum, tanquam in vetito agnationis gradu inconceſſe initum, vt nullum irritumq; eſſe pronunciet.

Rex Margaridam Valeſiã proxima gentilitate attingebat.

Oſſatus Cardinalis & Sillerius vrgent negotium, vnum præcipue Clementem omneſq; pontificios angebat, videlicet à Gregorio 13. probatum coniugium, ſed ſcrupum eximebat Nauarrei ſponſi tunc à ſede & fide Apoſtolica defectio, qui quo viuebat ritu neutiquam conſulendum rogandumq; de diſpenſatione Pontificem credidit.

Accedebat Gregorium ab hac copula ſemper alienum fuiſſe, cum ipſe copulandæ Margaridis cum Sebaſtiano Luſitaniæ rege ſuaſor fuerit, ſi ratum habuerit coniugiũ id verbo tenus, duntaxat interceſſione Caroli & Catharinę, ſed non intellecto gradus obſtaculo.

Hæc & plura, quæ fuſius in actione forenſi diſſererem, prætermitto. Clemens poſtulationi Regis & Valeſiæ annuit, Ioieuſam Cardinalem, oratorẽ ſuum Modenæ Antiſtitem, & Arelatenſem Archiepiſcopum de connubiali quæſtione arbitros

bitros

Digitized by Google

bitros delegat, illi gentilitatis nō expreſſæ diſcuſſo & probato gradu, ex formulis Canonum ab initio nullum fuiſſe matrimonium lege Eccleſiaſtica pronunciant, decretum Margaridi ab actuario renunciatur, rem iudicatam nō ſolum probat, ſed epiſtola apte & concinne exarata (vt illa egregie erudita voce, & calamo teſtatur ingenium) Regem ſubmiſſe rogat, vt ſi thalamos iugales fata inuiderint, & ſi coniugis nomen amiſit, dignetur eam habere loco ſororis, infortunium ſuum ſolari, quod bono publico cedat, non inuidere quin percupere & à ſuperis depoſcere, vt fœcundior Auguſta lilia arentia prole maſcula beet & reuireſcere faciat: vtque occaſu Caſtoris Pollux exoritur, ſic repente rege ſoluto, de ſeligenda coniuge omnium votum & conſilium fuit longe lateque animis voluitur Orbis Chriſtianus: mulierem fortem quis inueniet canit Eccleſiaſticus, quæritur Panaces quæ noſtris malis medeatur inuenitur Medicea Ethruriæ lilium purum, ternis lilijs ſtemmatum Gallicorum iungendum, virgo procera, elegans, quā ex vultu multæ prolis fore parentem quilibet conijceret. 1599. *Epiſtola Margaridis Valeſiæ ad Regem.*

Mediceæ gentis imperium & ſtemmata longius repetere propoſiti ratio impedit, ſatis eſt memoraſſe ex Eleonora à Tolledo proregis Neapolitani filia Frāciſcum Ferdinandum alioſque mares & fœminas genuiſſe, Franciſcus Ioannem Auſtriam Ferdinandi Cæſaris filiam duxit, quæ illi Eleonoram Mantuani principis vxorem & Mariam peperit, quā cœli auſpicia & ſuperum fauor thalamis regalibus deſtinarunt: at quis mortalium venturi præſcius, vel animo concepiſſet quæ nunc fœliciter experimur, vel aliquando futura credidiſſet, ab Henr. 2. tot relictis liberis tantillo annorū ſpatio omnib. extinctis, ad Borbonidas regnū rediturum? num Catharina Medicæa æquo animo tuliſſet vaticinium ſi quis præſcius dixiſſet generum (quem implacabiliter nouercali pluſquam odio inſectabatur) ſuperatis tot ærumnis regno potiturum, mox orthodoxa fide non ficte informatum, cuius incæperat eſſe flagellum, futurum columen, Valeſiæ miſſurum repudium, illam aſſenſuram, in eius vicem Ethruſcam gentilitiamq; ſucceſſurū, Delphinum, Aurelium, Audinuque duces vt Solem & noua ſydera naſcituros, ſi præſagus aliquis hæc ceciniſſet vaticinia pro anili delirio vel perſpicaciſſimis fuiſſent. *Maria Medicea Regi Cõiunx deſpõcitur.* *Æui noſtri admiranda & nulli credenda niſi poſt euentū.*

In Vngaria, à Chriſtianis & Turcis bellum redintegratum, Budam nouis præfectis, tecenti milite & cōmeatu miſſis quinq; onerariis nauib. barbari muniunt, Turcica illa molimina Chriſtianos cautiores, & ad omnem ſtrepitum auritos faciunt. Turcæ germanicis veſtib. mentiti Chriſtianos, dolo propugnaculū intercipere moliti ſunt, ſed agnita fraude & perſona, res ludicrum exitū habuit. Turca Tartarorum infeſtationibus rapiniſq;, & Perſici belli ſumptib. ære & milite valde exhauſtus, pacem per oratores rogatum mittit Viennam, quos archidux Mathias nec reſponſo dignatus eſt, quod dū de pace orant, foris omnia ferro & igne vaſtarent: hunc deſpectum vlciſcuntur Thraces, ex inſidiis capto oppido *Tolice* ciuibus præſidiarijſque militibus ad vnum deletis, ſed Palfius Barbarorum exitio natus, hanc vaſtitatem lanienamque compeſcit, viciſſimque Turcas ingenti damno & ſtrage afficit, vicini accolæ feritatem Thracum diffugientes in auia & montana ſecedunt, qui circa Budam morantur Chriſtiani, palantes per *Res Vngaricæ.* *Dum pacem ſimulāt Turca bellum ſerio agunt.*

Digitized by Google

1599. agros & ad prædam ſparſos intercipiunt & mactant, at illi incendio municipiorum acceptam cladem multo grauius vlciſcuntur, conflagrauit itidem Caniſæ arx munitiſſima, cum omni ſupellectile & caſtrenſi peculio, paulo poſt Caniſæ præſidiarii milites, trecentos Turcas nullo ex Chriſtianis deſiderato interimunt, qua internecione exaſperati Tranſyluaniæ & Vngariæ arces & oppida non vno loco incendunt.

Turca incẽdiis omnia deformant.

At Moſchorum potentiſſimus Imperator Cæſari miſſurus auxiliares copias, per regnum Polonicum tranſitum nequicquã deprecatur, quippe Sarmata rebus ſuis metuens viam negat, qua repulſa offenſus conqueſtum ad Cæſarem oratores mittit, illi trimeſtri nauigatione peragrato mari germanico, tandem in Bohemia delati magnifice excepti ſunt, adituri Imperatorem longo ordine præmittũt, qui exquiſitiſſima munera deferebant, nempe accipitres, falconeſq; albos, clauã auream gemmis ægregie diſtinctam, crateres aureos iconem Diui Nicolai quem inter Diuos præcipuo cultu dignantur, tintinabulum omnia ex auro ſolido, Perſici operis ſtragula & periſtromata, ferarum exuuias pelleſq; exoticas, ſequebantur amanuenſes qui geminas epiſtolas vnam Moſcouiæ patris, alteram filii ſurſum manib. erectis deferebant, legationis ſumma fuit, potentiſſimum Moſcouiæ ducem dolere vicem Chriſtianorum, quos barbarus hoſtis dura tyrannide premit, ad ſuppetias vindicandamq; libertatem in expedito habere equitum quadraginta circiter millia: Iamq; auxiliatores Germaniã ſubijſſent, ſi obnixe rogatus Sarmata, per fines ſuos innoxium tranſitum non negaſſet. Cæſar de tam propenſo animo in rẽ Chriſtianam grates agit, non imparib. donis legatos demeretur, ac tandem ſplendide habitos domum dimittit.

Oratores Moſchouiæ Cæſarem adeunt cum ingentibus donis.

Dux Allobrogum apud Regem Chriſtianiſ. ſi præſens intercederet plura impetraturum quam per oratores, ſibi ipſi fidem facit, vereor ne ſit fluxa & qui orator veniet nõ exorator redeat, non modo profectio in Galliam, Hiſpano gentili ſed & ipſa proficiſcendi cogitatio mouebat ſtomachum.

Inſuber de Hiſpanica in eum parcitate multa conquerebatur, res dotales vxoris pro dignitate non fuiſſe, amicos omnes & fœderatos Hiſpano, pene ſeruos & vectigales eſſe cauſabatur: contra Gallicã vrbanitatẽ comitatemq;, frontem exporrectam, ingenium quod in vultum erumpit, ac minus Stoicos ſeueroſq; mores prædicabat, auxit diffidentiã quod duos ex primogenitis Hiſpanus in aula ſua educandos exigeret, duci orta ſuſpicio chariſſima ſua pignora loco obſidũ, ſpecie beneficij, & regiæ educationis ſibi præripi, ſed qua eſt ſolertia, teneritudine ętatis, intemperie cæli & ſoli repulſam prætexit, currenti in Galliam hæc calcar addidere, hinc faſtidia gentis Hiſpanicæ, inq; Gallos vnde Inſubri maternũ genus, cœpit eſſe procliuior, aduentũ in Galliã vt precociorẽ nondum dirempta lite de marchionatu Rex dehortabatur, nihilominus Allobrogici oratores inſtant ducem ſuum videndi ſalutandiq; regis incredibili deſiderio à propoſito nõ dimoueri, deliberatur tamen in conſiſtorio Inſubriæ, num ſit in rẽ ſuam, per ſe longinquo & ſumptuoſo itinere (vt certe fuit) expoſcere quod per internuncios minus operoſe poſſet, cuius ſi ipſe patiatur repulſam, præter diſpendium viatici longe multo grauior ſit, quam ſi legatis facta ſit.

Dux

Digitized by Google

Dux vero omnia in auſpicata auertens, præſentia ſua ſummam fore ſuadã, habere quid penitiſſimum & alto pectore conditum, de quo nulli ſatis fidem habeat, vicit tandem Conſiſtorii tot capita illius ſummum caput: ergo ille hyberno cælo, bruma iam prouecta & ingraueſcente Alpibus traiectis, Camberiacum ſenatus ſui ſummum tribunal aduenit, ibi tantillum moratus, Lugdunum properat, qui vicem regis agit, honoribus apparatu pompa & hoſpitio ducem regi adęquauit, venienti exquiſitiſſimo equitum delectu longe occurrit, vt portam ſuiit, Decurionum primicerius equitanti renunciat Ædilitati omnibuſque ordinibus conciuibuſque imperatum, vt Regis loco haberent, dicto non impar dignatio & obſeruantia, ab ingreſſu, hoſpitio, inempto epulo, vini cupediarum fructuum tam effuſa & ſtupenda erogatione affectus, vt ſupra modum Dux Lugdunẽſium lautitiam prædicauerit, triduana vrbis quiete recreatus, per ſtationarios equos municipium appetit, vbi Ligeris pati rates incipit, ſecundo flumine Liburnicis Aureliam deuehitur, ibi à gẽtilitio duce Nemoroſio priuato officio excipitur, vbi præſciuit in occurſum ſuum regium equitatum parari, quo anteuerteret tertia vigilia noctis, quæ decimum tertium Decembris anteceſſit, comitatũ omnem & certe numeroſum ac inſigniter cultum fallit, aſſumptis enim non pluribus nouem conductitios celereſque equos conſcendit, habitus pro veredario & velite Ducis Inſubriæ, vt Regiam Fontis-bellæi exili famulitio ſubiit, longe alter ab illo agnitus pergit ad regium triclinium, maturius viſus quam præuiſus & expectatus, altero genu minor Regem ſalutat & veneratur, ille pronũ erigit, ſtringit amplexibus, in vtramque genam oſculatur, ſemore obambulant, dehinc itur ad ſympoſium, fere integra hebdomade rex ducem Fontis-bellæi amœnitate, diurna venatione, ſerotinis choreis ſymphoniacorum & cithariſtarum modulis recreauit, ſed nihil defixius Inſuber demiratus eſt quam palatii magnificam & ſtupendam molem, loco aſpero inuio ſyluis quaquauerſum obducto, qui magis Anachoretis quam aulicis conditus videatur, vt olim noſtri Annales memorant indigetem Ludo. IX. ibi priuatarum meditationum ſibi ſolitudinem feciſſe: ſubſidet regia depreſſo loco, quem in modum circi ſyluarum annoſa denſitas vndiquaque præcingit, in quibus ferarum alta ſpelæa, tanta copia vt gregales pabulentur, errant innoxiæ à ſclopis & ſagittis ſecuræ, cum cerui cædes & hominis (vt olim in Theſſalia Ciconiæ) adæquetur: hic exili membrana pingere aut verbis incondite referre regiam, nec opis noſtræ eſt nec propoſiti. At cum inſtaret dies natalitius Seruatoris, illinc aula Lutetiam migrat, peruigilio Diui Thomæ Inſuber Regi proxime & ad latus obequitans vrbem ſubit. gentilitatis priuato intuitu in palatio Annæ Eſtenſis Duciſſæ Nemoroſi hoſpitatur, poſt Natalitias ferias, qua potiſſimum cauſa tam peregre aduenifſet, explicat, quaſi aliud agens præmiſſis facundiæ lenociniis, de Saluſſiano marchionatu verba facit, vel in limine primo regem auerſum & reluctantem agnouit, ſucciſo ſermone aſpera dulcibus temperans, Regi in omnibus morem gerere viſus eſt, priuatim tamen de reſtituendo loquentibus iratior, facturum negabat, etiamſi totus obluctaretur orbis.

1599.

Deſcriptio Regia Fontis-bellæi.

At principum exterorum mutui occurſus & colloquia interdum hoc mali

Digitized by Google

1599. afferunt, vt potentiores minus illis annuant quam ſuis oratoribus, & nunquam viſos magis obſtupeant colantq; : nam quęcumq; res longius ab oculis remotæ videntur proceriores. Dux tamē Inſuber in hoc cæteris ſuperior, vt famā neutiquā præſentia minuerit, fuitq; vnus ex pluribus in Galliā aduena, qui ſcommata cachinnos & Aulæ dicacitatem, prudentia & ſingulari quo præditus eſt ingenio, omni inuidia maior effugerit, ille enim omnium horarum & gentium, comis & manſuetus, vel interdum demiſſus pro rei opportunitate, ſed cordatus ſēper effuſe munificus, vt monitore atq; aliquo frugi homine indigeat, egregie motatus & prudens, & quod ſummum eſt in principe, callidus, nō vltima laus fuit in aula Galliæ, tanto Sole gloriam eius non ſubfuſcatam: qui vtrumq; conuiuantē, venantē, ludentem, (vt videbatur) tam aperte infucate & vrbane videbat, nullos cōiunctiores principes iuraſſet, idq; vero verius ſi de vindiciis Marchionatus lis nulla fuiſſet, ita vt appoſite Horatianū illud vſurpari poſſet *in hoc diſsimiles ad catera pene gemelli.*

Elogium ducis Sabaudia

Eius ſumma & Aulica virtutes.

Hoc anno Hollandici quod de more habent quotannis ingentem claſſem ſūmo Nauarcho Petro *Vanderdoes* adornant, illa ad Fortunatas inſulas Atlantici Oceani vulgo Canarias flectit, Bataui propugnaculum Hiſpanicum quod *Gratioſa* dicitur inuadunt machiniſque verberant, præſidiarij non modo vim propulſant ſed nihilo mitius ex pinnis ſpeculiſque claſſem littori proprius admotā appetunt, latera nauium perforant, prætoriæ Amſterdami malum deiiciunt, nec iam ferentes impetum Bataui, ſcaphis & lintribus ægre in littus inſiliūt, ipſa acta acriter pugnatum iberorū primipilus crure ſclopo vulneratus pugna ſe ſubduxit, cæteri veſtigio & littore depelluntur, ſuorum explorata fuga arcis *Gratioſa* præſidiarii, vltro ſe dedunt, nullis initis pactis falſo ſibi à Batauis incolumitatem libertatemq; ſpondentes, ſed ſpe lapſi, armis, machinis, auro, ſuppellectile, omnibuſq; gaſis ſpoliati, ſexaginta duriſſima captiuitate premuntur, adacti fidiculis commilitonum prodere conſilia & defoſſas opes, oppidum atq; etiam aliud proximum caſtrū in fide Hiſpanorū perſtabant. Architalaſſus Batauus, ex nauibus eductas machinas ad quatiendum murū admouet, & ſtationibus collocat, oppidani ſuis hoſtiles impetunt, ligneiſq; fulcris laceras deiiciūt. caſtrū vehemētiſſime horis quatuor verberatum, obſeſſi in muri faſtigio dolia lapidibus plena collocauerāt, quæ globis cōcuſſa & perforata, ſilicum grādine durius ſeuiuſq; illos, quam ipſæ Batauorum machinæ infeſtabant, imber enim ille ſaxeus quaquauerſū peruolitans, non vno loco plures necabat, dum ita caſtrū concutitur, Bataui iniectis facibus oppidi portā incendūt, ignis neglectus inualeſcebat, iamque per flāmas miles irrumpebat, cū deſpondentes animū obſeſſi, gaſas, impuberum & mulierū agmina trahentes, in auia & montana per obliquos colles oppido & caſtro ſecedunt priuſquam Hollandici vrbem ſubirent, puluis tormentarius ad eorum exitū conditus, igne maturius excitato, vim & impetum innoxie eructauerat, poſtquā dolus ille nō ceſſit, toto oppido dominantur Bataui, abdita quæq; ſcrutantur, effodiūt, è latebris eruūt, expilāt, exportant ad claſſem, Iberica ſtemmata & inſignia deiiciūt, Hollandica & Mauritiana ſufficiunt & honorificentiſſime collocant, quadraginta circiter vinctos carcere eximunt à qui-

Hollandica Claſſis ad Fortunatas inſulas.

Deditio Arcis vulgo Gratioſa.

Oppidi & caſtri obſidio.

Fuga Oppidanorum.

bus

bus pleniſſime de omni re Hiſpanica certiores facti ſunt. retulerunt illi à fugientibus abductos captiuos duos Anglum & Theutonem, publico rogo à fidei inquiſitoribus & iuridicis deuotos poſtridie eum viceni Batauui audentius & incautius in iuga montium abiiſſent, errore viarum in Iberorum manus dilapſi immiſericorditer necantur, nō ſemel profugi in ſcrupeos receſſus pacem à Batauis depoſcunt, ſed re infecta à colloquio diſceſſum, claſſis caſtrorumq; præfectus edicit, ne quis iniuſſus in auia montium excurreret, ſed vniuerſi vinum oleū quorū ingens commeatus, merces, ſuppellectilem, & quidquid prædæ fuerat in naues exportarent vrbe ſic vacuefacta, primariam baſilicā vbi hæretica concione Hollandici inſpectum Orthodoxi ritus inceſtarunt, Vandalica feritate incendunt, ſed luce tabifica pelagoq; ſæuiente egregie numen incenſi ſui delubri ſcelus vindicabit, paulo poſt tota acie *Vanderdoes* abditos ſyluis iugiſque Hiſpanos inuadit, in aditu præruptarum cautium vtrinque cordate pugnatum, ſed inualeſcentibus Batauis Iberi pedem referunt, inq; penitiores latebras ſe proripiunt quæ ignaris cum ſint irremeabiles, quotquot in illas dilapſi Batauui pœnas præſentes dederunt, præfectus, ex illis ſyluarum viarumq; ambagibus, pluribus ſuorū deſideratis, manipulos omnes ad naues reduxit, priuſquam tamen claſſem ſolueret ne quid ad hominum ſuperorumque iniuriam deeſſet, arte cunicularia ſuffoſſum vrbanum caſtrū vi nitri & pulueris ab imo euulſum lacerumq; in auras diſploditur ædes omnes ſacras, cœnobia, quæ ibi non pauca erant impie & ſacrilege in cineres conuertit, & vt verbo vno vaſtitatem loquar, fortunatis inſulis vt opes ſic nomē ademit. ſupererat *Gratioſa* caſtrū, in quo cum nequitiæ artifex Batauus, cuniculis abditum puluerem immiſiſſet, ea periodo vt claſſe in altum proue&a, ignis fune accenſo incendium daret. Ecce à iugis & ſyluis reduces Iberi, vt caſtrum ſubiere erumpente dolo non pauci peſſime afficiuntur, toto opido quod à flammis ſupererat publico cōcurſu ad aras ſeruant. Batauui omnem illam oram prædabundi legentes, inſulam Tenatiſſam quæ vna eſt ſed ignobilior ex Canariis prætereunt, Gomoram ditiorem appellunt, nulla vi ab oppidanis illata, qui adeo degeneres, vt quatuor aheneas machinas defoderint, atque è veſtigio exportatis gazis in montium nemorumq; latibula diffugerent Batauui ex arte priorum id ipſum ſuſpicati, vt iter præpedirent ad montes celerrime illuc properant, Iberi ſpelæis abditi prætergredi ſinunt ad hunc numerum, cui expugnando pares aut ſuperiores eſſent, incluſi Batauui in faucibus iugorum mactantur, dilapſi ſtrage ad claſſem vbi reuerſi ſunt, vrbem expilatam, baſilicas, ædes atque olim ampliſſimum cœnobium immaniter exurunt, ſed quos tam diro ſpectaculo Vulcanus recreauit, vltor Neptunus peſſime tempeſtatibus naufragiiſq; afflictauit, nec ipſe *Vanderdoes* rerum ſacrarum prædator cum commilitonibus meliorem ſortem habuit, quam Brennus vel Cambyſes ſpoliato delubro Apollinis, ſiquidem ille & pene omnes, vltore pelago inſepulti in profundum deiecti ſunt, niſi quis verbis Senecæ ſepultos eſſe velit, *naufragos idem fluctus qui expulit ſepelit*, vel Propertii verſu obrutorum manes hoc verſu ſoletur.

Merſis pro tumulo Carphatium omne mare eſt.

Sunt qui hoc potiſſimū laceras depreſſaſque naues credunt, quod ſacris ſpoliis

1599.

Ædem ſacram incendunt Batauui.

Inſula Gomora expilatio.

Digitized by Google

1599. liis, æneis tintinnabulis onuſtæ fuerunt, auroque vere Tholoſ[ano], ita vt quaſi haberent equum Seianum, pene omnes aut morbo, aut naufragio abſumpti ſint, qui res Belgicas ſcripſit vere Batauus, tot excidia, incendia, patrata, non tam ad quæſtum quam ad vltionem gentis Hiſpanicæ profitetur, ſic huiuſcemodi inſulę à centeſimo anno fortunatæ & intactæ, nomen & felicitatem amiſerunt.

Fortalicium ſancti Andreæ in Inſula vulgo Bomei. La lunette de Hollande.

Andreas Cardinalis Auſtrius Alberti & Iſabellæ vicarius, in inſula quã Moza curſum obliquans efficit, propugnaculum de ſuo nomine nuncupatum, glebis, ceſpitibus, fragminibus arborum, exciſis ſalictis, conſtruit, eo loco poſitum eſt, quod prius Hollandiæ oſtium & clauſtrum vocabant, ratus illo fræno naues Hollandicas poſſe coerceri. Præſidiarii ad cuſtodiam relicti, negato ſtipendio, commeatu intercluſo à Mauricianis, fame & frigoribus, quæ acerrima fuerunt, vinctis glacie fluminibus, ac ipſo mari non vno loco concreto, peſſime affecti tumultuantur, obteſtati tamen non deficere ab obſequio, ac in fide manſuros, ſi tamdiu negatum ſtipendium perſoluatur, & profecto nihil acrius milites exaſperat, transfugas & deſertores facit, quam negata ſtipes, quæ tanto minus grauate perſoluenda eſt, quod tantillo auro homines ad præſens fatum in omnes horas conducti, non ſolum operas, ſed ſanguinem vitamque ipſam impendant: Mauricio mens erat, Iberis ſic diſcordibus illico propugnaculum aggredi, ſed pigro mari victiſq; glacie fluminibus, obſidionem in proximum ver diſtulit.

RODOLPHI

Digitized by Google

RODOLPHI BOTEREI IN MAGNO FRANCIÆ CONSILIO ADVOCATI,

COMMENTARIORVM DE REBVS TOTO PENE ORBE GESTIS,

Liber Septimus.

QVAM longe Chriſtianorum mores auerſi, à Gentilium ludicris, illi euoluto ſæculo, læti attigiſſe hanc metam æui, ſpectacula ludoſq; quos vocabant ſæculares, à luxu, laſciuia, & procacitate auſpiciabantur, iſti à propitiatione numinis commiſſorum expiatione, ſæculi exordium ducebant, ludos huiuſcemodi recurrere ſolitos poſt annum centeſimum authores ſunt priſcæ fidei, & ſcientiſſimi cæ-rum Quirinalium, M. Varro, Valerius Antias, & T. Liuius, atque inſtituti ludi illi à P. Valerio Publicola, primo vt volunt poſt exactos Reges Conſule, qui ad depellendam peſtilentiam qua tunc Romæ valde laborabatur, ad ſubterraneam aram Ditis & Proſerpinæ illi bouem nigrum pro marium ſalute, iſti pro fœminarum atricolorem buculam mactabant: ludos iſtos ætate ſua celebratos, hiſq; intereſſe memorant Herodianus & Dion, præconis vero ad ſolennia vocantis vox præſcriptis verbis notabilis erat, *Nempe vt mortales ad ludos accederent, qui nec ſpectati, nec iterum ſpectandi forent.*

Ludorum ſæcularium origo.

Zozimus, vt Ethnicæ ſuperſtitionis laſciuiam & monumentum abrogatos refert à Conſtantino Chriſtiano principe, qui Licinium vicit huiuſcemodi gentilitas cæca inſaniebat, ob infames & portentoſos ritus, quibus infernis numinibus Diti, & Proſerpinæ litabant. At vbi Sol iuſtitiæ ortus eſt, ſpoliatus infernus, expugnata Tartara, illibatiſque ſacrificiis puriſque precationibus ſæculorum conditorem & arbitrum Chriſtiani demereri de more habuerunt, ita vt centeſimo quoque anno, publica & ſæcularis venia à Roma. Pontif. indulgeretur, vbi vero mortalium vita anguſtioribus ſpatiis concludi viſa eſt, placuit quinquageſimo quoque anno, quo ſæpius huius æui hominum dies clauduntur, Pontificiã

Iubilæum ſeu delictorum ſæcularis expiatio.

A centeſimo ad quinquageſimum annum Iubilæum reductum.

1600. illam condonationem erratorum indulgeri. veniæ ſæcularis exordium ducitur à ritibus ſcitu digniſſimis, Pontif. Max. toto ſæculo clauſam & coctili muro obſtructam portam, læua facem lucentem geſtans, altera maleolũ argenteum quo ter maceriam concutit, quæ illico à Latomis impulſa & deiecta corruit, dum porta illa panditur à myſticis, & ſymphoniacis Deo pſallitur, tubicines lituis lætum perſonant, ad fragmina maceriæ ruit effuſum vulgus, & rapta in æſtu & turba, vt amuleta religioſe ſeruat: porta illa vbi peruia facta eſt, cœlos aperit, theſauros Eccleſiæ recludit, & quod vocant Iubileum omnibus Chriſtianis demerendum facit. Romam veniæ ſecularis adipiſcendæ cauſa, plures Galli adiere, quam promiſcue, ex omnibus Europæ regnis & gẽtibus, ita auitæ pietatis tenax & religioſe cultrix Gallia, hinc Romanis, falſo de Gallis concepta opinio concidit, eos pene omnes eſſe Lutheranos, in ſuſcipiendis peregrinis Clement. VIII. & purpuratorũ aſſidentium effuſiſſima liberalitas & cura ſolers, ita vt nullis menſa nec hoſpiciũ defuerit: credidit Roma vt olim ſub Auguſto deſcribi & recenſeri orbẽ, & vere recenſitus cum tot mortales depoſito veterno venia illa, Chriſto rurſus nomẽ dederint atq; illi renouati ſint. Clemens Gallorũ effuſiſſimos globos demiratus, fertur ſæpius exclamaſſe, Deus bone! quanti hominum vnius gẽtis regniq; vere Chriſtianiſſimi; quid ſi Rex ipſi Romam adiret? Vix Roma, vel ipſa Italia hoſpites illos caperet, & paſceret. Reguli omnes Itali ad limina Petri acceſſerunt, Pontificiam gratiam promeritum, Rainutius Parmenſis Dynaſta, magni inuictique illius & vere Alexandri Farneſij non degener filius, à Clemente hoſpitio & menſa luculentiſſime exceptus, cum nepte Clementis Iani Aldobrandini filia nuptias pactus eſt, quæ ob puellulę teneritudinem vix annos duodecim natam dilatæ ſunt, donec viro maturеſceret. Ex ciſalpinis vnus princeps Lotharingus quod ſciam, Romam profectus eſt, vt pactum cum Catharina Auguſta Nauarræa gentili coniugium, ſine Pontificis aſſenſu, excuſaret, quod cum infectum Clemens optaſſet probare factum adactus eſt.

Allobrogis cum rege colloquia repetamus, nihil Rex quod oblectamento eſſe poſſet prætermiſſum voluit, peragratis Lutetiani agri amœnioribus locis, noctibus in choreis ad lucem protractis, Sena. Pariſ. amplitudo ſpectanda supererat, hanc illum Rex latere noluit, vt quid diſtet à ſuo ſubalpino reputaret: cauſa ardua ſuper horrendo & ferali facinore iactatur, Roberto & Arnaldo orantibus, ſtatus cauſæ is fuit: Ioannes Proutius, in litibus ſolicitandis à clientibus merebat ſtipendia, apud panificem hoſpitabatur, à tribus ſiccariis conuictoribus, vt aurum & arcam expilarent trucidatur, minutim ſectum cadauer in domeſticam fecis lacunam deiiciunt, cuius cædis cum nulla extarent veſtigia, mater filium tandiu abſentem & deſideratum ab ipſo hoſpite repoſcit, iugulaſſe & in furno membra decoxiſſe accuſat, in vincula coniectus tantum ſcelus pernegat, ſimplicitate morum, & anteactæ vitæ teſtimoniis innocentiam tuetur, eculeo & fidiculis ſubiectus & vehementiſſime tortus iterum negat, infectum facinus tormenta non produnt, & cum non liqueret tandem corpore peſſime affecto, ac quæſtione artub. diſtentis luxatiſq; ſoluitur. at cõtigit ipſos ſiccarios longe poſt ob aliud latrociniũ ad laqueũ damnari, damnati priores ad pœnã metu acerbioris, in-

Digitized by Google

ris, inſuſurrant vltimo vt prodat ſcelus quod vbi faſſus eſt, laniati corporis fragmina fœdo eo loco reperta & eruta, hominem tam anxie tortum abſoluunt, ille ceteris equale ſidicularum ærumnarumque, quas immaniter cruciatus paſſus erat damna & intereſſe poſtulat, contra mater orbitate filii commota non maleuole, improbe, aut inconſultæ delationis procacia, ab hoſpite repetiiſſe filium iure ciuili actionem eſſe, vt cauponæ, ſtabularii & id genus fidei concredita reſtituant, longiori diſſertatione habitis orationibus rege & duce in ſpeculari ædicula ſpectantibus audientibuſque ac arbitris oratoriæ palmæ, breue quidem iudicium ſed quod breuitate & æquitate Laconum iudicia adæquet, ab Harlæiore pendentes audiunt, nempe actorem & reum foro & lite abire iuſſos, ea potiſſimum ratione, quod mater nō calumniata, iſte malo fato pœnas indebitas luiſſe videretur, quæ alterius ſæculi minutuiæ ſint. Vt Romani Imperii præcipuum decus & fulcrum fuit Senatus, ſic de Luretiano, ab omnium æuo creditum & probatum, ſolitiq; Chriſtianiſſimi, exteros Reges Cæſares etiam alioſque ſupremos dynaſtas regno exceptos, patrum Conſcriptorum amplitudine, Cauſidicorum facundia, poſt habitis cæteris aliis rebus quantumuis immenſis & auguſtiſſimis in ſtuporem adducere, cum enim Rex Luſitanus Lutetiam aduenisset, deductus in Palatinam curiam, vbi aſſidēte Doriola Nomophylace omnibuſq; Conſcriptis, de iure Regaliorum controuerſia lucu'enta, & plane digna Regū auribus perorata fuit, dicentibus hinc Franciſco Haleo Archidiacono Pariſienſi cognitore regio ac triumuiro fiſcali, illinc Petro Brabantino paræciæ D. Euſtachii paſtore curiali, quod noſtro æuo portento videri poſſet, homines myſticos ac etiam parochos, relictis aris in foro cauſidicinam exercuiſſe, cum Pontificiis ſanctionibus, non ſolum fori aditus initiatis præcludatur, ſed ciuilis prudentia ſeueriſſime diſcenda & tractanda inhibeatur.

Senatusconſultum in ſpectatoribus audientibuſque Rege & Allobrogum Duce.

Enguerranus monſtrelet.

At de Marchionatu is fuit controuerſiæ finis, vt intra Calen. Iunias Regi reſtitueretur, nulla mora cum omni cauſa antiquæ & integræ poſſeſſionis, eius vicariam adminiſtrationē nulli Regē permiſſurum, quem Dux infeſtum odio vel minus gratum haberet, regem ad cuſtodiam vrbium & oppidorum præſidio Heluetiorum vſurum, in caſtra tamen & arcibus pro arbitrio Regis Gallos præfectos & milites futuros, Heluetiorum præſidiis, poſt exactum Pontificii arbitrii tempus, pro nutu ſuo miſſionem facier aliis vt videbitur in militiam ſuffectis. quod ſi hæ conditiones minus placeant, & tantopere Dux Tranſalpinæ & conterminę dynaſtię deſiderio teneatur, cedat, ipſe arce Seguſiana, quā vulgo Bourg nuncupant, ac circumuicina ditione, vſque ad circunſcriptos fines: fuerant alia conuentionum ſolennia, quæ quia longioris ſunt orationis & vulgata ſint, prætermitto. Trimeſtre Duci præſtituitur, quo exacto quibus ſtare pactis aut forte nullis velit Regi denunciet, icto fœdere deſinente Februario, de comitate regia, hoſpitio tanquamque effuſi grati animi ſignificatione Dux grates agit, ac Regi vale dicit, qui eum Charantonium vicum vſque comitatur, Baroni de Lux dat in mandatis, vt ad extremum regni limitem deduceret, indicitque Campaniæ & Burgundiæ præfectis, vrbiumque Ædituis & magiſtratibus, vt ducem vice regia & adæquatis honoribus exciperent.

Dux Allobrogum domū redit.

1600. At vero quantumuis alto & doloſo cineri ſuppoſitus ignis per ſcintillas erumpit, ſic arcana animi, latebræ, receſſus, ſeſe explicant, vultu pactis annuere dux ſimulat, quæ corde auertatur, non obſcuris indiciis quæ Regem haud latuerunt. Ventum vbi in fines Allobrogum, Lucium beneuole, & magnifice dimittit,

Dux ſuo ſolo pacta probat. in eo diſceſſu multa facunde de ſua in Regem fide & obſeruantia referenda dixit, profeſſus vel cum diſcrimine vitæ, Regis in eum benefacta & merita repẽſurum, idem per curſorẽ reſcribit, agitq; grates, de ſibi delatis qua iter per Gallicas vrbes honoribus, ſed mutabit paginam & nondum trimeſtri elapſo, de rumpendis vel mitigandis pactis omnia effugia atteſq; tentabit.

Dux Mercolii ad ſummã præfectu. rũ Caſtrorũ Cæſaris euocatur. Interea dum Europæi principes ſuas res priuatim agunt, publicam & Chriſtianam derelictas habent, Vngaria Turcarumq; viribus & molitionib. impar, in Gallia Alexandrum quærit, Phil. Emanuelem Lotharenum Mercolii ducem, ab axe aduerſo petitum & accitum Cæſar ſuis caſtris præficit, ille cum bona Regis venia Viennam abit, ſummum militiæ imperium accipit & Cęſaris Germanici generalis Vicarius proclamatur: pugnanti etiã exilibus copiis Deus aſtuit, quod eum religioſe coleret, quiq; vota & precationem certamini ſemper præmitteret, nec pugnaret niſi opportune, mente manum regente. Mercurio Martem, hoc eſt, ſolertia quæ in eo ſumma fuit, vim freno rationis moderante: nam vt olim dictum eſt:

Nullum numen abeſt ſi ſit prudentia.

Nouelli coniuges, Archidux & Iſabella, dum ouationibus publicis Iunoni genio & Como litant, cohortibus non perſoluto ſtipendio, præſidiarii milites propugnaculorum Diui Andreæ & de Creuecœur quiritantes de Quæſtorum & Centurionum furtis deficiunt, præda & infeſtationibus Archiducum ſubditos æque ac Batauos afficiunt, nullo diſcrimine ſæuientes, rapinas excuſant, militaris annonæ & ſtipendii penuria, ſemper obteſtati ſi ſtipendium ſoluatur ad fidem & obſequium redituros: Hanc defectionem Mauricius ſibi lucrum fecit, nam ineunte vere munimentum de Creuecœur, non multum anxie intercipit, San Andræanum maioribus copiis machiniſque obſidet, foſſa & aggeribus caſtra munit, premit obſeſſos, quos tamen futuri auxilii fiducia per nocturnos ingnes à Boſcoduceo vrbe concepta per quatriduum recreat, quo elapſo ſpe ſuppetiarum lapſi, vicenis quinq; millibus nummorum quos florenos vocant loco ceſſuros pollicentur, quibus perſolutis arcẽ inexpugnabilẽ Mauricio dedunt aut verius vendunt, indecoro vel ab hoſte vindicando facinore, cum nihil ſit fœdius militi auro accepto loco cedere: Paulo poſt non æque turpis proditio contigit, cum Batauia & Belgium non ſolum indigenarum, ſed & conterminorũ eſſe quaſi pancratium & Maratonius & Leuctricus campus, illucq; feriati à bello domeſtico Galli nobiles, Batauorum ordinib. & Mauritio militabant, ac potiſſimũ nobilitate & opibus ac bellica virtute inſignis adoleſcens Neuſtria ortus; titulo de *Breaute*; ille (vt Gallorum animus igneus eſt) dedecoris & probri impatiens, accepto rumuſculo ſibi gentiq; Gallicæ detrahi ab Hiſpano-belga, libellum ſingularis certaminis, vel ſi malit quinq; vel plurium cõmilitonum mittit, non reſpuitur, pactumq; v. cenos in equis vtrinq; pugnaturos, dies dicta, area pugnæ delecta, quam-

Deditio ſeu venditio Fortalitii.

Digitized by Google

1600.

cta, quamquam Mauricio obnitente, pugnacior Gallus cum de[illegible] ſuo morantes Hiſpano-belgas vltra ſtadium laceſſit, ille albo & circa galeam fluitante cono alijs antiſtabat, contra hoſtis rubro notabilis erat, vtrinq; ſe appetunt, nobilis Gallus Belgam qua circa oculos caſſis rimas habet, glande igniuoma traijcit. Frater Belgæ, cum quinque commilitonibus cæſim & punctim necantur, ſuperſtites Belgæ ſuorum internecionem vlturi pugnam redintegrant, Galloſque & Mauricianos in fugam vertunt, Anteſignanus *Breaute* loco immotus, qui ſalutē in dextra non in pedibus poneret, vnus cæterorum impetum ſuſtinet ſed impar tantis, iure belli cum tribus ſuarum partium Boſcoducum captiuus adducitur, præfectus vrbis ad portam percunctator pugnæ nuncium expectans, vt ferale accepit ſuoſque interemptos audijt, iure gentium & belli nequiter violato, captiues immaniter trucidari ſummo ſcelere iuſſit, quod priſca militiæ diſciplina vetuit.

Breaute cū aliquot ex ſuis Belgarū victor. ab captus prodi to rie caditur.

Vendere cum poßis captiuum, occidere noli. *Horat.*

Ioan. Roennus vir notæ facundiæ & eruditionis, quæ præceptore & Phillirides Neuſtricus ille Achilles in bonis artibus non ſegniter profecerat, alumno ſuo fatorum turbato ordine Epicedio parentauit.

Monuimus ſupra nullo iniuſto irritoque pronunciato coniugio Regis cum Margaride Valeſia, peroratores Sillerium, Alincurium, medio & quaſi fæciali Oſſato cardinale, Pontificem cæteroſque ſedis Rom. ad nouarum nuptiarū auſpicia auſpicatiora ſolutum Regem impuliſſe dum hæc Romæ fiunt, Florentia florem ſuum lilium, (nam pro inſignibus habet ſingulare) trib. lilijs Gallicis iungendum oſtendit.

Maria Medicea toto orbe vnice Regi deſpondenda ſeligitur.

In Regia Fontis bellei dum Rex quiete inquietam vitam in venatu agit, theologicæ diſſertationis occaſio ſubnaſcitur, & cū à multis annis non ſpectatio neq; dignior referri extiterit, operæ preciū fuerit, ſi aliquot paginas vera prorſus, nec ad gratiam & odium occupet rei geſtæ narratio.

Superiore anno Philippus Mornacius Pleſſei dominus, vir vtraque lingua facundus, in aula tamen & caſtris ſummiſque præfecturis vtriuſque regni, quam in ſcholis, & in Elæis, quam in Peripateticis ſpacijs exercitatior, opus Euchariſticū ediderat Belluam multorum capitum, quod pene omnium prædicantium notis animaduerſionibus, lituris, laciniis, centonibus compactum erat, ſolius dictionis flore & phaleris à Philippo concinnatum & perpolitum, vt profecto omniū quos noſtra fert ætas, Pleſſeius farti periti ſſimus eſt, atque vtinam vernaculæ facundiæ promeritam gloriam aluiſſet, prouexiſſetque: At ille fartagine congeſta Prædicantium (quibus doleo nimis fuiſſe credulum Philippum) Miſſam antiquis patribus non ſolum improbatam, ſed & ritus illius & conceptas ſacrificij precumque formulas, ab eis profligatas & exploſas probare contendebat, quaſi media Lutetia natum fore oſtentum, deuotionibus publicis concionantiū, vulgi clamoribus, plauſtriſque dirarum obruitur, tantæ eſſe impuritatis vt ſolo rogo expiari poſſit. quotque intercipi potuere iracundo igne cinefacti, ea acerbitate, vt ſi in efferatæ plebis manus ſcriptor incidiſſet, reſque ſui fuiſſet arbitrij, ſimiles pœnas dediſſet, At cum praue ſenſa vel nequiter ſcripta animi ſint intemperiæ &

Elogiū Pleſſai Mornaei ob ſingularē eloquentiā.

Propoſitum operis Pleſſai.

Deuoti libri ad publicum rogum.

Digitized by Google

1600. recti iudicij auerſio, nõ pauci fuere qui Pleſſæi opere diſcuſſo, plura nedum incurioſe, ſed fallaciter, mendaciter cõſcripta dicerent. Bulengerius Iuliodunenſis, primus glaciem ſecuit, ſuoq; claſſico mille ſcriptorum centurias ad publicum certamen fidei propugnandæ concitauit, Puteanus Vazatenſis, atque ipſe Fronto Ignatiani ſodalitij veteranus, Pleſſæium ſine fronte facit, publicatis falſitatum apicib. (parcite ſi barbara vox mihi excidit, res ſignandæ ſuis verbis) cenſuram ſuam inuentarium nominauit, cumque exuberarent, ſuoque ordine notaret, à ſuis Pleſſæius vrgetur, ne orthodoxorum probra & publicas deuotiones præteritas & inultas ſinat, illum falſi reum traduci, id religionis non niſi ſummo dedecore in aula regis & regia vrbe palam publicari, hoc percitus œſtro, ab ignauis crabronibus, qui vmbra & latibulis ſe tuentur, Pleſſæius vt certe eſt cordatior, dat ſe in arenam, claſſicum pugnæ canit, ſtadium aperit, atque ille monentibus nimis credulus tranſit Rubiconem; per inſignem Neuſtricum nobilem ſanctæ Mariæ *du Mont* libellum mittit, ſpargitque in eos qui ſibi operique ſuo detraherent, eoque potiſſimum Ebroicenſem Epiſcopum appetit, quod ille in ſuis antiquorum patrum citationib. Pleſæium falſi argueret, eo libello ſupplex Regem officioſiſſime rogat, vt veri inueſtigandi falſiq; damnandi arbitros deligeret.

Ebroicenſis, audita prouocatione incruentæ pugnæ vadimonium accipit, publicato programmate profitetur, Rege & quibus velit inſpectoribus arbitriſque, in Pleſſæi opere quingentas falſos citationes, ex pluribus ſigillatim & in numerũ redactas, ne quis eum hyperbolice iactare putet, enumeraturum & probaturum, Ebroicenſis Regem deprecatur vt Conſtantini Magni æmulus, pace regno parta Eccleſiis aduerſus bella & procellas hæreſeon pacem procuret, ex ea diſſertatione religionis diſſidia vel finem habitura, vel certe apud quos veritas & fides priſca ſit & fuerit conſtiturum.

Vlla ex Epiſtola Ebroicenſis.

Pleſſæius ſua Epiſtola ad Regem, morem gerit, arbitros & cenſores deligi petit, vtrique commilitoni diem Rex dicit in Regia Bellæi fontis: hac noua paleſtra de fide inquirenda commotus nuncius Apoſtolicus, Regem adit & commone facit, controuerſis de rebus fidei ius dandi arbitros, duntaxat eſſe penes ſummum Pontificem: Rex contra, oratorem Pontificium de re tota ſecurum eſſe nõ ſolum iubet, ſed exinde ſummam lætitiam expectare, de fidei articulis nullã moueri cõtrouerſiam, hoc vnum agi & diſcuti, num Pleſſæius ſacræ pugnæ dogmata, patrum teſtimonia, vere integre, caſtigate non mendoſe, hiulce, & intercise citauerit, ad fidem codicum exemplarib. duntaxat opus eſſe, diſſertationem hunc habere limitem, non Theologicis profeſſorib. arbitrium committendum, cum de enucleandis ſacris rebus non ſit quæſtio, ſed eruditis ſcientiſſimiſque linguarum qui collatis Pleſſæi citationibus, cum germanis & incorruptis codicibus, hoc vnum explorent, num illas vere aut mendoſe ediderit, ergo diſquiſitionis arbitri deliguntur, pro Orthodoxis Antiſtes Curiæ purpuratus Auguſtinus Thuanus, Pleſſæio, veteri amicitia & cognatione coniunctus, Pithœus veteranus Curiæ patronus, & Faber ille, cui ob ſingularem eruditionem & pietatem principem Condæum tenellum in diſciplinam datum ſupra diximus.

Regis ad Nũcium verba.

Pleſſæi

Pleſſæi à partibus ſtabant Calignonius regni Aſturum Cancellarius, Canaius in Edictali Occitaniæ Camera præſes, & Iſacus Caſaubonus, omnes inſigniter & ad noſtri ſæculi miraculum eruditi, deſideratis Fabro & Calignonio, in vicem abſentium ſuffecti, pro Catholicis Martinus medicus regius, & Canaius, mature adfuit Ebroicenſis in conſeſſu Cancellarij, qui ſummus moderator & Palæmon diſputationis erat: paulo ſerius aduenit Pleſſæius, cauſatus extra vrbem per ſaltus loco auio vix opportune diſceptationem fieri, vt pote cui copia librorum non ſuppeteret, diffugii primus hic colos, cui reſponſum, quodcumque Rex iret, ibi non deſiderari librorum officinam, potiſſimum eo loci, cum in ipſa Fontis bellęi Regia, Rex Franciſcus I. luculentam bibliothecam collocauerit, quæ Philadelphi, Vaticani, veterumque omnes ſuperaret. 1600.

Pleſſæius, citationes omnes continua ſerie operis ſui non curſim & diſſolute, ad amuſſim cenſuræ expungi voluit, vtque Ebroicenſis quas iactauerat quingẽtas falſitates (parcite Latini cenſores) verbum ad rem vſurpo, ſyngrapha & ſigillo prænotaret, ille contra aliud eſſe Pleſſæi diuerticulum Regẽ admonet, ante diem leges diſputationis præſcriptas, hoc examen totius operis inane & ridiculum, eo exemplo quo ſi quis de lituris aut additis in contractu accuſatus, ſe excuſatũ eſſe velit, quod demptis aliquot, cætera omnia vere & germane ſcripta ſint, iure ciuili receptum eum qui in verbo, in clauſula, quæ pactum afficiat, reus ſit, non omnium reum fieri.

Omitto argutationes nimias, ad detrectandam pugnam verius innexas, quam ad veri propoſiti inueſtigationem, quibus tota Gallia perſtrepit, ita vt non aliis clamoribus prætereuntes obtundamur, via Palatina circunforaneis librariis tota die Pleſſæium deuouentib. vt ſe circo concluſum vidit, iterum ſupplici libello quærit effugium, iniquas conditiones conqueritur, cui à Roſnio, Caſaubono, ſuarum partium viris clariſſimis acclamatur, eum qui diem dixit, prouocauit, ſtadium aperuit, inglorium eſſe loco & pugnæ defore, vt vero publicam expectationem his artibus Rex ludificari agnouit, per Cancellarium Pleſſæio mandat, ſi arena ceſſerit, eius librum cenſuræ publicæ permiſſurum, & ſi falſo perperam intercise neque ex fide bona rem ſacram & auguſtam, vt eſt Euchariſtiæ, ſcripſiſſe deprehendatur, falſi citatoris probro & pœnæ obnoxium fore, neque vox illa Regis licet minax, homini metum ademit aut ſpiritus addidit, iterum nectit moras & venturi præſ. ius, campum fugere qua poteſt arte, meditatur.

Sed hiſtorica breuitas non patitur referri iſtas ludificationes, ſed etiam nolentem campo includamus: pręmonitus vterq; non rixari, non acerbe vt ſolet inter bellicos hoſtes, ſed beneuole & chriſtiane vt decet incruentos pugiles, qui de veri perueſtigatione glorioſum certamen habent.

In Triclinio poſt meridiem prima, Rex aſſidet, collaterales habet vtrinque diſſertatores, ſtant in extremo Amanuenſes delecti, qui fideliter & propere acta controuerſiæ excipiant, Antiſtites & principes, regni proceres promiſcui cultus, nobiles & aulici circumſtant, in proximo æſtuario omnium codicum ad fidem citationum, parata erat ſuppellex, indicto ſilentio ſic profatur Ebroicenſis.

Adſum

1600. Adſum (Rex inuictiſſime) vadimonio, quod mihi dominus Pleſſæus libello prouocatorio dixit, vel ſcripto profeſſus ſum (& opere præſtabo) me quingentos locos falſo mendoſe & interciſe ab illo citatos, opere ſuo in Liturgiam idq; nunc & liquido probaturum.

Ad diſputationẽ Ebroicenſis præfatio.

Regia tua maieſtas qua ſumma eſt prudentia, hac diſſertatione nihil fidei detractum iri, (vt quæ tota ſit ad diſquiſitionem veri & falſi) in Pleſſæi ſcriptis ſedulo præuidit, vt quæ ad id vnice inſtituta ſit, num ille veterum patrum dogmata & ſenſa, ſincere, & ex bona fide ediderit, aris adytiſque ac myſticis apicib. tua maieſtas more maiorum piorumque Cæſarum temperat, nouit ex bibliorum ſacro codice, Elephantiaſi fœde percuſſum Regem, quod temere offerre incenſum Domino, hoc eſt, politiæ res ſacras admiſcere tentauerit; multo ſapientius, Conſtantini Valentini & Theodoſij pietatem æmularis, qui ad Clerum Pontificeſq; Eccleſiaſticas controuerſias vt rem mere ſacram & myſticam ablegarunt, hac ego fiducia ſed potiſſimum fidei orthodoxæ clipeo, quam in hoc conflictu tuendã aggredior iam ordior ipſe palam & publice obteſtans, me nulla ſimultate, ira, odio, alioue nequiore affectu impulſum, in D. Pleſſæium quem ego plurimum ob egregias animi dotes colo & obſeruo, nec eum falſi accuſo, ſed eos quorum ſuſurris, tabulis, & commentariis nimis credulus, fidem adhibuit, atque ex comitate & modeſtia, hanc obteſtationem veram nunc, quandiu mihi cum illo res erit, apud auditores ſpectatoreſq; efficiam. Pleſſæius aduerſa oratione ſic profatur.

Aduerſaria oratio Pleſſæi.

Iuſſu regio illuc euocatum, vt libri aſſertor eſſet, non ambitu aut famæ gloria, ſed ſincerioris doctrinæ zelo, ad caſtigatiorem Eccleſiæ ſtatum, quem tot viri probi à multis annis deſiderio deſiderant, ſi opus ſuum ad hoc cõducere poſſit, ſummo bono ſibi deputare, ſin minus, vel propria manu ambuſtum cupere, ſpẽ tamen ſibi eſſe apud candidos cenſores, eum non incurioſe neq; proterue in eo opere inſudaſſe, nec mirum videri ſi in ſylua tanta citationum, mens, oculus, vel manus aberrauerint, quaſi Horatiano verſu ſe excuſatum vellet.

Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.

Etiam in Rom. Eccleſiæ doctoribus, qui non ab vno ſæculo ſcripſerint, hanc ferendam incuriam, qui ſi ad hanc trutinã ponderentur, raros inuenias, qui huic noxæ non ſint obnoxij: contraria obteſtatione profiteri, ſingulare hoc certamen ſi minus proſpere ceſſerit, nihil reformatæ doctrinæ detractum iri, vt pote cuius nõ ſit arbiter, quæ ab eo non pendeat, & quæ vt eum antecesſit, ſic poſt eũ perduratura ſit. diſſertationis exordium fuit à Ioannis Scoti citatione, quem ſic docentem Pleſſæius ſcripſit: *Ioannes Duns cognomento Scotus, poſt Lateranenſe Concilium, pene exactis centum annis dubium facit, num corpus Chriſti, vere & realiter panis & vini ſpecie contineatur; atq; ille contendit non contineri, dubitandi & negandi rationes ſunt, menſura, locus, aliaq; functiones quæ eſſentialiter veris corporib. hærent & inſita ſunt, id non ferant quale oportet eſſe verum corpus Chriſti.*

Proteſtatio & prædictio præſagij Pleſſæi de minus proſpero euentu. Exordiũ diſquiſitionis.

Ebroicenſis, Scotice & obſcure Scotum Plæſium interpretari reſpondet, pro eius ſententia, aduerſariorum argumenta & diſputationes ſumpſiſſe, atque pro-

P gatori

Digitized by Google

pugnatori corporalis exiſtentiæ in Euchariſtia, Sacramentariorum quos impugnabat errores imputare, in explicandis authoribus audax facinus, eorum ſenſa diſtorquere, & probatum acceptumq; illis referre, quod maxime improbauerint: in hac prima velitatione turbati animi ſpeciem tulit Pleſſæius, nec ſeriatim in orbita & defixa quęſtione morabatur, ſed extra ſemitam deuius oberrabat, nunc iſtam, nunc aliam delibans, in hoc potiſſi mum deſudans, vt probaret Scotum in exiſtentia corporali nutantem fuiſſe, viſum conſeſſui *Pleſſæium pro ſententia Scoti, argutationes Sacramentariorum, quas refellendas propoſuerat vſurpaſſe.* Secundæ diſſertationi locum fecit Durandi citatio, quem ſic loquentem inducit Pleſſæius *Durandus, quem Schola Sorbona magiſtrum per antonomaſiam doctoremque ſummum nominat, libr. 4. ſententiarum diſtinct. 11. ipſiſsima verba ſcripſit: hoc poſito (inquit Durandus) vt panis & vini vtraque ſubſtantia exſtat, vna hinc duntaxat emergit non vtique nodoſa & indiſſolubilis quæſtio (videlicet duo corpora ſimul exiſtentia) contrariam vero ſi aſſeratur, plures difficultates ſuboriūtur, videlicet ratio diſquirēdi probādiq;, quo modo accidentia mutant naturam, vt ex his aliquid gigni poſsit cum omnia ex ſubiecta materia ortum habeant.* 1600.

I. Decretum in Pleſſæum.

Ebroicenſis nouum errorem Pleſſæi priori ſimilimum, aduerſarias Sacramentariorum dubitationes pro Durandi ſententia habuiſſe, quinimo Durandum ipſum, more Scholaſtico diſcuſſis & profligatis hęreticorum huiuſcemodi deliriis & præſtigiis, diſputationē clauſiſſe hac veriſſima & inconcuſſa aſſertione, *Panis vinique ſubſtantiam in Chriſti corporis veram ſubſtantiam efficacia verborum commutari*; Durandi codice exhibito perlectoque, & diſcuſſo articulo pronunciauit: Cancellarius Pleſſæium pro aſſertione Durandi, aduerſariorum contrarias obiectiones ſumpſiſſe.

Sententia Durandi de exiſtentia vera corporis Chriſti.

Tertia diſſertatio verſabatur circa Diui Ioannis Chryſoſtomi propoſitū, quò Pleſſæius doctori oris aurei & doctrinæ incorruptæ, plumbei ingenii minuſq; ſani iudicii probrum imponebat, quod ille ſcripſiſſet, diualibus precibus & ſuffragiis non eſſe fidendum: Ebroicenſis Chryſoſtomum non ex fide citatum, Pleſſæium ſuccidiſſe quod erat præcipuum, videlicet Chryſoſtomum ſcripſiſſe non abſolute in Diuorum interceſſionibus ſalutem conſtituendam, quam ſententiam mendoſe Pleſſæius his verbis reddiderat. *Nullo modo innitendum precibus ſanctorum*: adiiciebat expunxiſſe quæ eo loco ſuadet Chryſoſtomus nempe vt nos mortales Cælitum ſuffragia & precationes non deſpiciamus, ſed deprecemur vt pro nobis apud Deum ſint deprecatores, prolatis codicibus operum Chryſoſtomi, ex aſſidentium ſententia pronunciauit Cancellarius, *Præterita à Pleſſæio, quæ integre neque interciſe ſcribi oportuit*, quæſiit Rex à Caſaubono cur iſta expunxiſſet Pleſſæius, *reſpondit ea ab illo præterita, quod eius menti & propoſito aduerſarentur.* quarta diſpunctio prioris eſt appendix ex eodem Chryſoſtomo, quem hoc ſenſu protulit Pleſſæius, *Saluti noſtræ tutius per nos conſulitur, quam aliena ope & ſuffragiis, nec tam alienis precibus Deus veniam noxarum & fœlicitatem æternam condonat, quam propriis votis & interceſsionib.* exemplo ſunt mulieres duæ Euangelicæ Chananea vna, adultera altera, quarum nullo alio deprecante miſertus eſt, & ſimiliter latronis cui paradyſum nullo alio interceſſore condonauit. E-

Secundum Decretum in Pleſſæium.

3. Decretum.

Caſauboni ad regem ingenua reſpōſio & verū iudicium de Pleſſæio.

 broicen-

Digitized by Google

1600. broicenſis reſpondet à Pleſſæio quæ proxime cohætent ſuccidiſſe, *hæc à nobis ſcripta ſunt, ne Diuos ipſos non precemur, ſed ne in propria ſalute, fiducia aliena opis ſegnes & oſcitantes ſimus*, pudoris quærit effugium Pleſſæius, hac rima & diuerticulo vt teſtimoniũ Chryſoſtomi nõ protulerit aduerſus preces, quæ diuis fato functis fiunt, ſed in eos duntaxat qui alienæ fiduciæ nimiũ incumbunt, cui Rex argute & theologice infit, *verbo alterius vt qua vox vniuerſalis ſit, defunctos aque ac ſuperſtites intelligi, & perperam à Pleſſæio additum, hæc Chryſoſtomum ad tollendum abuſum tradidiſſe, cum pro viuis rogare, viuis de more ſit, etiam in religione cuius eſt aſſertor Pleſſæius*: gregarius quidam ex Prædicantibus ſuſurro, græculæ vocis non nihil perſtrepere auſus eſt, de quo cum Rex interrogaſſet Victrium, hominem ait catapultarij prodromi inſtar eſſe,

Sire c'eſt vn Carrabin qui tire ſon coup il n'auoit que cela de pouare. qui emiſſa glande pugnæ cedit, aut verius *Parthus vt emiſſa fugiens poſt terga ſagitta*: pronunciauit Cancellarius: *ſuccidiſſe Pleſſæum, quæ integra & compacta citari oportuit.* Quinta diſquiſitio, ad diualem interceſſionem æque pertinet: D. Hieron. (inquit Pleſſæius) in commentariis in Ezechielem, ſedate & ſine ſtomacho ſcribit, in ſolo Deo fiduciam collocandam, infelix enim quiſquis homini fidit, quantũuis inculpatæ vitæ, vel quidem Prophetæ, non Eccleſiatum Antiſtitibus confitendum, quantumuis enim iuſti ſint, ſeipſos duntaxat non alios ſaluos nedum

4. Decretum proprios filios efficient:

* Ebroicenſis, Pleſſæium prætermiſiſſe reſpondet neruum & compagem totius orationis hæc verba videlicet *ſi negligentes fuerint*, *ſimiliter pronunciatum locum biulcum, & omiſſa fuiſſe quæ ſcribi oportuit.*

5. Decretum. Sexta incidit in Diuum Cyrillum, quem Pleſſæius ſcripſiſſe aſſerebat, à priſcis Chriſtianis nec adoratum nec cultum fuiſſe crucis ſimulacrum, id à Cyrillo vnquam exaratum nedum cogitatum, Ebroicenſis negat: contra Pleſſæus, id ipſum Chriſtianis Iulianum Apoſtatam exprobraſſe, nec à Cyrillo reſponſum quidquã, de adoratione & cultu crucis, quod ſilentio neutiquam præteriiſſet Cyrillus, ſi adorandi hic ritus inualuiſſet.

Ebroicenſis contra hunc ritum cõfirmat, ex eo potiſſimum, quod Cæſar ille deſertor, ſacris Chriſtianorum non leuiter tinctus, non exprobraſſet venerationem crucis ſi vera non fuiſſet, nec Cyrillus Chriſtianos falſi & inſoliti ritus probro aſpergi tacitus tuliſſet.

6. Decretum *Pronunciatum commenta à Pleſſæio apud Cyrillum non extare.* Septima diſquiſitio etiam ad crucis myſterium pertinet. Pleſſæius contendebat, Imperatores Theodoſium & Valentinianum, Edicto vetuiſſe, ne Chriſtiani icones & ſimulachra crucis pingerent vel ſculperent, vnde coniici neceſſe ſit, crucem à Chriſtianis non fuiſſe cultam. Ebroicenſis ter falſum commiſiſſe probat, primo qui legem Cæſarum contra titulum & indicem citauerit, ſecundo quod voculam *humi* quæ legis ſenſum & mentem explicat, ſciens omiſerit, tertio, quod Petrus Crinitus, quo ſe tuebatur, falſi reus ſit, qui pro Valentiniano Valentem ſcripſerit. Pleſſæius adiicit Crinitum teſtem citaſſe, qui ſic legem protulerit, *Pronunciatum illum quidẽ Cri-*

7. Decretum *nitum citaſſe, ſed mendum eſſe in Crinito.*

Octaua diſquiſitio ex diuo Bernardo deprompta fuit referente Pleſſæio eum ſic loquutum de virgine Chriſtipara epiſt. 174, *Eam ad faſtigium ſummæ gloriæ euectam;*

Digitized by Google

ctam, inanibus hominum præconiis titulisq́; non indigere, eius honori vero, & immortali mortalium elogiis detrahi, Conceptionis diem feſtum, nec rite nec decenter excogitatum. 1600.

Ebroicenſis contendit Pleſſæium laciniam & centonem ex intercisis diſcriminatiſque contextibus texuiſſe, vt hæc verba cohærentia eraderet, *magnifica gratiæ inuentricem ſalutis mediatricem, ſæculorum reparatricem*: Pleſſæius nihil inſolens feciſſe reſpondet, cum etiam Apoſtoli in Prophetarum citandis oraculis, vna ſerie, & glutino orationis etiam hiulca & intercisa loca cumulauerint, cum ad idem propoſitum facerent. Pronunciauit Cancellarius, *cõuenientius fuiſſe, ſi ſigillatim & diſcriminatim non permiſtis contextibus D. Bernardum citaſſet*: veſpere iam inclinante finem fecit diſſertationi Theodoreti locus editus hac formula, *Deus quæcunq́; vult perficit, at imagines ad nutum artificum effinguntur, receptacula ſenſuum habent ſed ſenſu carent*, vel inſectis contemptiores, quod illa animata ſint, quique hæc ſimulachra venerantur in rationis & ſenſus inopiam iuſto iudicio prolabi. Ebroicenſis Plæſſeio obijcit, pro voce iconis vel imaginis, quæ ſpeciali nota antinomiã tollebat, idoli vocẽ ſuffeciſſe, & quod falſi caput ſit, prætermiſiſſe idola ab Ethnicis loco numinis habita.

8. Decretum in Pleſſæium.

Pleſſæius vocem imaginis & idoli adæquari, graio prototypo & patrum ſcholiis probatum contendit, contra Ebroicenſis ſignificatu ſuo, editione Græca & Atticis ſcholiis vocẽ imaginis, & idoli nuſquam cõfundi, ſed vtramq; proprie & determinate ſumi, collectis circumſtantiũ ſuffragiis, pronunciauit Cancellarius: *Viſum conſeſſui Græcis exemplarib. imaginis & idoli voces perpetuo diſtinctas eſſe, nec vno intellectu confundi.* A prima pomeridiana, ad ſeptimam protracta citationũ diſpunctione, Rex ad cœnam & quietẽ receptum indixit, dilato vadimonio in diẽ craſtinum de controuerſis qui ſuper erant articulis.

9. Decretum

Sed dum tota aula longioris luculentiorisq; certaminis ſpe ducitur (heſternũ enim, præludium fuerat) ecce Riuierius Archiater Pleſſæium, graui morbo correptum denunciat, ab eo certamen diuturnius non eſſe expectandum, hinc Rex miſſos facit ſacrorum codicum inſpectores citationumq; cenſores: eo ipſo die e piſtolio ad Ducem Eſpernonium reſcribit, *Ebroicenſem diœceſim Salmuratenſem ſuperaſſe*, Ludus eſt, & argutia in voce vernacula, cuius venuſtas Latino ſermone ſatis apte referri non poſſit.

Pleſſæi morbus diſquiſitioni finem fecit.

Epiſtola Regis ad Eſpernonium.

Canaius præſes hac prima velitatione deterritum, nulla tuba ad ſtadium reuocare potuit, Pleſſæius Rege & cancellario inſalutatis aula ſe ſubducit, & ad ſuum Salmureum propugnaculum abit, ſi poſſit ægritudinem curaturus, ille tamẽ qui victum ſe negat, de iniquis conditionib. aſſidentium præiudiciis, multa conqueritur & vt quod veriſſimum fateantur omnes vernaculè inſigniter facundus, opuſculo ſibi canit triumphum, & luculentis verbis deterrime facta excuſat: Ebroicenſis aduerſario opere rei geſtæ tabulam eo penicillo delineat, vt aliter deformari nõ poſſit, Regem principes, proceres, amanuenſes quatuor primicerios teſtes citat, relata in tabulas recenſet, & quanta voce vulnera intulerat, tanta calami mucrone infligit, ac in ipſum Pleſſæium, ſua dicteria ſalſe & feſtiue regerit, ille enim ſibi blandiens ſcripſerat, *Muſcam Ebroicenſis, pro Elephante habitam, Ebroicenſis contra vnius diei præludium, & delibationem, in Pleſſæi falſis citationibus, muſca in-*

Pleſſæius de diſquiſitionis iniquitate libello cõqueritur.

Ebroicenſis ſcripto reſpondet.

D. Aerium Pleſſæij.

Digitized by Google

1600. *ſtar fuiſſe, quod ſi arena non ſe ſubduxiſſet, pro Elephante quæ omnium maxima ſit bellua habitum iri.*

Canaius ad orthodoxos tranſit.

Paulo poſt Freſneius Canaius, qui ob ſingularem eruditionem inter arbitros Pleſſæi delectus fuerat, vt religioni repudium mittit, & cum orthodoxa in gratiam redit, nouatores in Canayum inſurgũt, eum deuouent vt transfugam & deſertorem, ſæculi præſtigiis & ambitu aulico excecatum damnant, ſed has intemperias Catholicorum gratulatio, laudum ampliori fœnore, & cumulo compenſat. tranſitione Canaij ad orthodoxos, Nauatores non minus concuſſi, quam ingens fabrica ſubductis tignis & fulcris, vel caſtra amiſſo duce, vix enim vnquam habuere vel in poſterum habituri ſunt, qui cum Freſneo eruditione, candore motum ſe comparet, non ſolum ſapientiæ ciuilis rerumq; forenſium (quæ ſua Sparta fuit) peritiſſimus eſt, ſed Ariſtotelem integrum, non interpretum organo ſed natiuo ſuo idiomate callet, quo præuio ſeu luce in tenebris, ſophiſmata & tendiculas miniſtrorum detexit, & nunc diſcuſſis iubar veræ fidei agnouit.

Elogium Canaii fraxinei à ſumma eruditione.

A præſtigiatrice vetula tentatum in Regem veneficium.

Rex vt Lutetiam rediit, teterrimi veneficii in eum meditatum ſcelus detegitur. vetula erat Nicolea Mignon, quæ bello ciuili, in Dionyſiano oppido cauponam exercuerat, illa bibaciſſima & merobiba (vt ſunt fere omnes cauponariæ) decoctis omnibus, pruritu excita, nubit iuniori coquo, illa Regi innotuerat, cũ Lutetia fœderata & obluctante, oppiduli anguſtiis contineretur coactus interdum in eius diuerſorio morari, & poculum delibare, hoc veteri contubernio ad dirum ſcelus viam ſibi facit, Regi crebro ſe cõſpicuam facit, quæ ex diuturnitate & dicacitate cum eſſet faſtidio, Regis priuatim alloquẽdi paſſa repulſam, ad Comitem Sueſſionæus clam diuertit, ſibi eſſe quæ ſemotis arbitris dicta velit, admiſſa in arcano colloquio ſcelus aperit, ſi annuat eius conſiliis, ſummum in Gallia dominatorem fore, toxico necandi Regis, nec animum nec vires deeſſe, ſi rẽ tectam fecerit, ille Eumenidis horrẽdo facinore perculſus, vt potuit, animi motum cõpeſcuit, & quaſi aurem incantatrici fœminæ præbuiſſet, in craſtinũ diem commodiorem de toto negotio cõfabulationem remittit, Sueſſionæus Regem certiorem facit, fidum aliquem adhiberi petit, qui abditus in larario veneficę inſidias audiat, mittitur Lomenius. dicta die adfuit, neſcia auritos eſſe parietes, garrula ad exitium omnem veneficii cogitationem audax aperit, rem facillime perfici, ſi maritus coquus, à Sueſſionæo principe ſummo domus regiæ magiſtro, ad conditurã regiarum epularum admittatur. qui effuſo toxico eſculenta inficiat, tam certa & præſenti morte, vt contacta ſummis labris Regem interficiant. Sueſſionæus, percunctando quaſi aſſentiretur, poſtquam omne arcanum ex fœminæ præcordiis ſumma diſſimulandi vafricie elicuit, illico ſceleſtam comprehendi iuſſit, quæ paulo poſt Lomenio teſte rea peracta flammis deuouetur.

Sueſſionæi ſummus amor in regẽ & ſingularis prudentia in detegendo facinore.

Vetula venefica publico rogo additur.

Facinus intemperiis animi, & dæmonis præſtigiis excuſat, contra his artibus, aut vitare rogum, vel mitigare pœnam: nihilominus deligata ad palum igne exuitur, illa quæ vno tantoque facinore per vniuerſam Galliam facem belli immittere meditabatur.

Nefaria omnes molitiones in Regem

At vero ex tot tantiſq; proditorum irritis conatibus, certum eſt à Deo Opt. Max.

Digitized by Google

Max.geniorum cæleſtium quotidiano ſatellitio, Regis vitam & incolumitatem 1600.

Deo & Angelis protegentibus irrita.

ſtipatam eſſe, nec in toto orbe alius eſt regnator vel princeps, qui pluribus inſidiis, domi foriſque, bello & pace, ferro & veneno coniuratorum appetitus ſit, quos omnes numinis cura detexit, conſcioſque Nemeſis debitis pœnis ſubiecit.

Iam nunc trimeſtre exactum, Inſubriæ principem nullo alio monitore interpellat, Rex morantem & procraſtinantem vrget, anceps animi fertur Allobrox, Seguſianum agrum & munitiſſimam arcem Burgi Breſſiani prouentu vberiorem Marchionatu ſecum reputat, illum tamen in confinio eſſe, Gallo oſtium eſſe ad Alpes, & aditum in Italiam, à tam vicino hoſte quotidianum ſibi eſſe metum, & nunquam ſatis ſecuram Inſubriam.

Eius Cancellarius in Hiſpania agebat, reſcribit, vt cunctando neutrum faciat, neque tranſalpinam ditionem, neque vice huius quidquam reſtituat, non ita tēpeſtiue legi militem in Gallia, exercitus cogi, acies inſtrui, Comitem Fuentium, ingentibus copiis illi opportune adfuturum, qui impetum Gallorum retundat, cogatque proprios fines tueri, ne dum alienos appetere, Hiſpanicis huiuſcemodi iactationibus nimis credulus fidem fallit Inſuber, Lutetiani fœderis, & toties per epiſtolas de obſeruando repetiti iuſiurandi immemor, expectatione ancipiti Regem ludificat, ille tandem non vltra paſſus deludi, aduerſus vulpinam calliditatem leonina fortitudine dimicandum putat, milites conſcribit, vrbibus, oppidis municipiiſque foſſores, & commeatum imperat, nobis accerſit: machinas aheneas magnamq; vim pulueris ſulphurei & globorum, ex armamentario Lutetiano Lugdunum euehit, vt tantam belli molē dux audiit, aliquot dierum inducias petit, donec oratores mittat, adſunt Archiepiſcopus Tarentefiæ, Marchio de Lullins, & Riuerius quorum opera pene in omni negotio vtitur, vt virorum quos fides & peritia plurimum commendant, illi Ducem conqueri de durioribus pactis fœderis Lutetiani, qui in primaria vrbe regni hoſpes, nihil negare Regi auſus ſit, ob inglorium & inæqualem tractatum, eo ipſo vt plurimum à gentilib. & fœderatis incuſari, reſtitutionem marchionatus non abnuere, ſi dignetur Rex vni ex liberis, iure feudi inueſtituram concredere.

Apparatus ad bellū Sabaudicum.

Dux ſuos oratores mittit.

Contra Rex, oratoribus fruſtra hæc Ducem ſuum cauſſari, cum ille regno digreſſus, inq; primariis Sabaudiæ & Inſubriæ vrbib. Camberiaci & Taurini, ſcriptis epiſtolis gratum ratumque habuerit fœdus Lutetianum, pollicituſq; ſit exequi: de inueſtitura priuatis ſuis rebus moneri, ne ita diſpendioſe ſit liberalis, videat quamprimum & deliberet, vt Calend. Sextilis fidem & pacta impleat, ſin minus pugnæ & armorum aleæ ſe accingat, Riuius Inſubris Achates, illum de regia expoſtulatione bellique apparatu oſcitantem admonet, redit ille & cum cōſortibus legationis, iterum de re componenda, cum Sillerio & Ianino Cōſiſtorij Francici Antiſtitibus conueniunt, his arbitris nouum pactum initur cui ſubſcribere Riuius religione & ſcrupulo legationis recuſat, extēplo pegaſeis equis properaturum ad Ducem vt calculum adiiciat, itiones reditioneſq; iſtæ quanquam veredariæ & celerrimæ, non tam bona fide pacis ineundæ, quam belli procraſtinandi Regi perſpicaciſſimo viſæ ſunt, acceptoq; per exploratores, nouas condi-

Nouum colloquium de fœdere.

 tiones

Digitized by Google

1600. tiones Duci minus acceptas, minariq; à bello Sabaudico ſuiſq; finibus per internum & domeſticum Gallos reuocaturum, Rex ſtatuit aleam Martis experiri: iubet ergo Rubiconem traiici, præmiſſa & publicata obteſtatione, qua belli cauſas in ducem reiicit, ſibi adempta repoſcere, vi & ferro quæ rupto fœdere & tot pacis repetitis irritatiſq; condicionibus Dux retineret.

Denunciatio belli ſubiectis cauſis.

Feruntillum (quod vix de Chriſtiano, & ſcientiſſimo principe credam) Mathematicis & Ariolis credulum, vaticinio ancipiti deluſum. Illi enim Sextili menſe Regem in Gallia non futurum prædixerant, Regis diſceſſus in Sabaudiã id verum fecit. contra Galliæ hoſtes ex voto captantes augurium, ſublatum iri credebant (non enim extare, viuere deſiiſſe vulgari vſu loquendi intelligitur) ſic præſtigiatores illi obſcura inuoluunt veris, ſed vaticinio fides abrogata, quũ Allobroges, mox agros vrbeſq; ſuas vaſtantem, nec ægre vincentem non ſolum viuum ſed victorem experiuntur.

Sic olim memoria patrum Franciſcus Marchio Salluſianus, Franciſci Regis in Inſubria viciarius & beneficarius ac clientelari fide illi obſtrictus, Ariolorum nugis, qui Galliæ omnia aduerſa ominabantur, Cæſari & Hiſpanis proſpera & auſpicata portendebant, ad illos deſertor & transfuga infœlix defecit. Ergo Lugduni, nobis inſpectantibus, per præcones denunciato bello, otioſe & ſine vi Sabaudia magis inuaditur & occupatur quam expugnatur, caput illius ſedeſque Senatus deditionem vltro facit, Bironius Burgũ prima vigilia noctis nullo æſtu belli, ſine cæde & cruore quaſi aliud agens quam bellum, intercipit ciuibus militibuſq; præſidiariis in arcem ignauiter ſe recipientibus, quamuis Bironiana caſtra exilii numero ſed Vaſconici militis ferocia & virtute bellica formidabilia, ab oppido diutius arceri potuiſſent.

Inuaditur Sabaudia.

Burgum nullo negotio capitur.

Galli arcem nullo ariete, nullis machinis expugnabilem, corona cingunt, incile & ſulcos ducunt, ne quis ingredi, vel egredi neue commeatus & pabulum, quorum penuria multum laborabatur, importari poſſet. Subita irruptio in Allobrogum fines, nec longe ab Alpibus Gallorum caſtra, iam non vano metu Ducem afficiunt, ille conclamatis rebus fruſtraq; expectato Fuentio moratore, ac de more ſuo Hiſpanica cunctatione auxiliatore ſero, Franciſcanum pacis internuncium & proxenetam ad Regem confeſtim mittit, qui deprecator ſit vt diſcedat armis, ſpondeatque Ducem Lutetiano ſtaturum fœderi iamque illud paratum exequi.

Præcingitur arx munitiſſima Burgi.

Grationopoli medio Sextili ad Regis colloquium admittitur ille ſic ad Regem: Summum Pontificem inter agnatos Chriſtianoſque principes (vt ingenitum eſt patri filiorum dolere diſſidia) bella plurimum auerſari obteſtatur, Ducem fœderi Lutetiano morem gerere, Romano Pontifici æquum & glorioſum videri, vt Rex ſua repoſcat, hac lege ne quid in alienos fines moliatur, rogare vt ſuis vtriq; maneant.

Oratio Franciſcani ad Regem.

Rex Franciſcano reſpondet, inuitum ad id bellum compulſum, de inferendi neceſſitate Ducem monuiſſe, poſt itiones, reditiones, cunctationes, ludificationes multas, adactum armis ſuum vindicare, S. Pontificem inter mortales præcipuꝰ

cipua dignatione & obſeruātia colere, cui nihil negatum eſſe velit, eam de illo ſibi polliceri & beneuolentiam & iudicium, vt ipſe ſummus Pontifex, nec regno damnoſa nec regiæ celſitudini indecota ſuaſurus ſit. Lutetiano fœdere iam non eſſe obſtrictum quem dux ipſe, toties fruſtrationibus eluſiſſet. 1600.

Proditio immanis in Regem Scotiæ. In Scotia, dira profectò nec ſatis deuouenda fratrum Comitum, titulo *de Gauris*, molitio in Regem ſuum, non longe à cæde regia abfuit, illi necis paternæ probrum (pater enim damnatus crimine leſæ maieſtatis ſecuri publicas pœnas dederat) diutina vltione diluere animo conquoxerat, ſic vlcus in ſaniem erupit, atq; Regis interficiendi hoc capiunt conſilium, vt regem in priuatam ſuam arcem incomitatum, & ab aulicis ſemotum auocarent, colore quæſito percontādi videndiq; hominis, qui ingentem theſaurum defoſſum ſciebat, iunior Gauricus, Regem per auia & nemora venantem adoritur, abductum à ſatellitio & corona Aulicorum, cupidine defodiendi auri latentis domum ſuam abducit, venienti occurrit ſenior Gauricus fortuito conuiuio excipit, quo peracto Regi ſuaſum facit, vt in arcis intimos receſſus abiret, ad hominem de theſauro inquirendum quē in penitiſſimis penetralibus, ne cuiquā aurum proderet aſſeruabāt, Scotorum Rex qui quo eſt candore & æquanimitate, ſuos indigenas metitur & pares eſſe cupit, nihil ſubeſſe doli cogitans, ſolus fratres per diuortia & receſſus ſequiſur, vbi ventū eſt in latibulum, cōuiciis laceſſunt, paternæ mortis probro inſultant, adeſſe diē qua vlciſcantur; hem? qui aurū ſitis, ille eſt theſauri conſcius, oſtenduntq; lixā oculis trucem, corpore immanem ſetis rugiſq; terribilem ad cædem regiam ex auiis montibus accitum.

Rex Scotorū feritatē proditorū exarmare nititur. Iunior Gauricus faucibus Iacobi admoto pugione mortem minatur, quem Rex efferatum demulcere ſic enititur, hem? rogo quod ſolātium paternæ necis, in ſanguine meo, me nondum adulto nec conſcio genitor pœnas dedit, ego in vtrumque manſuetus & munificus, fiſco bona addicta vltro remiſi, familiam veſtram meliori ſorte beaui, vobis à Deo Rex ſum conſtitutus, homo es, à te humani nihil alienū puto, ſacro fonte Chriſto regeneratus es, cui ingenita humanitas, nec lanienis credo aſſuetus & educatus, ad trucidandum dolo & inſidiis inermē principem, quid cæde mea proficies, ſunt mihi liberi qui nō inultum ferant, gentem veſtram perditum ibunt, ac radicitus excindent, eamq; indelebilis infamia æternum dehoneſtabit, infectum ſcelus ſinas, reuertamur inoffenſi, fidem obſtringo me nuſquam vltutum: hac blanda Regis oratione, quanrumuis ferox & immane ſpirans Gauricus, metu diriguit, ac totis artubus ita contremuit, vt vibrare lacertum aut ictum ſtringere manus tremula haud potuerit, Gauricus ſenior, Ducem de *Lennox* cæteroſq; ſed paucos Regis comites, nugis fallebat & ſermonibus morabatur, tremens ſicarius iunior, dum inter ferrum & cædem nutat, ſic cum Rege captiuo paciſcitur, vt cum barbaro quietus immotuſque maneret, nec per ſpeculam aut feneſtram vociferatione ſuos inclamaret, donec fratrē natu maiorem conſuleret, egreſſo ſicario Rex cordatior factus, barbaro imperat, vt feneſtras aperiat, id facere veritus religione iuriſiurandi violandi, redit paulo poſt iunior Gauricus, rurſus mortem minitans funemque ſericum oſtendit, quo vinctum Regē trucidet, cui Rex fortiter & intrepide, *mentiteris ſceleſte proditor, vincula*

1600.

cula non patiar, liber vixi, haud ſeruus vinctuſque moriar, intuitus Gauricum ſtringere

Verba vere regia regis Scotorum.

mucronem manu vna inhibet, altera iugulum ſicarij premit, ille vi & contentione regem conſtrictum concut.r, vtrique impliciti ſimul colluctantur, donec Rex per feneſtram proditionem inclamat: extemplo Dux *de Lennox* cæteriq; regii comitatus, qua Rex erat ingreſſus properant, ſed portis obſtructis malleos, bipennes, aſcias, & ſecures ad confringendas ſero expectant, interea Rex & ſicarius viciſſim impliciti ſe volutant, & quamuis corpore & viribus ſuperior, animo tamẽ

Rex ſicario valentior in lucta necis.

fracto & manu tremula, barbarum agreſtem in auxilium cædis Regiæ aduocare cogitur, qui æque territus iurat à Deo inhiberi: interea dum in frangendis portis mora fit longior, Ramſeius adoleſcens qui peracto aulici obſequij tyrocinio, Regi in venatione comes erat, obſeruauit aliam eſſe teſtudineam ſcalam, qua in cubiculum vbi rex premebatur, conſcendebatur, hinc ſibi facto aditu Regẽ humi ſtratum, & cum proditore innixum offendit, accipitrem loro vinctum deponit, & Gauricum ſtricto mucrone circa ilia Rege monente (quod impenetrabili chlamide pectus munitum haberet) repetitis ictibus transfigit: memorabile eſt

Iunior Gauricus necatur.

Scotum Regem, in ipſa lethi lucta dum Gauricum conſtrictum manibus premit, pede accipitris quem in delicijs habebat, ne euolaret, ſtrinxiſſe lorum.

Ratus ſenior Gauricus Regem à fratre & barbaro ſtrangulatum & interemptum, adeſt caſſide & lorica accinctus, manibus geminum enſem vibrans, vt in-

Senior Gauricus occiditur.

fectum ſcelus vidit, fraterna cæde exaſperatus, & in furias actus ſeptem aut octo æque efferatis famulis ſeptus, Regem cum liberatore Ramſeio, Thoma Ereſkin doctore medico occiſurum iurat.

Rege addente animos Ramſeius medicum transfodit comitẽ, famulitiumque omne in fugam vertit, Dux *de Lennox*, Comes de Mar cæterique regis comites, dum fruſtra portas confringere & ſcalis tabulatum ſcandere nituntur, ecce tam præſenti fato Rex ereptus, proditorum ſanguine, puluere volutationis ſor-

Rex liberatus Deo preſentes gratias agit.

didus, flexo poplite Deo ſeruatori gratias agit, Comitum Gauricorum morte per oppidulum ſparſa, ciues tumultuantur ac feroces caſtrum cingũt, ignari inſidiarum, exhauſti defunctique à rege periculi, qui per vbi ſpeculam ſe conſpicuum fecit, domum quietos dimiſit, vrbano prætori ſceleris omnẽ ſeriem Rex narrat, caſtrum & cadauera cuſtodiæ tradit, donec per ſummos magiſtratus de proditione conſtituatur iudicium, arcis receſſus, anguli, latebræque excuſſæ, num quid in eis veſtigia conſciorum inuenirentur, marſupium maleficorum, diris & deuotionibus, præſtigiis, ſortibus, amuletis, faſcinis, barbaricis vocibus, ſcriptionibuſque infartum repertum eſt, quod perpetuo geſtare Comes ſolebat, quo ſe audentiorem ſecurioremque imo lethi deſpectorem iactabat, rege incolumi, vndique equites pedireſq; adſunt, pro eius liberatione ſuperis decretæ ſupplicationes publicæ, iſta pene ad verbum ex opuſculo, quod Iacobus Betonius Archiepiſcopus de Glaſco, Mariæ Suartæ eiuſque filii Iacobi fidus longæuuſque legatus, ad me Lugdunum miſerat excerpſi, cum enim Annales iſtos iampridem molirer, à ſummis viris arcanorum aulæ conſcijs res geſtas ſciſcitabar.

Iterũ de bello Sabaudico

In caſtra redeamus, Deſdiguerius Allobrogum tam vicinus quam implacabilis hoſtis, oppidum Momeillianſe otioſe & incruente interceperat. Grillonius pede-

pedeſtrium cohortium ſub-præfectus, Camberiaci ſuburbia nullo Marte occupat, per Villeregium Rex de deditione præſidiarios milites monitos facit, manſuetudine potius quam ſummo iure belli in eos ſi imperata faciant vſurum: vicarius ducalis dominus *de Iacob* & præſes de la Rochette, paucorum dierum inducias petunt, quibus de anguſtiis ſuis ducem commonefaciant, triduum conceditur, cuius moram haud ferentes incolæ, vltro vrbem dedunt, qui arcem propugnabant ſi intra ſextum diem dux obſidione non ſoluat, ſe dedituros pollicentur. 1600.

Exhinc Rex Confluentiæ propugnaculum munitiſſimum duabus machinis quatit, exili hiatu muri facto degeneres præſidiarii plures quam mille, ferreis tegumentis ad poplites vſq; côtecti, ad primũ ictum arietis ignauiter arcẽ dedunt, q̃ vel fœminæ tuerentur, abeunt gallinæ cedũtq; Gallis, non niſi ingenti ſtrage expugnabilẽ arcem, ſi modo viros habuiſſet Sabaudia, abeunt, inq̃, cum caſtrenſi peculio, rebus quidem ſaluis, ſed amiſſa fama, quæ militiæ præcipua dos eſt. Carbonaria aliud eſt propugnaculum, ad ima montium quod ad Alpes aditum præcludit, in aſperis caulibus faſtigiatum, flumine vadoſo alluitur, turris antiqua adhuc viſitur, reliquiæ ſunt antiqui palatij comitum Morienenſium, qui priuata ditione circumiacentem dynaſtiam moderabantur, turrim illam à crepuſculo ad merum diem nouem machinæ quatiunt, tanto muri lapſu & hiatu, vt medii homines intus deſpicerentur, qui poſtquam extare & videri deſierunt, de eis varie cogitatum, alij prandere, alij eos ad vim depellendam ſe accingere conijciebant, Rex de deditione habere conſilium, venturi præſcius dixit, & verbo ocyus per tubicinem ad colloquium admitti poſtulant, fit deditio his pactis, vt res ſuas ſibi haberent, vexillis ſigniſque relictis; illi contra, niſi cum illis abituros obteſtantur, obſtinati animi emiſſis catapultis iracundiam & ferociã produnt, quam Rex grauiorib. repetitiſq; ictibus machinarum emollit cogitq; domitos, abire ſine vexillis, quæ ad perennitatem ſymbolumque victoriæ, in æde primaria Lugdunenſi affiguntur.

Expugnatio vrbiũ arciũque Sabaudiæ.

Deditio Carbonariæ Arcis & pacta.

Series rerum geſtarum longa ſpatia emetiri cogit, ac in Belgium me vocat narraturum, Archiducum & Mauricij riualis duram & cruentam pugnam: fœderatæ vrbes Batauorum, quæ toto mari vnice imperare affectant, triremibus nauibuſque Hieronymi Spinolæ Genuenſis in anguſtum redactis, liberum latumque Oceani imperiũ recuperare moliuntur: fœderatis anſam bene gerendæ rei præbebat, hinc expugnatio fortaliciorum Diui Andreæ & de Creuecœur, illinc defectio veteranorum, quos idcirco rebelles contumaceſque voce Iberica *mutinados* vocabant.

Ergo Mauricius claſſem ingentem inſtruit, equitum peditumq; turmis, cum omni armamentario pœnu & commeatu militari in naues onerarias importatis, ille tandem appulit non longe à littorali propugnaculo quod à Rege Hiſpaniæ Philippicum nuncupatur, quid autem de Mauricio ſcribam id ipſum quod de ſemetipſo Cæſar in ſimili captã læ victoriæ feruore, venit, vidit, vicit: vt n. præſidiarij milites latens ſub nauibus æquor è ſpeculis inſpiciunt (ô ſtrenui arcium cuſtodes) rati quod erat verum tantam claſſem in eos moueri, ſaluis rebus ſuis de

Digitized by Google

1600. deditione pacti abeunt. his victoriæ primitiis Mauricius animoſior factus, propugnacula Alberti ac noui portus obſidet, Alberti quatuor machinis leuiter concuſſum pari ignauia deditur, dum ad noui portus expugnationem ſe parat, Archidux latius progredientem compeſcendum putauit, incredibili celeritate accitis vndiq; militibus, collectis atq; ocyus quam Mauricius crediḍiſſet duodecim millib. bellatorum aciem inſtruit, quam profecto viris armiſq; luculentam in ſuburbanis Gandaui campis luſtrant Archidux & Iſabella, atq; illa Lacænam æmulata, cõcione maſcula ac militari duces, anteſignanos, centuriones, militeſq; ad ſtrenue pugnandum & expugnandum ſic cohortatur. *Magna mihi (ô inuicti bellatores) fiducia eſt victoriæ, vobis aduerſus fidei hoſtes pugnantibus, ius belli cauſaque æquitatem ſtrenuitas veſtra adæquat, tot fortiter & fœliciter exhauſta bella, tot ſpolia, tot de hoſtibus partas laureas reminiſcimini, fidei, inquam & ſacrorum Regis Catholici fratris, Archiducis mariti, ac mei cuius ditiones dotales à vobis tam æque propugnantur, quam impie & ſceleſte à perduellibus oppugnantur, credite (ô fortiſsimi pugnatores) tanti beneficii nunquam apud nos intermorituram memoriam, certum habete de ſtipendii annonaque militaris ante actis temporibus nihil detractum iri, vt perſoluatur vel omnem mundum muliebrem atque ipſos auribus penſiles vniones venales exponerem.*

Concio Iſabella ad milites.

At profecto cum pugnandi deſiderium in frontibus veſtris lego, defectionis & diſsidii veſtri atque omnium iniuriarum iam obliuiſcor, ſolamq; benemerendi memoriam tenacem & perpetuam retineo, ite fauſto omine & numinis auſpiciis, ſuos noſtroſque hoſtes intrepide inuadite & ſummo excidio tollite.

Iſabellæ concione ſeu claſſico Martis accenſi milites acclamant, hoſtem poſcunt, vincere aut mori ſpondent, Albertus Gandauũ remiſſa coniuge, aciẽ Burgis educit mox Odemburgum, quod primo æſtu Martis recepit, dedentibus ſe nihilo fortius præſidiariis.

Erneſtus Naſſouuius à Mauricio premiſſus erat, cum Scotorum aliquod cohortibus, duabuſq; leuioribus machinis vt vado & ponte inter Oſtendã & nouum portum hoſtẽ prohiberet, ſed ille ſerius moratus videt Alberti copias pontem prætergreſſas, in quas dum impari numero pugnant, Naſſouuius machinis amiſſis & magna ex parte conciſis fugatiſq; Scotis, ipſemet fugiens ad proximũ propugnaculum vix ſe recipit, hoc lenocinio fortunę Albertus pugnæ deſideriũ concipit, ratus imperatum eſſe hoſtẽ, ſed fuga Erneſti Mauricium ad conſulendũ ſibi præmonuerat. ordinatione caſtrenſi ab Hiſpanis mature perſpecta, pugna abſtinendum cenſuerunt. vtilius ſecuriuſq; fore ſi Alberti propugnaculum recuperarent, ibique caſtra metati foſſa & aggere ſe circumcingerent. hac ſtatione commeatum & pabulum Mauricio intercludi & fame potius quam ferro ſiue alea Martis expugnandum, vicit tamen ardor pugnæ & quam primum omnibus copiis Mauricium inuadendum, exultantibus animis deliberatum eſt. Ille non ſegnior ad omnia quæ victorem faciunt ſe accingit, vt in caſtris genitus educatus & adultus, rei militaris ſcientiſſimus, non expectandos ſed inuadẽdos hoſtes ſtatuit. ergo acie ordinata progreditur, occurrit Albertus, machinæ vtrinq; fulminant, tubæ martium canunt, fit pugna, fit ſtrages, nutat victoria Hiſpanis nunc fauente, nunc verſis alis victoria ad Mauricium inclinante, ne longum faciam

Ingens pugna.

(nam

1600.

(nam me in Sabaudiam regiæ cognatæq; acies reuocant.) Dõmarueillæus, contribulis meus inter Beotiæ noſtræ nobiles pugnaciſſimus Gallorum qui ſtipendia faciebant in Batauia anteſignanus, ita inclinantes Hiſpanos viget, vt manipulis ſparſis ordine rupto cum cæteris fugientibus, alii in nouũ portum, alii alio confugerint.

Dommarnuile Gentilhome de Dunois.

Albertus gloria & fortitudine bellica plurimum emicuit, vultum glorioſo vulnere inſignitus, Brugas referẽs quod ait Rex Athalaricus, *ſine aſſertore præconiũ, propriam linguam virtutis, probatæ fortitudinis teſtimonium:* inſignium procerum vim captiuam abduxit Mauricius pernoctauit in caſtris, quod ratam indubiamque victoriam facit, ille ad Alpes vſque remigio famæ peruolauit, nam quod vix aliquis credat, nos enim ſeptimo poſt pugnam die Lugduni multis nuncium audientibus & ſtupentibus, pugnam noui portus rumore publico excepimus, demiratuſque celeritatem nuncii obſeruatione notabili priuatis commentariis mandaui.

Alberti inpugna ſumma virtus bellica teſta frontis vulnere.

Apud Caſſiodorum lib. 8.

Sed tubam Martis cheli Apollinis temperemus audiamuſq; de optimo ſtatu Academiæ inſtaurando renouatas leges. Vbi Henricus Maronianum illud impleuit, *tu regere imperio populos Romane memento, Hæ tibi erunt artes:* Supererat hemiſtichium opere perficiendum, *paciſq; imponere morem.* hoc eſt literis, boniſque artibus ſua reddere otia Academiæ priſcum ſplendorem, quo tantopere defecerat, vt altera ab antiqua penitus videretur, non vt olim illa, quæ orbe toto domicilium Muſarum, officina artium, ſeminarium togatorum politicorumque ordinum fuerat, ita vt exteri putarent, non ſatis videri doctum, qui Lutetiæ non ſtuduiſſet: Iouianus Põtanus ſui æui litteratorum Antiſtes (cui ſuperſtiti omnes vltro herbam porrexere) de Lutetianæ Academiæ celebritate hoc reliquit elogium: *Florent nunc in Gallia, Philoſophiæ ſtudia, quæ in tantum aucta ſunt, vt Pariſiis, decem millia hominum eſſe dicantur, qui humanarum diuinarumq; rerum cognitioni vacent.*

Septimo poſt pugnam die Lugduni acceptum nuncium quæ incredibilis eſt celeritas.

Inſtauratio Academiæ.

Iouiani Pontani de Academia Lutetiana teſtimonium.

Hæc Pontanus ſcribebat ſæculo, quo Gallia barbara, obſoleta nihil de Attico vel latio purum & putum habebat, erat enim Pontanus iam ſenior Carolo VIII. res Italas armis repoſcente, Gallis alioquin & fere ſemper infeſtus & iniquus æſtimator: at ſi ille rediuiuus fuiſſet Franciſc. I. temporibus, qui ſcabritiem rubiginemque anterioris ſæculi deterſit, qui accitis publicis omnium diſciplinarum profeſſoribus, ſimul omnium gentium diſcendarum literarum cupidiſſimos acciuit, quam multo numerum Pontanus auxiſſet, ex hinc enim Academiæ contigit, quod ſolet emporiis, quæ multitudine negotiantium abundant vel egent, pro copia & ratione mercium quæ aduehuntur. At vero nunc ita vel Academicorum iudicio, res litteraria collapſa erat, vt de inſtauratione priſcis legibus nouas addiderint, & de promulgandis ad Patres Conſcriptos libellum ſupplicem dederint, hic quem tum ob æquitatem tum elegantiam poſtulatorum ſubiiciendum putaui.

Libellus ſupplex ad Auguſtiſſimum Senatũ, pro Academia Pariſienſi.

Sedatis tandem aliquando, atque compreſſis ſingulari Dei munere ac dono, ſuperiorum bellorum motibus, quibus hoc imperium Francicum miſere iactatum concuſſumq; fuit, partaque pace, auſpiciis Chriſtianiſſimi & inuictiſſimi Principis Henrici IIII. quam primũ aliquid lucis nobis oſtendere tempora viſa ſunt,

1600. ſunt, de inſtaurãda Scholæ Pariſienſis diſciplina ab omnibus Vniuerſitatis ordinibus conſtanter agi cœptũ eſt: Princeps opt. maxim. magno Reipublicę ac ſuorum bono natus, viris ſelectis ſupremæ Curiæ, ſcholæ Pariſienſis regendæ amplisſimam demandauit prouinciam.

Quod quidem bene & conſulto prouiſum fuiſſe à magnanimo Principe cognoſcimus, qui virtutes maiorũ ſuorũ æmulatus, ex his vel pręſtantiſſimos quoſque æquauit, vel etiam, quod vere fatendũ eſt, multis ſtadiis antecertit. Et quamquam vis quædam maior aut fatalis prope neceſſitas, præclaris illius conatibus obſtitiſſe, & quo minus ſuæ commiſſos ditioni populos omnino bearet, planeq; ſecuros redderet, effeciſſe videretur: attamen præſtans ille & inuictus animus, ſummaq; fides & conſtantia Regis prouidentiſſimi (qui ſalute ſubditorum nihil vnquam habuit antiquius) Pariſienſem Academiam ſanctiſſimo Ordini primo quoque tempore commendauit, quo vniuerſas labes, temporum iniuria contractas, omniaq; vulnera, quibus illa grauiter affecta, pene contabeſcit, omni ratione eluere, & ſanare conaretur.

Nos igitur P. C. ad ſanctiſſimam aram Curiæ, volente ita Principe ac permittente, perfugimus, vt, quia id ad vos maxime pertineat, ſcholæ vniuerſi proſpiciatis. Quam curam in poſtremis non habendã veſtri maiores putauerunt, qui ad augendam ſcholę huius dignitatem ac ſplendorem, nihil non operæ ac ſtudii poſuerunt.

Non eſt quod hoc loco antiquitatem ſcholæ verbis augeamus, aut celebritatem, quæ ſeſe apud exteras nationes, nedum apud ſuos, mirifice commendauit, replicemus, cum recenti adhuc memoria, principum virorum largitiones & priuilegia longę multa celebrentur: ex quo tanquam pelago vberrimo permulti riui per vniuerſum orbem Chriſtianum latiſſime dimanarunt. Nunc vero magno noſtro malo, partim horrorẽ ac ſolitudinem diſiectæ ſcholæ, partim vepres ac ſenticeta quibus ſyluéſcit & ſqualet, perferre patiq; tam diu coacti; oculos ad cælum tollimus, ſupremi Senatus auctoritatẽ, opemq; ſalutarem ſpiramus, imploramus, flagitamus, vt tot iam ante contractis morbis ſalubri conſilio medeatur. Lutetia, inter alios totius Europæ, nedum Galliarum ciuitates, multitudine populorum fœcundiſſima, Regia Principis, facta ſemper cultior ac ſplendidior, Senatus trimi & antiquiſſimi præfulgens dignitate, celebritateq;, aliis etiã multorum ordinum decuriis auctior ac melior, innumeris Academię literariæ porticibus & ſpaciis ſeſe iamdiu commendauit; vt citra controuerſiam ab omnibus Galliarum oculus diceretur. De ordinibus aliis, qui intra vrbis pomœria continentur, nihil aut parum detractum aut imminutum tot iam retroactis annis: Senatus adhuc perſtat amplitudo, & inconcuſſa dignitas, & quandiu ſtabit imperium duratura: ſola torpet ac debilitatur Academia; ſola opprimitur ac contabeſcit: & tamen (ſi verum amamus) illa vna honeſtiorum omnium Ordinum ſeminarium, cuius neglecta vel intermiſſa cultura nihil ſpei fore arbitramur, quo huic vrbi vel imperio melius aliquid polliceri audeamus. Inter multa ornamenta dignitatis, quibus Pariſiorum ciuitas excolitur, venerãda Themis, hoc eſt, ſacri & auguſti Senatus auctoritas, eam multo illuſtriorem, certeque cultiorem facit,

Digitized by Google

facit, imo Galliam vniuerſam, vel ipſa clarorum virorum grauitate ac doctrina, vſuque rerum maximarum celebrat: 1600.

Aſsidet ipſa Ioui, Iouis eſt fidiſsima cuſtos.

Quod vt verum ſit (& quis talia demens abnuat?) poſſumus non temere dicere.

Proximos illi tamen occupauit, Pallas honores.

Ex quo ſapientiſſime omni æuo prouidit Curia, vt Academię iura illibata ſeruarentur, & ne quid honoris, vel dignitatis illi detraheretur. Quod exemplum, quamquam ad noſtra vſq; tempora propagatum, ea tamen ſunt peruerſa, cōtorta, & præpoſtera quorundam ingenia, vt nihil ſpei fore putent, in iſto, vti dictitant, Augiæ ſtabulo repurgando: & ad id tentandum non vnius Herculis, alioqui ſolertiſſimi, operā impendendam, cū deſperatis morbis fruſtra quærātur remedia, & fere de ea iactari ſchola poſſit, quod olim de Athenis M. Tullius, & Syneſius, quanquam non eodem tempore, prodiderunt.

Athenis (inquit ille) iam diu doctrina ipſa interiit: domicilium tantum in illa vrbe remanet ſtudiorum, quibus ciues ipſi vacant, peregrini fruuntur, capti quodāmodo nomine vrbis, & auctoritate. Et Syneſius, quanquā alio æuo, ſic fere iocans ac ludibundus ait, ſe quidem ex Athenis fructum aliquem cepiſſe, nec tamen inde factum palma aut digito ſapientiorem: quoniam præter eximia locorum nomina, nihil Athenæ amplius dignum grauitate obtinerent: & quemadmodum victimarum confectarum pelles aliquando vixiſſe animalia indicāt, ita poſt hinc expulſam Philoſophiam, qui Athenas diuertunt, Academiam quidem, Lycæum, & variam porticam, nulla iam Chryſippi, aut cuiuſquam alterius eruditione & philoſophia, ſed variorū opificum ignauia nobilitatam admirantur. Non ij ſumus P. C. qui ſpem omnem abiicimus, quod faciunt vel inuidioſi, vel inertes, aut etiā improbi: ex quibus illi ſuo ſeculo detrahunt omnia, veteres laudāt, ſed non adeo candide: alii vero fracti & elumbes nihil tentāt melius. Et quid cauſæ, cur adeo praue ac nequiter de noſtri ſeculi genio pronunciemus? Χρὴ θαρσεῖν φιλέβαττε, τάχ᾽ αὔριον ἔσσετ᾽ ἄμεινον, vt ait Theocritus. Nam quid deiicimus animū ſub egregio atque inuicto Heroe, qui ſecundū Deum nobis ocia facere ſe velle oſtēdit? vel ſub ſupremę Curię primatibus, penes quos reuerentia legum, ſummus decor candorq; & æquanimitas perſtat adhuc, vt nihil eo ſacro collegio celebrius, nihil ſanctius & auguſtius habeatur? Publica res Romana, ipſumque imperium multas paſſum vices, felicius aliquando, poſtmodum multis attritum partib. mouit lacertos ſub Traiano Principe, in quem eruditorum hominum ingenia ſuas quiſq; ſymbolas laudando contulerūt: ita priſtinę auitæq; virtutis ac gloriæ vis maſcula, breui incipiet vberius excitari ac reuiuiſcere, ſub *Henrico Borbonio* Principe citra inuidiam magno; quem Traiano parem, aut certe minime inferiorem dicere non dubitamus.

Quid enim non factum aut tentatum ab eo, vt non vitam modo ac fortunas, ſed priſtina omnia monimenta dignitatis huic Imperio ac ſubditis redderet? Corruptos Academiæ mores, diſciplinæ horrorē ac deformitatē pudet nos ferre auditu, & quantam forte nulla priora tulere ſecula, tametſi ætas ſuperior ſuas

1600. paſſa noxas, non ſemper ſeſe pure caſteque vindicarit. Quæ tamen vt vera ſint, nulla eſt adeo deſperata ſuperioris æui vel tenax ægritudo, cui nō admoueri medicina poſſit.

Nos non vt ſerui fugitiui, ad libertatem proclamando ſtatuas Principum & aſyla pertingimus, ſed vt liberi homines, & in libera nati, educatique ciuitate, Academiæ noſtræ libertatem vindicamus: ea vt aſſeratur, præſidium ſupremi Galliarum Senatus expoſcimus, & genibus obuoluti opem ſalutarem petimus. Nobis nihil priuatim quæritur, ſed tum præſentibus, qui multi ſuperſunt, tum poſteris manus ſupplices ſacroſanctæ Curiæ obiicimus: quin cogitamus ſerere ac ſubſtituere arbores alteri ſeculo profuturas. Quid quærimus? P.C. Academia reformetur, corrupti mores emendentur, deprauata diſciplina corrigatur, veterū ac maiorum noſtrorum ſtatuta, & quæ illi conſulto nobis reliquerunt, pure, obnixeque ſeruentur, imo quæ longo ſitu abierunt in deſuetudinem, ad ſua principia reuocentur. Nec enim putamus eſſe ſatis Touta-villæi Cardinalis reformationem, ac ſupremæ Curiæ decreta adeo magnifice venditare, & ea in ciſtis habere complicata, niſi ſeruentur & ad mores opportune trahantur.

—— Quid leges ſine moribus
Vanæ proficiunt? ——

Pridem qui nouo exemplo noſtris luminibus offecerunt, non in tantum excreuiſſent, aut in Academiæ meditullio, quaſi noua Carthago in Romano ſolo, caſtra metati eſſent, niſi noſtrorum ſupina & nimis delira vecordia tamdiu dormitaſſet. Idem omnino paſſi maiores noſtri ſuperiore ſeculo, in magna temporū ſimplicitate & inſcitia, cum pleriq; titulo mendicantium ſuas plumas nido maiores efferrent, ij n. (quibus temporib. ordinarij paſtores Eccleſiaſtici & Academici homines, minime mali, ſed minus eruditi nimis alte ſterterent) cœperunt ſuggeſtus conſcendere, conciones habere ad populum, docere *in omni ſcibili* (erat n. is eorum idiotiſmus) & nuſquam fere meminiſſe ſe monachos, quorum non docentium, ſed plangentium officium eſſe oportebat. Verum ſe tandem aſſeruit quorundā noſtrorum virtus, quæ ſub auctoritate Senatus in ſua clauſtra monachos ablegaret, eoſq; iuberet ſuis contineri finibus, ne amplius falcem mitterent in meſſem alienam.

Et quid tandiu muſſamus aut torpemus, nec opem opportune, importune aduocamus conſultiſſimi ordinis Senatorij? quamdiu Theologicam ſcholam olim toto orbe Chriſtiano celebratam ſinemus marceſcere? quamdiu Iuridicā ſqualere ac frigeſcere? Medicam vel numero hominum ſatis fœlicem ſterileſcere? Artium organicarum decurias ipſa multitudine ſatis copioſas defloreſcere? Niſi huic operi manus admoueritis, P. C. Academia in ſequentes annos inculta deſertaque iacebit: quin recidimus in tempora peſtilentiſſima Gothorum & Vandalorum, ex quorum incendiis portentoſi cineres, ad noſtra vſq; tempora tranſierunt.

Alioqui & eorum hominum poſteri nullas non ſtrophas commenti, primam Europæ totius Academiam obſederunt, & per annos multos nimis inſolenter occuparunt. Ad vos hæc cura pertinet (Ampliſſimi Patres, lectiſſimi Senatores.) Id di-

Digitized by Google

Id dignum veſtris conſiliis ac ſtudiis: quin ad id vos religio veſtra cohortatur, veſtra in Rempub. egregia voluntas commouet, & quam miſeris temporibus probauiſtis. 1600.

Non fruſtra Princeps laudatiſſimus vobis id oneris impoſuit: nihil nunc obiicitur remoræ occaſione tumultuum, vt cum quibus per tot annos colluctati ſumus. Vos labor iſte certe non paruus reſpicit, ſed vobis inde quæritur palmarium perpetuæ laudis & gloriæ, cuius fructum etiam poſteri capiant ad multos annos conſequentes. Ponite vobis ob oculos, Viri ſapientiſſimi, exemplum Athenienſium, quorum ciuitas non tam armamentario beata ſuo, ipſaque virtute bellica, quam domiciliis ſapientum. Pariſienſium vrbs populorum multitudine copioſior aliis, ſed mercimoniis, quib. ſuas fortunas augeat, Lugduno vel Rothomago fortaſſe non potior: antiſtat cæteris tum Senatus primi ſplendore, tum principis Academiæ gloria.

Quid memorare liceat Maſſilienſes veteres, ſtante imperio Romano, diſciplinis cultos liberalib. ſuã Remp. Romanis ẽ ipſis inuidioſam egregie illuſtraſſe? Et quid nos obliuio capiat aræ Lugdunenſis, ad q̃ Rhetores olim recitaturi trepidarent: cum his duab. & omnib. aliis terrarum Academiis hæc veſtra Pariſienſis lõge lateq; ſemper anteiuerit? Pariſienſib. ſuperſtant adhuc priſcæ dignitatis non pauca monumenta. Nos non longe abierimus, P.C. viri conſultiſſimi, nec putamus vobis ingratũ fore ac inſolens, ſi externa vetera cũ noſtris conferamus. Duo munera Principis præſtantiſſima Iulius Pollux tradidit τὴν πολεμικὴν, καὶ τὴν εἰρηνικὴν, belli paciſq; artes: ſed nemo eſt quin videat temporarium eſſe armorum ſtudium, literarum vero vſum perpetuum, nullo temporum & armorum curſu terminari. Quæ bellica laude, Martiſq; robore comparata ſunt, longa dies, & hominum obliuio extinguit tandẽ & obliterat: literarum gloria tenax manet, ſeſeq; vindicat ab ingrata obliuione temporum.

Ne nos exempla deficiant. Alexandri magni nomen reb. præclare geſtis, eruditis ſcriptorib. ſegetem videtur vberrimam ſuffeciſſe, qua ipſius victoriæ poſteris proderentur, nullam tamen palmam conſecutus eſt ampliorem, aut diuturniorem, quam quod Alexandrinam Bibliothecam omni librorum genere inſtructiſſimam cõpararit: nec tam quod vrbium ac murorum expugnator, quã quod optimatum artium propagator eſſet, gloriam nominis ſempiternam ſibi quæſiit. Ptolemæus Philadelphus crudelitatis fama laborauit, ſed eam maculam videtur abſterſiſſe, aut omnino, aut magna ex parte, quod Alexandrinam Bibliothecam innumerabili voluminum multitudine compleuerit; quin & diuinos libros Hebræorum vtendos ſibi petiit ab Eleazaro ſummo Pontifice, à quo & miſſi 72. Interpretes, qui hiſtoriam ſacram, ſcriptorum omnium antiquiſſimam, Græco ſermone redderent. Carolus Magnus Alexandri Macedonis egregia facta in multis exæquauit, vel etiã ſuperauit, ſed maxime quod ſcholæ Pariſienſis fundamenta prima iecerit.

Nec ſe ſola vnius Bibliothecæ iactantia venditauit Ioannes Burgundus, Philippi Audacis filius, Dux Brabantiæ & Lucemburgi: multas quidẽ in Galliis Tragœdias excitauit, ſed nomini ſuo, gloriæque conſuluit, excitata Louanienſi Academia,

Digitized by Google

1600. demia, noſtræ huic Pariſinæ æmula, vnde Belgæ facti cultiores, certeque politiores, dudum nobis eam præripere gloriam conati ſunt. Non præterimus Carolum IIII. Imperatorem, qui Pragenſem ac Tubingenſem ſcholas primum inchoarit, eaſq; priuilegiis auxerit.

Iiſdem plane veſtigiis Eberaldus comes Vvitenbergenſem, auorum memoria, primus inſtituit. Sic & Fridericus Saxo, cui cognomen ſapienti, Francfordienſi vniuerſitate ſuum nomen commendauit. Denique Ioachimus Brandeburgius, aliique, Academiis excitatis & amplificatis, monimentum ære perennius reliquerunt.

Exempla hæc magis, quam verba vos moueant, nobis multo facilius partum ſeruare, quam de nouo quærere. Quin ſi fabulas non reſpuimus, ſuum fatale Palladium quamdiu Troiani aſſeruarũt, illæſa tutaque manſit Ilios. Palladium noſtrum, hoc eſt, Academiam, non ſimulatum, non fabuloſum adhuc retinemus: ſed deformatum ac cõcuſſum, & nimia patientia neglectum querimur. Et quam ſæpe non vani neque inficeti coniectores auribus noſtrorum hominum voces eas inſuſurrant:

Æthercam ſeruate Deam, ſeruabitis vrbem:
Imperium ſecum transferet illa loci:

Ad ſanandum id noſtrum vulnus, Deos poſcimus Auerruncos: opem Pæoniam flagitamus: ex nimia mora præſens periculum metuimus, imo præcipitium. Minime quidem nos præterit à vicinis noſtris ſcholarum iura ſeruari, inque dies augeri: Belgas, inquam, & Germaniæ tum inferioris, tũ ſuperioris proceres, quin & vicinos Regulos id certatim facere, & honorariis longe multis augere profeſſores.

Quam laudem non poſtremam ducunt noſtri plerique municipes, qui publicas ſuas ſcholas ornare pergunt, nec patiuntur eſſe deſertas ac ſteriles. Quod cum decore atque vtiliter curatur ab aliis vrbibus, id non feret, non patietur vrbs iſta princeps ac metropolis Galliarum, omnium populoſiſſima, quaſi quæ id abiiciat, ex quo laudum certe maximarum titulos iamdudum comparauit, & augmẽta fortunarum? Illud recolite P.C. non eſſe adeo facile παιδοτροφεῖν atque παιδοποιεῖν: prius illud artis ac ſolertiæ, hoc naturæ opus, cuius etiam ſunt capaces imperiti ac ſtolidi, imo & mutæ animantes.

Et vos, vos, inquam, quos vt publicæ rei patres ac patronos intuemur, ne patiamini diutius, per Deum immortalem, vobis hanc palmam detrahi, quæ ſi vel minimum differatur, nihil aliud, quam certiſſimam barbariam, Gallia omnis noſtra pertimeſcit. Si hoc tanto ſingularique bono carendum nobis eſt, nihil reliqui fore arbitramur, & voces illæ querulæ vſurpandæ (omen abeſto)

Eamus omnis execrata ciuitas.

Inducetur enim δυσπέλαστον, ἀμαθία κακὸν, quod ait Sophocles. Et quid tandem? nullam acerbiorem pœnam Mytilenæi iis infligi poſſe putauerunt, quam cum iis, qui rebellarant, bonarum diſciplinarum vſum ademerunt. Siquidem nullum grauius, ac pernicioſius iugum imponi poteſt, quam ſi ad meram barbariam ablegamur, & nulla liberali diſciplina excolimur.

Hoc

Hoc machinatus olim in Chriſtianos Iulianus Cæſar, deſertor impius militiæ Chriſtianæ, vt qui nullo ariete firmiore ſe vti poſſe crederet ad edomandos animos eorum, quos aduerſari ſuæ ſectæ agnoſceret. 1600.

Et meminimus Ariſtotelem, in iis libris quibus nomen fecit De ciuili diſciplina, inter cæteras tyranni notas hanc vnam ponere, quod nihil prius appetat, quã ſubditos eſſe rudes & literarum neſcios. Longius hæc petuntur, dixerit aliquis, ſed extra cauſam tamen non volitamus. Sentit noſtra Vniuerſitas miſere languida & æſtuans ſuas plagas, & iamdudum expoſcit opem: nec enim cõtraxit vnquam ἀναισθησίαν: nec deſperandum, quin vobis opem ſalutarẽ ferentibus conualeſcat: alioquin nulli grauiores morbi, quam qui ſui ſenſum adimunt. Dicat aliquis, id à nobis tentari tardius, non tamen fortaſſe opportunius quam redempta pace, ac ſub felici HENRICI IIII. Principatu, & vobis maxime arbitrantibus. Pertinet ad ornamentum vrbis huius, Imperii ſplendorem, Eccleſiæ noſtræ augendam dignitatem, Academiæ ſqualorem ac næuos tollere, ipſamq; adeo canitiem, & quaſi rugas parentis reuereri potius, quam temere ac nimis impotenter faſtidire. Ea enim ſi perpurgata diſciplina bonis ac induſtriis cultoribus celebretur, de integro, ſeu refectis viribus reuiuiſcet, & nihil non felix ac beatum, ſucceſcente ſẽper noua propage, ſeipſam noſtris & poſteris commendabit. Pompeius iactabat, ſi pede terram Italiæ pulſaret, ſtatim pedeſtres equeſtreſq; copias ad ſua ſigna turmatim erupturas. Vos vnius Senatuſconſulti authoritate poteſtis à mortuis excitare linguarum & humaniorum diſciplinarum profeſſores Fabros, Stapulenſes, Vatablos, Straſelios, Tuſanos, Daneſios, Gallandios, Turnebos, Auratos, Lambinos, Talæos, Alexandros, Orontios, Finæos, Magnanos, Penas, Paſchaſios, Hamelios, Forcatulos, Ramos, Carpentarios, Muretos, Amiotos, Goueanos, Neſtoras, Capellos, Malmedios: Medicos, Ruellios, Tagaultios, Akakias, Fernelios, Hollerios, Gorræos, Magnos, Petræos, Deniſotos, Duretos, Syluios: iuris Pontificii doctores Monachos Collegii Cardinalitii fundatores, Guaguinos, Cerarios, Rebuffos, Quintinos: Theologos, Salignacos, Botelerios, Eſpenceos, Vigoreos, Sanctios, Sangermanos, infinitoſq; alios quos hæc Vniuerſitas aluit, & ad ſummum eruditionis faſtigium extulit. Facite igitur P. C. vt quemadmodum ex reliquiis ſuis ac cineribus reparatur Phœnix, aut vt Venus è mari noua & recens, ſic è ſuperiorum bellorum vndis & fluctibus pulchrior, vegetiorq; emergat hæc Academia: & quaſi recocta, vt Æſon ille, aut Pelias, ſenium, maciemq; dira lue & morbo contractam deponat. Hic te confidenter appellamus, Achilles Harlæe, Princeps Senatus ampliſſime, qui pro ea, qua vel antiſtas grauitate iudicii, vel integritate animi ac conſilii, poſſis & velis Academiam miſeris proſtratam modis reuocare, debilem & imbecillam ſuſtentare, ægram recreare.

Memineris eam à Chriſtianiſſimo Rege tibi præcipue commendatam, eiuſq; reformandæ datam eſſe prouinciam. Aliis certe rebus multis ac magnis Reipub. & Principi tuam egregie fidem probauiſti: quin & temporibus dubiis te conſtantem, propoſitiq; tenacem ita præbuiſti, vt exemplo plane ſingulari, ne quidem mortis & horroris periculis, quæ tibi impendebant, abſterritus mentem

Digitized by Google

1600. tuā paſſus ſis immutari. Et in hac tua certe maxima præſtantiq; dignitate nihil à te vnquam profectum, quod nō probetur his omnibus, qui virtutem, qui fidē, qui æquum bonumq; ſine fuco & obnixe colunt, imo qui patriā ſaluam eſſe volunt. Inter tot curas ſaneq; graues, peneq; innumerabiles, quæ te circumſtant, non patiere Academiam matrem, quæ tibi alumno chariſſimo prima doctrinæ omnis ingenuæ ſemina impertiit, & quaſi dulces ſuccos inſtillauit, ſordeſcere & languere diutius.

Ea iam tibi ſe debere multum profitetur, plus etiam debitura, quæ à te viro maximo ac prouidentiſſimo remedium expectat, quo tandem aliquando tuo & Curiæ ſupremæ præſidio reſpiret, poſt tot acerbitatum plagas, ſeq; vindicet à damnis, & iniuriis, quas ſuperiorum temporum deprauatio, vel improbi multorum mores inuexerunt.

Abſente Achille Troja Græciæ inuiſa non poterant euerti: Barbaries Academiæ hoſtis infeſtiſſima, Achille Harlæo Duce & auſpice, fatali quadam neceſſitate exterminabitur.

Hac excluſa humaniores literæ, omneſq; bonæ diſciplinæ priſtinam dignitatem, & ſanguinem, coloremq; recipient. veſtram fidem imploramus, P. C. quos omnes hæc Pariſienſis Academia tam blande gremio fouit, ſuis inſtitutis & præceptis erudiuit, quæ licet parua fortaſſe quibuſdam videantur, non ſunt tamen contemnenda, vtpote ſine quibus magna non poſſunt conſtare. Academia officii præmium & fructum à vobis repetit, & quoniam ad hos ampliſſimos honorum gradus primum aditum vobis patefecit, ſuæ dignitatis conſeruationem à vobis ipſis iure ſuo repoſcit. Huic niſi auxilium opemq; feratis, ſtatim omnes humaniores literæ, boneq; diſciplinæ exulabunt, honeſta ſtudia defluent & labentur, in eorum locum mox ſuccedet inſcitia & barbaries. Reſpicite, P. C. veſtros filios, & nepotes,

Natorum natos, & qui naſcentur ab illis:

Cauete ne à vobis hinc ſint ablegandi, vt literis & bonis diſciplinis ab exteris imbuantur; apud quos cogantur alienis moribus aſſueſcere. Habetis maiorum noſtrorum diligentia intus & domi iam pridem comparatum, quod magnis ſumptibus, multiſq; periculis vobis erit foris conquirendum, niſi mature prouideatis. Cogitate, an ad vos pertineat, quod in cauſa non abſimili, quamquam fortaſſe minus ſplendide, vnus veterum repræſentauit. *Vehementer veſtra interſuit, qui patres eſtis, liberos veſtros in hac potiſsimum vrbe inſtitui*, in qua diſciplinarum omnium meliorum curriculum exigitur, perficiturq;, non aliunde merces exoticas tanto ambitu, ac fere ſine fructu quærere.

Vbi enim iucundius morantur adoleſcentes, quam in patria? aut pudicius continentur, quā ſub oculis parentum? aut minore ſumptu, quam domi? quam in conſpectu veſtro? quam in Academia Galliarum, hoc eſt, in Pariſienſi, quæ veſtra præſentia, authoritate & lege regitur? Cum Antipater à Lacedæmoniis obſides petiiſſet quinquaginta pueros, reſpōderunt illi ſe malle dare centum adultos & viros.

Tanti illis erat liberorum ſuorum educatio, tantumq; metuebant, ne cerea & flexibilis illa ætas peregrinitate morum exterorum inficeretur. Quamquā hone-

ſtis iu-

Digitized by Google

1600.

ſtis iuuenibus nuſquam inuidemus peregrinationes, quæ ad capiendum ingenii cultum inſtituuntur: ſed ſi verum amamus, ex multis, qui alio conuolant, perpaucos omnino eſſe fatendum eſt, qui ad nos redeant non facta leui morum iactura. Ætas enim ea, conſilii mentiſq; inops vix, niſi fracto naufrago enatat. Exquiſito ſatis apparatu non tam quæruntur, quam captantur diſciplinæ bonæ, vel laruæ potius diſciplinarum, quia de moribus vltima fit quæſtio. Hoc vos videtis, P.C. hoc aduertitis, & quid vobis ignotum poteſt eſſe? Quæ vobis occulta Muſica in tam concordi hominum concentu, & in ſpecula ac vigilia Senatoria? Labentem & pene cadentem Academiam erigite, fulcite, ſuſtentate, huius vrbis, imo potius totius orbis quondam miraculũ. Hoc pro veſtra auctoritate poteſtis paruo compendio.

Leges ſunt latæ, deſcriptæ, promulgatæ. Edicite ne ab illis diſcedatur: hoc eſt firmiſſimum vinculum omnis ſocietatis. Ex amplisſimo veſtro Ordine duos viros ſeligite, illiſq; totius negotii conficiendi prouinciam demandate. Verum non plura, & hic terminus hæreat, Conſultiſſimi Patres, Galliæ noſtræ lumina: nec enim veſtra vel dignitas, vel æquanimitas, & propenſus in res quaſq; bonas animus longiorem orationem deſiderat.

Summa Curia, penes quam primogenitæ Regum, tutella & cuſtodia eſt, hoc decretum tulit: vt in publica monumenta noua leges & ſtatuta in vſum Academiæ Pariſienſis referrentur, neue in poſterum irrita fierent, delegati ex ampliſſimo ordine Iacobus Auguſtus Thuanus præſes purpuratus, ipſius inclinantis Academiæ & litteratorum columen, Lazarus Coqueleus, & Edouardus Molæus conſcripti, Ludo. Seruinus Triumuir regius, qui omnes coactis ordinibus Academiæ, in poſterum Senatuſconſulto audientes eſſe iuſſerunt, ſic Auguſtus ille, vernacule ore rotũdo (vt profecto vir eſt triplicis & expeditæ facundiæ) ad Academicos fertur locutus: *Poſtquam huic regno per quadraginta circiter ãnos bellis ciuilibus attrito, Rex, ſuperũ peculiari fauentia, pacem & quietẽ quæſiſſet, ille qui non armis modo militiaq; obeunda præeſt, ſed qua eſt in populum cura & humanitate, qui nõ ſolum ad decertandum ferro & Marte, (ſed vt ſacra pagina de Regibus loquitur) iudicem arbitrumq; datum ſe putat, omnem operam & ſolertiam adhibuit, vt ab omnibus tandiu exoptata quies & ſecuritas, non ſit fluxa nec breuis æui, rerum bene agendarum primordia à Diis immortalibus duxit peculiari ſanctione, compoſitis de ſtatu religionis diſsidiis, qua veterem & orthodoxum cultum inſtaurauit vel ibi gentium, vbi penitus collapſus, vnde aris adytiſq; relictis Dii ipſi exceſſerant.*

Delegati à Senatu ad ſolemnem recitationẽ ſtatutorum reformationis.

Oratio Iacobi Aug. Thuani ad Academicos.

At vbi illis litauit, iuris & æqui vindicandi, altera cura fuit, legibus authoritatem, Præturis dignitatem, omnibus ſecuritatem reſtituit, expilatores ærarii in ordinem coegit, facinus ingens & arduum vel omnium expectatione maius, ita res erat in turbido, iamque emendationis huius crepuſculum illuceſcit, hinc plebs recreari incipit, publica fides redintegratur, regnum inualeſcit, cum ſapientum iudicio, imperiorum nulla ſit ſtrictior compages tenaciorque neruus, quam bene adminiſtrata res nummaria. At ne ceteris regni ordinibus ſua remedia vel ſolatia deeſſent, quo ſolet pater liberos oculos oculo intueri, primogenitam filiam, olim omnium Chriſtiani orbis florentiſsimam inſpexit, doluitque eius vicem, vt quæ turbine ciuili peſsime habita ſit, nouit eius gloriam, ſeminarium eſſe ſurculorum & propaginum, quæ ſuo ſolo translatæ ad infulas, ad præfecturas Prouinciarum, tribunalia aliaq;

1600. *publica myſtica & profana munia in dies euocantur; ideo Rex Chriſtianiſſ. credidit dignam plane Rege ſolicitudinem, pios optimoſq; Cæſares æmulatus quorum leges ſanctioneſq; de profeſſoribus, Grammaticis, Oratoribus, Philoſophis extant, & quotidiano vſu teruntur, in Iuſtiniano codice lib. 12. huiuſcemodi miniato titulo pagina prænotatur, ſimilis extabat in Theodoſiano, ſupereſtque & legitur conditore Iuſtiniano, immunitas tributa profeſſoribus emeritis, qui per vicenos annos in ſcholis deſudauerint.*

Principem vero in omnes ſui regni ordines, æquanimem eſſe oportet: ſic à liminari libro Codicis patet, ipſos Cæſares diſciplinam Eccleſiaſticam ſuis legibus ſanxiſſe pium hoc ſtudium atque Reges Francicos (qui ſuo regno meri ſunt Cæſares neutiquam inferiore dominatu & imperio) affecit, de regimine Eccleſiaſtico, & adoleſcentium literaria educatione anxie & religioſe ſoliciti fuere, qui cum ſacro oleo delibuti ſint, induunt ſtolam, infulas & ad ſacerdotium proxime accedunt, hinc in Caroli magni, ac Ludouici pii filii capitularibus ſparſim & crebræ de ſacris rebus ſanctiones leguntur, nec eas Gratianus Codex decretorum erubuit.

Horum veſtigiis hærens Ludo. IX. quem pietas virtutumq; omnium cumulus, faſtis diualibus & calendario aſcripſit, vulgo nuncupatam pragmaticam, qua diuino cultui inſigniter proſpectum eſt edidit poſt euoluta aliquot ſæcula, cum in Eccleſiam non ſine clade memorabili diſſidia & factiones irrepſiſſent, Carol. VI. turbido illo rerum ſtatu nonnihil ad diſciplinam Eccleſiaſticam præſcripſit, cui cum filius cognominis 7. Carol. ſucceſſit, pragmaticam alteram à priori conſtituit quam Senatorii omnes ordines tam caſte & religioſe ſeruarunt, atq; ipſa Academia ſumma obſeruantia & veneratione coluit Ludoics 12. recens eſt memoria, vireſcit nec vnquam inueteraſcet quem ſui indigenæ parentem, exteri iuſtum glorioſo & immortali elegio, quo nullum principi auguſtius dari poteſt, nuncuparunt, ille ad ſacram politiam animum adiecit, & ad inſtaurandam non parum enixus eſt, hoc iure à pluribus annis Galliæ reges probe & vtiliter vſi ſunt, non ad cenſionem fidei & dogmatum, quorum ſupremum arbitrium canonũ Synodorumq; decretis integrum & inconcuſſum reliquerunt, ſed vt illis vindicibus aſſertoribuſq; Eccleſiaſtica diſciplina conſtet, hinc factum eſt, vt in quocunq; Francico Senatu, myſtici initiati & cœlibes, coniugatis laiciſq; admixti ſint P. Conſcrip. vt promiſcuo illo genere vtriq; ſtatui iura ſeruentur, hiſce proauorum exemplis, Regem vt ſimilis pietatis monumentũ relinquat adduci, ne querelis toties repetitis de Academia deteriore ſtatu & plurimum labefactato, tempeſtate bellorum ciuilium obſurdeſcat, vt ea ſanarentur vulnera, ſummis proceribus hæc demandata cura & medela, qui ſæpius coacto cœtu Academicorum, diſcuſſis recenſitiſq; priſcis legibus, quæ ad inſtaurationem Academiæ priſcumque ſplendorem recipiendum conducibilia forent, in capita & articulos digeſſerint, quibus ex regia iuſſione Senatus calculum addixit, edito Senatuſconſulto quod palam à forenſi præcone recitatum eſt. Supereſt vt de pace regno ſtabilita, numini grates referantur, de pace inquam quæ alit artes qua auſpice duo fulera & columina omnis bene conſtituti imperii, Religio & Iuſtitia ſtant & inuicem ſe oſculantur. Academicis peculiaris eſt officii & curæ, vt priuatim Regi, pro ea quæ eſt in eos ſolicitudine & propenſione, gratias agant.

At nos qui ſupremæ Curiæ munia obimus, monitos facimus vt decreta pro inſtauratione Academiæ ſtrictim ſeruentur, ne forte cum à Rege & Senatu ne tantillum ſit quod deſiderari poſſit, ſi ſegnius oſcitantiuſq; ſe geſſerint ſibi ipſi defuiſſe dicantur.

Vbi Auguſtus Thuanus fari deſiit, Ludo. Seruinus pari facũdia cœpit: ſic ille ad Academiæ purpuratũ Dictatorem & comilitones: *vt rẽ literariã Rex ſaluã faceret nõ*

opus ha-

Digitized by Google

opus habuiſſe monitoribus, ſuapte ad id impulſum, vtq; olim in prima R[illegible] [illegible] in 1600
Gallia muſæa regiis auſpiciis & munificentia antiquitus inſtituta fuere, [illegible] ab his priſtinum ſplendorem & ſpiritum recepere, vt decretis capitularib. Caroli mag[illegible] & Lud. pij liquet, atq; ab eorum exceſſu, conſequenter & ex ordine temporū ab his qui liliato ſolio ſucceſſere: At qui rerũ Gallicarum nunc potitur Rex, eorum exempla inſequutus eſt vnus ille q[illegible] cum eſſet ineluctabilis ſoli pietati ceruicem ſubmiſit, vltro vel non rogatus, Apollini & Muſis, vt Marti & Bellonæ ſuas artes, ſuum conſtare honorem voluit. Armis ille victricibus pacē quæſiit, quaſi vere nouo, bonis artibus à ſitu & ſqualłore reductis, regnum ſuum nitere & iuueneſcere voluit. Scholæ & templorum inſtauratione gloria inſtaurantis adæquatur, hoc vno immortali facinore non ſolum ſua Gallia, ſed totus orbis Chriſtianus, vt plurimum illi obſtrictus tenetur, nec ſatis laudib. efferri poteſt ſingularis illa pietas, quæ omnium elogiorum [illegible] efficit, parentes ob probam & infucatam in litteris educationem liberorum, multum illi debent, liberi loco parentum Regem habere, colere & venerari æquum eſt.

At vniuerſos ordines Academiæ, caput illius Rectorem aſcriptitios, (ſuppoſitos vocant) Theoſophos, Pontificij iuris interpretes, Medicinæ artiumq; profeſſores, regiæ æquanimitati placitiſq; Curiæ audientes eſſe peræquum eſt.

Ille ipſe Triumuir, qui ſacri affatus & vice oraculi præfatur, non abs reputauit monitos facere, quatuor decuriarum primores, Theologos primum vt Bibliorum ſacram paginam initiatis enucleant, vt antiquis Senatuſ. indictum, potiſſimum vno ſingulari & perquam ſolenni lato menſe Ianu. 153 . Quamuis enim veluti Athletæ ſint in ſtadio, doctores quos à controuerſiarū explicatis apicib ſcholaſticos nuncupant, ac vt plurimum ad hæreſes prauaſq; opiniones conuellendas proficiant, tamen perquam neceſſe eſt, & prima cura ſit ex geminis illis vberibus, veteri & nouo inſtrumento ſeu codice rerum diuinarum, myſticum pabulum animarū exugere (ſic Pagninus pius Anachoreta & perquam eruditus vtriuſq; fœderis tabulas hoc decēti elogio inſigniuit) ex aliis codicib haud ſimilis ſuccus fructuſq; decerpi poteſt, vt ex cantu ſterili Syrenum, quæ inani ſonitu aures implent, & qui hauſerunt nihilo meliores abeunt.

Paræneſis ad quatuor facultates.

Pagninus vocat vetus & nouū teſtamentū geminæ vbera.

Quod ſi alienis exemplis rationibuſq;, vos qui aſſidetis, moueri impellique renuitis, recordamini quæ à Iano Girſone Theologorum coriphæo & Academico cancellario, ſcripta ſunt: Bibliorum nempe contemptum & faſtidium, ad Antichriſti impietatem eſſe aditum & ianuam, ſi huic ſteterint propoſito Theologi, diuinæ ſuæ ſcientiæ integram illibatamq; ſeruabunt gloriam. Canonum Decretorumq; enarratores, ſatis ipſa quam profitentur ars admonet, vt ad normam diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſe componant, inque orbitis Theologorum pedem defigant, quib proxime accedunt.

De Bibliorū contemptu Gerſonis iudicium.

Aduertant vero ne ex ſuggeſtu doceāt, ius illud quod Gallicanæ Eccleſiæ legib. Quiritationi libertatiq; aduerſatur, ſunt n. huiſcemodi patria & noſtrates leges, ſanctioneſq; vniuerſalis Eccleſiæ iura publica, ſic ea nuncupat Carol. V *cognomento ſapiens, nec ſextum Decretalium Bonifacianam appendicem, pro canonico & recepta fidei iure auditoribus enuncient. Subſequitur ordo Medicorum quorum ars plus inuenit in homine, quam ipſe homo in ſemetipſo, placide & æquanimiter accipiāt, ſi moneantur vt huic arti gnauius ſtudeant, qua nulla inconſtantior, cū nulla ſit fructuoſior, qua auſpice & ſalutifera corpus animi ergaſtulum, vita & ſpiritus conditorium cuſtoditur, caueant à fallaciis præſtigijſq; Nugiuendulorum, quos Empiricos nuncupāt, placitis ſuæ facultatis è contubernio medicorum eiectos exploſoſq; ſciunt.*

Antiſtitem ſuum Hippocratem præ oculis habeant, vt ab eo vera & ſincera dogmata artis

1600. *ſua hauriant perdiſcantq́, cui hoc à Platone tributum elogium ὀρθὸς λόγος. Poſtremo admonendi ſunt Artium magiſtri ſuarum eſſe partium introſpicere, ſi quid diſſonum vel proteruum, emendare adoleſcentium nequiores mores, publice facundiam docere, nec dum illam fallacem, ſed quam alienam eſſe oporteat à prauitate & corruptelis, idque priſcarum gentium ſubiectis exemplis, qui eloquentiam vt virginem ſincere & caſte coluerunt, nec ad res obſcenas & venales deflexam ad veri ſpeciem, mendaciter confictа oratione inceſtarunt.*

Sint autem memores, vt Philoſophorum germanos codices, potius quam gloſſemata & commentarios perlegant, ne mundiciem, ſuccum internum & ſalem genuinum quo cõdita eſt propria oratio authorum (contextum vocant) non deguſtent, neue illi pro corpore veſtem & corticem ſumant, ſed cuilibet arti & ſcientiæ ſuam chlamidem ſuumq́ decus attribuant. Mathematicus ſine garrulitate, loquaci ſuo radio & ſubiecta oculis demonſtratione rem teſtatam & probatam faciat.

Rhetor ad rem propoſitam ſuos adhibeat colores, & cæteri ad genium ſcientiæ quam profitẽtur, orationem accommodent, hoc ordine ſeruato. Theologi bene rei gerendæ exemplũ, iuris Pontificij anteceſſoribus præbeant, Medicorum claßis recte & ſalubriter id æmulabitur, Artiũ magiſtros ad imitandum cohortabuntur ſic omnibus artib. ſuus conſtabit honos, ac veluti per gradus omnium ſcientiarum, comprehenſione & cathena quã Encyclopediam vocant, ab imis ad faſtigia principum diſciplinarum ibitur, hinc fauſte eueniet, vt ſub auſpiciis magni Regis, inſtauratoris liberatoriſq́ regni, aſſertoriſq́ quietis publicæ olim florentiſsima Academia Pariſienſis, nihil indiga opis alienæ exterorum hominũ, priſcum ſplendorem ſanguinem & ſpiritum recipiet, atq́ ita reſtituto puro & ſimplici, qui à cunabulis fuit ordine, ſine fuco & phaleris domicilium litterarum, ſchola pietatis, officina ſcientiarum, muſarum gratiſsima ſedes toto orbe veneranda merito iactabitur.

Academici purpuratis Conſcriptiſque patribus, pro inſtaurata Pariſienſi Academia, gratias gerunt oratione quam propter res ſcitu dignas hic attexendam putaui:

Gratiarum actio ad Auguſtiſsimum Senatũ, pro inſtaurata Pariſienſi Academia.

Hoc igitur vnum reſtabat ad ſummam gloriam fœlicitatemq; *Henrici IIII.* Regis Chriſtianiſſimi, vt cum illi iam vniuerſa Gallia vitam ac ſpiritum, reſq; fortunaſq; ſuas acceptas referret, eidem ſcientiam quoq;, mentem humanitatẽ, & ingenuarum artium notitiam deberet: & poſtquã templa à ſacrilegio, vrbes ab excidio, tecta cuiuſq; ab expoliatione & ruina cõſeruaſſet, ſuas præterea ſedes Muſis redderet, Scholaſq; bellorum turbinib. diſiectas reficeret, exhauſtaſq; ac deſertas à perpetua ſolitudine vindicaret: neq; ſolum virorum, qui ab eo quod viuant, habent, ſed etiam puerorum, quib. ſuos ludos & ſui otii literarii incunabula reſtituit, verum ſe parentem tutoremq; profiteretur. Itaq; de ſuccreſcentis in Gallia ſobolis educatione prouidens, de erudienda iuuentute, hoc eſt, de excolendo regni ſeminario ſollicitus, excogitauit quomodo non in præſens tempus, ſed & in omnem poſteritatem ſua in Remp. merita redundarent, heroicarumq; tot virtutum, quas vniuerſus orbis nunc admiratur, fructum etiam ventura ætas omnis perciperet.

Imprimis vero Pariſienſem Academiam, quæ præterquam quod cæterarum parens & altrix ſemper habita fuerat, cumque profeſſorum doctrina, tum ſtudioſorum adoleſcentum concurſu olim admirationem ſui apud omnes gentes excitaue-

Digitized by Google

citauerat,nuper ita ſqualidam,deformatam,effœtamq; nemo intuens non ingemiſcebat,ſi modo aliquod cum doctrina & cum manſuetiorib. Muſis commercium habuiſſet:nemo non ſolitudinem eius & maxime perturbationem, depra-uationemq; deplorabat. 1600.

Itaq; ſi vere M.Tullius detecta impia ac nefaria coniuratione, quæ Rem.Ro. pene imparatam perculit, geſtiens gaudio non minus illuſtres dixit ac iucundos ſibi videri eos dies quibus conſeruamur, quam quibus naſcimur: magnam ſane gratiam habere optimo & max.Principi Schola, iureque ac merito lætari debet, quam olim tam fœlicib. auſpiciis excitatam primum; deinde per tot annos auctam & amplificatam:poſtmodum fere laceram ac diſcerptam partim iniuria téporum,partim improbitate & malitia paucorum hominū, at nimis ſane multorum prope intermortuā,nunc demum ſingulari Dei munere, & beneficio Regis rediuiuam atq; inſtauratam intuemur.

Sic n.poſt dubium ac periculoſum, & heu, nimis longum diſſidium ac certamen inter proceres imperii Gallici excitatum,vt primum Alcedonia illuxerunt, exortaq; fuit tranquillitas in regno, Rex inuictiſſ. bono ſuorum fataliter natus, ſtatim Vrbe recepta,cum nihil haberet prius neq; antiquius, quam vt literarum artiumq; liberalium reſtitutor & parens eſſe& haberi poſſet:vobis P.C.inter cęteras curas huic imperio ab imminenti peſte ac pernicie cõſeruando neceſſarias mandatum dedit,idque verbis ſingularibus,&nominatim vt Scholam Pariſienſem ægram ac ferme depoſitam recrearetis; diſciplinam ac mores deformatos emendaretis, næuoſq; omnes elueretis & maculas:denique de propaganda in ea ſobole, de eaque reconcilianda Muſis, primo quoque tempore cogitauit & ſanxit.

Quam vero hic pa: ēs dicendi campus, quam copioſa,quam immenſa occurrit ſeges laudandi Principem optimum max. Hic ſuorum fontium exundantem copiam,hic montium altitudinem omnem aduocent Muſæ longe tamen pleniora,longe anguſtiora reperientur quæ belli togæq; Henricus geſſit, quam ea ſuo ingenio complecti aut eloquentia adumbrare queant.

Nam vtcumq; cogitari poſſint illius pietas,fortitudo,magnitudoq; animi,iuratis etiã,& inexpiabilibus hoſtibus plane ſtupenda fides manſuetudo,in ſubditos peruicaces & præfractos clemẽtia,in omnes iuſtitia & æquitas: profecto nullis verbis explicari,nulla vi dicendi exprimi poſſunt.Et quantum illud eſt, quod in mediis armis pacem cogitet,eamq; conſtantiſſime foueat:quod armorum ſeu contentionē ſeu aleam nec timeat,nec prouocet, quod nunquam niſi laceſſitus delectum habeat,neq; claſſicum niſi coactus canat,nec ad arma properet,niſi ad ſalutem tuendam,ad imperii ſui dignitatem propugnandam,ad res iuſte repetũdas,non vt alienis inuadendis animum applicet.

Quid enim cum Pedemontano regulo ſibi iam decernendum putauit, niſi vt calliditate nõ ferenda & aſtu ab illo occupatas arces iuſto Marte repoſceret? Potuit ergo abſterreri montium impendentium altitudine,aut præcipitiis,aut præruptis ſcopulis, aut viarum ſinuoſis meandris ac flexibus, cuius virtuti nulla eſt via inuia,nihil clauſũ,nihil inacceſſum?Sentimus ꝓfecto,agnoſcimus, videmus illi

1600. illi adeſſe numen præſens ac propitium: illum ad ſalutem [illegible] à Deo excitatum: illum qui nobis vnus perditam reſtitueret rem, datum eſſe diuinitus & natum: in vnius illius ſalute & anima omnium noſtrum ſalutem & animam conſiſtere fatemur: cuius in fide & clientela acquieſcimus, bello & pace tuti, incolumes, beatiq; viuimus: dum quod de vetere Antilocho dictum fuit:

Conſilijs belloque bonus: quæ copula rara eſt.
Et quod de Catone Lucanus,
Ipſe manu ſua pila gerens præcedit anheli
Militis ora pedes, monſtrat tolerare labores,
Non iubet:

præeſt aciei primus, funditque hoſtium globos, & torrentis inſtar obluctantia quæq; diſturbat ac diſſipat, vt celeritate illius ingenij ac ſtrenuitate nihil viſum hactenus neq; auditum quicquam admirabilius. Memoriæ proditum eſt, Xerxẽ fœlicẽ potius quam fortem principem, de edito monte nauales copias inſpectãtem, & Octauium aliud agentem viciſſe apud Actium. Fortunæ hoc non virtuti dandum: ſi quid momenti Fortunæ verbum apud nos habere debeat. Exempla hæc ſocordiæ potius ſunt & ignauiæ, quanquam tuta, cũ grauior ſit periculi metus quoties obijcitur, quam victoriæ laus & gratulatio. Non dormienti illi vt Demetrio ſua caſtra, ſuaſq; vrbes ab Hiſpanis occupatas illa Dea, ſeu potius Chimera deuolans è cœlo retibus implicitas, ſed conſulenti, agenti, pugnanti virtus labore & armis recuperatas attulit.

——cœlumque ſuo ſeruire Tonanti
Non niſi ſæuorum potuit poſt bella Gigantum.

Et quæ quantaq; auguſtiſſimi principis gloria, quod caſtrenſem militiã ac diſciplinam pene omnino collapſam, aut obſoleſcentẽ magnifice reſtituerit? Plures ille vnus (dicendum vere quod nemo abnuat æquus rerũ æſtimator) plures, inquam, ille ſuis auſpiciis belli duces fecit, quã alii gregarios bellatores viderint. Quæ vt vera ſint, nos vnum id admiratione obſtupefacit, quod ſtudia pacis non minus auide colat,

Arma ferens quæ dona togæ, quæ præmia pugnæ
Bellis conſilioq; potens Henricus honorem
Bis meret, vt geminet titulos, qui prælia Martis
Temperet, vt dirum moderetur Apolline Martem.

Quod non verius de ſuo Gratiano Decius Auſonius. Sed nobis linguæ centum, oraq; centum optanda eſſent, ferreaq; vox & indefeſſa, totidem clangens annos tuba, ſi ſingula colligenda eſſent.

Itaq; dũ ſpirabit & extabit Academia Pariſienſis, otia ſibi facta ab *Henrico* quo poterit dicendi genere celebrabit: *Henricũ* Mecœnatem ſuum, parentemque ſuæ ſalutis agnoſcet, per quem redierint illa tempora; quando non ſolum Galli, ſed etiam exteri ſibi perſuadebant neminem ſatis doctum videri, niſi qui Lutetiæ didiciſſet: quando ſibi hi applaudebant, quod in ſocietatem huius gloriæ venire ſe viderent, ad eamq; vniuerſi Scholam, non vt hoſpites & peregrini, ſed vt ciues allegari ſe lætarentur: quãdo tãta quotannis præſtantiũ ingeniorũ fœtura ac

ſoboles

Digitized by Google

ſoboles propagabatur: quando tot pii Principes & Eccleſiæ antiſtites certatim ad hanc Academiam augendam amplificandamq; inſiſtebant. Nec vero neceſſum eſt vt repetamus illius primordia à Carolo magno, quod vulgo creditum eſt tamen: ſed ipſius notiſſima veſtigia extitiſſe conſtat maxime ſub Philippo Auguſto principe maximo D. Ludouici auo: quo æuo ſchola hæc ſeſe late pandebat, cœlumq; contingebat, adeo vt nulla literata ſocietas melior, neq; florentior toto orbe cenſeretur.

Ex ea prodiere innumerabiles doctrinæ laude cultuq; vitæ commendati Præſules, qui Eccleſiæ Catholicæ dignitatem & auxerunt & ſuſtentarunt: inſignes magiſtratus, iuridici, decuriones, qui ſua prudentia ſolertiaq; Remp. iuuerunt: Doctores omnium ordinum, qui vel Theologiæ periti, vel Iuriſprudentiæ, vel Medicæ circa cultum animorum, iura dominiorum, curam valetudinis, ſuã quiſque artem induſtriamq; mirifice probarunt.

Florent, inquit Pontanus, nunc in Gallia Philoſophiæ ſtudia: quæ in tantum aucta ſunt, vt Pariſiis ad decem millia hominum eſſe dicantur, qui humanarum diuinarumq; rerum cognitioni vacent. *Lib. 5. de obed. cap. 6.*

Quid vero ſi ad ſuperiora illa heroicaq; tempora oculorum aciem retorqueamus? Verum enimuero vt nulla eſt in rebus humanis conſtãtia, nullaq; perpetuita: ſed omnia *Fatis in peius ruere* ſolent, progreſſu temporis pro literarum lumine & elegantia neſcio quæ farrago loquendi, inauditaq; verborum portenta ac nugarum quæri: pro germana Ariſtoteleaq; Philoſophia mera ſophiſtica & barbaries obtrudi cœpit: doctrina ſolida obſoleſcere: ingrata obliuione conticeſcere artes ingenuæ: vſquedum caput extulerunt ac reuixerunt ſub aureo Frãciſci primi principatu: idq; quam magno bono Eccleſiæ & Reipublicæ noſtræ ceſſerit dici non poteſt.

Sed rurſus fluctuantibus Euripi inſtar & varie agitatis rebus, partim hominum torpore & ignauia, partim eorum illiberalitate & auaritia, per quos ali conſeruarique debuerant, partim diuturnis bellorum pluſquam ciuilium turbinibus, diſſipari rurſus, & euaneſcere, aut deformitate oppleri, tingique fœda barbarie iam iam videbantur, niſi ſingulari principis optimi, ac ſanctiſſimi Senatus beneficio, huic tanto & tam funeſto malo fuiſſet itum obuiam. Sane nemo non recordatur qui illis temporibus vixerit, quanta efferueſcentia ſtudiorum eſſet Lutetiæ Pariſiorum, quanta celebritas & frequentia confluentium vndique ingenuorum adoleſcentium exinde fuerat: donec noſtris his ſedibus ſucceſſerunt noui & inſolentes hoſpites, ex variis magnaque ex parte alienigenis nationibus collecta ſodalitas, quibus in Gallia receptis non modo Pariſienſis, ſed & inſignes pleræque per vniuerſam Galliæ Academiæ antea florentiſſimæ paulatim flacere, ac veluti noxio malignoque ſidere aliquo afflatæ, intabeſcere cœperunt: iacere animi, reſtingui ardor & languere ſtudia Profeſſorum, dum ſe præ illis apud ſuos putere conſpiciq; ſenſerunt: adeo ad ſe illi voluntates & animos parentum pellexerunt, non admiratione quidem reconditioris doctrinæ, qua nunquam noſtros vicerunt, ſed illecebris quibuſdam & artificiis præſertim benignitatis Chriſtianæ, & religionis obtenta ſpecie, quæ hominũ animos mouet

Digitized by Google

1600. maxime: dum & pietatem ſanctiorem, & gratuitam in docendo operam: dũ nouitatem deniq; (cuius ſtudio prurire Gallos antiquum eſt) ſe ſine fuco profiteri incautis & credulis perſuaſerunt.

Vt de pietate quidem cõticeſcamus, quantum attulerint opis ad ſedandas ab hæreſib. excitatas controuerſias & ad propagandam latius in Gallia religionem, iudicium ferat is, qui conſiderabit, nunquam ſiue hæreſes impias, ſiue execrandum atheiſmum inualuiſſe vehementius, quã ex quo tempore ſua apud nos tabernacula collocarunt.

Quid? an huius rei culpam in illos conferendam eſſe volumus? Imo, omni ſuſpicione per nos vt liberentur, licet: modo nihil eſſe fateantur, quod tãtas iis gratias in hac parte debeamus, quantas deberi à nobis clamitant. Nihilo conſtitiſſe Galliæ illorum in docendo induſtriam, quis tam facilis & credulus, qui cõcedat: aut vſq; eo rerum ignarus & inſolens, qui neſciat nuſquam eos caſtrametari, vbi nõ ſit abunde pabulum pro ſe ſuiſque iumentis: habitaſſe nullibi niſi laxe & percommode, dotata amplis reditibus gymnaſia? Illos ipſos Anglos quondam qui authores fuiſſe dicuntur fundandæ Scholæ Pariſienſis, ingreſſos hanc vrbem, per vias & compita ſcientiam venalem clamitaſſe ferunt: cum tamen illos quantum locupletarit hæc ſua literaria negotiatio: quæ tecta magnifica, quæ prædia, quos hortos ſibi compararint, haud quaquam innoteſcat. At hi via plane contraria grassati ſunt.

Illi cum voce & clamore rem facere velle docendo profiterentur, re & veritate nullam faciebant. Hi cum gratuitam operam ſponderent, & nullum ſpectare ſe quæſtum oſtenderent, per ſimulationem ſuæ Chriſtianæ benignitatis meſſem auream perbreui tempore fecerunt: vt pecuniam negligere loco, ſummum eſſe interdum lucrum, argute dixerit Comicus. Quid plura? vbicumque ſunt, bene eſt eorum ventri, lateri, & pedibus: otioq; liberrimo perfruuntur. Interea Scholæ Pariſiorum algebant ſine ſenſu ac reditu (abalienatis, ſi quæ fuerint, prædiis ac fructib. partim vetuſtate rerum omnium conſumptrice, partim incuria hominũ & perfidia) incultæ, inopeſq; adeo, vt ſi ab vna aut altera diſceſſerimus, aſſem in victum & ſtipendium profeſſori docto alicui & excellenti viro quem darent, nõ haberent: vix denique, quo parietes ruinoſos ſuos fulcire, ſartaſq; ac tectas ſe cõſeruare poſſent. Si quæ paulo à vectigalibus & opibus ſunt munitiores, obmutuerunt: nihil in commune contulerunt: numerum deniq; fecerunt. Vt Diogenes ille opes & pecunias luxurioſorum dicebat eſſe ſimiles iis ficubus & arborib. quę in præruptis inacceſſiſq; rupib. naſcuntur, quarum pomis ac fructib. ſolæ cornices aut vultures fruerentur.

Quo vtinam (P.C.) aliquando per ſanctiſſimas occupationes veſtras nonnullam quoq; partem curæ & cogitationis veſtræ deriuare, & huic diuiniſſimo operi veſtro quaſi coronidem illam addere liceat. Sic n. omnino liberatos ſe breui ſentient plæriq; profeſſores artium eo metu, quẽ ſibi iniectum ex hac Reformatione muſſant, ne quid de ſuis præmiis & honorariis reſcindatur. Quaſi vero aut neſciatis, aut vel iniquum damnare vobis in mentem venire queat Reſcriptũ illud Athalarici regis optimi, *Si opes noſtras ſcenicis pro populi delectatione largimur, & ea ſtudioſiſſime*

Caſſiod. Var. li. 9. epiſt. 21.

dioſiſſime cõſequuntur quæ adeo neceſſaria non habentur: quanto magis illis ſine dilatione præbenda ſunt præmia, per quos & honeſti mores proueniunt, & facunda Reip. nutriuntur ingenia? Quapropter cum manifeſtum ſit, præmiũ artes nutrire: nefas iudicauimus doctorib. adoleſcentium aliquid ſubtrahi, qui ſunt potius ad glorioſa ſtudia per commodorum augmenta prouocãdi. Nihil deniq; tum erit quod pertimeſcant aliquid limari, ac deteri de ſuis, vt vocant Mineualib. cum eas opes quibus tam multi ad ſuum quæſtum abutuntur, ſuamq; inertiam alunt, ad Remp. cui natæ primum ac deſtinatæ fuerunt, ad inopiamq; tenuiorum parentum leuandam, conuerti per vos intelligent.

Quamobrem vt vnde digreſſa eſt, eo reuertatur oratio, Vtrorum tandem minoris conſtitit populo Gallicano in erudienda iuuentute opera: an quorũ victus ac veſtitus à gratuita, & quam incerta illa, diſcipulorum liberalitate ſola pepẽdit: aut quib. prædia opima, villas lautas, dites agros, tecta noua & percõmoda, bibliothecas omni genere librorum refertas, ſacella crucibus aureis, calicibuſque exornata, tam paucis deniq; annis fundatas opes ampliſſimas Gallia ſuppeditauit? Et erunt, qui non ſatis candide, imo parum pie accipiant quod à vobis P.C. actum fuit per ſelectos viros grauiſſimos: ſed de Academia reſtituenda, vel de reſtituta neſcio quid cauillentur & fremant. Qui videlicet errore malo ac vetere illo perciti adhuc, necdum ſanati, extorres patria noſtra expulſos & errones ſomniant, & quaſi

Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt.

Quamobrem ſine illorum ingenio & opera Scholam hanc nunquam reuiuiſcere, nec inſtaurari poſſe, dicere non dubitant: in iis deniq; & ſpem & rationem ſtudiorum omnem poſitam eſſe credunt.

Quaſi vero ante hos natos non florentiſſimas ſcholas paſſim habuerit Gallia. Teſtes ſunt qui Reip. gubernacula hodie moderantur, & primas tenent in quibuſq; ordinibus: qui ſi annos nati ſunt quadraginta, in ludo iſtorum eruditi nunquam fuerunt: & quorum de ingenio admirabili & doctrina Academiæ noſtræ ſolæ gloriantur.

Quaſi obſcurum ſit, nunquam fuiſſe pauciorum iuuenum frequentia nobilitatam Pariſienſem Academiam, quam ex quo tẽpore, vt diximus antea, hic profeſſi ſunt. Ac de his quidẽ hoc ſolum dicere libeat: habere aſſiduas querelas hũc finem, quod queri pudeat. Pietatẽ nos colere & amplecti ſub quocunq; pallio: ſed factionem execrari omnẽ, quouis tectam velo, & quibuſcunq; nouis perſonatam, & irrepentem ſeu titulis, ſeu inſignibus.

Simplicem & ingenuam noſtrorum, quam vafram iſtorum Ariſtippeamque Philoſophiam malumus. Quin & à quo tempore relegati illi verterunt ſolũ: iam iam paulatim ſenſimus nouam quandam vim noſtrorum animis afflari, redire in præcordia virtutẽ, quæ venenato iſtorum oculo faſcinata elanguerat: vigere ſtudia, renaſci literas, proferre ſe ingenia, ſuccreſcere nonnullam iã doctiſſimorum profeſſorum copiam.

Ex quo facile intelligitur, nihil iã ſuperfuiſſe aliud, niſi vt ad eã animi præſentiam, quam præ ſe ferunt, ad induſtriam quam oſtendunt & eruditionem, recta diſciplina & conſtitutio morum certis per vos legibus definita, ordinataque accederet.

1600\. cederet. Gallia noſtra quod citra diſcrimen,nec ſatis conſiderate, hoſpites quoſcunque admiſerit, forte leuitatis nomine non hodie, neque nudiuſtertius laborauit. Vt olim maiores noſtri ſuo damno cautiores facti, ſuſpectas coitiones tulerant Taboritarum, Valdenſium, pauperum qui dicebantur Lugduni Phratrias paſtorum & inſolentiſſimorum eiuſmodi hominũ ſeu portentorum potius conciliabula: qui ſuis ingeniis indulgentes, intemperantius & moribus,vſiq; præſtigiis,ac dolis, publicam pacem & concordiam interturbarent: Natrices & colubros ſatis adhuc patienter in ſinu fouimus: ſatis diu noſtro calore refecti aculeum ſuum in nos mortiferum iaculati ſunt.

Audimus & blaterare neſcio quid nonnullos, qui ſibi plus nimio tribuentes: niſi quod ipſi faciunt, nihil rectum putant. quibus quia magnam animi partem ademit cæcus amor ſui,ea conſtat eſſe illos cerebri & ſenſuum vacuitate,vt negligendos putemus: neq; eſſe tanti ducamus, vt vecordia ſua poſſint luminoſi ſolis curſum ſiſtere.

Nec porro magis moramur exulceratos eos & ægros,qui ſcalpellum manuſq; medicas horrent ,emendari nolunt,in perpetuum ſordeſcere, quam hoc veſtro tanquam malitiarum inquinamentorumq; omnium euerriculo repurgari, & niteſcere malle ſe profitentur. Delicati nimium homines,ſeu potius plane deſperati: quibus mederi qui ſatagunt, nihil agunt: cum id perinde ſit atque Æthiopas dealbare, aut Pardali abſtergere maculas:

Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti.

Pereant ſine, quia perire volunt: & qui ſordeſcit, ſordeſcat adhuc: ſpecu illo Platonico, naliq; antro ſuo in perpetuũ delectentur. Bonis vero omnibus, & qui animos ab ærugine,& ab omni loliginis ſucco puros habebunt, qui honeſtatem amant & officium ſpectant, non dubitamus quam plauſibile id futurum ſit,& quam iucundum. Præſertim cum ſecum conſiderauerint, quantam luem morum, quantam diſciplinæ perturbationem , cum in omnibus fere ordinibus,tum maxime in ſcholaſtico noſtro, ſuperiorũ temporum calamitas inuexerat. Teſtatur Quintilianus ſe de ſua alioqui bona inſtitutionis ratione diſcedere maluiſſe,quam communem receptamq; conſuetudinẽ, quæ aliam quaſi docendi legem fecerat,mutare. Nunc quam intoleranda erat multorum illa, & quam impudens audacia (vt effractis ſemel legum & diſciplinæ repagulis fieri ſolet) qui ſi quod mutandum in Academia pro ingeniorum, temporum , locorumq; diuerſitate videatur (vt & aliquando fieri oportere, idem Quintilianus declarat) de magiſtratuum ſententia id facere dedignabantur: ſed priuata authoritate ſuo arbitrio nunc hoc,nunc illuc arroganter vſurpabant. Itaq; vt omittamus, quam aperte ſuæ auaritiæ velificarentur, vt exigendis pecuniis ſuas arcas farcirẽt nõnulli, quam negligentes alii, & ſupini docendi munus ſuũ obirent,dum non ſuos diſcipulos prouehere, ſed fortunam ſibi condere tantum cogitarent,fiebat præterea vt quot ſcholas,quot gymnaſia haberet Academia,tot fere docendi leges,tot ſcholaſticæ diſciplinę(ſi modo ſic appellanda ſit effrænate ruens effuſaq; licentia) reperirentur:nec adeo vnius gymnaſii magiſtri inter ſe conſentirent,dũ hic pro Ariſtotelica philoſophia ſophiſticam nugatoriamq; altercationem : ille pro di-

pro dictione Ciceroniana meram barbariem putridis ac deſitis, & plane portentoſis verbis cõtextam, docebar. Iandudum enim permultis ſordebat ipſe Cicero, ipſaq; eloquentia ineptire, & nugari videbatur. Ille ad auaritiam, hic ad oſtentationem omnia referebat. 1600.

Omittimus impunitam vernaculi ſermonis loquutionem eam, vt è regno Latino Latium ipſum exulare videretur. Omittimus in cultu, veſtituque immodeſtiam, in dictis inuerecundiam, in moribus procacitatem, petulantiam & licentiam, quæ ab aſſentatione & indulgentia nimis multorũ exiſtebat. Denique tantæ molis erat repurgare hoc Augiæ ſtabulum, & exhaurire eam ſentinam ſordiũ, quæ ex ſuperiorum bellorum æſtu influxerant, ſic omne vitium in præcipiti ſteterat, ſic totum vlcus vnum erat, vt deſperata eſſe ſalus, nec vlla Pæonia arte ſanari poſſe tot vulnera viderentur.

Sed vicit veſtra fides, domuit contumaciam mali veſtra grauitas, patientia, ſeueritas, prudentia, quæ ſublato ſigno quam primum ad melius ſperandum nos pene fractos & abiectos excitauit.

Seruos legum nos eſſe docuiſtis, vt in vera libertate eſſe in poſterum poſſimus: reuocaſtis in gyrum officii ſui quemque noſtrum: reconciliaſtis amiſſam Academiæ exiſtimationem: eique ſuum decus & nomen reddidiſtis: vt in gratiam rediret cum populo Gallicano, apud quem peſſime audiebat.

Nec enim temere aut leuiter hæc ſacroſancta legiſlatio, qua de ſchola Pariſienſi actum eſt, exit, non trinundino, vt olim Romæ, aut breuiore ſpatio temporis rogata, recitata, promulgata fuit, ſed virorum ſapientm e x penſa iudiciis, multo examine ſæpius quaſi ſub incudem reuocata, & non niſi quinto ſextove anno æſtimata, probata tandem, & publicata. Nihil hic tentatum fruſtra, nihil clam, nihil vi, nihil precario.

Singuli auditi ordines ſcholæ Pariſienſis, præſentes interfuere ſelecti viri à Principe nominati. Interfuere Rectores Academiæ cum Decanis ſuperiorum ordinum, aliiq; proceres Academici, qui vna omnes poſtulauerant mores emendari, priſtinam diſciplinam quæ antea ſtare ſolebat, corrigi: ita vt nihil cauſæ habeant cauillatores, quantumuis importuno peruerſoq; ſint ingenio, cur tumultuentur & blaterent, ſe inconſultis id eſſe factum, ſe per tantum temporis de Academia inſtauranda nihil audiſſe, quaſi in ſua ciuitate peregrinentur: quod, etſi turpiſſimum, de ſe ipſi dum ſic loquuntur, fremunt, teſtantur. Sed bene habet, quod qui rixantur inepiuli, obſtreperi, & vaniloqui nullo iudicio quo carent, ſed morbo animi & commotæ mentis impetu aperte concitantur. Quamobrem cum tam bonis & tam ſecundis auſpiciis leges per vos latæ ſunt, quas eſſe nodis fixas adamantinis expediat, nihil ſupereſt aliud quam vt moribus & vſu approbentur: ne quod de Mileſiis ſcriptum eſt, quod bonas leges haberent, quas non ſeruarent tamen: & de Athenienſibus, quod leges inuenerint quib. cæteræ gentes vterentur: idem in nos contorqueatur.

Quod ad omnes pertinet, complecti ab omnibus oportet: lege in eos agendũ qui legum auctoritatem quocunq; aſtu malitioſe violant. Imo ſupereſt & aliud, & quod ſine ſummo ſcelere præterire non poſſumus: vt videlicet hoc immorta-

1600. le Dei Opt. Max. & Regis Chriſtianiſſimi beneficium agnoſcamus: vt vobis (Patres C.) quo poterimus orationis genere gratias agamus, qui nos poſteroſq; omnes ad perpetuam huius facti memoriam obſtrinxiſtis: Qui non modo à deſperatione ad ſpem, verum etiam à morte ad vitã excitaſtis Academiam: alteros quippe ipſa natales recuperare & nouum vitæ initium ordiri hodierna die ſibi per vos videtur.

Vos pro ſqualore literarum nitorem, pro illuuie honeſtatem, pro barbarie humanitatem, pro inſcitia doctrinam, pro infantia eloquentiam, pro ſolitudine & ſitu celebritatem & frequentiam, pro effrænata licentia diſciplinam repoſuiſtis, dum ad ſuas ſedes hoc veſtro decreto, quaſi claſſico, eiectas diſſipataſq; Muſas reuocaſtis. Sed cum tam multorum præcipua ſint merita, quæ ſileri nullo modo poſſunt, tamen huius temporis non eſt conari, neque facultatis, poſſe commemorare beneficia in nos ſingulorum: cum difficile eſſet nõ aliquem, nefas quenquam præterire. Itaque hic ſuccurrit quod ille idem M. Tulius, quem initio laudauimus, cum de ſuæ ſalutis ac dignitatis reſtitutione gratias ageret in Senatu, vſurpauit. Ego vos vniuerſos, inquit, P. C. deorum numero colere debeo. Sed vt in ipſis diis immortalibus non ſemper eoſdem, atq; alias alios ſolemus & venerari & precari. Sic in hominibus de me diuinitus meritis omnis erit ætas mihi ad eorũ erga me merita prędicãda, atq; recolenda. Similiter hodierna die vobis ſolis nominatim ſtatuimus gratias eſſe agendas. Tibi *Achilles Harlæ* Senatus princeps, qui nuper eam animi vim, & id robur Achilleum, ſeditioſorum furori & audaciæ oppoſuiſti, vt te non ciuium ardor praua iubentium, non effrænati populi concitata vis & tempeſtas, non intentata præſentis mortis pericula à fide & conſtantia deducere, non mente mouere ſolida potuerint. Quem Themis filia illa Iouis, qua non Eous, non Heſperus formoſior, primum domi ſpectatum, hinc ad Pictauos, tum ad Aruernos proficiſcens, ducem purpurati agminis ſui fortem & magnanimum habuit.

Quibus in locis poſt exciſas à te tot prauitatum Hydras, poſt domita tot ſuccreſcentium ſcelerum monſtra, redeuntem te victorem aurato curru vectum, ſumma cum gratulatione & lætitia à ſuprema Curia exceptum, in hoc ſuo ſummo gradu regiis manibus collocauit: vt altiori præpoſitus theatro ipſe Sol Gallicanæ iuſtitiæ, longius latiuſq; per vniuerſam Galliam ſuos radios diffunderet. Tibi *Petre Seguieri* alterum lumen Curię & columen iuſtitiæ ſine interuallo proximum: cuius pater vir ſumma grauitate & ſapientia præſtans, cum Remp. omni officio, conſilio, & prudentia iuuerit, tum præcipue, & id quidem maxime, quod liberos multos omnes excellenti ingenio ac virtute viros, totidem ſuæ fidei obſides, ſpiranteſque & expreſſas virtutum ſuarum effigies ac inter illos quidem te virum integerrima fide, illibata conſcientia, ſumma innocentia, caſte inculpateq; iudiciorum frena moderantem patriæ moriens reliquerit. Tibi *Iac. Auguſte Thuane* patricii ſanguinis illibate flos: cuius poemata ſcriptaq;, quibus nihil cultius, neque limatius, vt authorem ſuum apud exteros quoſque doctiſſimos viros magnopere commendant: ſic & aperte teſtantur quantum hauſeris puer ex hoc vbertimo quondam & caſtiſſimo fonte Caſtalio: quem ſic exareſcere

Digitized by Google

areſcere, aut inquinari, tantum dolere te oſtendiſti, vt quam operam in exci- 1606.
tanda hac Academia præſtares, pietatis hoc officium & ἀντιπελαργία cenſeri à te, non labor videretur: adeo quoties ea de re agendum fuit, promptum te & alacrẽ vidimus. Et cernere te quidem iſtam hanc paternam hereditatem non minus tibi glorioſum fore putamus. Hoc inter cætera magnum gloriæ patrimonium tibi reliquit pater optimus: cuius nomẽ & memoria, quoties vſurpatur, bonos quoſque exhilarat: & cui ſi vitam diuturniorem fata dediſſent, neq; tantum bonũ Reip. inuidiſſent, perfeciſſet id ipſe, quod ad te tua noſtraq;, vt ſperamus, fortuna perficiendũ reſeruauit. Tibi *Edoarde Molee* incorruptiſſime iudex, qui tanq̃ ex Areopagitis Athenienſibus vnus, non modo ſapientia, doctrinaq; admirabili, ſed & ipſo inceſſu, ore, & grauitate frontis, omni tamen humanitate temperata, Senatus maieſtatem ipſam ſuſtines ac repręſentas. Tibi *Lazare Coclee*, qui & Eccleſiaſticum ordinem & Senatorium pari face ſanctitatis & doctrinæ ſic illuſtras, vt vterque de dignitate tua æque ſumme glorietur. Tibi *Iacobe Gueſlee* cognitor regie, quem non tam generis ac nominis ratio (licet tam multa patri tuo Gallia deberet) quam incredibilis ingenii vis iam inde à puero perſpecta ac cognita, doctrinaq; iam tum effloreſcens, & ſeſe explicans, & de qua quod præcox videretur, metuebatur, ne non diuturna foret, adhuc honoris gradum extulit. Quẽ perculit illico animũ, vt primum, Rege vrbem ingreſſo, ad aures tuas peruenit derelictæ Academiæ gemitus, mouitq; ſquallor: quotieſq; matres familias viduas: quoties pupillos miſeros ex tuo, vere Regio, officio tibi eſſe commẽdatos meminiſti, toties matris Academiæ flebilem fortunã cõmiſerari, tot ingenuorũ adoleſcentum veluti orborũ, culturam ingenii & pabulũ requirentiũ, æquiſſimã cauſam amplecti tibi ſuccurrit. Tibi *Ludouice Seruine*, forenſis eloquẽtiæ moderator, cui omnia regia ſunt: officium regiũ, eloquentia regia, ingenium regium, animi liberalitas regia. Porus Indorũ rex ab Alexandro captus, & ab eo interrogatus quomodo à ſe tractari expeteret: Regie, reſpondit, cumq; nũ præterea quicquã addere vellet, quęſiiſſet: hoc verbo, reſpondit Porus, omnia cõplexus ſum. Quomodo laudari conueniat Seruinũ, ſi quis quærat, Reſpõdebimus. Regie. Cuius videlicet ingenio nihil celerius, nihil feruentius: volubilitate linguæ & eloquentia ſcientiarũ omnium ponderib. librata, nihil grauius, nihil profluentius, nihil admirabilius: in quo deniq; nihil niſi βασιλικὸν. Tibi *Simon Marioni* eloquentiũ iuriſconſultiſſime, & iuriſconſultorum eloquentiſſime, qui ab his ingenii & doctrinæ fontibus profluxiſti ad iſtã hominũ famã dignitatiſq; claritatẽ: qui è plano ad ſuperius, è ſubſelliis ad orcheſtram iuris, hinc ad tribunal ſummũ accendiſti: exẽploq; tuo illuſtriſſimo declaraſti, quantũ generoſus animus conſequi poſſit, vbi virtutis via ardua rectaq; ad gloriã, & ad verum decus graſſatur. Vobis inquã Trium-viris: vobis ſelectis viris, ab ampliſſimo Senatu ad inſtaurãdas literas legatis: vobis P. C. omnibus ne ingratũ ſit, precamur, hoc quãtũuis vile orationis gen⁹, quo hoc tempore in agendis vobis gratis perfungimur. Ægyptios ſacerdotes accepim⁹, olim cum ſacra facerent, ſonũ tantũmodo vocaliũ literarum decantare ſolitos fuiſſe: quod nullum ſe poſſe diis dignum carmen inuenire crederent, eiuſmodiq; mutum & ſemimortuum ſonum illis fore loco

Digitized by Google

1600. pij gratiæque concentus ſperarent. Sic quoniam pro veſtris meritis ac virtutibus, neque vos ſatis laudare, neque dignas vobis agere grates, opis eſt noſtræ: liceat per veſtram humanitatem nobis hoc tantum indicare, & apud vos profiteri, nihil nos poſſe, plurimum velle: rectiuſque eſſe pudenter nobiſcum reputare quid poſſimus; quam impudenter conari quod nequeamus. Dixi,

De Caſtri Mõtmeillani expugnatione Romana varia ſponſiones.

Diutius immorarer rebus Academicis niſi me hinc connubium Regis, illinc expugnatio Montmeillanæ arcis duplici fœnore Gallicæ fœlicitatis vocarent: fama ab omni æuo, ſitu loci montium iugis, foſſa, aggere, vallo inexpugnabile munimentum omnibus perſuaſum fecerat, Romæ ſponſiones erant, (quæ crebræ ſunt inter Italos ad ancipites arduoſq; rerum euentus) ante bienniũ Regem non expugnaturum hunc Athlantem, & profecto Dux ipſe ſcopulis & muris viſus eſt magis confidiſſe quam viris, qui tam ignauis cuſtodibus tantam molem commiſerit.

Ille qui animi ſui fortitudine cæteros metitur, credebat Gallico feruori imperuium eſſe obicem, inter niuium moles hybernumq; rigorem (vt hyeme ineunte bellum efferbuit) enſem & clipeum abiecturos, ſed ignauia deterrimorũ hominum prodidit Ducem & arcem quam quidem vel corui crocitantes aduolaſcenſuque rupis inacceſſæ prohibuiſſent, ſed erat in fatis vt Henrico non minus quam Hannibali Alpes peruiæ eſſent. Comes *de Brandis* tam ſpontaneam deditionem ſine puluere & ſanguine excuſat, incuria eorum quib. annona commeatus armamenti & murorum concredita, erat ignauiæ falſus color, cum ipſa rupes ſatis vel otioſos defenderet: quandoquidem apud Lacones nulla eſſent mœnia, aggeres, cæteraque artis & aſtus belli circumnimenta, ſed viris non muris Sparta tuta eſſet: fortis ille pugnator ad Ducem ſcripſerat, (ſicut olim Pompeianis fuerat Pharſalia) ſic Montmeillanum ex internecione Gallis commune futurum ſepulchrum, at longe diſſimilia ſunt calamus & gladius, loqui ſcribere & pugnare, hoc virile eſt, muliebre aliud: quod Ducem fefellit iniqua fuit Gallicæ virtutis mentiſq; æſtumatio, qui enim blandiebantur, væcordes mentiebantur, per aſpera & prærupta montium, non niſi poſt ſeſqui annum tormenta muralia poſſe euehi, reputabat quantæ res molis eſſet, tanta ægre peragi non niſi equorum aurigarum baiulorum vi incredibili, cum tamen præfectus machinarum Roſnius, Arari, Rhodano, & Iſera confluentibus, omnia iſta armamenta, vectura tam celeri quam facili & minus ſumptuoſa, vſque ad radicem caſtri Montmeillani prouexerit.

Cauſſatio Comitis de Brandis.

Comitis Thraſonica iactantia.

Machinarũ globorum pulueriſque inſolita & celerrima euectio naualis.

Dux vero ſcripſerat ad Præfectum arcis tam cordate & bellicoſe vt ipſa verba animos quantumlibet degeneri adderent, vt tranſalpinorum facundiſſimus eſt Inſuber, prætermiſſa eſſe nolo, & in exprimendis tam vere quam venuſte enitar.

Epiſtola Ducis Allobrogum inſignis

Ex adero quamprimum, chariſſime & confidentiſſime Comes, cum ingenti acie, nec ſeras auxiliator, ſi pactas inducias tantillum prorogaueris, ex ſpeculis pinniſque arcis, aleam Martis ſpectabis, me meoſque poſt futuros etiam atque vniuerſam Sabaudiã, in perpetuum tanto beneficio conſtrictam habebis, tanti facinoris memor, in poſterum te fidentiſſimum & ſpectatiſſimũ omnium vaſſalorum habebo.

Totus

Digitized by Google

Totus orbis Chriſtianus in te oculos defixos habet, tuamque conſtantiam & fortitudinem 1600.
quam miretur, a quiſque laudibus proſequatur, obſeruat, deditionis indelebile probrum delebis, præſta te bellorum dignum ortu & ſtemmate gentis tuæ, nec immemor ſis tam effuſæ amicitiæ, qua te ego priuatim ipſe ſum proſequutus, ac potiſſimum honori tuo conſultum velis paucorum dierum laxamentum poſco, ne forte ſerior adſim, vel Cardinalis Aldobrandinus ſperata non impetraverit obſidum ſalus nihil te moueat, cum non ſit veriſimile eos de capite diſcrimen ſubituros, ſi contingat paucorum vita non tanti eſt, quanti tam ineſtimabilis propugnaculi ſalus, quacumque via poteris reſcribe, quandoquidem à te vno exercitus mei ſperata victoria pendet ſi certa ſpes non adeſſet ſuppetiandi ſoluendaque obſidionis, de deditione pactum rumpendum haud ſuaderem: Luculenta & vere magni ducis epiſtola, tota martium ſpirans, pignus venturi auxilii, ſponſio pollicitationis, ſed Comes *de Brandis* fide pignorata, datis obſidibus ſero monetur, ſero ſapit, iure belli, capite obſidum, iurata Regi præſtare cogitur, vt auis manu emiſſa, lapis è funda, ſagitta ab arcu non reuocantur, ſic nec data fides, hoc modo victus comes, quo vel inuitus trahitur ſequi neceſſe eſt. Dux non tam armis fidens, quam interceſſioni Apoſtolici internucii, Cardinalē Allobrandinū per Alpes obſeſſas & media caſtra vrget, ad res componēdas: de eius aduentu Rex certior factus, mittit obuiā Eſperonium, hinc regiæ, illinc caſtri machinæ ad publicam ouationē emittūtur, Camberiacum deducitur, excipitur à Rege ſummis honoribus, tantumque viro pontificio delatum eſt, vt ſimbolum nocturnarum excubiarum præfectis vigilum dederit. Cardinalis ſic Regem ad pacem hortatur.

Aduentus Cardin Aldobrandini in Caſtra regis.

Le met du Eur.

Scire Pontificem arma iuſte induiſſe, vt cauſa ſic virtute bellica longe eſſe ſuperiorem, illi tamen dolere quamplurimum orbem Chriſtianum, hoc armorum turbine concuti, bellum nec regia maieſtate nec ſumptibus tanta militia dignum, quod ſi propagandi regni cupiditate fiat, Sabaudiam nimis *anguſtam, non magnum eſſe incrementum, ſi vindicandæ alicuius noxæ, vltionem inter impares nunquam iuſtam videri, Pontificem pertimeſcere ne illa ſcintilla belli, petra audendi moliendique Turcæ poteſtatem faciat. Ducem inſubrium pacis annuere, rogare vt Romana Eccleſia, publica quieti Chriſtiani orbis pacem non neget.* Rex ſic ad Cardinalem: *Quanquam forte iure & viribus ſim valentior, & fidentiores regni vltra progredi ſuaderent, tamen meo contentum hærere placet, & licet vniuerſam Ducis & vltra Alpes ditionem ſubegiſſem, tamen reſtituto marchionatu, quæſitis omnibus vltro ceſſurus ſum, cogor armis repoſcere quæ via fœderis & amicis communibus ac ipſo Pontifice feciali & ſupremo Arbitro reſtituere Dux detrectaſſet*, hoc cum Rege colloquium, pacis futuræ præludium fuit, cui Rex tamen aſſenſurum negat, niſi dedito Montmeilano, reuerſiſque Coneſtabili Cancellario, & conſiſtorii Antiſtitibus, quos Maſſiliam ad excipiendam Auguſtam coniugem miſerat, dum agitur de pace Dux exercitum promouet. in eo erant decem millia peditum, equitū quatuor, tum prodromorum tum grauioris armaturę. iugū quod vocant D. Bernardi traiecit, Deſdiguierius in faucibus montiū morabatur, ſed hyems hominibus pugnacior, tāta mole niuium aditus præcluſerat, vt omnia eſſent auia, tentauit nihilominus velitationem emiſſis præcurſoribus, nullo memorabili pugnæ exitu, niſi quod oſcitantes & altum ſtertentes aliquod Gallos peruigil hoſtis inuadit & mactat, inducias belli aſperitas cæli indixit, his potiſſimū iugis vbi hyemes vix vnquam deſinunt,

Oratio Aldobrandini rogantis de pace.

Regis ad Aldobrādinum reſponſio.

Acies Sabaudica.

1601. deſinunt,tandem abiecta omni ſpe auxilii, comes *de Brandis* rebus ſuis & cómilitonum exportatis ſarcinis loco cedit.

Deditio Mõtmeillani.

Crequius arci præficitur, quam inexpugnabilem vel magnis ſponſionib. iurabat omnis Italia hoc exem plo edocta nihil Gallo apud ſe concordi imperuium. Allobrogum duo munimenta in fide Ducis perſtabant, Burgicum & Diuæ Catharinæ ad ſuburbanos Geneuæ limites. Arx Breſſiana coctili muro, vallis aggeribus, foſſa, deniq; omni ſtructura ſi qua vlla eſt tutiſſima, ſola annonæ inopia premebatur: ſempiternum opprobrium præfectorum, qui tantam arcem vacuam eſurientemq; rebus neceſſariis non munierunt, non intellecto præcepto Vegetii ſcriptoris Tactici *fruſtra & male ferro tentari, qui fame oppugnatur.* in hoc tamẽ tutior, quod interitum propugnatorem habuit Boueneum, quem ipſa fames, Montmeillani deditio, à Duce longinquo & intercluſo, nullum ſperatum auxiliũ, nec vlla lenocinia ad ignauiam perfidiamq; pellexerunt. Rex dignatur præfectum arcis epiſtola, fere his verbis.

Bourg & le fort ſainte Catherina.

Vegetius de re militari.

Bonauai animus ineluctabilis nec vi nec blanditiis.

Epiſtola Regis ad Boneuaum.

Cum iam mihi arcis quæ tibi commiſſa eſt potiunda in manu ſit opportunior anſa, quamvnquam fuerit, notum probatumq́ tibi eſſe volo, quantũ tui ſimilium virtuti bellicæ gratuler, benignitatiſq́ meæ promerẽda tibi facultatem præbeo deditione arcis, quæ nec diuturnitate belli nec pacis fœdere meam poteſtatem tandem effugiet. quod ſi cui militas Dux, Montmeillano, nec intra menſtruas inducias ſuppetiari potuit, qui poteſt intercluſo aditu, tot viarum præpeditis anfractibus hyberno cælo, ſolo inimico, tibi auxiliari? fruſtra blanditur ſpe pacis, quæ non eſt extemporanea, nec paucorum dierum deliberatio, te & commilitiones prius annonæ penuria premet, quam recreabit vbertas pacis.

Dux enim in alieno reſtituendo anxius eſt morator: ſed ita ſit, pacem iniri, (à qua nunquã æquis conditionibus non ille modo ſed quilibet mortalium me alienum inueniet) ille vice tranſalpinæ ditionis Seguſianum omnem agrum, ipſamq́ arcem vltro offert, ſi occurris inſtantibus rebus non ſine cumulo beneſactorum gratiam meam promereberis, ſatis ſuperq́ in propugnanda arce gloria tibi quæſitum, omnes alios arcium præfectos conſtantia, & fortitudine bellica ſuperaſti. annonæ penuria & ipſa male ſuada fames ignauiæ omnem labem auertit, contra ipſam nulla pugna eſt, nulla contradictio, venter manibus imperat, & ſi non paſcitur cæteri artus tabeſcunt, mature conſule rebus tuis, neq́ tibi familiæq́ gloriam fortunas & meliorem ſtatum inuide belli ferociam & omnia extrema Martis bene conſultus auerte. & quæ tibi mens ſit per hũc tubicinem certiorem facias ſi animi fideiq́ apertius teſtimonium exigis, Bironius in caſtris tibi eſt proximus, qui voto faciat ſatis, Regiæ epiſtolæ ſuam addidit Bironius: quibus ſic caute ſapienter & ſtrenue Boueneus: *Regum inuictiſſime, cum fidei meæ arx iſta cõcredita ſit, ne hanc fallam mihi fixum immotumq́ animo, virũ agere, omnia bello experiri, emori ipſoq́ arcis chaſmate & hiatu condi & ſepeliri. Hoc vnum lugeo maieſtatẽ tuam tã conſtantis animi nulli facere periculum, nulla vi Martis adhibita, fames tamen ipſa famam dabit, atq́ inediæ ærumnoſa omnia perferendo, cum commilitonibus, nõ minus fortitudini bellicæ tribuetur quam ſi machinis & ferro oppugnemur*: explorata fide incorrupta præfecti, vnum fuit ſtudium obſidentibus arcem, ab ea auertendi omnem commeatum, quem furtim importare ex Sequanis Hiſpani moliebantur, ad intercipiendos viamque præcludendam, longe lateq; ſparſi exploratores, ac turmæ equitum, & circa pomerium arcis ſolito cautius vigilatum, intercluſæ viæ, foſſę altius excauatæ, deni-

Epiſtola Bouenai ad Regem tota martia.

que-

que nihil niſi volucre arcem ingredi potuit. Sancium Rex cum peditum tumultuario conſcriptis cohortibus, ad D. Catharinæ propugnaculum præmiſerat, Victrius maioribus copiis inſequitur, & paulatim caſtris increſcentibus acrior fit obſidio & oppugnatio, arduum erat, tumulo editum, qua circumiacēs omnis planicies deſpicitur, aggeribus & foſſa egregie munitum in confinio Geneuæ, & ad eius libertatem compeſcendam & tertio obſidendam expugnandamq; poſitum erat, quingentis præſidiariis propugnabatur: Geneua ipſa portas incuſtoditas Gallis aperit, per ſuos decuriones Ædileſq; quidquid erat opis ſuæ & ſuarum fortunarum Regi obtulit: Bironius vrbis ſitu muris omnibuſq; munimentis ſedulo perſpectis, per deſpectum quo erat in omnes oppidanos & populares faſtu, Geneuæ exiſtimationi plurimum detraxit, non inuenisse eam quam iactabant, intra viceſimum diem expugnaturum, vel cum diſcrimine capitis iureiurādo ſe obſtrictutum, ea lege vt ſi poſtridie ciues deditionem non facerent, vteretur in eos ſummo iure belli, vt in captis vrbibus ſolet.

Propugnaculi diua Catharinæ obſidio.

Topographia fortalitii diua Catharinæ.

Bis obſeſſa Geneua à Caroio Emanuele Sabau poſitis caſtris Bironii de Geneua Iudicium.

Theodorus Beza nouatorum veteranus totoq; orbe notiſſimus, tandiu ſepto incluſus in caſtra egreditur regemq; ſalutat, cui Rex optare illi vegetius æuum, animumq; concordem ad paccanda diſſidia de religione. Dux Montmellani iacturam, fiducia ſuppetiandi propugnaculo D. Catharinæ ſolabatur, tentatis per Heluetios Rhætoſq; itineribus & auxiliis, quod cum ſubolfeciſſet Vicius regius apud eos legatus, icto fœderi vim fieri proteſtatur. Ducis conſilia & ambactorum tacitos progreſſus detegit, contrario ambitu & ſuffragiis frangit, ita vt Duci hinc aditus præcluſus fuerit, quamuis viam vi aperire rerum ſuarum anguſtiæ impellerent, triduo poſtquam in caſtra Rex venit, fortis ille propugnaculi præfectus, qui vocabat in certamina diuos & cœlum territabat armis, nihil niſi Thraſonicum ſpirās, de deditione paciſcitur, his conditionibus, vt ſi intra decimum diem à Duce ſuo nō iuuaretur, exportatis ſarcinis & peculio caſtrenſi arcē dederet, decem dierū petatis induciis loco cedit, abductis quadringētis militibus ducentiſq; Heluetiis, cū machinis duabus, ad tutandā arcem prorogandamque obſidionem in vernum tempus vt iactabant adhibitis, ſi modo milites non lixæ fuiſſent: *O vere Phrigiæ nec iā Phriges!* Dux, Regis Galliciq; feruoris nō æquus æſtimator, falſo crediderat inclinante anno in Brumā, Regem in proximum ver dilaturum bellum, nec ducentem vxorem præliaturum, ille contra Martem cum Venere, Iunone iugali, & hymeneis promiſcue copulauit, vt ſpōſalia à caſtris nō auocarent, vtq; vel ex profeſſo ad Martem procliuior, nec Auguſtæ videndæ deſiderio ab obſidione diſceſſit, quam per ſummos regni proceres Maſſiliæ excipi & deduci Lugdunum ad Pompam connubii & thalamos iugales curauit.

Beza Regem adit.

Vicii Oratoris apud Heluetios ſummatura.

Deditio & pacta propugnaculi diua Catharinæ.

Nunc à tuba & lituis ad citharam & choreas, èque ipſis cautibus Allobrogum, in amœniſſimam Hetruriam Arnique floridiſſimas ripas abeamus. Rogerius de Bellegarde, Franciæ hippocomus inſigni delectu nobilium Gallorum, regis Vicarius ad Mediceæ Auguſtæ ineunda ſponſalia Florentiam 23. Septembris appulit obuiū habuit Hetruſcum Ducē, aduentus cauſa narratore nō indigebat, in palatiū diuertit & ipſo veſpere Auguſtā vice regia ſalutat, S. Pontifex Aldobrādinū Cardinalē ad inaugurationē rituſq; ſacri cōiugii Florentiā mittit, excipitur

Rogerius de Bellegarde regis vicarius it Florētiam ad faciendas nuptias.

1600. Cleri omniumq; vrbis ordinum coactis ſodalitiis, ad primariæ ædis veſtibulum equo deſilit, peractiſque ad aras precibus in Ducis palatium ſe recipit, cœna inſtruitur conuiuantibus Hetruſco, & Mantuano ducibus, Iano & Anthonio Medicæis ipſoq; magno Franciæ equite, peracta cœna Aldobrandinus Reginę gratulatur ob fauſtum coniugiū, S. Pontificem plurimum eo lætari quod hunc longa ſeries principum, mixtis Galliæ ac Ethuriæ ſtemmatibus oritura ſperetur, hac oratione præſaga futuri & veturæ prolis Medicæa vt plurimum exultauit, agitq; Deo, & S. Pontifici gratias, cōcepta fiducia prænunciatæ fœlicitatis. 5. Octobris ſponſaliorū ritus peraguntur, ad aras procedunt, hinc Dux Ethuriæ, illinc Medicea, ille Regis vicarius mandatū exhibet, quo illi vicaria opera Regis vxorē ducere fas erat, perlecto copulātur vinculo Eccleſiæ, mox vndiq; machinarū genialis fragor exauditur, ad cumulū lætitię, Veneris luſtricis ſponſoribus, Ethruſci Ducis filius ſacro fōte tingitur, Cœnę nuptialis deliciis narrādis, impar eſt omnis oratio, nec enim toto cœlo, terraq;, fluminū pelagiq; gurgitibus, quæſitæ epulæ apponuntur, ſed etiam feræ & animalia exotica conſpicienda oſtenduntur, Elephantes & id genus oſtentorū arbuſta vt oleæ, mala aurea, artifici natiuorum æmulatione efficta nemus repentinū efficiebant, poſt primas epulas, menſa ex oculis mira arte ſubducta eſt, in cuius vicem alia ſubterraneo meatu ſufficitur exquiſitiſſimis bellariis, & conditur s onuſta, atq; illa ſimiliter ex oculis ſuo motu ſubducitur: tertia gēmis, torquibus monilibus, ſpeculis atq; omni mundo muliebri tota coruſcans exurgit, quarta enaſcitur hortos & viridaria arbuſtis, frugibus, floribus & omni violarum genere effigiata referens, non longe hinc latices & riuuli ſcaturiebant, examina auicularum peruolitabant, vt ineunte bruma ver adoleſcere omnis ſtupens crederet, ſurſum vero ab vtroq; triclinii latere geminæ exoriuntur, vni aſſidet Ethruſca puellula, alteri ſemiuir qui alternantibus modis hymenæum ſuauiſſime canerent, ſpectaculo tā exquiſito voluptatum, artificio ſtupendo, vt abſolutiſſimum eſſet nihil niſi Rex defuit. Triduum in circis, venationibus, ludis, pancratio, haſtiludiis, aliiſque gymnicis ludicriſque certaminibus, peractum. Sed iam ô iubar noſtrum, Aſtræa Galliæ, arcta nimis eſt Ethrutia, iam te non capit, quære aliud regnum, natali Italiæ dic extremum vale, vt te adempta lugebit, ſic te recepta Gallia hilareſcet. Ergo 13. Octobris cōmittit ſe Auguſta pelago, vecta triremi prætoria Ethruſci Ducis, comitantibus ſex aliis Ethruſcis, quinq; Pontificiis, totidemq; Melitenſium equitum triremibus, Heſperiam primo appulit Liguſtici maris portum, quo præpedita grauiſſimis tempeſtatibus, ſtetit in anchoris per nouendium, Genuæ optimates vrbem & ditionem offerunt, vel ſaltem ad vitandam nauſeā maris procelloſi pellectāt, illa nihil vndis territa in continentem egredi recuſat cælo & ſalo quietioribus Sauonam appellit. biduo poſt, Maſſiliæ delatam in portum, comitantibus Duciſſis Ethruſca & Mantuana Cancellarius & quatuor Maſſilienſes Ædiles ſubtentorio ſerici operis excipiūt, genuq; minores claues vrbis geminas ex auro ſolido compactas offerunt, quas Luſſano prætoriarū cohortiū ex quatuor præfectis vni tradidit, tecta deſuper diuite operculo à Cardinalibus Ioyeuſa, Gōdio, Giuerio, & de Sourdis, aliiſque Antiſtitibus, aulicisq; primariis in palatiū deducitur, præuius ibat.

Sponſalia Regis cum Auguſta Medicea.

Luſio ducis Ethruriæ ſacro fonte abluitur.

Cœna ſtupēdus apparatus.

Auguſta Maſſiliam appellit.

Digitized by Google

mius ibat Conneſtabilis, ſequebantur Heroinæ & aulicarum longum agmen: po- 1600.
ſtridie Cancellarius aſſidentibus libellorum ſupplicum magiſtris in maius tricli-
nium regij palatij reginam expectat, illa à Conneſtabili deducta, Duciſſa Ethru-
riæ à Guiſio, Mantuana ab equite Franciæ magno ſuggeſtum conſcendunt: pau-
lo poſt ſuccedunt Senatus Aquenſis conſcripti patres, obſequium & fidem pro-
feſſi, ſic orante principe Guillelmo Vairio.

Oratio Guil. Vairii pro Aquenſi Senatu ad Auguſtam.

Hanc prouinciam appellente maieſtate tua, ſimulque cum ea in Galliam ſumma fœlicitate, Senatu relicto, genibus tuis proni aduoluimur, ſumma obſequia debita diademati tuo, quo iam caput tuum eſt redimitum profeſſuri: nunc profecto atq; nunc cœlitus exaudita vota noſtra: & tot ſalutis portenta ad regni huius incolumitatē conſummata penitus credimus, titubantemq; antea eius ſtatum firmiſſimis fulcris & columnis in poſterum innixū credimus: beauit nos Deus Opt. Max. Rege ſummis virtutibus inclito, comitate & probitate ſingulari, bellica fortitudine nulli adæquando, qui nos labore ſuo quieti, periculis ſecuritati partis de hoſte triumphis gloriæ, turbatos, dubios vitæ inglorioſq; reſtituit: nos profecto fortunati, niſi tot bona, tot fœlicitates vna cogitatio turbaſſet.

Heu! feralis cogitatio, quæ terminus æui ante oculos mortalibus proponitur, & quod nos anxios fecit, principis noſtri in dies vitæ minus ſolers cura: his ærumnis leuandis, quæ non vota, quæ non tentata remedia & auxilia, incaſſum profecto & tandiu? donec decoris tui fulgurans venuſtas, nubem & caliginem hanc curarum tranſmiſit, & fugauit, ſpemq; dedit fœlicitatis tam diuturnæ, inſpectis enim naturæ dotibus, venuſtate formæ, comitate, auditoq; ingenij acumine, iudicij ſumma prudentia, atq; dicendi incredibili facultate, quotquot ſumus Galli, te eam credimus à ſuperis iampridem editam, quæ miti conſortio Regis vitam in laboribus anxiam leniret, conuictu iucundo annos prorogaret, & longa ac maſcula prole illum vniuerſumq; regnum bearet.

Te vnicam merito cenſemus, in cuius pudico ſinu tot Herculeis laboribus attritus Rex Regum quos habet orbis inuictiſſimus conquieſcat, vt ille vnus dignus eſt victricibus lacertis ſuis, virtutibus clariſſimam & venuſtiſſimam qua Sol oritur, & occidit te vnam amplecti. Vaticinij omnia fidem ratam faciunt cœlum & tellus, quandoquidem te appellente in portus Gallicos, mare antea infeſtum conquieſcit, & Alcedonia facit, ex nubilo fit ſudum cælum, quaſi vtrumq; aduenienti gratuletur.

Ergo adſis bonis auibus & auſpiciis, littoribus noſtris fauſte adſis, longæua in Francia & ad Franciæ ſummum & diuturnum bonum, hic qui ſæculi ineuntis primus eſt annus, te fœlicem conſortem Regis videat, & ventura te fœcundam matrem & Bericinthiam Regum Deorumque prædicent.

Sed quod tuæ laudis ſummum eſt faſtigium, memor ſis, vt Regis connubium te Auguſtam ſummam efficit. ſic matrem piam & munificam tot gentium, quibus regnator & pater eſt. Ergo in ſocietatem veni regiæ ſolicitudinis, & cum populorum quies & beatitas Regum ſit verus & ſolidus honos, ale & auge quantum potes ſummum hunc amorem & affectum, quo ſubditos amplectitur, vt te velut nouum amicum & propitium Sydus ſentiant, fulgore tuo proſpera & auſpicata quæcumq; inſtillans, vt tandem nos quibus in obſequio ſumma eſt fœlicitas & gloria, tibi in Liliorum ſolio aſſidenti vtriſq; vitam perpetuo deuoueamus, vt hic nos proni & ſupplices animorum intimos affectus deuouemus.

Pendebat Regina dicentis ab ore, teſtata nutu & reſponſo quam accepta gra- *Guill. Vairius loquen-*

1600. taque fuerit viri facundia, qua certe Gallos omnes locutione & calamo anteceſſit. Poſt ſextum diem Maſſilia, Ethruſca & Mantuana Duciſſæ, cum claſſe triremium Italiam repetunt, Aquas ſextias, mox Auenione, rheda opere ſerico, quatuor iugalibus concoloribus Auguſta deuehitur.

...tiſſimus Gallorum.

Luculentiſſima pompa fit Auenioni, ſpectaculis laborum & ærumnarũ Herculis, quorum figmento Ignatiani Regis arduam vitam, de tot tantiſq; hoſtibus partæ trophea apte & ingenioſe innuebant, hic ordo fuit ſpectaculorum. Hidra ſepticeps cæſis capitibus iam non rediuiuis, pictura, iconibus acroematibuſque Regis victoriis loquebatur.

Spectacula ab Ignatianis Reginæ exhibita Aueniom.

Hercules cælum torquens humero, Regem inſtar Athlantis pondus regni fulcientem oſtendebat, viridarium Heſperidum, ſopito dracone inſomni, Regẽ deuictis fœderatis, vi vrbes potentiſſimas amœniſſimaſq; expugnaſſe monſtrabat. Hercules Oeteus in rogo ardens, victorem Regem ardore populi ſeruandi accenſum, in cœlos immortalem indigetemq; poſt vitæ huius ærumnas abiturum innuebat.

Gerion triceps & tricorpor, olim Iberiæ regnator, Herculi infeſtus clauam exoſculans, pacem inter Galliæ & Hiſpaniæ Reges Veruini initam, fabulæ inuolucro ſcite indicabat. Prometheus rupi Caucaſeæ alligatus, & poſtmodum à fibris renaſcentibus abacto vulture, rupiſq; cathenis ſolutus, Regem Pontificia poteſtate aris adytiſq; reſtitutum innuebat: Cerua tota albicans, cornibus & vngulis aureis, torq; gemmis fulguranti, cum his notis *nemo tangat*, atq; ipſa ſub viridante lauro exultans, aurea cathena ab Hercule leniter tracta, fronte his verbis litterata, *vt vidi, vt perij*, ſubiecto pedib. dimidiato hoc verſu,

Ille trahit trahiturque viciſſim.

Ingenioſo figmento Hercules nempe Regem, Cerua Auguſtam, candor pudicitiam, laurus quæ nunquã fulmine appetitur inconcuſſam, fidem, cornu aureum, regiũ diadema, adamas in torq; neſciam frangi conſtantiã, vngula aurea decorem ſummum Reginæ innuebant, plura arte & ingenio ipſoq; ſumptu ſtupẽda, omnium in ſe ora & oculos conuertebant, quæ quia modum propoſitumque Annalium excedunt, prætermiſſa volo.

His per triduũ Auenioni Regina recreata ſpectaculis, nihil morata in Prouinciæ quæ ſunt ad Rhodanum vrbib. illico ad ſuum Herculẽ Lugdunum properat, acceſſitq; 21. Decembris iam inclinante die, ſummis honorib. excepta, Lugdunẽſium effuſiſſimo pompæ apparatu vt paulo poſt narrabitur.

At delibantem coniugij, ſpectaculorum, conuiuiorum delicias ſinamus Regẽ ex lege Hæbrea, quæ primum annum immunem à bello & ciuilib. curis, nouello ſponſo permittebat, oſcitari vel verius à laborib. requieſcere, & cum Mercolio, Caniſa amiſſa rei Chriſtianæ vicẽ doleamus: barbari illã incredibili exercitu ad quinquaginta millia obſidebant, caſtra longiori metatione continebantur, quã obſeſſi oppidi pomerium & murorũ ambitus, quid agat exiguis manipulis Mercolius, impar numerus, ſingulares aduerſus centurias pugnant. Leo iſte Gallicus, ad commilitones in enſe & clypeo ſolum, ad ſuos ſpem eſſe regreſſus monitos facit, qui virib. longe debilior, cõſilio & aſtu colluuiem iſtã longe ſuperabat, quaquauer-

Caniſa amiſſa à Chriſtianis.

Mercolij ſumma prudentia.

quauerſum ſparſis rumorib. diſſeminat, multo numeroſiorẽ aciẽ trahere, æquare 1601.
hoſtem equitatu & peditatu, qua fama territi barbari cunctantius pugnæ ſe accingunt.

At ne ficti rumoris dolũ, ſi diutius moretur Mercolius explorent, ſtatuit quã primum animi pendentes & attonitos inuadere, turbatiſq; caſtris auxiliares copias & cõmeatum in Caniſam furtim immittere: barbari dirum & immane vociferantes (vt mos eſt Turcicus vlulatib. terrere hoſtem) Chriſtianos excipiũt, præmiſſis eiaculationib. machinæ Mercolij agmina ſternunt & diſſipant, qua globi ſtragẽ fecerunt fit via, dant terga barbari, atq; in caſtra & munimenta trepide & turbide ſe recipiunt, caſtrenſi cãpo, cadauerib. ſauciatis duabuſq; turcicis machinis Mercolius potitur, hanc ignauiæ labẽ Turcarum primipilus redintegrata pugna diluere enititur. Mercolius, caſtris cingendis foſſa & aggere, aduerſus inſultantem Turcã, perdium & pernoctẽ militẽ inſtare iubet: hoc munimento contra illuuiẽ Barbaricã ſe protexit, cumq; anguſtiis annonæ, atq; hyemis aſperæ iamq; prouectæ premeretur, cõmeatu ab hoſtib. intercepto, famelici milites iam vltra inediã non ferentes, nolentem Mercolium canere receptui cogunt, Caniſa fruſtra auxilium inſpectante, cœlo infuſcato & nebulis Chriſtianã aciem protegentibus, caſtris diſceſſum eſt, ſumma prouidentia numinis, tanta n. caligo cælum terramq; obduxit, vt de diſceſſu niſi poſtridie Othomanidæ certiores facti ſint, cumque longo interuallo progreſſos Chriſtianos inſequerentur, nebulis denſioribus, præpediti, Andabatarum more, vt Cimerii craſſo & obſcuro cælo, deuii incertiſq; ſedibus errabant, vt tamen fiducia nimis plerumq; fraudi eſt, Galli militis in anguſtiis depreſſi itineris, per diuerticula proximi pagi palantes, ordinem perturbarunt: anteriores vero rati in fugam verſos Gallos ſaltu ſepes tranſiliiſſe, ipſi ſe in fugam dant & manipulos prærumpunt. *Fuga Turcarum.*

Turcæ qui è veſtigio ſequebãtur, perſpecta caſtrorum turbatione, Germanos aciem claudentes inuadunt.

Mercolius vt tumultuari trepidariq; audiit, retrogredi impetat, primus laborantibus manipulis it auxiliatum, hoſtem comprimit & fugantem fugat, duplicato fœnore cladis, caſtriſq; metum adimit, ordinemq; reſtituit: Caniſam non vna corona barbarorum cinctam & præpeditam milite & commeatu iuuare voluiſſe, quantumuis irrito conatu ſatis ad laudem fuit, Chriſtianam aciem iam in ipſis Othomanidarum faucibus eripuiſſe, ſuperum inenarrabilis fauentia fuit, nam vt ſciat poſteritas, hinc abiit in parœmiam de re ardua & fœlici, receptus Caniſæ, nec immerito alluſum eſt Gallicis verſibus, vnum Mercurium laborantes & deuios Chriſtianos in ſemitam reduxiſſe, cum apud Ethnicos viatum & itinerum dux & index ſit Mercurius, ideoque in triuiis eum ſolitum locari. *Retraite de Caniſe.*

Caniſæ præfectus, dedito totius Stiriæ inexpugnabili propugnaculo, reus ſi non proditionis, ſaltem ignauæ deditionis peractus eſt, cæſaque manu qua ſubſcripſerat capite vltimas pœnas luit, ſocordiæ iuſtũ quidem ſed minus ſeuerum ſupplicium, vt diſcant arcium vrbiumq; præfecti, vti manibus, hoc eſt, fortitudine, ac rubore ſuffundantur, exemplo fortiſſimi Romulidum, qui hoſtilem

nauim

1600. nauim vnco & manibus trahens, cæſis ambabus illam dentibus retinere conabatur.

Obitus & Elogiū Claudii Riſii Falconis in Armorico Senatu ſupremi præſidis.

Claudius Falco Rizius anno definente viuere deſinit. Ille togæ ſummos honores, in Senatu Armoricæ nedum purpuram Conſulatum, ſed ſupremum ſolii conſequutus eſt, dehinc in Auguſto Conſiſtorio ſumma illi virtus & eruditio intimi conſilii conſortium conciliauit: nondum ſedato bello ciuili, quod pertinacius in Armorica hæſit, cum ad ſemeſtrem vicem præfecturæ ſuæ Rhedones proficiſceretur, explorato itinere à graſſatoribus intercipitur, ære grauiſſimo pro libertate indicto, quod cum propter temporis anguſtias non ita facile diſſoluere poſſet, muſarum ſolatio ſeruitutis mœrorem lenibat, noui enim belli veſaniam, vt ille Pharſalicum, eodem ſono & metro deflere incæperat, ſed reddita libertas fœlicem partum infœlicis carceris nobis inuidit: vir enim ad ſeria natus vltimam manum addere, vel quod loci recordatione, operis eum tæderet, vel quod ad perpoliendum, ab ingentibus negotiis nihil otii eſſet neglexit.

RODOLPHI

Digitized by Google

RODOLPHI BOTEREI IN MAGNO FRANCIÆ CONSILIO ADVOCATI,

COMMENTARIORVM DE REBVS TOTO PENE ORBE GESTIS,

Liber Octauus.

QVOD fauſtum ſit hoc anno & ſubſequutuꝛis, Orbi Chriſtiano Apophoreta ſeu xenia nulla gratiora offerre poſſum, quam pacis quæ potiſſimum duci Allobrogum gratiſſima. Nam vt aliquod alexipharmacum grauiter & immedicabiliter laborantem quaſi è faucibus lethi eripit; ſic pax Aldobrandina (ita eam à procurãte & feciali ſuo nominare placet) illum amiſſis rebus reſtituit: peractis connubij ritibus, oratores Allobrogici qui vel inuiti nuptialib. conuiuiis interfuerant, pacem optant, orant & quibuſcunq; conditionibus deprecantur.

Rex vno verbo eorum poſtulationibus reſponſum eſſe voluit. *ſuapte & ad id ferenti genio, bellum non auerſari, ſed nulli pacem ſincere & ſine fuco petenti negaſſe.* Duci id ipſum poſtulanti, ſuaſore & impulſore ſummo Pontifice, ad ſolatium orbis Chriſtiani annuere, priſcis legibus vt Marchionatus reſtituatur, nouis vt ſumptus belli perſoluantur: tanti pacem non empturum Ducem, vel deploratis reb. ſuis Aldobrandinus cognouit, per mutationem Marchionatus cum Seguſiano agro propoſuit; ab ea Rex non ſe alienum præbuit, hæſitatum ſuper vtriuſque limitibus conterminalibuſq; caſtris, pax in dies quaſi filo pendula nutabat, & iã perfecta ſperabatur Ducis legatis pro bellicis ſumptibus mille centum aureos nummos offerentibus, iurandis pactis dies imo hora inſtabat, cum repentino nuncio fertur, Geneuates vrbe ſua promiſcue effuſos, ad ſummam aream Diuæ Catharinæ propugnaculũ adæquaſſe, biduano & irrequieto feruore ita vt vix vbi Troia fuiſſet veſtigium extaret, hac operis deiecti nunciatione, Aldobrandinus ita exaſperatur & æſtuat, vt illico Romam abiturum iurauerit, data fide ſibi fidem non ſeruari, euerſionem fortalicij, ſui deſpectu & pacis initæ diſpendio conqueritur,

Ad legatos Inſubres verba Regis.

Aldobrandinus euerſo propugnaculo diuæ Catharinæ ſtomachatur.

Digitized by Google

1601. per regios fœciales renunciatum iraſcenti, Regem cũ duce non paciſci, niſi vt S. Pōtificis votis morem gerat, rumpendi fœderis leuem eſſe cauſam, cum area atq; ſolum arcis ad Ducem redeat, fuiſſe ex glebis & ceſpitibus opus tumultuarium, tam cito exciſum quam cito congeſtum, illi ex ſimili opere luteo reſtaurare fas eſſe vel ſumptu minimo.

Nihilominus Aldobrandini ſtomachus Regem ad redintegrationem belli excitauit, claſſicum rurſus canit, vltra progredi in Allobrogum fines caſtra iubet, denique; ſpe omni abiecta pacis, ad arma Lugduni vndiq; conclamatur, tam incertis dubiiſq; rumoribus vt diluculo de bello tumultus eſſet, veſpere ſpes lubrica pacis recrearet.

Hiſpanus legatus, ſic dubiis rebus metuens gentilis ſui Regis, eo venit ſermonis, vt Regi dixerit ſi pacem renuat, Regem Iberum quo rem ſaluam faceret nepotibus ſuis, in ſocietatem belli venturum, quem Rex argute & cordate his verbis dimiſſum fecit, *cum quietis & fœderatis quiete victurum, effecturum Deo auſpice, vt ſi quis in bello iniuſto Duci auxilietur pœniteat*, Omnia ad bellum ſpectare videbantur, Ducis legati hyberna ſæuitia & niuium molibus Ducis ſui intactam ditionem ſecuram iactabant, vere ineunte Germaniam & Hiſpaniam ſedibus propriis ad ſui auxilium migraturas, pictas acies ordinabant, vt qui mero in orbe caſtra pingant, ſed tam altos ſpiritus Bouuenei Epiſtola depreſſit, ille enim monitos faciebat niſi intra decimum diem ſibi ſuccurratur, præinedia arcem dediturum: vt fortiſſimum propugnatorem animum deſpondere, & vt verius erat imparem grauioribus anguſtiis cognoſcunt, rogant obteſtantur Aldobrandinum vt rem infectam non ſinant, ille, negat, vltra, de pace tractaturum, niſi ipſi Allobrogici legati tabulis ſignatis quid agat, quid perficiat præſcribãt, illi chirographo quæ pacta rata eſſe velint ſubſcribunt, ſic pace dubia nutante longioris belli Rex apparatum molitur.

Rosnius eius rei perficiendæ cauſa Lutetiam mittitur, iturus ſalutat Aldobrandinum, cui querulo de euerſione propugnaculi id ipſum quod Allobrogicis legatis dictum fuit reſpondet, facilem eſſe iacturam quæ ſcutorum aureorum quinquaginta millibus ſarciri poſſit.

Cardinalis ad parcimoniam tantillæ pecuniæ, non vltra cunctandam ſtatuit, de pace colloquium reſumit, ſed denuo turbatur referentibus Allobrogicis ſe recenti ſcedula 10. Ianuarii à Duce ſuo, in mandatis habere, ne pactis vllo modo ſubſcriberent: nouum negotium exoritur Cardinali, qui data fide Regi, damno exiſtimationis ruptam iri pacem veretur, rogat vt de fide & fama periclitari non ſinant, illi contra obteſtantur ne quid de pace ſtatuat, inſcio & inconſulto Hiſpanico oratore, ille ad pacẽ cohortatur nec eſſe procraſtinandam, Regis ſui ditionibus magis conſultum eſſe cupiens quam Ducis, Hiſpano enim plurimũ conducere apud ſe cogitabat, ſi à Mediolano Gallus longe abſit, interiectas Alpes firmiſſimum eſſe obicem.

Marchionatum, ſi reſtituatur, eſſe velut oſtium ad teroſcendam armis liminarem illam Italiæ ditionem, pro qua tandiu à Carolo VIII Ludouico XII. Franciſco I. & Henrico II. tanto ſanguine pugnatũ Allobrogici vltra negotiũ trahere

&m 9.

1601.

& morari, cũ iã non eſſet ſuarũ arciũ ſubſcribũt fœderi, in æde primaria pæan canitur ſũmo voto totius aulæ, quæ Lutetiæ, reliquũ hyemis agere mollius ducebat, quam in ſubalpinis oppidulis, cęlo & ſolo aſpero in armis rigeſcere, illico Lugduno diſcedimus & infero flumine Ligeris ad Aurelianenſe iubileum deducimur.

Pax inter Gallum & Allobrogem. Inſuber pacis fœdus & pacta minus probat.

Aldobrandinus Rhodano delatus Auenionem, vt audit Ducem de pace grauiter excandeſcere & fremere, capitis ſupplicium minari legatis qui ſubſcripſiſſent, Comitem Fuentium, ſimul iras minaſq; iactare quadraginta millibus equitum peditumq; quos dicebat conſcriptos, & totidem grauioribus machinis quæ illi in expedito erant pacem ruptam irritamq; facturum, per Herminionem ab arcanis ſibi Aldobrandinus certior factus, de vtriuſq; rumoribus, Regem monitum facit ſeſe pacis vadem vindicemq; fore, vtq; tam altos ſpiritus comprimat, ſtationariis equis per auia & prærupta montium inacceſſaſq; niuium moles Genuam contendit, de hinc Mediolanum, quo ſe iturum ad ludicra Hilariorũ Dux promiſerat. Interim nectebat moras, donec de propugnaculo Seguſiano certior fieret: ſcripſerat enim ad Bouueneum, ne vel quolibet ſuo mandato, ſeu Epiſtola & ſyngrapha arcẽ dederet, niſi viſo authographo cuius ſpecimen miſerat, qui mandatum detulit cordatum & inuictum præfectum, non degeneres neq; infidos milites inuenit, ſed fame, inedia, frigore adeo fractos & areſcentes vt vix oſſibus hærerent, qui famem vltra non ferrent atque illa ſæuius quam vlla vi ferri & Martis ad deditionem cogi, hoc iniucundo accepto nuncio, cognitoq; per exploratores inita cum Bironio conſilia non procedere, de pace à legatis ſubſcripta iracundiam mitigauit, & ſedatior factus ratam habuit. Aldobrandino Romã redeunti Dux occurrit ad oſtium Padi & Ticini, in ſcapham illius Dux inſilit, aſſidet in tranſtris, de tot exantlatis laboribus in pace firmanda gratias agit, ſempiternam amicitiam, ſumma officia & obſequia pollicetur.

Aldobrandinus in Inſubriam feſtinat.

At quia de bello Sabaudico, Auguſtæ Lugdunum ingreſſu & pompa, ipſe ego tunc inſpector Epiſtolam typis excuſam exaraui hic attexendam putaui.

Dum Lugduni in faucibus Allobrogum, euentum belli expectamus, vos incerti quid hic rerum agitur expectatis: vt breue bellum, O vtinam breuius! ſic breuis narratio: Indicto & publicato per feciales bello, vndiq; arma, & armati, ex omni vicinia raptim collecti milites, qui bellum inchoarent, primam facerent velitationem, meſſem & vuam quæ iam inſtabant, prohiberent, obſiderent leuiores arces, & primum actum belli agerent: interim dũ per pacis colloquia itiones reditioneſq; Legatorum Ducalium, moram bellum trahit, fit repente exercitus non tam numeroſus quam fortis, non tam per ſe ſtrenuus, quam Regis ſui præſentia potens & pene inuictus, (ſi quid in humanis inuictum eſſe poteſt.) Prima belli velitatio, primus belli impetus in Burgum factus: Oppidũ eſt, in ditione Sabaudica adeo nobis conterminum, vt nec monte, nec flumine, alio ve naturali termino à Gallia diſiunctum ſit.

Authoris Epiſtola de bello Sabaudico Auguſta Lugdunum ingreſſu aliiſq; rebus geſtis excuſa Lugduni apud Anton. Gryphium Anno 1601.

Ibi propugnaculum munitiſſimum, coctili muro ſeptum, paluſtri loco & plano ſitum, cuius difficils expugnatio, quod machinæ vix admoueri & collocari poſſint, ſolo trepidante & dehiſcente ſub tã ingenti mole: Vrbs eſt vetuſta quidem, quam Cæſar ſuo ſeculo forum Seguſianorum nominat: illam incurioſius

cinas, aliaq; impedimenta ex arce euehunt, nonnulli ad Allobrogum Ducem, 1601.
alii pœnam ignauiæ metuentes, alio confugiunt. At Dux ſerus auxiliator ſuis arce receptâ nunciabatur, per exploratores neſcio per quoſdam montium cuniculos, per forum Clodii, & Branouices populos, quos vulgus vocat *la Tarantaiſe, & la Morienne*, furtim irrepſiſſe: Rex protinus omnem præmittit æquitatũ, ipſe cum reliquo exercitu ſubſequitur, vt hoſti pugnæ copiam faciat, vel ſi fortem recuſet, eum in faucibus mõtium intercipiat; De bello plura perſequi ſuperſedeo: de Reginæ aduentu, cum maritima claſſe, ad Maſſiliam loquuturus, nam eodem tempore, imo pene iiſdem diebus, & pugnabat Rex, & ducebat vxorem, Marti Venerem, Bellonæ Cupidinem ſocians, quamquam aduerſa illa numina, niſi vir prudens, ea apto temperamento copulet. Venio igitur ab armis ad delicias à clãgore litui & tubę, ad citharam, ad plauſus & ouationes publicas.

Calend. Nouemb. per mare Tyrrhenum, octodecim vecta triremibus Regina littus Gallicũ appulit: è portu dum egreditur, excipitur à Cancellario, & auguſtioribus totius Regni & Aulę proceribus, quos Rex magno numero, dum in caſtris agit, delegauerat. Ædiles Maſſiliæ Auguſtæ obuiam procedunt, illã ſub ſerico tentorio, in ſibi paratam aulam, deducunt, fit tantus in vrbe concurſus, fragor & ſtrepitus tormentorum, vt alia vrbis, alia maris facies videretur: Auguſta cum Ethruriæ & Mantuæ ducis amita illa, iſta ſorore, Petro & Antonio de Medicis comitantibus, Italorum procerum ingens agmen ſecum deduxerat, triremes pene omnes, liliis aureis cæruleo colore intermicantibus, permixtis Mediceæ gentis ſtẽmatibus coruſcabant, intus omnia quæ vix in palatio aut Lupata inuenias. Statim è Maſſilia poſt nauſeam maris Aquas Sextias contendit Auguſta, à Senatu purpurato excipitur ſplendore & faſtu quo decuit: Auenionem exinde, dum Regis mandata expectat, lente progreſſa eſt, nihil Vicarius Pontificis Auenionenſis Legatus, quæ ad dignitatem tantæ rei pertinerent, prætermiſit: Epiſtola in opus immenſum ſurgeret, ſi theatra, elogia, emblemata, ſtatuas, conuiuia, choreas, & cætera id genus quę ad ouationem publicam pertinent perſequerer: ſcribo epiſtolam non hiſtoriam.

Eo ipſo die, quo Rex primariam arcem Sabaudiæ recepit, per celeres equos mandat ſuis, vt Lugdunum, ad confirmandas, imo conſumendas nuptias, nouã nuptam deducant, victo vel fugato Duce & firmata præſidiis Sabaudia, quanto citius venturum.

Redeo nunc ad intermiſſum bellum, nam mihi rerum varios euentus narranti, per dierum temporumq; ſingulas actiones, ordine ſuo eſt diſcurrendum. Pauciſ ante diebus quam Montmeillanum Regiũ fieret, venit à ſummo Pontif. Legatus Cardin. Aldobrand. (ille ſacras nuptiarum inaugurationes & ritus, ſacerdotio fungens Florentiæ paulo ante peregerat) qui belli diſſidia componeret, maturat legationem ſuam & de pace colloquium. Cui Rex Maſſiliam de legato ſuo Conſilio, & eius Antiſtite Cancellario, nihil poſſe ſtatuere opportune reſpondit: ſe pacem non recuſaturum, ſi Dux quæ regno abſtulit reſtituat, & belli damnum ſarciat: ſe quidẽ habere de illo, iuſtas belli cauſas, qui ictum & iuratum Lutetiæ fœdus, & Quintili Mẽſe Lugduni per ſuos Legatos renouatum, de Mar-

1601. chionatu reſtituendo, abnuerit, ne veteres iniurias commemoret, Regi nouiſſime mortuo illatas, cui & regno, contra ius omne & fidem Principum, alta pace tranſalpinam illam Galliæ ditionem occupauerit.

Iuſtis armis repetere, quæ vi, & per tyrannidem ſibi & Regno adempta eſſent, non ſibi placere bellum Sabaudicum, in quo ſe ſuoſque proceres & aulicos longe à delicijs, & vbertate Galliæ multarum rerum inopiam Alpinas niues & pruinas ſcopulorum aſperitates, & alia, ſi fas eſt dicere portenta, quibus portentoſa eſt omnis Sabaudia, perpeti oporteat.

Redacto in poteſtatem Gallicam Monmeillano, quod vix per biennium expugnari poſſe iactabat non ipſe Dux ſolum, ſed tota Italia ignata, vel ſaltem oblita virtutis Gallicæ, quam toties experta eſt. Supererat in omni Sabaudia, Diuæ Catharinæ caſtrum antea quidem obſeſſum, ſed leuibus turmis: Propugnaculum eſt quod pene ad Geneuæ portas, ad ipſius coercitionem Dux conſtruxerat, ſolitus dicere, *hoc freno malam beſtiam ſe domiturum*: & re vera, tam vicino hoſte, libera eſſe non poterit: Rex miſſis maioribus copiis obſidionem accelerat, & arctius vrget, vt ne quidem gleba hoſti ſuperſit.

Rurſus diſgredior à bello, & aſpera dulcibus temperans, ad hymenæos tranſeo: Auenione Regina Arauſium proficiſcitur, vbi & in cæteris, quæ ſunt ad Rhodanum, vrbibus magnifice excipitur.

Dum lente progreditur Lugdunum, Ædiles pompam ſuam inſtruunt, dum fabri, aurifices, pictores, ſculptores, ſtatuarii & cætera id genus ornamenta ſua perficiant.

Die tertia decembris, Lugdunum Regina aduenit, pernoctat quia voluit, in vulgari diuerſorio in ſuburbiis ad Rhodanum, altera die quæ ſereno Cœlo, & Sole fauente ſpectaculo illuxit, migrat in proximum caſtrum, aulæis picturis & omni alio regio cultu ornatum, ibi ſacrum audit, epulum accipit, poſt cibum ſedet in ſolio, ſupra tabulatum deſuper vmbellis vndiq; tectum: quotquot in vrbe erant Duces, Vexilliferi, Centuriones, Decuriones, & vrbanæ militiæ titulis ornati, ad quinq; millia, armis aureis, veſtib. holoſericis & ad hunc diem recentib. fulgentes acie inſtructa progredientes Auguſtam ſalutant: Ex Iuridicis, duo primores, nomine totius vrbis, ſe ſuoſq; & omnia illi offerunt. Ædiles, magiſtratus; aliiq; ordines, vt quemlibet decebat, ſubſequuntur. Iam dies inclinabat cum Regina vrbem ingreditur, paludamento argentei panni veſtita, coma quaſi Gallico more calamiſtrata, rutilans torq; illo ſponſalitio (cuius pretiū & decus tota Gallia nouit) ferebatur lectica deſuper patenti, vt eſſet conſpicua tot auide eam ſpectantibus. Ad portam quæ eſt ad Rhodanum, virgo erat dextra lilium tenens, ſiniſtra clypeum, quo Lugdunum breui gyro ſcitiſſime pictum erat, nam & hæc virgo illius icon erat, picturæ hoc erat ſubſcriptum oraculum.

Expectata noui, venit ſpes maxima ſacli.

In maiori via vulgo *la Grenette*, quæ Flamina vel Appia vrbis huius dici poteſt, ingens erat pyramis quatuor aureis globis innixa, quouis ſublimi tecto ſublimior, tota noſtris liliis, & ſex globulis Mediceæ gentis ſtemmatib. permixtis, ab imo ad verticem picta, in acumine lilium aureum ferens.

Ad

Digitized by Google

Ad extremum huius, Amazones pictæ erant, muliebrem virtutem arcubus 1600.
pharetris, haſtis, clauis & peltis, quibus armatæ erãt oſtendentes. Ante ædem diui Nicetii inſignia erant Principum Medicum, cum hoc Hemiſtichio alludente ad globulos.

Orbibus hìs implebitur Orbis.

Inferius picta erat gemina Diana, vtraq; cũ arcu, pharetrata, cothurnata coercens loro moloſſos, quas diſſimiles ſola hæc inſcriptio faciebat:

Venantur geminæ, varia ſed ſorte Dianæ
Illa capit Reges, conficit illa feras.

Ad primũ limen Pontis ſupra Ararim, picti erant duo fluuij, vrnis innixi, iunccis & arundinibus circum tempora vittati, quos Sequanam & Arnum interpretor, ſic mutuo colloquentes:

Diuiſas iunximus vndas.

In medio Ponte fornix erat, buxo virenti adeo denſe & apte intextus, vt ſpeciem amœni nemoris præberet. Ibi Heroës Medici, toga & armis illuſtres quotquot fuere, Florentiæ, Sennarum, & Vrbini Principes, inter quos Leo X. & Clemens VII. Summ. Pontif. medium tenebant. Ad extremam oram pontis, picti erant Cupidines faces ſuoſq; foculos accendentes, pictura ænigma ſuum hoc verſu loquebatur.

Extremos habeat, primos qui iunxit amores.

In celebri illo Emporio, vulgo *le Change*, in quo Itali mercatores, dietim conueniunt, & quibus præcipue arridet hic vrbis angulus, faſtu maiori pompam ornauerãt. Ibi fabrica ingens erat in cuius apice hoc votum erat his litteris & notis. *Mar. Aug. ad æternitatem Galliti nomini iurata S P Q L. P. F.* Paulo inferius Lilium erat Gallicum, Florentino permixtum & bipartitum (nam ille floſculus, vtriuſque gentis inſigne eſt) diffuſum & profluens vtrinque, in geminum globum cum hoc vaticinio:

Quos Deus æterno coniunxit fœdere flores
Fructibus implebunt geminum victoribus Orbem.

Ex aduerſa parte Pallas, Iuno, Venus pictæ erant, ſe victas hoc diſticho confitentes:

Mente Mineruam, thoro Iuno, Venus ore, Maria
Vna tribus ſuperis quæ tria dantur habet.

Supra dearum verticem hic erat titulus:

Sic fortis Ethruria creuit.

Inferius Leones erant frænati trahentes carpentum, iugum ſuum vltroneum hoc verſu fatentes.

Imperio Medicum ſubmittunt colla Leones.

Ex obliquo pictura hyemis erat, nudatis arborib. coma nemorum, vinctis glacie fluminibus, perque illum hybernum horrorem, ſola nympha erat, vires lauro aliiſq; verſicolor floribus cum hoc verſ.

Floribus æternis hyems florentibus ſpondet Ethruſcum.

Iamq; peterrata vrbe ad primatiam ędẽ Auguſta deuenerat, cum ante pictum & fictitium veſtibulum, paululum moratur: in eo multæ ſtatuæ, termini, ſimulachra,

1601. Iachra, tum picta, tum ſculpta, cum variis elogiis & emblematibus quæ breuitatis epiſtolicæ propoſito, prætereo: nō obmiſſurus tamen, luculentam inſcriptionem, quæ in apice veſtibuli cum his notis & literis erat: *Indi. virgi è mag. Etbru. D. D. & Rom. Impp. genitæ, Cæſares & Reges genituræ Gall. Eccleſ. P. P.*

Vrbis Pontifex, cum ſodalibus Eccleſiaſticis (qui ſe comites dicunt) & omni clero, Reginam ſub tentorio albi ſerici in Eccleſiam deducit, hinc plauſus & acclamationes omnium, illinc tormentorum tonitrus & fragores. Longior autem & conſpectior fuiſſet pompa, niſi hanc publicam lætitiam, nox per brumam nimis tempeſtiua inuidiſſet.

Votis & precibus peractis, diuertit Regina in proximam Archiepiſcopi ædem ad Regium conuiuium, nos in ædiculas ad vulgares dapes, multa nocte nos recipimus.

Poſtridie magnum Conſilium Auguſtam adit & ſalutat, Præſes Commartinus, breui ſed apta & appoſita oratione eam affatur, annuit dicenti, & per Cancellar. reſpondet, gratiſſimum habere magni illius Senatus obſequium. Admonitus Rex, per celeres equos de aduentu ſponſæ & in vrbem ingreſſu, feſtinare voluit, ſed potior cura belli, diutius omnium expectatione eum in caſtris detinuit: atq; adeo illius præſentia valuit, vt obſeſſi in arce D. Catharinę alioquin pugnaces & inter Sabaudos optimi, hac lege pacti ſint, vt ſi intra decimum octauū diem, Dux ſuis non eſſet auxilio, Regis imperata facerent: dati obſides, qui capitis luitione pactum firmarunt: Illi die dicta fruſtrati ſua expectatione arcem Regi per mittunt.

Interea Rex, relicto exercitu, die 9. Decembr. nullo fere comitatu, ſine ſtipatoribus & præcurſoribus ſuis, iam ſera nocte, Lugdunum aduenit, Reginam tam ſubitum aduentum nō ſuſpicantem, à cœna exeuntē oſculo excipit. Die 16. Decemb. Card. Aldobrand. vrbem ingreditur, æquali ſplendore & apparatu ciuium armatorum, ianuis ædium, vicis & compitis, aulæis & tapetis, qua iter faciebat nitentibus: ille ingentium Præſulum caterua ſtipatus, inter duos Principes Regii ſanguinis, medius incedebat, galero conchiliaro, & purpura ornatus.

Die poſtera, ſacra ſponſaliorum myſteria peragit, rem diuinam facit, & quæ antea Florentiæ, Regio procuratore ſtipulante fecerat, ipſo Rege præſente, ſolemnius & fœlicius abſoluit, nec per me, nec epiſtola dici poteſt, quo cultu, quo regio ornatu, tota hæc celebritas peracta ſit, ſeges eſt fertilior, quam vna falcula de meti poſſit, fœlicioribus ingeniis hunc agrum excolendum relinquo, cum de Regibus, eorumque triumphis, parce neque ex dignitate loqui, ſit reatus læſæ Maieſtatis.

Optatiſſimus fuit Cardin. Aldobrand. aduentus, quo auſpice & tanquam aliquo feciali, pacem fere omnes ſperarent. Et re vera, componendis Principum diſſidiis, multum ille laborauit. Habiti frequentes de pace conuentus, ſed tam arcanis conſiliis, vt penes Regem ipſum, & tres illius intimos illa in abdito manſerint: non in ſacra penetralia temere ingredior, ne quis mihi, diem dicat apud Principem.

Pactum deditione arcis D. Catharinæ, ſi intra certos dies, obſeſſis non eſſet ſuccur-

ſuccurſum, Duci calcar addidit. Ille vt reliquias ſeruaret, incitatus odio Geneuē-ſium, quod dedita illa arce liberiores fore exiſtimabat, feſtinat cum exercitu, cuius impetum Deſdiguerius ita compeſcuit, vt Dux ipſe tranſitu prohibitus, ad Sedunos, iam prouecta hyeme, aſpero cœlo inter montium incredibiles anguſtias, & moles niuiū caſtra ſit metatus, ea animi pertinacia obteſtatur, non ſe loco diſceſſurum, priuſquā Gallus illi via ceſſerit. Contra Deſdiguerius pari animi pertinacia, ſe non loco ſolum, ſed ne quidem veſtigio, quo fixus erat, moturum, niſi aut victo aut trans-Alpes fugato hoſte. 1601.

Tandem Dux ipſe, iam languido, & inter moles niuium rigenti & pene ſepulto exercitu, ceſſit hyemi, & Taurinum multis deſideratis, ſe recipit. Deſdiguerius in hoc ſuperior, quod vltimus manſerit in caſtris, in hyberna ſuas cohortes tranſmiſit. At Dux, præcluſis ſibi montibus, cum terra nihil profeciſſet, mari Matte experiri voluit, vt vtroq; elemento eſſet infœlix: ille igitur per Nicæam aliquot armatas triremes immiſit, qui oram Prouinciæ infeſtarent, quod cum antea Rex (quem nihil militaris aſtus latet) ſuboſfeciſſet, Ducem Guiſium ad præfecturam ſuam remiſit, vt littora, & maritimas Prouinciæ vrbes, præſidiis firmaret. Iā crebreſcente fama claſſis Sabaudicæ, tota belli moles in Prouinciam recidebat, cum Pōtificius orator feruidius Pacem vrgentes diu hæſit in ancipiti cum tandē Rex clementiæ, quā vltioni procliuior, acceptas omnes à Duce iniurias ſummo Pontifici remiſit, pacem firmat, his pactis & conditionib. vt ante apertas tabulas, eas eliminare mihi ſit piaculum: delibo res geſtas, aliud agens, qui otio & facundia abundant, perfectius hoc exequentur, fœliciorib. ingeniis totum hunc campum relinquo, mihi ſatis ſit exaraſſe hanc glebam. Hæc ſunt memoratu digniora, quæ ſcriberem. At vos hanc mi adhibete fidem, vt dum epiſtolam legitis rebus geſtis vos interfuiſſe putetis. Valete & epiſtolam me quam cito ſubſecuturum credite. Datum Lugdun. Anno. 1601.

REGIVM EPITHALAMIVM.

Sequana & Arnus interlocutores.

SEQVANA.

Ipſe ego ſum, Celtarum inter pulcherrimus amnes,
Fluuiorum quos Gallia habet, Rex Sequana, cedunt
Cui Ligeris, Rhodanuſq; furens, & inertibus vndis
Lentus Arar ſolo minor æquore & amne ſuperbo
Æmulus huic patiens ratium, quæ pondere vincunt
Ingentes pinus, per cærula Regna natantes.

ARNVS.

Ipſe ego ſum Auſoniæ inter pulcherrimus amnes,
Italiæ Arnus honos, ora regnator Etruſca,
Cui Tyberis pater, Eridanuſq; & Oloribus albus
Mincius, atq; Atheſis cedunt, quem lembus vndis
Excipit, vrbs florens, Syllana per arua fluentem.

Nn SEQVA-

SEQVANA.

Ipſe ego ſum, qui liligeros alo Sequana Reges,
Regia qui Regum Luparæ atria, Regius amnis
Proluo, & ingentem fœcundis fluctibus vrbem,
Iactatus multum, ciuilibus ante procellis
Mutua cum ſecti ruerent in prælia Ciues.
Nunc fœlix poſtquam ciues in amica reduxit
Obſequia Henricus, cui plus Clementia ferro
Profuit, & plures dedit indulgentia lauros,
Quam furor armorum, ſæui & diſcrimina Martis.

ARNVS.

Arnus ego, Heroas Medicææ gentis, opum vi
Stemmatibus claros, belloque & pace potentes
Diues alo, infœlix, & multa cæde cruentus,
Ciuica dum rabies vrbis variaret habenas:
Sed fœlix, poſtquam proles Medicæa, furenti
Me populo eripuit, tandem & perferre coegit
Vnius imperium, pulſis tot ab vrbe Tyrannis.

SEQVANA.

Qualis erat, Symoonta ſuper Xantumq; ſuperbus
Dardanidum victor, Troiaque incenſor Achilles:
Talis Sequanio tollit ſe littore in armis,
Atq; Allobrogicis talis ſe oſtendit in aruis,
Dum glacie horrentes ſcopulos perfringit & æquat
Victor humo, inuictaque facit per cuncta viam vi.

ARNVS.

Qualis in Europæ ripis, Daphneia laurus
Virgineas intonſa comas, ſe tollit in altum:
Talis apud patrias Arni ſe ſe erigit vndas
Virgo, per Auſonias qua non formoſior vrbes
Caſtior vlla, atauis nec claro illuſtrior ortu.

SEQVANA.

In mare Tyrrhenum, qua tu Arne potentibus vndis
Laberis: auditum decus eſt heroidis huius,
Litus ad extremum Oceani, cui confluo multis
Gurgitibus, Thetydi pendens fluuiale tributum.

ARNVS.

Fama minor virtute ſua eſt, petiere ſupremi
Illam ſæpe Duces: non hos dignata iugali
Illa thoro, tantum Regalibus illa hymenæis
Seruata, id ſuperi voluere: & conſcius Aether
Coniugij, prolis ventura præſcius Aether.

Digitized by Google

1601.

SEQVANA.

Quæ nunc Arne canis, viridi mihi Proteus antro
Flumineus, vates mihi Proteus ante canebat,
Ordine fata ſuis referens, ſic Entheus ora
Ille reſoluebat: Florenti è flore reſurgent
Lilia, & Henrico, paruus naſcetur Achilles,
Qui patrem referat virtute, decore parentem,
Qui premet imperio terras, qua mane recentes
Iungit equos Phœbus, qua veſpere ſoluit anhelos,
Serus in aſtra pater, maturo hærede redibit,
Nec ſinet hic regnare prius, quam Regia proles
Imperet, & matura virum quam fuerit ætas.

ARNVS.

Dij patrij, dij cura quibus ſeruare potentum
Imperia, efficiant quæ Proteus ante canebat
Vera, fidem fatis tribuant, & pondera rebus,

SEQVANA.

Dum faſtum Allobrogum, iuſtis vlciſcitura armis
Rex meus, Inuictuſq; facit rata fœdera ferro
Per medias errantem acies, fauor ætheris alti
Protegat, aligerumque Deus cœli agmine cingat.

ARNVS.

Dum mea Tyrrhenum, tot vecta triremibus æquor
Virgo ſecat, dotale ferens ingentibus aurum
Cum donis, ventorum acres premat Aeolus iras,
Atque indignantes antro, cum Aquilonibus Auſtros
Claudat & iratos ponant placida æquora fluctus,
Aura fauens Zephyri, remis luctantibus afflet.

SEQVANA.

Dum meus, Alpinas Rex rumpit milite cautes,
Vtque viam facit, & victor ſua caſtra niuales
Per ſcopulos educit, hyems ibi ſæua tepeſcat,
Ceſſet ibi acris hyems, Aquilonibus vrere acutis,
Concreta & ceſſent, ſua vellera fundere nubes.

ARNVS.

Vt Regina meum decus eſt, ſic Rege ſuperbis.
Sequana magne tuo, tu laude tumentior huius
Oceanum ingrederis, vaſtum tibi Nereus æquor
Subijcit, & te vnum ſalſis prope fluctibus æquat.

SEQVANA.

Cyprum, Amathonta, Ericem, tua regna relinq; volucrum
Mater amorum, albos conſcende per æthera Olores,
Chaonias ſeu mauis aues, huc labere ab alto,

Digitized by Google

Mille pharetratos, duc tecum, mater amores,
Mille Venus Veneres, Charitum mille agmina, caſtas
Mille voluptates, luſuſque iocoſque decentes.
Connubium vt regale, omni pompa, omnibus ornes.
Deliciis, & mox fœcundes prole virili.

ARNVS.

Iam dea Cypris adeſt, iam grex pharetratus amorum,
Trina Charis, caſto & comitata pudore voluptas,
Iuno & frater Hymen queis vincla iugalia curæ,
Chaonius, iam iam, & Mæandrius aduolat ales,
Granatique trahunt Reginæ plauſtra Cytheres.

SEQVANA.

Sed ſatis, alterno diuina Oracula verſu
Luſimus: Arne, lacus notos, repetamus & vndas;
Me pater Oceanus, Rhodanoque Arariq; morantem
Plus nimio reuocat: nato Delphine loquemur
Plura ſimul, ſociis, rurſuſque coibimus vndis.

ARNVS.

Ergo vale, & fluuium ne dedignare minorem:
Sequana maior aquis, iterum vale & vſque valeto,
Donec, nos natus vocet ad cunabula Delphin
Rurſum & Sequanis fluctus coniungat Ethruſcos.

Genuates confinia præce precio fruſtra depoſcunt.

Geneuates finium propagandorum ſummo deſiderio affecti, municipiũ vulgo bailliage de Grex, ſibi emptione vel pignore adiici ſummopere poſtulabant: his reſponſum eſt, iſtam regiunculam vice tranſalpinæ Dynaſtiæ regno coaluiſſe, quæ legibus Gallicis, citra ſit omne commercium, tam arcto nexu vt nuſquam diuelli poſſit.

Siege preſidial eſtably à Bourg.

Ex Seguſiani agri vniuerſis tribunalib. vnum primariæ vrbis, Gallici fori formam induit, ac vt vulgo dicitur in præfecturam præſidialem erigitur. In illo confinio Geneuæ, illico vt gallici imperii eſſe cœpit, Miſſa & ritus orthodoxi à tot annis intermiſſi redintegrantur. Antiſtes Geneuenſis ſolio & ſolo ſuo tandiu excluſus, in proximo oppidulo, pontificalia munia obiit, quos potuit prouentus ſuos ab iniuſtis poſſeſſoribus vindicauit, edicti Nanetenſis vindicijs, quo Eccleſiaſtici & laici promiſcue bonis ſuis reſtituuntur: hic belli fuit exitus res ſuas Gallis fortiter recuperantibus. Dux enim dum nos domi turbatos videt, ciuilibuſq; diſſidiis obrutos quæ cineri doloſo ſuppoſita iam in fauillas erumpebant; ratus ad vicina incendia concurſuros tranſalpinas arces ac propugnacula Henrico III. factionibus ſuorum exitialiter & vt plurimum laborante, ex improuiſo inuaſerat de præda triumphum agens vel cum probro regiæ celſitudinis: percuſſerat enim nummum, forma & icone Centauri, inuerſum humi diadema conculcantis, hoc acroemate *Opportune.*

Rex ſcoma non inultum tulit, & multo acutius, numiſmate Herculẽ, proſtratum & anhelantẽ Centaurum, victrici pede prementẽ inſculpſit, hac voce litterarum,

Digitized by Google

1602

rum, *opportunius* :) videant poſteri ſi ille oppottune rem alienam occupauerit, an Galli opportunius vi & iuſtis armis receperint.

Aſtolphus Vignacutius ex nobili & patricia gente in Morinis, Rhodius miles veteranus, Gallico ærario ordinis præfectus, cum ad rationes accepti expenſiq; excutiendas Melitem eſſet euocatus, ea fide & animi magnitudine à clariſſimo ordine compertus fuit, vt cum ſummum Magiſterium, aut verius principatus & dynaſtia militiæ Rhodienſis vacatet, à commilitonibus æquis ſuffragiis omnium gentium, quæ huic ordini militant, concordi aſſenſu ad hoc ſupremum faſtigium euectus fuerit.

Aſtolphus Vignacurius fit Ordinis Melitenſium equitũ ſummus magiſter.

Rex Chriſtianiſſimus & vniuerſa Gallia tum electo, tum electoribus plurimũ gratulantur, quod ſibi ex indigenis ſummum ducem ad conuellendum imperiũ Turcicum, ſibi delegiſſent, non ſine omine & expectatione vaticiniorum, quæ vel domeſtica batbarorum, illis ab imperatore Gallo ſupremum exitium minitantur. non inexperti neq; immemores ſtrenuitatis Gallicæ Aſtolphum delegerunt, cum nullo acriori & magis inuicto propugnatore Ordo glorietur, quam Villerio inſula damo qui tamdiu Rhodum aduerſus Solymanum oſcitantius ad auxilium & inuicem iurgantibus Chriſtianis principibus, propugnauit, donec diuturnitate obſidionis, internecione ſuorum, deſperatione auxiliorum, laceris mœnibus & vrbe ſolo adæquata fremens repugnanſq; in Tyranni poteſtatem veniſſet.

Villerius de l'Isle Adam ſummus ordinis magiſter.

A Gallia trans Oceanum, Comitis *d'Eſſex*, apud Anglicanam olim fauore & gratia præpotentis caſus & fatum infelix nos euocat. ille quondam ſuauium & ocellus inter aulicos, æque decorus ac fortis, Aſcanius apud ſuos, Reginæ adeo impenſe charus, vt illi ſumam rerum pene crediderit (ſunt qui de coniugio Anglicanam cogitaſſe dicant) ad fretum Herculeum claſſi præfectus, multa fortiter & proſpere in Gaditanos geſſerat, A Diuite portu & vrbibus, quæ ad columnas, fines Hiſpanicos diſterminant redierat, non tam onuſtus præda, & auro quam Lauro & tropheis inclitus, rei bene geſtæ ſumma gloria, oris decor & venuſtas, penitiſſimam Reginæ gratiam conciliauerat, heu fallax, heu vitrea quæ dum ſplendet frangitur vix nata cõſenuit paulatim, vt flores ſub diei crepuſculo quãtumuis aſpectu & odore iucundi marceſcunt, iã alienior ab Eliſabetha vt ab aula faceſceret mittitur in Hiberniam, pugnaturus in Comitem Tyroneum qui cũ accolis regni Anteſignanus auitæ religionis tenaci obſeruãtia pugnabat in Anglũ, accitis in auxiliũ Hiſpanis quorum tandẽ gens Hibernica pertæſa, nec ignara ſpecie religionis ſenſim inſulæ ambire dominatur, cum comite Exſecæ paciſci cogitat; ille Anglicanã de ineundo fœdere certiorem facit, ſed vt in aula potiſſimũ nidulatur inuidia, vt cęca eſt quæ nihil aliud ſcit quã detrectare virtutes, corrumpere honores & præmia eorũ; de Comite peſſimos rumores æmuli ſparſerant ſibi cum Tyronio bene conſtare, inuicem de inſulæ dominio pactos, hac prærepta gleba reliquum campum facile inuaſuros, ſuſurris & rumuſculis maleuolorũ ſemper pronæ ſunt aures principum, vt æmulorũ praui conſilia diſcuteret & eã ſecurim qua tandem obtruncatus eſt à ceruice ſua depelleret, tacitus & nullo comitatu redit in Angliam. Londinum imo ipſam Regiam, neſcia & in-

Res Anglica.

Comes Eſſexæ in Hiberniam mittitur.

Digitized by Google

1601. conſulta Regina, muliebri conſilio Heroinarum ſubrepit, quæ Comiti ſuaſum fecerant, nullo meliori patrono quam à ſemetipſo cauſam ſuam probatam iri. ille ab Heroinis quæ in Gynecęo ancillantur admiſſus, ad genua Reginæ pollentis ſe & comentis prouoluitur, illa in expectato homine, vel quem ad ſuam cædē admiſſum putaret, nuda diſcincta & impexa detecta caluitie & canicie plurimū exhorruit, ac verita inſidias exclamat, nū vitam & ſceptrum appetis? quis mos ſalutandi, quæ deprecandi matutina audacia? ille cōtra adjuolutus genibus corpore humum verrens, ſummum & demiſſum oſtentare obſequium & innocentiæ cauſas audiri deprecatur, inermem, improuiſum & incomitatum ex Hibernia veniſſe, vt maleuolorum aſpetſas labes detergeret.

Admiſſus Comes ab Anglicana grauiſſime increpatur.

Illa acerbius excandeſcere & indignari ancillis, quæ contra dignitatem & morem in pene nudæ aſpectum admiſiſſent, atq; hinc non-nullæ miniſterio excluſæ. ille extra limen protruſus indicta cauſa muliebris conſilii leuitatem damnans, vt repulſæ pudorem tegeret tacito reditu Hiberniā repetit. æmuli ex abſentia ſumunt animos, igni oleum inſtillant, Reginam exaſperant, ingreſſum in cubiculum proditionem iactant, quam Deus irritam fecit, ad genua deiectionē fracti animi fuiſſe ignauiam, cœlitus exarmatum deniq; nihil non ſceleſtum de illo moliuntur & garriunt. Anglicana mortalium ſuſpicaciſſima, Comitem ex Hibernia euocat, in eius præfecturam alio ſuffecto. ille redux in Angliam ſummo plauſu & votis ſuorum excipitur, vt iam terrori inimicis fuerit, & Reginæ affectati imperii exorta ſit ſuſpicio, non deſuere qui ſuaderent non vltra eſſe cunctandum, non niſi integro & perfecto facinore ſaluum caput fore. Ille anceps animi dum cogitat trepidatq; agere, iam nimis ſerum eſt. monetur ab amicis ambactis & clientibus vt ſaluti conſulat, de ſuo capite iactam aleam.

Anglicana quæ Comitis mores & apud vulgus amicitias apprime nouerat, molienti res nouas occurrendum ſtatuit. mittit ad eum qui cōſilium ſuum & poſtulata exquirerent. Ille ferox animi ad ſe miſſos cuſtodia comprimit, minatus ſuppliciū ſi exirent, mox Londinum appetit ſtupendo & metuendo comitatu, ita vt parum abfuerit quin vrbe ſit potitus, clam per emiſſarios & ſuſurrones virilem iactat fortitudinem, muliebre imperium non eſſe ferendum viris, beata regna quæ colos & ſtamina non admittunt, Galliam vere maſculam, quæ lege patria imbellem ſexum à liliis dimoueat, Angliam priſcis legibus infœlicem, quæ genus imbelle & inerme ſola malitia armatum, calliditate & crudelitate pugnax admiſerit. his rumoribus & Comitis fœlicibus geſtis accenſa plebs, nutabat in obſequio & res ad tumultum proxime accedebat, Anglicana ſciens quam ſit lubricum venenum ſeditionis, vt ſemel fuſum vires capit, & præcordia regni inficit, comprimendum illico ſtatuit, programmate publico Comitem ſuoſq; comites & aſſeclas pro perduellibus habendos denunciat voce preconis: Variū & leue vulgus à capite ſuo deficit reditq; domum, iuridiciā turbis derelictum, ſedato tumultu inſectantur, veniſſetq; in eorum manus niſi ſcapha per flumē ſe ſubduxiſſet profugus in proximum caſtrum. Anglicana more venatorum, feram ex latibulo eruendam credit, ſi aufugerit toto regno bella & tumultus concitaturum in eius capite publicam eſſe ſalutem. Ergo ſubita obſidione cingitur, metuenſq; coniugi,

Comes Eſſexa nouis rebus ſtudet.

Anglicana Comitem vt hoſtem publicat.

coniugi, liberis & mulierculis non expectatis machinis vltro deditionem fecit, 1601.
cum inſignioribus ſociis in vincula coniicitur, cauſam dicit, ac priuſquā crimen diluat de iudicibus infeſtis cōqueritur, apud eos de capite cauſam dicere iure ciuili eſſe prohibitum, cum omnes iudices, ira & odio vacuos eſſe oporteat, reſponſum reo, facti atrocitatem non ferre hanc formulam iuris, Cecila ex capitalibus iuridicis reo conuicia facit, & quod leges vetant immoderate iraſcitur ac miſero inſultat, quid faciat vinctus, ab æmulis & hoſtibus iudicandus, longa oratione crimina diluit, merita & præclara facinora in regnum & Anglicanam cōmemorat, ſed ſurdis cauſam dicit, in eum capitis ſententia fertur, vt audiuit ferale nuntium palam teſtatus nunquam in Reginæ ſalutem & imperium molirum, conatū tantummodo æmulorum & hoſtium inſidiis obluctari, rogauit obnixe ne deſpectui acceptum ferret, ſi ab ea ſuplex veniam non deprecaretur, vt perduellibus hoc poſtulandum ſic indulgendum, tædere eum longioris vitæ quin percupere, eam quam pro tutela regni deuouiſſet vltro nunc effundere, vt fidei obſequiique in eam victima & pignus eſſet, moriens Reginæ regnoq; fauſta omnia precatus eſt, adoleſcentiæ errata, vitæ aulicæ luxum, faſtum, ſcortationes, opum honorumq; immoderatos ambitus apud Deum confeſſus eſt, non eius fuiſſe inſcium, nō exlegem diuino verbo fuiſſe audientem, vt pōtificios nihil priuatis operibus depuraſſe, & à ſolo Chriſto redemtionem expectaſſe plura vbi locutus & precatus tandem ſecuri caput demetitur. amici qui vinctum ſolabantur etiam damnato ſalutis fidem faciebant, (nam poſt capitis iudicium prolatū more anglicano in multos dies ſeruatus eſt) ſi veniam deprecaretur, perfracte negauit deprecaturum, hoc minus decere innocentem, deprecationem veniæ, delicti eſſe agnitionem, cum eſſet inſons auxilio nocentium non vſurum.

Fruſtra Comes infeſtos ſibi iudices inclamat.

Comitis morientis nouiſſima verba.

Lodoica Lotharingia Henrici 3. vidua fato suo anni meuntis primordia luctuoſa fecit.

Obitus & elogium Lodoica Lotharingia.

Heroina quæ corpuſculo omnes virtutes continebat, per Lotharingiam dum ad Sarmatas pergit Henricus 3. eam inter aulicas Heroides ſatis fixo obtutu inſpexerat, Polonica expeditio, de cōiugio minus ſolliciū fecerat, paulo poſt regreſſus vix ſemeſtri in Sarmatia peracto, admonitus de vxore ducenda ne proles maſcula deficeret, Lodoica Valdemontia pudicitiæ & formæ dotibus inſigniter ſpectabilis, & quæ liberis creādis apta credebatur deligitur, fuīt ſpōſalia feruntq; primo anno abortiuum feciſſe, ac infœlici manu obſtetricum amiſſam fœcunditatem, quæ crebris litationibus, totius regni votis, precibus & ſolemnibus ad delubra Deorum, præcipue ad Diuæ virginis ædem Carnuteam, tacito numinum iudicio haud vnquam reuocari potuit: metam imperandi Valeſiis regnorum arbiter impoſuerat, rediuiua progenie Borbonidum, ad quos poſt tot euoluta ſæcula auita lilia redierunt.

Lodoicæ tota vita anxia fuit, ſtante coniugio ſterilitatem doluit ſoluto ac Henrico nefandiſſima cæde ſublato, vidua non comparandis ærumnis demerſa fuit, vel hoc potiſſimum quod gentiles omnes ſui in Regem pugnabant, ab eo tā diræ necis publica oratione pœnas exigit in Meduntenſi æde virginis, ſtata die veſte lugubri aduoluta Regis genib. oratore & expoſtulante vindicta Ludouico

Buiſ-

1601. Buiſſonio aduocato Senatus, multa apud Regem de nefandiſſima cæde conqueritur, conſcios ad ſupplicium poſcit, regio cadaueri iuſta perſolui & in Mauſoleum Dionyſianum ex populari conditorio efferri & condi ſupplicauit, expoſtulationi Guesleus publicus cognitor interceſſit, multa facunde loquutus de teterrimo facinore, Rex querulæ annuit, obteſtatus nulli mortalium tam horrendum facinus inultum fore, vel ſi cogitationes in vitreo pectore legi aut explorari poſſint, mente cruenta ſicca manu pœnas daturos: per æſtus bellorum vrbibus inuicem infeſtis, vix ex dignitate regium funus poſſe exolui, pacem ſolemnes exequias daturam.

Lodoica Lotharingia regia cadis vindictam expoſcit.

Illa inter ſingultus vi doloris acerrima conſternata pene expirauit, ni recreata ſubleuataque feſtino auxilio fuiſſet. ſucceſſerat in res dotales Eliſabethæ viduæ Carolis IX. inter quas Boiorum Ditio non eſt poſtrema, ibi reliquum æui neglecto aulæ faſtu, Veſtali dedicatæ ſimilior quam Auguſtæ exegit, quamquam aduerſa valetudine ſemper affecta, ex lateris & pulmonis ægro anhelitu, tamen in preces effuſiſſima & irrequieta fuit, vt quæ diuturnius in ſacris ædibus, quam in gynecæo verſaretur, fato illius probitatis & caſtimoniæ luce clariſſima Gallia orbata eſt, ſed vt Pollucis occaſu Caſtor oritur, ſic ſubducta terris Ludouica Lotharingia, Medicea noua luce regnum beat.

Lodoica haredi puellare Cœnobium Capuſſinarũ ædificandum imponit.

Tabulis teſtamenti hæredem damnauerat, cordigeris ſororibus auſterioris regulæ, quam capuſſini profitentur, Auarici Biturigum vtpote dotali ſolo cœnobium condere, vidua Mercolii, pro filia hæres legatum præſtitit multo ampliori ſumptu, cõdito cœnobio in Lutetianis ſuburbiis quod in regina vrbe multo ad pietatem commodius, Pontifici Maxi. & Eccleſiaſticæ politiæ viſum fuit. Superiore anno, vniuerſa Italia ſæculari delictorum condonatione exultauit, iſto Gallia pari indulgentia beatur, ad promerendam veniam, ſanctæ crucis Aureliana ædes pontificio reſcripto delecta, vt totius regni collatis muneribus & eleemoſynis, olim toto orbe auguſtiſſimum delubrum poſſet inſtaurari, quod bellis ciuilibus incredibili feritate & pluſquã Vandalica à ſectariis, pene ab imo ad ſummum faſtigiũ fœde dirutum fuit. cum tanta moles vix ferro excindi poſſet, cogitatum à cacodæmone (quem fabrum lignarium fuiſſe dicunt) quo ingens fabrica, tota mole funditus conuulſa rueret, pila ingentia & columnas ab imo exſecandas, ſuffectis ſudibus & tignis ad fulciendum pondus faſtigii nutantis ſuaſum fecit, mox igne ſuppoſito exuſtis & labentibus, totam molem aere penſilem & ſine fulcro corruiſſe.

In Aureliana ſancta crucis Æde indictio Iubilæi.

Funditus excisa à nouatoribus.

Aurelia multitudine peregrinantium Romam adæquauit, ingens votiua pecunia in arculis & gazophylatio reperta, ſed quæ inſtaurando tanto operi impar exilis eſſet, nam ex veſtigiis priſcæ concamerationis, liquet tam arduam fuiſſe, vt ſtupori ſit intuentibus, coniicere licet vt aiunt ex crepida gigantem, ex vngue leonem.

Sic Eroſtratum nebulonem nullo præclaro facinore commendabilem, affectata fama ex incendio Epheſi templi Dianæ, Græcia omnis damnauit, rata non poſſe melius iuſtiuſq; vindicari, perditi hominis cupiditatem gloriæ, quam ſi tanti ſceleris author taceretur, at quis neget Eroſtrato deteriores, Chriſti labaro

baro

Digitized by Google

baro vexilloq; triũphali qui dicatum templum exciderint, magnitudine ſceleris idem aſſecuti, quod Eroſtratus, videlicet vt non ad memoriam laudis, ſed ad æternitatem probri, illo incendio ſeu excidio æternum ſint memorabiles. vt Tiberis Romam euntibus primo anno vix ad potum ſatis fuit, ſic Ligeris Aureliam vndiquaq; appetentibus, putes deſcribi & recenſeri orbem nouo edicto Auguſti, hoſpitia, templa, porticus turbas non capiunt in compitis ſub hiberno cœlo pernoctatur. 1601.

Aula illuc migrauit, Rex cum Auguſta principibuſq; & proceribus omnes votiuum aurum obtulere, ad noui operis molitionem, fundamenta (hoc eſt quod vulgo vocant artifices noſtri primum lapidem) Rex poſuit, reſtauraturus ſæculi infælicis Gothicam barbariem, tanto beatius immortaliuſq;, quanto minus id pietatis pignus ab eo ſperabatur. *Rex ad promerendam veniam ſecularem Aureliam contendit.*

Hiſtoria autem tam varia eſt quam Panthera, cui pro varietate rerum, ſcriptorem inſeruire & indulgere, variare in rebus in vero perpetuo eſſe defixum oportet: ergo ab indulgentia & ab aris ad caſtra tranſeo. Mauricius fœderatorum in Batauia ſignifer, ſuperiore anno Hiſpanicis conatibus attritus, prærepta ſibi vrbe ad oſtium Rheni ex eo nominata, omni arte & Marte, (vt quæ liberum trãſitum faceret in Friſiam, Hollandiam, Germaniam aliaſq; conterminas regiones) recuperandam molitur. aſtu Auſtriũ Archiducem moratur & deludit, Mauricius enim coacto exercitu in Flandriã aut Belgium expeditionem ſimulat, quo iturus ſperabatur, Hiſpanicæ copiæ excubant & diuertunt, ille hoc inſpecto repẽte in Gueldriam deflectit & improuiſus ad mœnia Rimbergæ aduolat, biduano opere vrbem corona cingit & machinas admouet, ſtationarios & præſidiarios Hiſpanicæ gentis homines, in inſula ex aduerſa parte oppidi collocatos Mauricius leuibus præliis tentatis expugnat, recep tam inſulam duobus aggeribus & propugnaculis qua parte Germaniam & Hollandiam ſpectat, egregie munit. *Res Belgica. Rimberg. Mauritii dolus.*

Sorbem quam per exploratores nouerat quatuor mille præſidiariis teneri, vt minus vi expugnabilem, foſſa & aggere cingendam ſtatuit, atq; obſeſſos aditũ omnem commeatus & auxilii intercludit, milites pro foſſoribus habuit, præſenti nummo operis ſoluto ſtipendio, eo compendio quo Rex Chriſtian. ad cingenda caſtra in obſidione Ambiana vſus eſt, longe fœliciori opera quam foſſorum, qui regionatim grauiſſima indictione vectigalium imperantur, obſeſſi eruptionibus variis, foſſorũ operas & molitiones auertere & euertere nituntur, ſed incaſſum maiori ſemper accepto damno quam illato hoſtibus, concutiuntur quinquaginta grauioribus machinis, adiiciuntur cuniculi & meatus ſubterranei, qui vi ignea pulueris, terra dehiſcente multos ſemineces demerſerunt. Auſtrius impar tantis viribus, nondum recepto auxiliari exercitu quem Comes Fuentius conſcripſerat, obſeſſos vanis expectationibus ludificat. illi duce Ferdinando d' *Aualos*, nihil non conantur, omnem mouent lapidem, & ex pharetra vltimum ad vſq; telum depromunt, erumpunt, inuadunt, mactant, deiiciunt caſtrorum molitiones, ſed inuaduntur, fugantur, mactantur, & pluri b. deſideratis vix ſe recipiunt, Auſtrius impari exercitu obſidionem ſolui haud poſſe cogitans, clauũ clauo depellendum, atq; vmbone vmbonem credidit, vt Mauricium alio deducat

Digitized by Google

1601. Oſtendæ vltra triennium duraturam obſidionem molitur. Ferdinandus infracto animo propugnator, vt de anguſtiis certiorẽ faceret ad Auſtrium duos equites tranſmittit, qui per vadum traiecto Rheno intercepti, fidem & ſilentium de ſtatu obſeſſorum vitæ antetulerunt, ea animi pertinacia vt laquei infamiã, arcani proditione redimere noluerint.

Emiſſarij Hiſpani vita ſiletium anteferunt.

Mauricius vt audiit in vrbe ſauciorum ingentem eſſe numerum, ſuperſtites vigiliis, ſeu potius deſperatione auxilii fractos, machinarum tonitrua acrius & crebrius redintegrat.

Hoc fulmine Ferdinandi iurata peruicacitas paulatim inflecti cœpit, atque omni abiecta ſpe auxilii, poſt varias colloquutiones caduceatoribus viciſſim miſſis, tandem pactum eſt. Ferdinandum vrbẽ intra quintilis diem vltimum, Mauricio dediturum milites, nautas, lixas & omne genus obſeſſorum, cum caſtrenſi peculio exituros data ſecuritate his, qui à Batauis in Auſtrium tranſiiſſent, nec verbo aut probro affectos iri, Ferdinandum duas machinas cum quinquaginta pilis ferreis, duabuſque pulueris tormentarii capſis educturum, Mauricium ducenias quadrigas, carpenta vehicula, & id genus traditurum ad vecturam ſauciorum, impedimentorumq;, data fideiuſſione ſecuri reditus: qui ex vulneratis rhedam aliudue mollius vehiculum non ferrent, ſecuros fore in vrbe recepta, ſine offenſa dicti factiue, ac reſtituta ſanitate quo libitum fuerit abituros, ciues & indigenas dilapſo ſemeſtri, bonis diſtractis, quo vellent libere migraturos, captiuos ab vtriſque nullo precio redemptionis viciſſim in priſtinam libertatem redituros.

Pacta deditionis.

Ferdinandus, die dicta fidem impleuit dedita vrbe, commeatu, machinis globis, puluere atque omni armorum ſuppellectile egregie inſtructa. Ille cum ſuis Traiectum ſe recipit.

Rimberga deditur.

Mauricius hoc vado Rheni recepto, à Batauia in Germaniam auxiliorem liberos excurſus habebat, contra Auſtrius non parum damni accepit, hoc ſibi præcluſo aditu ad Cæſarem & Germaniæ confœderatos principes.

Obſidio Oſtendæ.

Nunc ad pene Troianam obſidionem Oſtendæ deducendæ acies, & metanda caſtra. Albertus illam arduam & expectatione diuturniorem, vt quæ plus triennio pertinax durauit, & omnium principum exterorum animos dubio euentu ſuſpenſos & ancipites tenuit.

Oſtenda memoria patrũ piſcatorũ viculus fuit.

Incredibile, quam leuibus initiis Acta & piſcatorius viculus, inglorius & innominatus olim vbi qui retibus Victum querunt tigeticulas ſibi fortuito concinnauerãt ex obſidione celebritatem toto orbe quæſierit: nam viceſimum ante annum vel circiter, accolis in piſcatu vita & opes erant ſic ante Atilã, vbi nunc Venetiæ, arundineta in auiis paludibus latibula fuerant, ita ludit fortuna de muneribus ſuis, & qui piſcium fuerant, facti ſunt piſcatores hominum, vbi nunc aggeres, propugnacula, & officina Martis, lẽbi, ſcaphæ, retia, littus occupabant, has vices alternat natura, quæ olim Sigæum portum claſſe & caſtra-metatione Græcorum nominatiſſimum, nunc ruderibus obrutum ſqualentemq; ſenticetis ruiniſque fecit, & pro pergamis paluſtri iunco tectas habet caſas, è conuerſo Oſtendæ arena, ua oppugnatione creuit, ſic ex clade famam, ex funere gloriam quæſiuit,

Digitized by Google

1601.

uit, nam quis fuiſſe ſciuit, niſi obſeſſam? Omne vero Belgiũ eo ſitu à natura conditum eſt, vt vndiquaque mari, fluminibus, ſtagnis, & paludibus alluatur, & qui mari & littoribus imperat, tellure plurimum poteſt & ſuperat. Albertus ſibi prærepto portu Oſtendæ, Flandriam laciniam ſui Belgii, latrociniis & infeſtationibus hoſtium expoſitam videbat, imo bolum in eorum faucibus, ad coercendos ſeptemdecim munimenta ſeu fortalicia, gleba, ceſpitibus, virgultis aggeſtionem terræ munientibus, tumultuario opere excitata, multo milite ſeruabat, ſtipendium non leue, & ſumptus fructum deuorabat, cogitat apud ſe Auſtrius, num his leuibus anguſtijs coercenda, aut aperta obſidione inuadenda ſit Oſtenda, Belgæ quos duplicis vitæ vt Caſtorem merito dicã, qui mari vt terra æq; poſſunt & valent, vt ad maritima cõmercia aptiſſimi ſunt, velut freno coerciti aduerſarijs excurſionib. vt libertatem maris & itinerũ recuperarent, ad expugnandã Alberto ingentem vim auri, viritim ſoluendam ſpondent, in anteceſſum cum ille ad Oſtendam caſtra metatus ſit, alteram partẽ cum tormenta muralia admouerit, trientem cum eorum fulmine murum hiantem & peruium militi ad inuadendum fecerit, aſſem cum ille vrbe victor potitus fuerit, ſed poſtremi illius æris ſolutionem fruſtra expectabit & morabitur, deditione tãdiu dilata: 5. Iulii pedeſtrib. copijs Oſtendam ſtipat, & aleam Martis bombo, & crepitu machinarum auſpicatur, præſidiarij ſuis fragorem alternant, die altera iam non ludicro ſonitu, ſed ad internecionem omnib. machinis fulminant, & feriunt obſidentes, tanta clade vt multis deſideratis, Auguſtinus Mexia, præfectus propugnaculi Antuerpiani, qui muro propius acceſſerat, terga vertere, & ſtatiua loco ipſo transferre, ſcrobibus, hippogæis, aduerſus grandinem pilarum ſuos condere coactus ſit: omnis vicinus ager, quod natura ſit paluſtris, & vliginoſus, foſſis, & aggeribus vndiq; cingitur, parte illa quæ Solem occiduum ſpectat, duodecim grauioris molis machinæ collocantur, in acta tormentorum alia ſtatio fuit, ita vt obſeſſis portus, & exitus in mare interclusus ſit. *Initium obſidionis Oſtendæ.*

Mauricius vt paulo antea diximus, in Bergæ obſidione occupatus, quod aiunt vna funda duos lapides fœliciter emiſit, duos venatus lepores vnum cœpit, alterũ perſequitur. Ille n. capta Rimberga, laboranti Oſtendæ non defuit, propere miſſis & intromiſſis auxiliatib. Anglis, & Batauis: obſeſſi recreati recentib. copiis in Albertum inſanius fulminant, tanta ſtrage vt cæſi ſauciique ad quatuor millia numerentur: expectatione ſua longe fallitur Albertus, perſpecta obſeſſorum fortitudine, & pertinacia, vt qui deditionem Oſtendæ maturius ſperaret, quam Berga in hoſtium manus veniret, ſed menſis quo ſibi capiendæ ſpem faciebat in triennium abibit. Alberti caſtra incendio turbata ex incuſtodito igne, hinc liberior ingreſſus recentium militum in Oſtendam, Sextili definente mare lunari incremẽto, vbi æſtu maiori detumuit, Alberti aggeres & foſſas deiicit, obruit, opus infectum facit, Anglus erat à commilitonib. transfuga in Alberti caſtris, qui epiſtola, gentis ſuæ milites ad deditionem vrget, illa ad ſagittam defixa in vrbem tenſo arcu emittitur, non inſolens militaris aſtus, quandoquidem & bello ſacro in Syria, Sultanus circuratas columbas habebat, quas ideo Paul. Æmilius tabellarias vocat quę ad obſeſſos in Solymis epiſtolas deferebãt, vnamq; caſtris ſuperuolitã- *Incendium in caſtris Alberti.*

Digitized by Google

1601. tem Gothof. Bullionęus ſagitta transfixit, vnde in Lotharenis ſtemmatib. alites transfixi. At vero nihil obſeſſos cõmouit epiſtola, quandoquidē eo ipſo die mille Angli auxiliares, fauente æſtu & nauim impellente, Oſtendam ſubierunt, ſed in dies ſubſidia creſcebant, quandoquidem 23. Sextilis quinquaginta nauium claſſis portum & vrbem placide ſubit, nauarcho ſupremo Caſtillonæo Gallo, qui cū obſeſſos opimo & opportuno commeatu & milite refeciſſet, paulo poſt globo tormentatio in fruſta minutim diſcerpitur. Poſtridie Oſtendæ antesignanus nomine *Veſten brouc* eodem fulmine percutitur, laceri cadaueris fragmenta Traiectum delata, ſolemni funere ſepeliuntur: vt fingunt veteres numina, ſtudiis in contraria abiiſſe, dum oppugnatur Ilion, aliis pro Troianis ſtantibus, aliis in eos, ſic Europa ſcinditur ad Oſtendæ ſubſidium vel exitiū, Dux Holſatię Daniæ, regis Germanus, Oſtendam ingreditur, eam delibauit magis videndi quam bellandi deſiderio, biduo ibi moratus, ſed Angli primi nominis & militiæ nō pauci in eam appulere: contra in Alberti caſtra, Italię, Germanię & Gallię proceres, vtriſq; victoriam ex religione deprecantibus: deſinente Septembri Oceani tumeſcentis æſtus pene dāno æquauit obſeſſos & obſidentes, vtrinq; deiectis munitionibus. Octobri menſe velitationes tantum ineunte bruma relangueſcentibus animis. 14 Nouembris Alberti propugnaculum conflagrauit, vix æſtimabili iactura, quā ſarciunt Belgæ ſpontanea auri largitione. Eques *Voërus*, qui obſeſſis imperabat, cū annona & recentis militis penuria laboraret, aliquot dierum inducias paciſcitur, quaſi de deditione acturus, ſed dum ſimulat colloquiū Alberto illudit, nam furtim quinq; cohortes, cum ingenti copia commeatus ingrediuntur, ille ex hoſtili aſtu factus commotior, vindicaturum iurat, exprobrarq; homini quod magis doloſe quam fortiter vincere ſciret, quique vulpi quam leoni eſſet ſimilior..

Caſtillonæus Gallus occiditur.

Simulata deditionis colloquio deluditur Albertus.

Ab Oſtenda ad geminum oſtentum tranſeo, quod conſtanti fama publicatur: Vnū eſt in Vazatenſi agro in paræcia vulgo *de Cudos*, videlicet ipſo die inuentæ cruci dicato, in fermēto cruētas cruces omnib. conſpicuas fuiſſe. Arnaltus Pōtacus Epiſcopus Vazatēſis, eruditione & probitate inſignis, homo citra fucū & pręſtigias, ſumma cura & ſolertia explorauit, nū eſſet fabula anilis & cōmentitiū portentum, re explorata iuridicis, nobilibus, populo inſpectantibus, conſtitit humanitus nō accidiſſe, ſed numinis vi occulta, quod non ſemel huiuſcemodi oſtentis, homines à fide deuios, ad crucis quā execrantur venerationem duros & ceruicoſos impellit, tē ratam facit quod de Iuliano Cæſare deſertore Chriſti narratur, cū crucem omnibus probris dehoneſtaret, in iecore & fibris victimarū ſparſas cruces nō ſemel vidit & obſtupuit, peruicax tamen & recalcitrans in ſtimulum, cum ille aduerſus dæmonum ſpectra ad fugandos Lemures crucis ſigno vſus ſit. non dubito iſta vt ſomnia vulgi irrideri, ſed peiore exemplo quam Ethnici, qui ſanguine pluiſſe non ſemel ſcriptis reliquerunt,. & quod magis ſtupendum memoria patrum in Carinthia ſolo Germanico,. tanta vis frumenti in modum imbris effuſi è nubibus erupit, vt acolis cęlo largiente altera meſſis non ſata nec collecta fuerit. Alterū in Tarraconenſi regno cōtigit, vt tintinabulum nullo impellente ſuapte claſſicū caneret, nec tantū hoc anno, ſed retro actis ſęculis ſępius immotum

Res ſtupenda

Titus Liuius

Conradus Licoſthenes.

Digitized by Google

motum nulla vi aliena ſonitum emiſiſſe, quo ferali & præſago, Regum Iberi- 1601.
corum funera, regnorumque mutationes portendi indigenæ perhibent, ita vt illis, vice cometæ & vaticinii ſit.

Annales etiam Hiſpanici id ipſum non inficiantur, referuntque tintinnabulum ſuapte nulloq; alio motu mobile & ſonorum factũ, Alphonſo V. Rege Tarraconenſi ad Parthenopeum regnum proficiſcente, rurſus in Caroli V. exceſſu, atque iterum cum Sebaſtianus Luſitaniæ Rex in Africam infœliciter pugnaturus profectus eſt, non diſſimile eſt quod iactant Pictonico ſolo, cum Luſiniaci dynaſtæ excederent, auditos eiulatus ſemiferæ mulieris, quam vulgo Meluſinam vocant, iſta vero reticere vt quæ fabulis quam vero propiora ſint, mens erat, ſed qui anteceſſere ſcriptores id ipſum mandare chartis non erubuerunt, & ne ipſe quid indictum ſinam ſcribendum putaui, vt qui aſtipulatores habeam. At forte tintinnabuli ſonus ille diſſidii bellique præſagus fuit, quod pene exortum eſt ob minus ſenæ & religioſe habitum Gallicum oratorem Rupipotium, torquatæ militiæ equitem, nepos illius & Galli contubernales mitigandi æſtus cauſa, in ripis alueiſque nudi corpus proluebant, laceſſuntur ab Hiſpanis, cauillis dicteriiſque mordaciter appetuntur, illi non ferentes dicacitatem voceſq; pudendas in nomen Francicum, protinus feruore Gallico ſtrictis mucronibus probrum vindicant, interemptis fauciiſq; aliquot Ibericis nobilibus: cæſorum gentiles à quæſitore rerum capitalium, vel ex ædib. legati vel extrahendos reos imperrant, expugnatur domus, Rupipotius vt vim propulſet & impetum auertat, quam ſuſtinet perſonam non ſemel prædicat, legatorum ſanctum eſſe & inuiolabile nomẽ, nihilominus gentilitius Rupipotii & contubernales, in vincula coniiciuntur. Rex Chriſtian. de tam graui iniuria certior factus, acri expoſtulatione ad Regem Hiſpanicum conqueritur, & ni ſatis fiat fœderi renunciaturum, incaleſcentibus animis ad iram, Calen. Sextilis edicto Gallis vetitum, cum Hiſpanis & Luſitanis mercium habere conſortium, nec immerito, quandoquidem in perſona Legatorum principes violantur: nam cum eorum apud omnes nationes nomẽ ſanctum inuiolatumque ſit, ipſe Iul. Cæſar in Venetos Galliæ populos grauius vindicandum ſtatuit, quod ab his legati ſui retenti fuerint, vt in reliquum tempus ius legatorum diligentius conſeruaretur: memoria patrum bello cauſam dedit par iniuria, Merueillio oratore Gallico à Mediolanenſi regulo, contra ius gentium necato, ac Fregoſio & Rincone per inſidias interemptis, Clemens VIII. veritus ne fauilla in vaſtum incendium erumperet, naſcens diſſidium comprimit. Rupipotii nepos & contubernales Romam miſſi, cuſtodia ſoluti Bethunio apud Põtificem oratori Gallo reſtituuntur, ſic ſedati animi, & publicum fœdus vtrinque redintegratum.

Violatur Rupipotius Orator Gallus.

Exorta bella ob violatos legatos.

Veneti pene ſub id tempus deuictis hoſtibus pace toto regno parta, & fœlici coniugio Regi gratulatum mittunt: legationis primores erant, Donatus & Delphius vterque patricius primæ nobilitatis, fiſci & vt vocant diui Marci quæſtores: illi ſummis honoribus excepti Lutetiæ, atque in regia Fontis bellæi. Rex in omnes regni partes à fronte & occipitio oculatus, ad Itium portum contendit, & quæ regni limitem faciunt vrbes ad Oceanum, Bononiam Ardeam, Caletum

Venetorum ad Regem legatio.

Digitized by Google

1601. ac littorales omnes perluſtrat. Albertus cognito in hos fines regis aduentu, ratus offenſa in legatum ſuum bellum moliri,atq; illo motu res ſuas ad Oſtendam turbatiores fore, Caletum oratores mittit, qui de violata legatione ab Hiſpano ſatis factum iri ſpondeant, rogare ne Galli obſeſſis auxiliatum eant.

Rex maritimas vrbes perluſtrat.

Rex vt Alberto mentem ſuam aperiret, Eſguilloniuni ducem mittit, qui ſecurum faciat, publicæ pacis eſſe obſeruantiſſimum, limitem regni perluſtraſſe, vt omnia ibi quieta faceret, qui ad obſeſſos tranſeunt eſſe transfugas, quos egeſtas vel aliud diſcrimen vitæ, alio migrare cogat.

Legatus ad Regem ab Imperatore Byſantino.

At ne vlla pars orbis Chriſtiani Regis celebritatem ſileat, ecce Byzantio ab Imperatore miſſus Maſſilienſis Gallus fidei eiurator, cui nomen Bartholomæus Corius ille Imperatori medicam operam præſtabat, rebus Turcicis in Hungaria inclinãtibus, aliunde magnis viribus à Perſa dominatore attritis, Cum Chriſtianis inducias Rege intermedio deprecabatur: pugionem & enſem capula vaginaq; ſolido auro compactum, pyropis exquiſitiſſimis fulgurantem, cum conis ex ardearum pennis varia gemmarum intertextura dona attulit Conqueritur à Duce Mercolio, eius à quo miſſus ſit res grauiſſime afflictari, cum ſit Galliæ indigena Regiq; ſubditus, rogare vt domũ reuocet, cui Rex: non diffiteri Mercolium Gallico Imperio ſubditum, ſed vt clientem Imperii priuata ſua ditione Cæſari Chriſtiano, operæ militaris & auxilii iure feudi eſſe debitorem, facturum vt in Vngaria ab armis diſcedatur: ſed non mediocriter conqueritur ipſe de imperatore Byſantino, videlicet Anglos, Belgas, Batauos qui ſub vexillis & ſtemmatibus liliorum maria peragrant, Gallici fœderis nulla habita ratione, à Piratis qui oras Siciliæ, & Affricæ obſident, diripi & ſpoliari, niſi hæc latrocinia compeſcantur, amicitiæ renunciaturum.

Munera Byſantini.

Mercolius in ſuis elogiis ſancti Imperii principem ſe venditat.

Legatio Bironii ad Reginam Anglicanam.

Bironius apud Anglicanam luculentiſſima legatione fungitur, cum nobilium ſelectiſſimo comitatu.

Comes Aruerniæ perſonatus ſe ſocium addiderat, ſed quem aliena veſtis tegabat dignitas detexit; Biduana quiete poſt nauſeam maris recreatus ad ſalutationem & colloquium Bironius admittitur, in ſublimi & regio ſolio ſedebat Eliſabetha, depreſſiora vtrinq; duo erant ſedilia; cum geminis puluinaribus ſerici operis. intimum erat cubiculum, quod non niſi tranſmiſſis duobus tricliniis erat peruium. in primo conſidebant anglicanorum procerum nuptæ, in altero Eliſabethæ iuniores famulæ; in remotiori vetulę centum quinquaginta; Galli nobiles Bironio præibant, vt illum ex indiciis agnouit, elatiori & alacri voce ſic affatur; Hen? domine Bironi, cur tantum operæ & laboris inſumpſiſti, ad inuiſendã effætam & vetulam, in qua ſolus animus & fides vegeta in Regem, atq; incorruptum iudicium, in agnoſcendis cohoneſtandiſq; fidis ſuis miniſtris, equitibuſq; tuæ noiæ & fortitudinis prædicandis effloreſcit; Bironius vno poplite demiſſus veneratur Eliſabetham, erigit illa & amplexu ſtringit, peractiſq; ſalutãdi ritibus, quę haberet in mandatis facunde eloquitur, potiſſimum Regi dolere, quod ſolo Oceano diuiſus, eam præſens ſalutare & teſtari amicitiam, rebus ſuis prohibitus non potuerit. vbi finem dicendi fecit, regias epiſtolas tradit quæ reſignatæ palam à Cecilia primicerio Amanuenſi recitantur: perlectis multa glorioſe de bellicis

Eliſabetha alacriter Bironium affatur & ſuſcipit.

virtuti-

bus Regis, atque in eum ſuo propenſum animo loquitur, aduerſa fortunæ laboranti rebuſque dubiis præſto adfuiſſe, compoſitis minus fuiſſe memorem, pergebat plura fari ſtante Bironio, quem humiliore ſella ſubſidere, ſeu minus decora perſonæ quam ſuſtinebat dedignantem vt agnouit, cauſſata æſtum manu comprehenſum, ad feneſtram vt captaret auram deducit. 1602

Inter Gallos nobiles, Crequium priuatim alloquutum, cum ſua tum ſoceri d'Eſdiguieri virtute, & fortitudine bellica commendat, Comes Atuerniæ detectus primo loco accubuit, admiſſus in lararium Reginæ, dum veſtem ſumit, politur & comitur, quod nulli Anglicano principi conceſſum eſt, ſummoque & inconceſſo honori deputatur.

Bironius, Comes Aruerniæ, & Crequius non ſemel Regia menſa Triumuiri excepti ſunt, in venationibus dies, in choreis noctes inſumuntur. Anglicana cum Nilotica certaſſe videtur, iã profuſa in ſuſcipiendo Bironio, quam altera in Antonio: ſed rerum alternæ ſunt vices, vt nihil apud mortales perpetuo fœlix ſit, vt apud nautas nulla conſtans fiducia cœli & pelagi repente exorientibus procellis, ſic extrema gaudii, coniugiorum, chorearum, luctuoſa præmonitio Anglicanæ ad Bironium occupat: nam poſt regiæ ſupellectilis ſtupendas opes, & gaſophylacii toto orbe lectas margaritas, in intimo larario caput oſſeum Comitis Eſſexæ inter plura damnatorum oſtentat, (ô larualis ſupellex Gallicis ingeniis & omnibus mãſuetis, quæ nunquam ſatis horrori erit) addita oratione in eũ ſenſum. Hominem, inquit, in hoc honoris & dignitatis quo cæteris antiſtabat faſtigium euexeram, opibus in eum collaris maioribus, quam eſſet promeritus, eo cæcitatis & faſtus deuenit, vt ſine eius opera me regnaturam non crederet: ſed audaciæ intollerabilis, ingrati animi, deſertæ fidei, ſummo dedecore pœnas dedit, & profecto ſi quẽ fraterno amore diligo Rex mihi annuerit, Lutetię vt Londini per duellium ceruices cęſæ, in pinnis ſpecularum contis pręfixæ conſpicerentur. *Anglicana caluariam Comitis d'Eſſex Bironio oſtendit.*

Faxit Deus, vt eius lenitas non illi damno ſit, mihi autem ſtat immotum, noua molientibus turbantibuſq; quietem regnorum, nõ eſſe ignoſcendum. Vt omnia eius vitia compleam, ſufficit dictum, ſuperbus erat, ferox animi, deſpector cæterorum, muliebris imperii detrectator, & qui ni celeritate præuentus fuiſſet, ſcelus perfecerat. ſecti hominis vides caput laruale & fætidũ, cuius fama morte carnificis æternum inquinata eſt, diſcant huiuſcemodi Titanes non ita temere cum diis bellũ gerere. Quid ad hęc Bironius ſit loquutus an ſiluerit, apud ſe fati nõ diſparis præſcius, nihil certi habeo, niſi quod aliena clade præmonitus, paulo poſt deteriora auſus propriã vitare non potuit, fœlix ſi alieni capitis oſtento ſuum ſeruaſſet, ſed cæca eſt ambitio, præceps animus & impatiẽs monitoris. Bironius Comitis D'Eſſex vecordiã damnabat, qui in caſtro obſeſſus, nõ icto pariete ſe vltro in carnificũ manus dediſſet, vel nudũ & inermẽ debuiſſe dẽte, vngue & lacertis obluctari, & inſanis conatib⁹ omnia tentãdo per tela & enſes mortẽ oppetere. O neſcius fati & ſortis futurę, egregius fortiſq; Mezẽtius, qui paulo poſt nõ fortius egit, ſed quo fata vocabãt volens noleſq; pertractus eſt & tandẽ ſecuri ceruicẽ dedit. Legatione perfunctus Bironius, ab Anglicana dimitti poſtulat, illa placidiſſie exceptũ lauda-

1601. laudatumq; accurata oratione cum inſigni dono gemmarum ſimul & in orbem contextarum, addītis cantheriis quatuor conſolo ibus dimittit: ventis fauentibus delatus Caletum cum claſſe appulit, mox ad regiam Fontis bellæi, vbi Rex puerperium expectabat, de legatione verba facturus contendit.

Auguſta Hiſpania fœminam enixa eſt.

24. Septembris die Mauricio martyri & commilitonibus Thebanis ſacra, Hiſpaniæ Auguſta fœminam enixa eſt: par lætitia ac maſculi partus, cum leges Iberica mulieb re imperium ferant, ſecus Gallia, quæ triduo poſt die Coſmæ & Damiano ſolemni, diluculo Delphino nato hærede regni exultauit. Ethruriæ ducisſa maſculi partus augurium capiens egregij operis cunabula, in quibus decubaret Delphinus, miſerat.

Naſcitur Regi Delphinus.

Regina puerperii grauiſſimis tentatur doloribus, ex veteri ritu Galliæ principes proceresq; in cubiculo parturienti aſtabant, ne quis pro fœmina marem ſuppoſitum crederet, & legi Salicæ vis fiat, tandem fauſta Iunone & Lucina poſt arduam eluctationem Delphinum peperit: ſuſcepto & deterſo Rex fauſtis precationib. benedixit, & gladii capulum manu inſerit, quo ad Dei gloriam, regni columen, hoſtium profligationem adultus vteretur: illico per omnes regni vel longe diſſitas partes lætitia erupit, grates Deo perſolutæ, nolæ grauiores claſſicum cecinere, machinæ letum crepuerunt, ſerotinis ignibus vrbes oppida & viculi fulſerunt, pegaſei curſores, intra & extra regnũ regionatim miſſi, qui Galliæ ſummum bonum publicarent, nec enim dies fœlicior il'uxit: vt enim Alcyonum fœtus mare tranquillum faciunt, vel media bruma, qua ſæuius ventis turbatur, & à procellis ferias habet quæ Alcedonia dicuntur, ſic in poſterum Delphinus ſpes dubias ratas faciet, æmulis animum, maleuolis vim & impetum inhibebit, n rus ineunte ſæculo, deſinente ſerus in cælum redeat. Sole in libra exortus eſt, fauſto ſydere quod portendit profugam Aſtream in Gallias reuocaturum. Clemens VIII. per legatos Regi & Auguſtæ gratulatur, miſſis faſciolis precationibus dedicatis, quibus puſio inuoluatur.

Vbi nunc regia fontis Bellæi, olim Eremus & vaſta ſolitudo, cautibus ſyluiſq; vt nunc videre eſt horreſcens, vbi ferunt Diuum Ludouicũ meditationum priuatum ſeceſſum ſibi delegiſſe: non vt quemadmodum de Numa Pompilio fabulatum, cum Nympha Ægeria colloqueretur, ſed vt à vero numine Regni ſalutare regimen poſceret.

Diuus Ludouicus ſeceſſum meditationum ſibi faciebat in ſylua Fonte bellæi.

Locus ille olim auius, feris fauniſque relictus, nunc arte & opera mortalium, delicias omnes longe exſuperat, ſed nulla re commendatior laudabiliorque, quam quod ibi Auguſta Delphinum futurum aliquando Regem enixa ſit, vt enim Latonæ partus in Delo inſula, eam prius vagam & incertis ſedibus errantem loco fixit, ſic nutantem regni ſtatum hoc fulcro Auguſta firmauit: quis ei imperto Delphine furens Æolus ventos immittat? aut is hoc effulgenti ſydere turbida inducet? ita Med cæa nobis in tranquillo mari Alcedonia facit.

Duce & Nauarcho Doria, ingens claſſis ad oram Siciliæ ſtabat in ancheris, quo flecteret & carbaſa explicaret, incertis rumoribus hærebat, Veneti metuentes ne in fines ſuos quid moliretur, ſi in Epirum nauigaret exploratum mittit, vel quo curſum dirigat, paulo poſt prætergreſſa littus Siculum & Baleares inſulas ad

Tune-

Tunetis regnum deflectere viſa eſt. Regulus Argierii olim Carthaginis, ſuis rebus proſpiciens, veritus ne Chriſtiani vincti ruptis compedibus excuſſo iugo ſeſe in libertatem vindicarent, venirentque in auxilium commilitonibus ſeueriore cuſtodia eos compeſcuit, tantæ claſſi pontus & aer obluctantur, & bene agendi occaſionem adimunt, exortis tam ſæuis tempeſtatibus vt re infecta in portus Sicanios reuerti coacta ſit, mox in continentem milites educti in agro Mediolanenſi in hybernia deducuntur: multo fœlicius equites Rhodii quinque triremibus in Lybiam egreſſi, propugnaculum turcicum vulgo *Paſſana* cubitalibus tormentis, quæ à bombo crepera vocant, ex improuiſo per tenebras expugnant, tam præclari facinoris anteſignanis gallicis equitib. in captiuitatem multi abducti, plures mactati: machinæ decem, impacto in commiſſuram clauo inutiles factę ſunt, & confeſtim cum ingenti præda, incenſo caſtro municipiis & pagis tuto ſe ad Triremes recipiunt. 1601. *Rhodiorum Equitum ingens facinus.*

Sub id tempus in ærarii publici expilatores edictum promulgatur, delecta iudicum capitaliũ decuria ex totius Senatus claſſibus: non capite vt multos nocẽtes Galliæ polypos & vultures decuit, ſed bonis plectuntur, coacti regerere quod auariter & nimia ingluuie ex plebis & fiſci ſubſtantia corraſerant, ſic tumens ſpongia vbi comprimitur humorem regerit, at quod deterius eſt, vbi illi exinaniti ſunt ſæuius & auidius ad latrocinia redeunt, illa fiducia impune illis fore, ſi partem prædæ exſoluerint. *Chambre royalle.*

Mauricius Naſſouius vt Albertum ab obſidione Oſtendæ auerteret, iam appetente bruma oppidum quod *Boſcum ducis* nuncupant ex inſperato inuadit, foſſa & aggere repentino caſtra muniit externo præſidio militum vrbs deſtituta erat, ciues nihil territi animos ſumunt militiæ tyrocinia agunt, in muro excubant eiaculantur globulos qua parte maius diſcrimen imminet, denſantur, foſſas ducunt & tellure aggeſta minus compactam murum fulciunt, noctu lucernæ & funalia compitatim accenduntur, ne per tenebras Andabatarum more dum ad arma conclamatur inuicem offendantur, Mauritius ſublicii pontis cathenas pilis aheneis diruperat, portæ vim illaturus, ſed pontis lignea ſtrues, ab oppidanis exuſta aditum hoſti præcluſit, fiducia tenebrarum trecenti vel circiter milites auxilio miſſi in vrbem, Mauritii deluſis excubitoribus, irrepſerunt: vnde non parum recreati ciues & animoſiores facti ad propulſandum hoſtem, nihilominus Mauritius ab incepto non deſiſtit, quin acrius omnib. tormentis murum quatit, turres cuniculis ſubfodit, atque omni arte & marte expugnationem vrget. Albertus aliquot cohortibus ex caſtris Oſtendæ ſelectis cum præſidiariis militib. Belgii, duce Comite Ferderico de Berge obſeſſis auxiliatur, ille per deuia paludum & itinerum, multis ex acutiſſimo frigore necatis, peropportune & fœliciter mœnibus ſuccedit. *Res Belgica.* *Boſleducſ fruſtra à Mauritio obſidetur ciuibus fortiter propugnantibus.* *Auxiliares obſeſſis adſunt.*

Mauricius his ſuppetiis ſpe amiſſa potiundæ vrbis, ingraueſcente bruma & nauib. alto genu ad littus vinctis, in Hollandiam ſe recipit: præfecti ſolertia, oppidanorum interrita conſpiratio ad ſalutem, foſſorum irrequietus labor, non ſatis laudari poſſunt.

Orthodoxæ fidei tenax propoſitum, in nouatores iuratum odium, è ciuibus

Digitized by Google

1601. repente milites fecit: flaminum & myſticorum frequens in vrbe numerus vrbi non leui præſidio fuit.

Res Tranſyluanicæ.

Sigiſmundus *Batori* potentiſſima acie Tranſyluaniæ amiſſum dominatum recipere tentat. Michael, Valachiæ dynaſta, (Vaiuodã vocant) accito Georgio Baſta Vngariæ remotioris Cæſaris vicario, exercitum multo minorem conſcribit, tormentis maiorib. initium pugnæ facit acies Sigiſmundi, at quod minus recte ad ſcopum collocata eſſent, aera vanis ictib. verberant: cõtra Cæſarianorum machinæ aduerſos manipulos medios ſecãt, turbantq; ordines, è iugo in planiciem vtraq; acies dilabitur cominus manum conſerunt, & iam non ſclopis aut haſtilibus, ſed ſtrictis mucronibus aleam experiuntur, fit ingens ſtrages à Cæſarianis, Sigiſmundi milites vndiquaq; in anguſtias redacti premuntur: ille pernici equo fugæ è caſtris ſe proripit, ſuorum cæſis vndecim millib. victoribus, relicta ingenti præda 40. machinarum vexillorum, impedimentorum, omniſq; armaturæ quæ paſſim agri tegebantur. Fœlix Cæſari victoria, ſi de Chriſtianis gentilib. & fœderatis non eſſet, ac profecto vere Cadmæa fuit, in qua victorem & victum æqualiter lugere oporteret, quam fortunatius in Tartaros & exleges Turcas tantum robur adhibitum fuiſſet, ſed mortales ita ambitus & auaritiæ intemperiæ tenent & exagitant, vt turcicum imperium, non niſi mutuis illorum cædibus inualeſcat. Sigiſmundus ille iam nõ à ſuperis auxilium petendum putat, ab Acheronte petit ille enim ſupplex egens & extorris, à Thracibus & Turcis, arma & militem poſcit, ſed fruſtra ab indignantibus & frementibus ob Albam regalem ſibi à Chriſtianis ademptã, illa paulo antea fœliciter recepta, Vngariæ metropolis ſic nuncupata, quod in ea Reges Vngarici inſignia capiant, inungantur & ſepeliantur, atq; inibi ſceptrum corona, Chlamis, ſtola & cætera regiæ vnctionis decora cuſtodiebantur, dulces exuuiæ, dum fata Deuſq; ſinebant, ibi etiam eſt mauſoleũ, vt in Dionyſiana Regum Galliæ: Solimanus memoria patrum fruſtra obluctantibus. Carolo 5. & Ferdinando fratre in proteſtantes pugnantib. expugnauit anno 1543. menſe Septembri, Mercolius vicarius Cæſaris, vt venit, vt vidit, vicit, bis ſenis diebũs obſeſſam recepit, vindicauitq; ab iniuſtis poſſeſſoribus, ille coactis omnibus equitum peditumque copiis, aciem ad octo decem millia bellatorum collegerat, hoc robore Albam aggreditur corona cingit, ingentem foſſam ducit, qua iter ad Budam eſt, vt præcluſis itineribus ad obſeſſos omnis auxilii & commeatus aditus præcludatur, duo ſtabant in confinio Albæ, turcica propugnacula, quæ viſis machinis poſtquam aries murum percuſſiſſet deditionem faciunt, ſuburbanam & decliuem partem vrbis, cubitalibus tubis ad portas affixis vi ignea perfringit, aliunde ſcala muros conſcendi iubet, qua hiatum faciebat, porta ſemiruta, milites vltima vigilia noctis irrumpunt, ac paulatim increſcente numero, impares Turcæ in pedes ſe coniiciunt, ac turbide in arcem ſeſe effundunt.

Alba Regalis Vngariæ metropolis.

Obſidio & expugnatio Albæ Regalis à Duce Mercolio.

Mercolius nihil factum eſſe putant, cum quid agendũ ſupereſſet, arci propius inſtat, murum quatit, tanta vi crebriſque ictibus, vt ab aurora ad meridiem duobus locis ad inuadendum peruius eſſet, vtrinque fit impetus ea fortitudine Chriſtianorum, vt barbari loco cedentes, in latibula priuataſq; ædes aufugerint, puberes

puberes

Digitized by Google

beres omnes militiæ idonei ferro delentur, ne denuo iſta colluuies ad exitium Chriſtiani nominis adoleſceret. 1601.

Baſcias qui Albæ imperabat, cũ aliquot Ianiſſariis turri munitiſſima ſe includit, de ſua & commilitonum incolumitate Mercolium rogat, quam ęgre annuit, veritus ne quod in victis vrbibus non ſemel contigit, vt victores vincantur. Turcæ vt ſummum vrbis exitium inſtare vident, conclamatis rebus ſuis, quo Chriſtianis luctuoſam victoriam facerent de more ſuo qua parte denſius concurſuros credunt, ſubterraneos meatus puluere tormentario nitro & ſulphure compleuerant, nec mota ignis lente progreſſus ad pabulum tanta vi deſæuiit, vt terra dehiſcens non paucos deglutierit, annona & lectiſſima quæq; ſuppellex cum vrbs inclinaret incenſa à barbaris, mille circiter Chriſtiani compedibus neruo & mãcipio Turcico ſoluuntur: vice verſa millia quatuor impuberum & fœminarum, quibus ferrum pepercit in ſeruitutem adducuntur.

Mercolius firmata vrbe præſidiis, non longe caſtra eduxit, vt Turcicæ aciei ſtatiua & molimina exploraret. Barbarus fidens pluribus recentibuſq; copiis, vrbem ſemirutam facile recuperaturum ſibi ſpem facit; accingit ſe expugnandæ. Mercolius (audite poſteri) exili manipulo equitum in vrbem irrepit, muriſque laceris nec vno loco æquabiliter peruiis, ſe ſuoſq; includit, mox totis caſtris Alba cingitur, ille crebris eruptionibus Turcas nõ infœliciter aggreditur & demetit, mœnibuſq; longius propulſat: vbi ſecure vrbi Mercolius proſpexit, nocte illuni per viarum diuerticula, vigiliis hoſtium deluſis cæſiſque in caſtra reuertitur, reduce incredibiliter recreati omnes, ac pene deiectos animos reſumunt, interea velitationibus ſparſos & palantes Barbaros intercipit, laceſſit, ſtationes prærumpit, pabulum & commeatum præripit, ferro & fame æqualiter premit, atque Albam obſidentes circum circa obſidet, pene integro triduo vtrinq; manipuli manus conferunt, inſigni clade barbarorum, Ianiſſarii non pauci necantur, nouem machinæ abducuntur, captiuorum & prædæ magna vis, vt in dies acies Turcica decreſceret, tot cladibus attriti barbari iam non de recuperanda Alba regali, ſed de receptu cogitant, Mercolius turbatos & in fugam verſos inſequitur, ſegniores in fuga intercipit, impedimenta præripit, ſic ille ob reciperationem Albæ regalis, regali ipſe corona & ſempiterna non veteri illa quęrna, obſeruatos ciues merito donandus eſt: iudicium ſit bellatoribus, quantum bellica fortitudine & diſciplina militari proauis antiſtet Mercolius, ille enim poſt decimum tertium diem expugnauit, quam trimeſtri obſidione, ægre admodum pactis potius quam Marte, Sultanus Solymanus patrum memoria recuperauit. At longe diſſimilis ſors in Canyſæ ſecundo tentata & indecore relicta obſidione. Ferdinandus enim Archidux altero anno amiſſam, vt priuata ditione ſibi peculiarẽ recuperare coactis vndiquaq; copiis molitur.

Turcæ extemplo Albam Regalẽ obſident.

Mercolij ſũmum facinus.

Fuga Turcarum.

Altera & infœlix obſidio Caniſæ.

Pontifex Rom. atq; Itali Dynaſtæ, auro & milite auxiliantur. Franciſcus Aldobrandinus Clementis 8. nepos copiis pontificiis præficitur, Ferdinandus Imperator ſummus in caſtris, Mantuanus alter ab illo, & vicarius in exercitu, Æſtate iam prouecta & deſinente in Autumnum, ſerius quam par eſt Caniſa cingitur, cordate & fœliciter inchoata obſidio, ſed vt muris hedera ſic ambitus

1601. bitus animis hominum ita hæret, vt vix vnquam auerruncari poſſit, non alio veneno in Syria, numeroſiſſimæ acies Chriſtian. principum ad vanum laborem redactæ ſunt, ſic priuatis diſſidiis laboratum in caſtris Caniſæ. Aldobrandinus enim in pontificias ſuas copias vnice imperium ſibi vindicabat, Ferdinandi & Mantuani ipſe detrectat, nulliqne audiens eſſe voluit, his ſimultatibus tantillum illud quod æſtiui & ſudi temporis ſupererat, quodq; celerrime in acri obſidione inſumi debuit, ambitioſe & inaniter, ac etiam ignauiter teritur: ſed dum Aldobrandinus, nulli cedere in caſtris perſtat, fatis cedit.

Diſſidia & ſimultates in Chriſtianorum caſtris.

Pontificiæ legiones amiſſo Duce ſuo, non ſummo Imperatori caſtrorum obſequẽtiores, quin ſolutiores eſſe, liberius vagari ſuo priuato & vniuerſo rei Chriſtianæ damno cæperunt.

Aldobrandinus moritur.

Alba regalis expugnata obſeſſos nihil terruit, non vis bellica non ipſa pluſquam Saguntina fames, quæ ad equorum morticinia immundaſq; carnes adegit, Inualeſcebat imbrium, niuium nimborumque intemperies, iamque Autumnus in Brumam ibat, paludibus & illuuie hyberna Caniſa tuta ſatis vim obſidentium deſpiciebat; vtque illi munimento hyems, ſic aliis exitio erat, ideo Ruſſemburgus, non vltra morandum algendumque in caſtris, decumano impetu perhiantem murum tentandam irruptionem ſuadebat, Mantuanus contra non ſatis peruium, militum internecionem veritus, huc vſque tam dubia & cruenta alea Martis abſtinendum putauit, variantibus ſententiis parcimonia ſanguinis, gloria & quod in rem Chriſtianam conducibile fuit poſt-habitum, ac ſæuiente in Dies cœlo, exuſtis carbaſeis tabernaculis, relictis machinis, carris, aliiſque impedimentis, ignobiliter ne quid deterius dicam à Caniſa diſceſſum eſt. Germani rẽ infectam Italis tribuunt; illi in Germanos regerunt: Galli tam immunes ſunt ab illo probro Caniſæ obſidionis derelictæ, quam Albæ regalis glorioſa recuperatione decorantur.

Chriſtiani re infecta ab obſidione Caniſæ diſcedunt.

Sed à Pannoniis ad Belgium, remigio pennæ mihi recurrendũ, Albertus pertinacius ſtat in hybernis, ad Oſtendam neſcius Arctico & immanſueto cœlo, ex tegeticulis tumultuarie concinnatis ſtationibuſque diſcedere, niſi victor, vrgebat tam arcte oppidanos, vt deditos Lutetiæ rumor publicaret, & re vera lethum erat illis in faucibus, hoſtiſq; in limine, vt inter ſpem metumq; ancipites oppidani nutarent, cum ecce æſtu maris ventis impellentibus, onuſtæ pabulo commeatu & milite recenti naues portum orbemq; ſubeunt.

At euentu proditum, longe à deditione abfuiſſe qui eam vltra biennium tot millib. hominum deſideratis protraxerint, vt Oſtenda vna Bataulam Angliam, Belgium, Galliam, ſummis ducibus militaribuſq; viris exhauſerit, ac merito noſtri æui Marathon, Leuctra, Pharſalia, dici poſſit. Hollandicis in tãtos ſumptus, expilatio Indicarum vrbium aurum ſubminiſtrabat, illorum enim claſſis ſaluis rebus cum ingenti præda domum rediit.

Seguſiani poſtquam in vicem Tranſalpinæ ditionis ceſſerunt, Allobrogis veteri imperio ſoluti publice in Regis fidem & obſequium iurant, quibus Rex de more ſuo facunde argute, & profecto: decori & æquo conſentaneum erat, non niſi Galliarum vni imperatori ſubditos eſſe & vectigales, quotquot ſunt qui ver-

Seguſiani Regi nouello ſacramento ſe obligant.

vernacule & Gallico ore loquuntur, vt idiomate ſic finibus Franciſcum imperium claudi ius fuiſſe. vt vero liborum inſignia, inſolenti iugo coaleſcerent, moribus & foro populi adiecti aſſueſcerent, lenocinio honorum pellectantur, quando quidem in principe ciuitate, quod vocant præſidiale tribunal, ſupremũ in certo genere cauſarũ erigitur, in maioribus controuerſiis, quæ ducentas quinquaginta libras turonenſes excedunt, prouocatione ad Diuionenſem Senatum permiſſa, parcite, quibus flos dicendi & mundicia orationis placet, ſi ad rerũ notas durus Arpinas deuiuſq; à Latio, populariter & incondite loquor. At curia Gratianopolitana plurimum obluctatur & intercedit, ne prouocationes à Burgenſi noua præfectura ſibi præripiantur, multo æquius eſſe, quinimo hunc Senatui ſuo acceſſionem deberi, quod Saluſſiana ditio Delphino ſuo prouinciali & ſupremo dynaſtæ, clientelari fide obnoxia fuerit, in commerciis rerum permutatarum, eam eſſe legem vt res in alterius vicem ſuffecta, eius naturam & ſtatum induat.

1600

Præfectura præſidialis erigitur in vrbe primaria vulgo Bourg.

Senatum Accuſianum Delphini principis qui nunc eſt primogenitus Galliæ, beneficio & largitione Humberti, elogiis ſua Senatuſconſulta reſcripta & decreta inſignire, iniquum, vt Diuionenſis acceſſionem regiumculæ inuideat, quæ ceſſerit pro ea quæ Delphino vectigalis erat, ad ipſum Delphinũ Quiritari, vindicias poſcere, infantem inclamare, cunas exoſculari, deprecari, poſcere, vt nutu apud patrem pro illis exorator ſit.

Nihilominus fruſtra quiritantibus Senatoribus, Accuſianis, viſum Regi, Diuionenſem Senatum antea iniquis ſpatiis concluſum, cui vicina omnia, Campaniam, Boios, Mariſcon. Lugd. agrum princeps Senatus Galliæ occupat, hoc tantillo incremento eſſe amplificandum; exhinc cœpit luculentior crebriorque litibus Diuionenſis eſſe Senatus, clariorq; purpura Conſcriptorum effulſit.

Gallia, æquitate, ſeueritate, legum, cæteris regnis laudem præripit, ſi quis enim codices Edictorum perlegat, quid ad politiam ſeuerius, conducibilius, quid ad pietatem ſanctius, ſed vt priſcus ille: pietas laudatur & alget, iam non legibus egemus ſed laboramus, vna ferenda & promulganda deeſt & deſideratur, quæ alias ratas & inconcuſſas faciat, at nos Galli quod probro gentis noſtræ fari erubeſco, leges vt ceram vt cothurnuum habemus, figimus, refigimus, illis vtimur vt ſciurus tegeticula ſua, qua perflat ventus corticem obducit. Hoc potiſſimum conquerimur, quod cum ſuprema decuria iudicum capitalium delecta fuiſſet, in quæſitores ærarios, fures publicos, Galliæ hirudines & ſpongias, qua parte peccauerant in eos vindicatum, ille enim tantillo auro aurum furatum ſeruarunt, ſic fiber venatori præſecta parte illa propter quam ſcit ſe appeti, damno teſtium vitæ conſulit.

Impune fuit ærarii expilatoribus.

Edicto autem recenti cauetur, quod priſcis toties indictum, ne extra fines regni aurum argentumq; factum & infectum exportetur, adhibitis emiſſariis ad limites exituſq; regni.

Aliud edictũ

Itidem ne aurum decoctum & lenteſcens in textiles operas, bracteas, ſquammas vſuſque ductiles transformetur, quod huiuſcemodi opificiis in ſpeciem lu-

1601. centibus, magna vis auri abſumatur, quæ detritis veſtibus in fumū abeat, ac profecto in cultu & phaleris mundoque muliebri, eo ventum eſt vt in ſumma paupertate aurum calcemus, vileſcatq; obſoletis vſibus, quis in compitis non ſtupeat aulicos, muliebriter comptos & pexos auro & gemmis fulgurantes, credas aurei velleris eſſe arietes, at magis ferro rigentes, aureos mores quam aurum geſtare decet: vt enim vetus & Gallica parœmia dictat, bona exiſtimatio cingulo aureo & armillis potior eſt: ad iuuandam publici æris tenuitatem, & coercendam fœneratorum edacitatem, edicto funebris pecunia ad tenuiorem modum redigitur, latum ferunt priuato intuitu nobilium grauiſſime ære alieno laborantium qui cum ſumptibus bellorum exhauſti ſint, domi à Calendariis Iduariiſque creditoribus viui ſenſim degluriuntur, ſi ſeruetur nunquā ſatis laudatum edictum, fœnus enim quæſtuoſa eſt ſegnities, ignauum lucrum, portentoſum cum pecunia per ſe ſterilis pecuniam pariat, quo deterrimi mortalium ſomno & crapulæ dediti ignauiter ſaginantur, ea vero illecebra ita omnium animos ineſcauit, vt quam legerunt, Idibus Calendis ponant pecuniam, poſitiſque in fœnore nummis agricultura, commercium, & pene artes omnes neglectæ ſint, labori deſueſcant omnes, vt quæſtuoſæ ignauiæ aſſueſcant, hinc à paucis annis in palatina area menſulariorum, nummulariorum patribus ignota ſcabies, tanta excreuit, vt vix locus turbas fœnerantium capiat.

Edit de la reduction des rentes au denier ſeize.

Fœderi inter Chriſtia. Regem & Ducem Inſubriæ, ſacramenti religio deerat, (nec enim iniurato pax ſatis vnquam firma creditur,) Rex in æde ſacra Celeſtinorum ſeruandæ, aſſidentib. Conſcriptis Allobrogiciſq; oratoribus, iureiurando ſe aſtringit, Inſuber viciſſim Taurini, fœderi fidem interponit.

Vetus illud dictum *Affrica ſemper aliquid monſtri parit.* Europæ nunc verius conuenit, nam ſub id tempus fabula exorta eſt, Luſitaniæ Regem Sebaſtianum iam pridem infœlici pugna aduerſus Mauros ſublatum, ſuperſtitem & nunc rediuiuum factum, poſt pugnam turbatis caſtris acie in fugam verſa, non vno vulnere percuſſum per auia ſeceſſiſſe in heremum, à nudipedibus Franciſcanis cælatum & ſubductum barbaris, ſanatumque per varias oras erraſſe, populari veſte votiua quadam animi peregrinatione, donec in Veneta ditione (vt qui tuto loco ſe receptum ſecutumq; ab inſequutione Hiſpanorum putaret) ſortem ſuam vicem & perſonam detexerit, re vera homo extitit tam apte ad figmentum compoſitus, vt non ſolum Luſitanis ſed pene omnib. ſe eſſe ipſiſſimum Sebaſtianum ſuaſum fecerit, his potiſſimum qui odio Ibericæ gentis vel Turcam pro rege ſuo agnoſcerent: ille tamen non arte ſolum, ſed oris ſimilitudine, verrucis næuiſq; in cute ſub interula abditiſſimis, Sebaſtiani arcanis penitiſſimis, ita impoſuit omnibus, vt faſcinauerit principes exteros commentum iſtud, nihilominus Venetiis in vincula coniectus à Decemuiris capitalib. ſæpius interrogatus cum ipſum ſe eſſe Luſitanum Regem profeſſus eſt, nec exquiſitis verbis tantum, ſed tam ſimilib. indiciis vt mendacium ſpeciem veritatis indueret. Veneti damnare vt præſtigiatorem, abſoluere vt Regem, vtrumque periculi & inuidiæ plenum putant, illi mortalium ſagaciſſimi, qui omniū principum amicitiis tutos & ſaluos ſe eſſe volunt, imperant vt Veneto ſolo intra octiduum abeat, hoc decreto vt qui tota Italia de-

De Sebaſtiano Rege Luſitaniæ portentoſa narratio.

tectus

tectus eſſet, omnium inſidiis vt ſe expoſitum vidit, littorum itinerum limitumq; 1602 cuſtodes, cuculla in Ibericis ditionibus fallendos putauit, ergo ille Dominicani ſyrmate tectus nouacula deraſo capillo, finib. Venetis egreditur, vt audiit in Germaniam & Batauiã præcluſos omnes eſſe aditus, Hiſpanicis & Allobrogicis excubiis oſtia omnia & exitus teneri, quod aiunt cupiens vitare fumum, in ignem incidit, ille enim in Ethruriam vt ſecurum in locum diuertit. At Hiſpanus ne latius ſycophantia ſerperet, vireſq; eundo acquireret, rogat Ducẽ vt impoſtorem non vltra Orbi fucum facere ſinat, his ſpectris ludificari & non parum commoueri ſubditos, bellorum ciuilium eſſe fomites, ad hæc portenta accurrere, inſanire vulgus, eiectiſq; veris principibus colere, ſuſcipere & amplecti illas Simias, feram eſſe in retib. quam ſi elabi ſinat Ethruſcus, in Batauiam eruptura ſit, ibique fabulæ non modo aſtipulatores ſed propugnatores nanciſcatur, ad figmentum gentem nimis procliuem futuram, cum nulla ſpecie æqui rectique, tot annis iniuſtum bellum alat, his & pluribus Ferdinandus Ethruriæ dux, depoſcenti Hiſpano pſeudo-regem vinctum permittit, ille qui ſe hoſti traditum ſciebat, multa iracunde & acerbe in Ethruſcum effundit, ius hoſpitii violatum exprobrat, numinis iras & vltionem minatur, ſed incaſſum fremit, ringit, æſtuat, qui compedibus grauiſſimis onuſtus, ingenti ſatellitio ſeptus, Neapolim abducitur ergaſtulo incluſus, vt volunt ærumnoſe & cruciabiliter tortus, ſemel aſſerta diffiteri & perſonam deponere nunquam voluit, ille vero Sebaſtiani tam gnare crepundia ipſa impuberis, adulti, viri facti, mores, res geſtas, penitiſſima arcana nouerat, vt ipſis coæuis Sebaſtiani Luſitaniſq; perſpicaciſſimis imponeret: næui in corpore, cicatrix ſupra oculum, aliud ex tibiis contractius, deniq; ſimilitudo oris adeo efficax ad illudendum, vt natura ipſa fraudem texuiſſe videretur, nec ille tantum gregarios aſtipulatores, eruditos habuit ſui præcones aſſertoreſque, qui ſcriptionibus non vna lingua editis Simiam pro Rege venditarunt: nihil priſco æuo inſolens, cum veterum annalibus non diſſimilis ſycophantiæ portenta contigerint, falſus Alexander, falſus Nero, pluresq; in Attica & Romana Hiſtoria, qui callide & inſigniter tam ambiguo diſcrimine mentiti ſunt veros illos principes, vt huiuſcemodi ſpectris Imperia commota fuerint.

Atque auorum memoria, nebulo quidam Marinus Guerranus, vno crure debilis, Tholoſanum militem loripedem, ita nequiter effinxit vt eo peregre profecto & ſuperſtite domum, vxorem, thorum, rem familiarem inuaſerit, vt ille perſonatus & fictitius, aduerſus ipſam & germanum, tam indubiis ſignis certauerit dubiamque controuerſiam fecerit, vt quis ex duobus verus eſſet vix liqueret, ac Senatus Tholoſanus diu in ancipiti fuerit, quis falſus aut verus Amphitruo & Soſia, falſus tamen nequitiæ pœnas dedit, nam vt eſt apud M. Tullium magna eſt vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam contraq; fictas omnium inſidias facile per ſe ipſam ſe defendat, vt Simia ſemper eſt Simia, falſus Sebaſtianus pro ſycophanta agnitus, pro Luſitanico regno, ꝙ ſibi arrogabat deraſus more remigũ, in procinctu nautico ad triremes dãnatus eſt, nihilominus à transfugis Luſitanis ab Hiſpania, huc vſq; mente nõ põt dimoueri, ipſiſſimũ fuiſſe Sebaſtianũ, ac vidi nõ paucos, imo domus vrbanæ conductorẽ habui

Luſita-

1600. Luſitanum nomine Rodericum, qui mecum nõ deſpicabili ſponſione certabat, triremibus & peſſima ſeruitute illum ſubductum Lutetiam intra trimeſtre appulſurum, ſed tandiu expectatus non adfuit, & ſponſorem ſuum deluſit, ſic poſt necatum in Nanceia obſidione Burgundionum ducum vltimum, Belgæ addictiſſimi vix vnquam mortuum crediderunt, tanta pertinacia vt viſum à pluribus Archimandritæ cuculla obductum, per auia oberrantẽ ſtatis temporibus noxas expiantem, iurarent, quibus dilapſis ad ſortem principis Belgiique regimen rediturus eſſet vt olim non fabuloſe D. Guilielmus Aquitaniæ Dux res ſæculares pertæſus, in Syriam profectione & cucullato amictu diu auitum dominatum faſtidiuit.

Luſitanorũ ad Regem Chriſtianiſſim. libellus ſupplex.

At Sebaſtianus bello interemptus illuc abierat vnde verum eſt redire neminem: Luſitani aliquot primores, libello ſupplici à Rege Chriſtian. duo millia pugnatorum anteſignano ex principibus vel proceribus Gallis aliquo, arma etiã quæ illi vicatim tota Luſitania ſpargerent depoſcunt, Ab Anglicana & Batauis, terra mariq; aurum, commeatum, annonam, ad ſoluendum duriſſima ſeruitute regem ſuum ac regni auito ſolio reſtituendum ſibi ſpondebant, quod ſi fatis ita ferentibus vinculis eximere non opis ſuæ eſſet, de coniugio Catharinæ duciſſæ Brabantiæ, quæ ad regnum Luſitanicum iure potiori nititur, cum Duce Vindocino filio notho regem pellicebant, ſed apud illum plus amor pacis fœderiſque iurata fides quam Luſitanorum quiritationes valuerunt, atque etiam ſuperioribus annis à Gallis in Luſitania res infæliciter geſtæ, ne denuo in eoſdẽ ſcopulos impingerent ſatis ſuperq; præmonebant.

Regis Chriſtiani pacis ſummum ſtudium.

Iberus vt tacita hæc molimina Luſitanorum præſenſit, ex prætoria triremi parthenopæa in Hiſpaniam tranſmitti iuſſit, Dux de Medina à Sebaſtiano de abditis & arcanis multa percunctando in ſummũ ſtuporem adductus eſt, ille enim Ducem memorem eſſe iubet enſis, quem illi dum in Affricam traiiceret dederat, annuit Dux, atque in armamentario adhuc ſeruare reconditum illũ, pluribus permiſtum Dux afferri iubet, illico vt ſimul collectos vidit donatum diſcriminauit, dehinc conuerſus ad Ducis coniugem; heu conſanguinea, tibi ne animo excidit in vrbe Gaditana à me donatum annulum? illa ſe memorem retulit, à Sebaſtiano annulo donatam; rogo (inſit) conſpiciendum facias, rem tibi tectiſſimam aperiam, quæ ſub gemma latet in dactilotecha aceruatim indiſcriminatum annulum agnouit, adiicitque in inuerſæ gemmæ lamina ſuum nomen & ſigillum inſculpta eſſe, reſque explorata, ſtupentibus cunctis à figmento hominem vindicabat, atque ipſe Dux de Medina & coniux commoti imis præcordiis tam præſentibus minimeque fallacibus indiciis, lachrimis exorientibus elingues facti diſceſſerunt: pene bienniũ in iſta tundenda incude teritur, nec vulgi malleo, ſed lima politicorum ſcriptorum: ex pluribus vnus Sampaius Luſitanus ſcriptionibus vaticiniiſq; rem probatam facere plurimum inſudauit: ſcripſit enim, in Victoriana bibliotheca Pariſienſis cœnobii ſuburbani, (illa vbiq; gentium, codicum M. S. vetuſtate tantopere commendabilis, vt qui ab Euandri ſæculo voces fingere velit, hauſtas in illa bibliotheca audacter & nequiter aſſerat) Vaticinium ſcriptum legi his verbis, quæ ad voculam reddere enixus ſum.

Stupendum illud.

Rex

Rex Sebaſtianus Neapoli exibit, ligneo equo vectus, è mari Thyrreno in Oceanum, hærebitque equus ad caſtrum Sancti Lucæ de Barcameda, fidem vaticinii impletam ſic explicat, vt equus ligneus ſit triremis, qua vehebatur, quæ ab vno mari ad aliud tranſierit, hæſeritque loco, vbi Sebaſtianus in caſtrum quo incluſus euectus ſit, ipſe vaticiniorum interpres Sampaijus tota Luſitania tacitis rumoribus nobiles, vulgus, vrbanum & ruſticum commouebat, & quaſi ex tripode in partes ſuas trahebat ſuaſumque fecerat, Deorum oraculis ad id impelli, pronis auribus audiebatur, ſed clam in cryptis auiiſque locis, vt enim Hiſpanus nunquam ſatis quieſcit à Luſitanis, non ſolum ab armatis & ferro nocentibus, ſed à concionatoribus garruliſque fratribus ſibi plurimum metuebat. 1601. *Vaticinium eiuſque explicatio.*

Ergo ille Sampaiium & Bonauenturā ſodalem funigerū turbas verbo, & opere concitantes intercipit, tantis motibus vt res vix à ſumma defectione abfuerit, ſi exterorum auxilia Luſitanorum votis non defuiſſent: Sampaiius & Bonauentura detecti & intercepti, infulis ſacerdotii exuti, equiſitiſſimis cruciatibus Vlixbonæ necantur, illi tamen inter ſæuas carnificum manus, à propoſito nihil demii de Sebaſtiano fidem, vaticinia, aſſertiones, fuſo ſanguine grauiſſimiſque pœnis ſanciunt, apud indigenas martyrum loco habiti, altiuſque & defixius animis inhæſit opinio veri de Sebaſtiano, tamque altas egit radices, vt vix vnquam auerruncari poſſit: quid vero de huiuſcemodi portentis ſentiam, me prorſus nihil ſentire obteſtor, & vtrinq; loquentium ſcribentiumque inuidiam declino ipſius famæ inconſtantia quæ

Tam ficti praviq; tenax, quam nuncia veri.

Vnum eſt quod ingenue & gallice fatear, ſi vere Rex Luſitanus fuiſſet, illum ignauiter vecorditer tot annis non latuiſſe, quocunque colore obducto voti & peregrinationis religioſæ, vt poſtea detectus tot tragœdias concitaret, quis in iure ciuili formulis actionum non excludit, poſt decimum vicesimum vel plures annos, erronem & vagum intemperiis animi actum, reducemque ab interturbatis poſſeſſoribus repoſcentem prædia vel quid aliud? quod ſi de agello ius iſtud eſt, quid de regnis quæ tam perdite & inſanis molitionibus quæruntur & ſeruantur?

Gallia nato liliorum ſurculo, cum in vtramq; aurem dormiret, negotioſa in otio dū decora alta pacis inquirit, ad fœderatos principes nouellos oratores tranſmittit Bethunium ad P. Max. Barraldum Aquitaniæ patricium vtraque minerua inclitum in Iberiam: Fræſneium Canayum de quo ſupra nos honorifice ſed non ſatis nec plena manu Venetias, Belmontium Harlei principis Senatus Tydidem ad Anglicanam, omnes illi tam ſingulari delectu vt vix pares ad ſumma & politica illa munia reperiri poſſint.

Bataui recenti milite & commeatu recreati, multa ex muro dicaciter exprobrare, irridere Albertum, quod Voerii ficta collocutione tam belle deluſus eſſet, necdum verbis garruli inſultabant, ſed ad contumeliam Iconem illius habitu infulati & myſtici, genibus aduoluti ante aggeres & propugnacula Oſtendę, quo more ſolent ſupplicantes ad aras, effinxerant imagunculam interpellantis addito hoc ſcommate *Oſtende mihi Oſtendam*: refert Iul. Cæſar, noſtrates Gallos ſolitos irride-

Digitized by Google

1601. irridere ex muro, & increpitare vocibus. Attrebates poſt vltimi Burgundionum Ducis fatum, faſcinari nugis anilibus eſſe ſuperſtitem, & in Anachotetarum contubernio expiare noxas, cum Ludouico XI. non modo ſclopis & baliſtis, ſed acerbiſſimis conuitiis in nomen Gallicum pugnarunt, tam fœdis ſpectaculis ludibriiſq; inſultarunt vt referre illa pudor ſit, & his deshoneſtari pagina mea erubeſcat: Albertus dicteria, ſimulacrum illud deridendum, iam non purpuratus Romano galero, ſed galeatus & pugnax, omnibus machinis vlciſcitur, atq; ipſa indignatio vim & impetum addidit tanta militum coitione & pertinacia, ad inuadẽdam Oſtendam, vt à capta parum abfuerit, ea Hiſpano-belgarum ſtrenuitate, vt nedum mares ſed fœminæ mentitæ Lacenas, virilia belli munia obire armiſq; experiri auſæ ſint, nam inter cæſorum aceruos, ipſo in limine quo fiebat irruptio, muliebre cadauer inuentum, cui detracta veſtis verilis, mulierem prodidit, cunctis ſtupentibus dolentibuſque vicem, quæ perſonata pro mare cæſa fuerit, ſub interula magna illi vis auri, argenti & gemmarum, torques, armillæ repertæ, non fuiſſe gregariam indicabant, creditum illam amaſium ad vltimum fatum fuiſſe comitatam, eoq; ſublato pertæſam thori alterius, pugnando maſcula virtute vltro mortem oppetiiſſe. In illo expugnandæ vrbis ſupremo & vere decumano labore, tria millia pugnatorum Albertus deſiderauit, nec gregarios & lixas ſed primipilos & Centuriones Duryanus Symoneus Tribuni militum, Aluares Suares eques Torquatus militiæ Diui Iacobi, pluresque alii fortiter occubuere, Comes Imbecius Italus, qui ſuis ſtipendijs quærendæ militaris gloriæ deſiderio pugnatum venerat, interceptus de incolumitate dum paciſcitur, & ad redemptionem tantum auri pollicetur, quantum ſui corporis in trutina pondus eſſet, iurgantib. militib. à gregario occiditur. In ſumma illa internecione vt Hiſpano-belgis trepidatio, ſic Batauis prorogandæ obſidionis fiducia acceſſit, ſtupendo rerum euentu, cum ab illo colloquio ſimulatæ deditionis, in biennium & vltra obſeſſi durauerint, ita vt exploratum fuerit, verum eſſe vetus illud verbum Laconum, *Spartam non muris ſed viris eſſe tutam.*

Guaguinus in Ludou. xj.

Finis Tomi Primi.

RODOLPHI

RODOLPHI BOTEREI IN MAGNO FRANCIÆ CONSILIO ADVOCATI,

COMMENTARIORVM DE REBVS TOTO PENE ORBE GESTIS,

Liber Nonus.

ALBERTVS ſimulatæ deditionis à *Vaaero*, offenſa grauiſſime exaſperatus, vlciſci parat, omnibus copiis inuadendam expugnandamque Oſtendam ſtatuit, octodecim maioribus tormentis 9. Ianuarii propugnacula concutit, ad duo millia pilarum eiaculata, abeunte æſtu maris, ſex legionibus totidem locis qua peruius murus erat, vrbs inuaditur, ſcalas, harpagines, vncos, faces, funalia ad exurendas vimineas crates quæ aggeſtam tellurem fulciebant, fortiſſimi militum geſtant, præeuntibus clypeatis ante ambulonib. tegminis ſpeciem præbentibus, obſeſſi ad depellendos irrumpentes, machinas nō ſingulis globis vt moris eſt, ſed glandibus plumbeis, clauis, cuſpidibus, & ferri minutiorib. fruſtis impleuerant, qua farragine vi nitri & ſulphuris diſploſa, magna ſtrage quidquid obuiū deiicitur & mactatur. *Summa vi Oſtenda inuaditur.*

Nec de concuſſa tantum cadit illice glandis.

Nihil territi oppugnantes internecione ſuorum, prærumpunt omnia, in vetus oppidū pede immiſſo & defixis ſignis, præfectus Vuaerus, vt res ſuas in ſummum diſcrimen adductas videt, qua parte laboratur, Anglicano manipulo ſeptus Hiſpanum propulſat, redintegratur pugna, duabus horis Martis æſtus efferueſcit, multis vtrinq; cadentibus Oceano reſtagnante alterno æſtu, vicem ſuorum miſeratus, ſummum & decumanum laborem Albertus, receptui canit, non pauci ſigniferi ex Italis & Hiſpanis deſiderati, cæſorum exuuiis nō parum ditati oppidani, qui quod fœliciter pugnaſſent animoſiores facti, deiectas munitiones inſtaurant: paulo poſt recenti milite rerumq; omnium copia Hollandicis nauib. recreantur, ſed quos vis humana non expugnat, lues mactat, reflantib. n. ventis peſſime af-

1602. me affecti, in Batauiam efferri non poterant, ita vt conuictu & contactu langentium, bene valentes in dies inquinarentur.

Albertus tam ingenti ſuorum ſtrage nihil deterritus fractuſq;, non niſi expugnata Oſtenda ſtationibus caſtriſq; diſceſſurum iurat, nouum militem per Germanos & Heluetios conſcribit, nauibus Hollandicis intercludere aditum & fauces, atq; oſtia maris obſtruere, variis machinamétis molitur, perfecto opere obſeſſi alio littore portum nouum faciunt.

Fœdus renouatum cum Heluetiis procurantibus Sillerio & Vicio ſummis viris.

Chriſtian. Rex vt ſubolfecit ab Hiſpano, Heluetios tentari inque ſuas partes pellectari, vt eos in fide contineret renouandum fœdus putauit. Habita comitia in Baſilienſi & Soloturenſi vrbibus, diſcordes animi, varia ſtudia gentis quæ promeſſib. & vuis locat operas, & in bello venales habet lacertos, prout illecebra ſtipendiorum impellebat, aliis Gallico, aliis Hiſpanico fœderi annuentibus. Vicius orator Gallus, multos ambactos & clientes ſibi conciliauerat, ſumma ſolertia Hiſpanicas artes & molimina, prece, pretio, fœderatorum alloquiis, & qua præſtabat facundia eluſit: res erat in expedito, hærebatur tantum in aliquot poſtulatis, Sillerius conſors glorioſi operis mittitur, ille inchoata fœliciter pergit, non ſine ſudoribus & negotio ab æmulis, vicini enim Allobroges Inſubreſq; Rhætos & quas vocant minores centurias, à fœdere Gallico vtcunq; auerſos fecerant, Sillerius nouantibus amicitias, quam vetuſtum ſit illis fœdus cum Francia commemorat, aduerſus Burgundum inſultantem miſeris, adhuc in militiæ tyrocinio & tunc minus pugnacibus, auxilia Ludouicum XI. ſubmiſiſſe, quod terrori ſint reliquis principibus, Gallica ſedulitate amicitia & clientelis factum, veteres amicos nouis non eſſe poſtponendos, vino veteri & amicis vtendum, antiquo prouerbio vulgatum eſſe, fruſtra quiritari, qui in confinio ſunt ducatus Mediolanēſis, annonam & commeatum ſibi præcludi, cum è Gallia ſi pro ea ſteterint multo vberior annona ſuppetat, & Inſubres alibi res ſuas tanti venales habere nequeant, caritatem annonæ non illis eſſe pertimeſcendam, cuius emptioni annuum ſtipendium Rex Gallus præbeat: minus cultis ingeniis craſſo & aſpero cælo natis ratio ſuadetur, quam acutioribus, ita vt cum Heluetiis hebetioribus omne negotium arduum & operoſum ſit, nec anxie perficiatur, peruicerunt tamen procera & ingentia corpora, Vicii, & Sillerij lenes & facundi affatus, Bironius vt pollicitationes ratas faceret ſuccedit, ab Heluetiis anteſignanis qui ſub eius patriſq; imperiis militauerant, effuſiſſimis animis excipitur, poculis fidem firmant, quæ apud eos ſymbola certiſſima ſunt aſtringendi fœderis, renouatur priſcum illud, in Galliæ verba iurant omnes, cæterorumque Regum & Dynaſtarum amicitiæ renunciant.

Sillerii exempla & rationes quibus Heluetios ad fœdus renouandum impellit.

Fidiſſimum præſidium Heluetiorū.

At perquam fida ſunt auxilia Heluetiorū in caſtris & ad machinas, ita vt nullo quouis ingenti diſcrimine à ſtationibus, nec ipſo veſtigio dimoueantur, ſed magni conſtant illa, cum etiam oſcitantibus in pace, ac mortuis ſtipendium ſoluatur, plus licitanti ſe addicunt, mercede pugnant atque auro venales habent animas, ſi Gallus contempſerit, Hiſpanus aut alius, vt in auctionibus fieri ſolet ſeu mancipia conducit.

Mercolius tot attritus militiæ laboribus, ex Vngaria dum in Galliam ad duo

charisſi-

charisſima pignora coniugem & vnicam filiam parat reditum, ſalutato Cæſare atque ab eo honorificentiſſime dimiſſus Nurimbergam aduenit, febre corripitur, poſt triduanum æſtum tabificis puſtulis toto corpore conſperſus fati inſtantis præſcius, ſacrum viaticum poſcit, rogat vrbanum prætorem & decuriones, vt cum bona eorum venia in vrbe quæ iam pridem orthodoxos pontificioſque ritus longe eliminauit, fas ſit ſacerdoti quem in comitatu habebat, rem ſacram facere, tot inſignium facinorum quibus fortiſſimus bellatorum Germaniam ſibi deuinxerat immemores negant, leniuntque repulſam, quod id ipſum Eliſabethæ viduæ Caroli IX. antea negatum fuiſſet. 1601.

Dum Galliā repetit Mercol. us moritur.

Tandem crebris efflagitationibus principi de orbe Chriſtiano, & potiſſimum de Germania Imperiiq; ordinibus viribuſq; benemerito, ægre conceſſum eſt, vt ex proximo municipio Synaxis, ſacrum oleum tacite nulla præeunte tæda & ætamento deferantur, Flamini corpus dominicum geſtanti è ſtrato proſiliens occurrit, aduolutus in genua veneratur Chriſtum in cruſtula latentem, lachrymis diffluit, ſingultibus æſtuat, anhelat deſiderio ad ſacrum epulum, illo vitali cibo fœliciſſime refectus, militiæ vitæq; ærumnis ſolutus ex hoc mundi ſalo in tranquillum cœli portum emigrauit.

Nihil acerbum morienti, niſi quod in coniugis & natæ vlnis, amplexibus, oſculiſque emori negatum ſit, in æde Lutetiana funus regio ſumptu ductū & iuſta perſoluta; Senatu pullato & aſſidente, laudatus publice à ſummo Eccleſiaſte Franciſco Salla Epiſcopo Geneuenſi, viro non vulgaris facundiæ qua tunc Lutetiam ab ore ſuo pendentem trahebat, ſed nulla vox, nullum præconium, ſummi imperatoris gloriam adæquat, omnium omnes linguas ſuperat. Hungaria, Germania, & totus orbis mortuo parentarunt, vtq; ſublatum luxerunt, ſic Turcæ ſummo & acerrimo hoſte liberati incredibili lætitia affecti ſunt.

Obitus & Elogiū Mercolu.

Mercolio enim duce omnia auſpicata & proſpera Chriſtianis, aduerſa & exitialia barbaris, ſemper illi fortuna alba & fauens, abſente eo vel alibi pugnāte, ſæpius aduerſa alea Martis, ac carendo magis quam fruendo, quam inuictus quantoque robori & fulcro rebus Germanicis fuerit, in poſterum experietur Cæſar & totus Orbis.

Vereor enim ne proxime, fœde & ignauiter amittantur, quæ tam fortior & fœlicior victor quæſiit, nec mirum Mercurio res adeo fuiſſe ſecundas, cum omnia proſpere numen colentibus, aduerſa ſpernentibus eueniant. ille à Deo immortali ſemper rerum agendarum primordia duxit, pugnam anteibat precatio, atque interdum pro litui, in ipſo æſtu Martis, rigidioris vitæ funigeros Tyrtæos præcones hortatoreſque habebat. multilinguis ille, ac in quantumuis diſcriminata acie, quemlibet exterum militem ſuo & peculiari idiomate demerebatur, blandiri omnibus, laudare, ad pugnam concitare de more habebat, latine, Gallice, Hiſpanice, Italice, Theutonice admodum ſciens, denique Mithridatem æquabat, poſtquam à Cæſare accitus fuit, Turcicum idioma didicit, quo non parum à captiuis & mancipiis gratiæ & gloriæ promerebatur.

Encomium Mercolii.

Iſtius nomine Scipio, cum ſcitula iuuencula nuptias fecerat, illa in cute, calamiſtris, cultu & mundo muliebri operioſior, procliuiorq; ad choreas, con-

Digitized by Google

1602. uiuia cœtuſque nocturnos,marito pudicitiæ ſuſpicionem fecit, ille vel gentis ſedulitate nimia,coniugem diligentius obſeruat, monetque vt tecto & familia ſe contineat, illa vero vt erat ad vafriciem & furta veneris exquiſito ingenio, Scipioni ſuo blandiri,exoſculari,atq; omnia confingere vultu,quo ignem ſuum celaret, ille muliebri nequitia deluſus, fucū fraudemq; ſibi fieri paſſus eſt,ſed cum procacitas iam non erubeſcens in apertum prodiit,facinus egregie vltus eſt, ille enim ex ea gente fuit, vbi homines in detegendis huiuſcemodi furtis oculatiſſimi ſunt,& quos thori cura tangit angitq; potiſſimum: vidit ille, heu? vidiſſe piguit quod illum perpetuo inſomnem & irrequietum facit.

Cædes adulterorum memoranda.

Tandem ſtupri conſuetudine detecta, fingit longe & peregre proficiſci:familiam & penates commēdat,ſuauio demeretur illam,vix ille limen egreſſus, cum fiducia longi itineris proco vadimonium dicit, adeſt nequiquam noctis dilator, poſt nequitias & libamina cum veſtibus pudorem exuunt,thorum iugalem ſubeunt, inconceſſiſq; amplexibus fœdant,cum maritus poſtico admiſſus, conſcia ancilla,armatus ſclopo & ſtricto mucrone non peſſulatum oſtium aperit,irrumpitque cubiculum, transfadigit adulterum, coniugem pronam in genua deprecantem non vno vulnere iugulat, & cordatus Italus male iunctos ferro diuiſit, nam vt appoſite admodum Caſſiodorus,*quis ferat hominem ad leges trahere,qui niſus eſt iura violare feris inſitum eſt, copulam ſuam extrema concertatione defendere, homo autem quomodo patiatur adulterium inultum relinquere,quod ad extremum ſuum dedecus cognoſcitur admiſſum? genialis enim thori maculam deprehenſi adulteri ſanguine fas eſt diluere, & ſi male iunctos complexus adulterorum morte quis diuiſit, æſtimetur potius vindicta quam culpa.*

Lib. 5. epiſt. 37.

Auget facinus quod ipſa die in ſpeciem proba mulier, concioni de adultera Euangelica interfuerat, inconceſſam venerem, furtiuos concubitus diris omnibus deuoueri, cruciatus inferorum minari Eccleſiaſtem audierat, nihilominus quæ perforato animo rem ſacram hauſerat, ſummo flagitio irriſit, vt quæ forſan illi impune fore abſente marito crederet,vt Euangelicæ fuit Seruatore illam demittente:Scipio ille infelici cæde cōiugis cruentatus, veniali principis reſcripto, impunitatem extemplo conſequitur, nullo longiori litis progreſſu, vbi recitata indulgentia,nec vinculis, nec vlla pia mulcta quæ irrogari ſolet ad propitiandos cæſorum manes coercitus,domum remittitur.

Summa coniuratio Regi detegitur.

Finæus conſcius arcanorum Bironis,Regi nefaria cōſilia, molitiones impias, tacitos conuentus,pactaſque conditiones cum hoſtibus,longa ſerie detegit,nec alius res alto ſilentio abditas,verius recludere potuit,quam qui harum non modo conſcius,ſed vt volunt qui omnem iſtam telam texuerat, quo eunte & redeunte ac internuncio,cum hoſtibus Bironius malorum Iliadem concinnabat. Fineus ille ſeu facti pœnitens,ſeu metu pœnæ,ſeu illecebra præmiorum pellectus, omnia molimina renudat,detectæ coniurationis ſymbola,tradit epiſtolas,aliaſque Bironii manu ſcriptiones exaratas.

Rex rem omnem alta mente tegit,ſed vt nihil tam abditū,cuius indago plebs particulam non furetur : ſubolfecit Bironius, veniſſe Regi in ſuſpicionem, ille noxium caput,aſtu & arte potius quam vi aperta, & feram in caſſes ſubdole pelli-

lici

Digitized by Google

lici oportuit, Rex vt rectiſſime & opportune rem ageret, vere iam adulto Bleſenſem regiam, mox Turones, & Auguſtoritum Pictonũ appetit, profectionis cauſam prætexebat, indictione portorii & vectigalium quæ detrectabant Lemouices, & re vera tantiſper, ob inſolens tributum à vulgo tumultuatum, ſumptumq; ſupplicium de tribus vel quatuor, qui plebi de concitandis turbis ob inſolentiam vectigalis ſuaſores fuerant, Iamuillæo præſide ad rem componendam & vlciſcendam miſſo.

Interea crebris nunciis, repetitis Veredariis, Bironium Rex ad aulam pellectabat, ille præſagus fati, cauſſabatur cum ob comitia prouincialia Burgundię diſtineri, tum ob tranſitum Hiſpanicarum legionum, quæ per Seguſianum agrum in Belgium auxiliares iter faciebant, nihilominus morantem Rex increpat, vtq; calcar adderet, mittit ex aulicis Bironio fidiſſimum *Deſcures* qui omnem metum & ſuſpicionem dimoueat, demulceatq; blandis alloquiis, in eum Regem non alio eſſe animo, quam ante fuerit, quin propenſiore, in dies creſcentib. benemerendi officiis, vana eſſe quæ de Finæo feruntur, nihil ab illo euulgatum, quod illi gratiam apud Regem minuat, aſpectu diſcuſſurum iſtas nebulas vrgetur cunctabundus, Ianini præſidis & Vicedomini Carnutenſis aduentu: tandem malis auib. ſe in viam dedit, ac Diuione diſcedit, quo nunquam dabitur regredi.

Ferunt enim Bironii Achatem deſcendenti dixiſſe, num vt Ianus biceps eſſet, vt vno capite Lutetiæ cæſo, aliud Diuioni ſepoſitũm reſumeret? Præibat Ianinus, inſequebatur Bironius comitante Deſcureo, interdum perituros fata præmonent.

Præmonetur Biron. de ſumma capitis minutione.

Brutum ante Philippenſem pugnam oſtentum terruit. Bironio per viam multa tacite, & in aurem inſuſurrantur, vt qui properaret ad exitium, cogitabat de regreſſu, hoc eſt, de ſalute, cum ille qua erat animi audacia & celſitudine, fidens nimium rebus ſecundis, ac præclare geſtis, immemor male geſtarum & ſortis Comitis Deſſex, redire in veſtigia ig‥au‥m putans, ad fatum pergit. Fiducia & faſtu periit: inſoleſcebat enim gloria rerum bellicarum, ille ipſe qui tot diſcrimina, tot hoſtes Rege conſcio & teſte viciſſet, quem tota Aula nobilium primicerium & anteſignanum, quem Gallia nihil addito, vnum Mareſcallum ſine æmulis pronunciabat, qui nuper ducatus & patriciatus titulo inſignitus fuerat, qui Ambianos ex faucibus Hiſpanorum eripuiſſet; tot trophæis laureato à Rege nihil noxium, à nemine alio nihil violentum ſibi illatum iri, falſo credidit.

Bironius verbo Mareſcalli Frãcia vnus intelligebatur.

Tumidos ſpiritus ponere, noxas fateri, veniam deprecari, ſupplicẽ eſſe neſciit ſi vltro perperam facta f‥ſſus fuiſſet, exoratum Regem deprecatores non ſolum gentiles ſuos, ſed quemlibet Galliæ fortiſſimum equitem habuiſſet, ſed frangas potius quam corrigas, nodus ille adeo impactus, vt niſi bipenni ſecati potuerit.

At ne Bironium ego, falſo reum proſequi, ſepulti oculos calamo configere, & iubam Leonis mortui vellicare videar, paulo altius telam Catilinariæ factionis, à primo filio ordiamur. Supra diximus, ſacramento pacis firmandæ cauſa, Bruxellã miſſum Bironiũ: ille qui aura vanitatis plurimum capiebatur, prædicari ſuã bellicam virtutem ab Hiſpanis, omnib. anteferri lubentiſſime audiebat.

Coniuratio à primo ono

Pro-

Digitized by Google

1602. Profugus erat apud Belgas, Gallus quidam nomine Picotius, ille Bironio inſuſurrat ea celebritate nominis ſui impleuiſſe Hiſpanorum animos, vt ſi cum illis fœderari velit, ad ſummam fortunam euectum iri. Bironius hoc lenocinio & titillatione vehementer captus, Picotio retulit de re iſta, in Gallio opportunius plura auditurum. Militaris eſt paræmia, vrbem aut arcem ad colloquium paratam pene pro dedita haberi. Ille redux oblatum à Rege coniugium deſpexit, ſe non niſi principe nupta dignum eſſe ratus. Pax, quam ſacramento Regis vicarius ſanxerat, infeſta erat homini irrequieto & bellicoſiſſimo, qua gloria ſua inueteraſceret, vt ferrum ſi non teratur ſquallet rubigine, aliud quærendum regnum nouus Alexander deliberat.

Ville & fort qui parlemẽte eſt à demy rendüe.

At opus erat aliquo veterano, qui ſubdole & tacite nefarium negotium texeret, nullus aptior viſus eſt Finæo illo, qui verſare dolos, perficere, & tegere ſciret, vt qui in aula rerum multarum varius artifex conſenuerat, Finæum anguſtiæ rerum, & cum proceribus diſſidia ab aula abalienauerant.

Bironius ocyus dicto hominem ad vota ad eas quas meditabatur artes, fabertime effictum & obſequentem inuenit, habita inter eos fide ſilentii, ad Ducem Inſubriæ curialem ſacerdotem, ad Comitem Fuentium Mediolani agentem Ciſtercium monachum Picotium vero in Hiſpaniam mittit.

Finæus paulo poſt Taurinum pergit, atque hinc Mediolanum, vbi Picotius Hiſpania redux opportune ſiſtitur.

Coeunt ſimul Dux Inſuber & qui apud eum eſt Hiſpanus orator, Comes Fuentius, Finæus, & Picotius in illo penitiſſimo conſeſſu, vt arctiore vinculo Bironium ſibi obſtringerent, deliberatum de nuptiis notæ Ducis cum illo, in dotem quinquies centum millibus aureis attributis, cum omni iure prætenſo in ducatu Burgundico, his prælibatis quod ſceleris caput fuit, initum conſiliũ de inuadendo regno Galliæ, Allobrogis & Fuentii copulatis viribus, quo tanta vi & tempeſtate bellica irrumperent, vt iam de repoſcendo marchionatu nõ eſſet Regi cogitandum.

Hæc omnia & deteriora ſtruebantur, bello Allobrogico æſtuante, compoſito Lugdunenſi pace (vt ſupra dictum) conſcius Bironius Regem de Finæi artibus collocutionibuſque, vt aliquid ſubolfeciſſe audiit anteuertendam delationem putauit.

Regi vltro confitetur de coniugio cum Allobrogica heroide nonnihil egiſſe, ab eo alieniorum factum ob negatam præfecturam arcis Secuſianæ, rogare veniam temere actorum, pœnitere & dolere admodum in hæc errata incidiſſe. Rex qui ſerio pœnitentem, atque admiſſa integre fuſſum cederet, ignouit ea lege ne deinceps quidquam ſimile auderet. Sed qui ſemel modeſtiæ fines tranſiliit eum grauiter impudentem eſſe oportet, Bironius redit ad occultam fœderationem, denuo cum hoſtibus paciſcitur, Finæo, internuncio ac adoleſcente nomine Reſeo. Finæo cum de Renaſeo non ſatis tuta fides eſſet ab illo ad Allobrogem miſſus vt Vrias à Dauide in caſtra Hebræorum, qui captiuitatis propriæ tabellarius erat, indicta cauſa vincula conicitur.

Finæus Mediolano per Heluetios, Rhætoſq; deuio itinere in Galliam ſubrepit.

Digitized by Google

pit, cœptis nihilominus Bironius non abſiſtit, Baronem Lucium ſibi addictiſſimum, in vicem Finæi ſufficit. 1602.

Finæus æmuli conſortio offenſus, alterique rem creditam, non nihil effutiit, quo intellecto iubetur Regi ſe ſiſtere, Bironium de vadimonio ad Aulam admonet: ille Finæo dat in mandatis, vt epiſtolas & ſcriptiones omnes exureret, ab his fatum ſuum pendere (imprudens qui manu exaratas ſua ipſe manu non exuſſerat) vt quos habuerat viæ comites ad Inſubrem & Fuentium miſſos faceret, paucis Regem adiret, ne vltra de Renazeo anxius eſſet & ab illo metueret, putaret ſublatum, pararet ſe ad iracundiam Regis, quæ vt vitrea eſt, ſedari poſſe, ſi profectionem tranſalpinam, peregrinatione ad virginem Lauretanã excuſaret: dumque Mediolani ab itinere ſe reficit, de coniugio Bironii cum tertia filia Ducis Inſubriæ perfunctorie ſibi facta verba, quæ cum relata fuerint ad Bironium, non audientem fuiſſe, & faſtidiiſſe alienigenæ nuptias expectatione earum, quas Rex non impares, ſed forma & dote luculentas obtulerat, ſic Bironius ad demulcendum Regem Finæum erudiebat.

Bironij ad Finaum de Rege adeundo præcautiones.

At ille more auium quæ noſtras voces conari docentur, alieno ore loqui, ac ex commentariis fari, & imperata dicere non didicerat, Rex Finæo non ſolum veniam flagitiorum & ſalutem, ſed detegendæ coniurationis ſumma præmia, opes, faſtigia dignitatum pollicetur, & ſi verax ſit, vltro quæ petierit conceſſurum.

Finæus hac ſponſione Regem adit, ſemotis arbitris penitiſſimo colloquio omnem ſeriem conſiliorum explicat, epiſtolas, ſcriptiones mutuas Bironii & fœderatorum tradit, eo ipſo tempore Baroni Lucio in aula agenti, & ad omnes rumuſculos aurito, vt Rex omnem ſuſpicionem depelleret, profitetur plurimum recreari, quod per Finæum intellexiſſet, Bironium à prauis rumoribus, quib. maligne aſpergebatur, immunem eſſe, vtque res occultior foret, Finæus ipſe Bironio reſcribit, nec verbulum ſibi excidiſſe, quo fama eius inquinari, & deteriore loco apud Regem eſſe poſſit, his præſtigiis deluſus Bironius, ſecure agebat, ſola euocatione ad Aulam territus, iſta inrerſeri oportuit, ne res digna ſcitu neſciretur.

Ille ergo 13. Iunii malo pede, ſexta matutina ad regiam Bellæi-Fontis acceſſit, in viretis Rex obambulat, tam dubius de aduentu eius, vt dum limen tereret Bironius, vni ex Aulicis proceribus diceret, *non veniet ille, profecto non veniet*: vix ea fatus, cum ſe in conſpectum dedit Bironius, Regemq; ter poplite flexo ſalutat: cui Rex opportune & ex voto aduenilſe, quem vltra detrectantem & procraſtinantem erat pertracturus, ille pluribus motam excuſat, dehinc vbi in aliud viridarium ſemotus, Rex acceptos de illo rumores explicat, admonetque, vt vera confitenti exiſtimationis, dignitatis ſecuritatem vitæque incolumitatem pollicetur, vice verſa ſi fateri renuat & perneget, vel propria manu reum peracturum, nec vltra fore locum veniæ.

Aduentus Bironii ex inſperato ad Regiam Fōtis-Bellæi.

Bironius minus demiſſe reſpondet ſe inſontem non veniſſe, vt crimen depelleret, ſed vt de delatoribus ſibi conſtaret, poſt meridianum epulum, Regem obambulantem in maiori triclinio repetit, ſermone aggreditur, cui oſtentans ſuum

Digitized by Google

1602 ex marmore ingens & armatum ſimulachrum, ſpecie triumphantis, his verbis compellat, *Hen? getilitie* (ſic Reges principes Tribunos militum ſummoſq; regni adminiſtros nuncupant) *ſi me Rex Hiſpanus ſic armatum, ſic galea, lorica & enſe fulgurantem viderit, quid dicturum putes?* cui Bironius, haud multũ te pertimeſceret: verbo illo deſpicabili & temerario Rex exaſperatus, torue aſpexit, quo truci oculo vulneratus Bironius mollire dictum nititur, addiditq; loquutum de ſtatua, quã Hiſpanus vt ſaxum inanimatum haud timeret.

Regis verba ad Bironiũ.

Bironij audax reſponſum.

Dimiſſo colloquio, Rex in intimum lararium ſeſe abdidit, in quod paulo poſt accito Bironio, omnib. ſemotis clam obteſtatur vt omnem noxam aperiat, condonare illam, nulliq; errata proditurum.

Obſecrationib. non mouetur, fallaci fiducia nihil à Finæo detectum, manuſq; ſuæ ſymbola ab eo exuſta: vt ab inuito arcana eruere Rex non potuit, ſubmittit Sueſſioneum Comitem, qui omnibus illecebris, pollicitationibus, & ſacramentis negantem ad verum adigat, perſtat ille ſe inſontem, nulli plus quam Regi dictũrum, nullo locupletiore teſte cõſtare ſibi conſcientiam, quam ſemetipſo, anxiari plurimum quod apud Regem ſua fides ſit in ancipiti, qui eam toties effuſo ſanguine ſanxerit.

Rex vt præſenſit ineluctabilem pertinaciam hominis, à rerum capitalium iuridicis, qui noxalem omnem litem clam & ſemote diſcuſſerant rogat, num Bironius priuatis ſcriptionibus liquido reus ſit, & peragi poſſit, capitiſque pœnam ſit promeritus, obteſtatus apud illos non eſſe carcere includendum, qui ex illo inſons ſolutus, ſi poſſit vlturus ſit, reſponſa fuere prudentum, ſumma capitis minutione expiandum facinus.

Iura n. eadem ſeueritate ſceleris voluntatem, qua effectum puniri voluerunt, ridiculum n. & illecebram eſſe ad peccandum quia res forte perfecta non fuerit, non ſit punienda, perinde quaſi exitus rerum non hominum conſilia vindicentur, nam qui venenum dedit, ſed vim ſuam remixtum cibo perdidit, venenum illud dando nihilominus ſe obligauit, etiam ſi non nocuit: nec minus latro eſt cuius oppoſita veſte telum eluſum eſt, omnia quippe ſcelera etiam ante effectum operis, quantum culpæ ſatis eſt perfecta ſunt.

Iuridicorum reſponſa de Bironij ſcelere.

Seneca cap. 7. non cad. in iniuriam in ſapientem.

Bironius more Phrygum ſero ſapiens, iam ſepto incluſus, alta mentè concoquebat, quo dilabi poſſet, inerti cogitatione & opera vt qui omnium oculis obſeruaretur, nec veſtigium figebat, niſi comitantibus qui fugiturum erant comprehenſuri; at quæ illi ingenita erat audacia metum adimit, poſt ſerotinas epulas in Regiam reuertitur, à ſorore Comitiſſa de Rouſſi monetur exili chartula, niſi intra duas horas abierit vinctum fore, nihilominus ſeu quod fato alligatus fuerit, ſeu quod præcluſis itineribus non eſſet effugii locus, regium triclinium ingreditur, & cum Auguſta ſortem ludi experitur, ſed ludi extrema luctus occupabit.

Iam prouecta nocte Rex ludo finem imperat, cauſſatus diluculo venationem craſtinam, ac denuo ſeorſum abductum Bironium de agnitione veri præmonet, ſed fruſtra ſurdo canit.

Dimiſſis omnibus Rex ſatellitii ſui primipilis Pralino & Vitrio imperat, vt Bironium,

Digitized by Google

ronium, Comitemque Atuerniæ cuſtodiæ tradant, ni imperata fecerint, capitis diſcrimen minatur. 1602.

Capitur Bironius & Comes Aruernia.

Bironium abire volentem, Vitrius iubet regio decreto eſſe audientem, ponat gladium & vltro cuſtodiæ ſe permittat, cui Bironius, nugaris, illudis mihi bone vir, non hoc tibi à Rege imperatum, ab illo recens adſum, ſiſte me illi, negat Vitrius, cauſſatus Regem iam ſe dediſſe ſomno, vt qui illo ſemi-ſopitus conſeſſum & aleam diſſoluerit, intempeſtiuum illud, vah! exclamat Bironius. Siccine iubes eum enſem ponere, quo vindice toties Regem Regnumque ſeruaui? inſtat Vitrius vt dedatur, non eſſe cunctationi aut quiritationi locũ, nec mora fibula diſcinctum tradidit, inermis in vicinũ cubiculum abducitur, quo irrequietus noctem intemperiis & queſtibus exegit.

Comes Atuerniæ, dum Regia in priuatas ædes ſecedit, comprehenditur, & ſeruandus ſatellitio, cui præfectus erat Pralinus traditur, biduo poſt, infero flumine Lutetiam vtrique deducuntur, mox in arcem Antonianam qui primorum honorificus, ſed vt ipſi Bironio exitialis eſt carcer. Bironius toto nauali itinere ſubnubila & contracta fronte, oculis ſolito magis trucibus, pertinaci ſilentio minas & iram præcordiis tegens, nihil epularum delibauit; contra Atuerniæ comes eo vultu, ea animi procacia & dicteriis quib. liber aſſueuerat, loquutus & pranſus eſt, præſago animo carcerem illum libertatis ſuæ momentaneum eſſe impedimentum.

Eo ipſo veſpere Rex Lutetiam aduenit, libetius crebriuſq; repetitis acclamationibus à plebe, plauſu & ouationibus exceptus (nam Regum quotidianus in publicum progreſſus, minus verendos & ſtupendos ſed charius amatos vulgo facit.) Burgundiæ meruens Rex, ne ambacti & clientes Bironii audita ſorte captiui, hoſtibus limitem regni & munitiſſimas arces proderent, præmiſerat Mareſcallum Lauardinum cum copiis, quæ celeritate, forte praua eorum conſilia anteuertũt, quodq; mens ſceleſta cogitauiſſet manu exequi vetuerunt, non tã muris & turritæ arci Antonianæ Rex confidebat, quam vel Argo oculatiorib. cuſtodibus alternabant illi vices, neue ex vigiliis cuſtodia incurioſior, aut ſomnus tot noctib. vigilatis ſubreperet, recentib. mutabantur, obtuſis cultris menſa inſtruebatur, ſed his ferculis epulis atq; ordine miniſtrantium, quo in mera libertate, & ſummis honorib. ſolebat Bironius, aſſueuit paulatim tecto, Senecæ vernacula editione ad ferendas ærumnas animum præmuniebat, ſatietatem lectionis alea & picta charta exhilarabat, interdum mortem Stoica conſtantia deſpicere, ridere fortunæ inſultus, ac eam laceſſere, ita tamen vitæ cupidus, vt non niſi prælibatis eſculentis & poculentis vteretur, neſcius ſortis futuræ, quaſi fatum illi à toxico non à ſecuri immineret, qui minus nocentem credebant, bellicæ virtutis memores, noxam exilio aut potius extera militia & miſſione in Turcas expiandam: in Mercolii recens mortui nullum dignius ſuffici poſſe, Barbaros Europa deiectuтum, deniq; tam bellicoſum caput ſeruandum eſſe, ea tamen cautela vt regno in poſterum nec formidabile nec exitiale eſſet.

Leuitas illa conſiliorũ quam damnoſa fuiſſet, prudentes viderint: nam quis ſolutũ cuſtodia, iturũ potius in Hungariam, quã ad Allobroges & Hiſpanos ido-

1601. neum ſponſorem vademque dediſſet? quis Leonem cauea & retibus emiſſum, ex herili conuictu manſuetiorem fore crederet; alii perpetuo carcere continendum, ſed feræ intractabilis difficilis eſt cuſtodia; vel cuſtos corrumpitur, vel diuturnitate ſegnius ſeruatur, vel amicorum conſpirationibus, ſcala, fune iniecto, facto hiatu in pariete, captiuus elabitur, vt noſtra ætas ne auorum memoriam repetam, furtiuis his effugiis tota ſcatet, vel quod luctuoſius ex ſupplici fit minax, ex captiuo ſeditionis caput & dux latronum, venena aſpidibus mortuis ſunt elāguida & nocere deſinunt, ſic ſola mors furentium arma & væſaniam contundit: vt fama centum linguis garrula eſt, & ſolers ad comminiſcendum, per circumforaneos Epiſtola deprecatoria veniæ, ſeu à Bironio ad Regem ſcripta legebatur, quam vt fictitiam pro germana, poſteris tradere mihi religio fuit, qui vernacule ſcripſerunt eam recenſuere, ego nec paginam inſerere volui, vt quæ mendax & commentitia mihi viſa ſit, vel certe eo potiſſimum cum tota nihil Bironianæ locutionis habeat, compoſita ſit ad veniam, ad demiſſiſſimum obſequium, quodque in mentem & oculos Bironii nunquam incidit, lachrimas, contineat, quæ ſi veræ fuiſſent, his Rex emolliri pectus ſuum paſſus eſſet, quod que ſeueritati nolens inuituſque præbuit, quam multo lubentius pœnitentiæ non fictæ dediſſet?

Falſo Epiſtola Bironio tribuitur.

Gentiles Bironii, capta occaſione ſeceſſus regii in D. Mauri caſtro, ad genua Regis deprecantes prouoluuntur, ex his fuere prioris notæ, Forcius vnus ex quatuor ſatellitii præfectis Regi veterana & fida opera notiſſimus, Comites de Rouſſi, noui caſtri, domini de Themines, Salignaci, ſancti Angeli aliiq; plures, quos humi deiectos in pedes erigi Rex iubet.

Gentiles Bironij apud Regem capiti ſuo deprecantur.

Forcius vice omnium ſic deprecatur. Nobis perſuaſum (Domine) poſtulata noſtra te nō auerſurum, ea facimus proni in genua, vel centena millia hominum quos toto regno habes deuotiſſimos, id ipſum obnixe depoſcunt: At nos ſubmiſſe veniam, clementiam, (non vt ille infœlix quam iactat iuſtitiam) efflagitamus, quotidiana & dominica prece admonemur, offenſas condonare vt à numine noſtræ nobis condonentur, quod imperas, quod regno potiris, non opis humanæ eſt, numini totum acceptum referre te æquum eſt, nulla alia virtute regia celſitudo magis eluceſcit, quam Clementia, captiuo non faſtigia honorum ſalua cupimus, non libertatem ſed ærumnoſam in perenni cuſtodia vitam, quotquot adſumus gentiles ſui depoſcimus, factum perhorreſcimus, infectum lætamur: O nunquam ſatis deuouenda illius ambitio, & cæca cupiditas, quæ illum tranſuerſum egit: at Clementiſſime Rex ignouiſti nocentioribus, ne nos ſuum genus, imaginibus auitiſque titulis clarum, & recenti gloria te auſpice & largitore inclytum, ignominiæ nota aſperſos patere, cuius fuliginem nulla ætas delebit.

Deprecatio gentilium Bironij Forcio agente.

Iterum vota noſtra ex imis viſceribus, ſingultuſque alto pulmone erumpentes ne deſpice, bonus eſto deprecantibus, non de priſtino ſtatu & honoribus repetendis interpellamus, veniam non ſummū ius deprecamur, nemo noſtrum inficiatur audax & ſummum ſcelus, ſed quod ſua, patriſque in te regnumque præclara facinora, ea ſint nota & numero, vt obliterare promereantur, infectum eſt

quod

Digitized by Google

quod voluit, quod molitus eſt prudentia tua eluſum, at quam præſtitiſti clementiam hoſtibus, poſt auſum patratumq; facinus, eam ob cogitatum Bironio non nega, noſtra ſunt hæc vota, lachrymæ & ſuſpiria, quibus te propitium & exoratũ fore non abnuimus. 1602.

Rex toties prouolutos in genua, erectos eſſe iubet ac deprecantibus talia retulit.

En fidiſſimi procerum, qua pro Bironio poſtulata facitis, nunquam auerſus & aliena aure detrectabo, æquior ipſe qui anteceſſerunt Regibus; illi iracunde nimium & inexorabili ingenio non ſolum amicis & agnatis principum, aurem facilem negarunt, ſed parentes ipſos pro liberis, germanos pro fratribus, deprecari ſibique hoc nomine eſſe moleſtos vetuerunt: Franciſcus II. auunculi Principis Condæi vxorem, pro capite mariti deprecantem non tulit, Bironio quam poſtulatis clementiam, ſi impertiar, in regnum ſæuus ſim, ſi in me vnum priuata eſſet noxa, quam vltro vel non rogatus ignoſcerem, vt ſerio & cordate illi quod ad me ſingulare eſt, impune eſſe volo, ſed de publica quiete, ſtatu & incolumitate regni & liberorum potiſſimum agitur, mihi ignauo parenti mea proles, poſterique merito exprobrarent, quod naſcens malum & in dies inualeſcens ſegnis & vecors inclementi clementia tulerim, quid de eo P. Conſcripti ſtatuant expectate, vt ſit inſons & falſo reus, ſummopere exopto, adeſte, ſuccurrite, quouſq; vobis reũ eſſe maieſtatis læſæ cõſtiterit, ab hinc cauete ne quo illum forte proſequimini, immoderatus amor, meum vobis adimat.

At veſtra inanis eſt cauſſatio & metus, de exiſtimationis iactura, infamia ſua erit non generis, quod exemplo domeſtico vobis probatum faciam: Conneſtabilis S. Pauli, Dux Nemoroſi (in quorum ego ditiones ſucceſſi) quod capite vterque caſus ſit, nihil ad me gentemque meam noxæ aut famæ deterioris diſfluxit, ille de quo nunc memini, Condæus auunculus improuiſo fato Franciſci II. caput iam damnatum & ſecandum poſtridie ſaluum fecit, ideoq; vobis gentilibus Bironij, nuſquam probro vertetur, ſi de reo ſecundum leges patrias iudicium feratur, vobis fama & res ſaluæ manebunt, amplioreſque accreſcent, ſi fidi & obſequentes (quod non diffido) permanſeritis, ac tantum abeſt vt munia publica, quæ ſumma habetis, imminuta vobis eſſe velim, quin ſi ampliora caduca fiant, vltro ſim adiecturus.

Hæc vbi Rex fari deſiit Forcius addidit; O Rex hoc nobis ſaltem ſolatii ſupereſt, vt in tuam perſonam ſceleris reus non ſit; ſubiecit Rex. *Vt ita Iuridicis liqueat operam date, idem ego præſtabo.*

Bironius qui Gallici Patriciatus ſumma dignitate paulo antea inſignitus fuerat, non niſi à Senatu Lutetiano, (qui peculiaris eſt ad cauſas duodecim parium Franciæ) erat iudicandus, de more iudiciorum indictum P. Conſcriptis, vt ex dignitate accuſati grauitate noxæ ius dicant, ac prætermiſſis forenſib. huic vni capitali controuerſiæ diſquirendæ dent operam: de tota re inquirenda deliguntur, Achilles Harlæus Antiſtes Curiæ, Nicolaus Poterius alter ab illo, Stephanus Floridus, & Philbertus Turinus, veterani Senatores: In arce Antoniana Bironius de capite cauſam agit, ſcriptionibus propria manu exaratis, teſtibuſque, imo ore ſuo reus peragitur, ille enim primo frigide & cunctanter ad quæſita reſpondere, ſed quæ in eo erat iactantia vbi incaluit, plura effutiit, quam ad damnandum neceſſe eſſet.

Nam in ſummis quibus perfungebatur honoribus, liberrime fari & omnia ad

Regis ad Bironij agnatos reſponſio.

1602. libitum agere didicerat, ita his moribus aſſueuerat, vt vinctus aliam perſonam inducere nequiuerit: ad frontem (quod vocant pragmatici) adductis teſtibus, vbi Finæum conſpexit, quem nulla acie, nullis caſtris territum omnes ferunt, valde commoueri & contremiſcere cœpit, rogatus nunquid in eum ad eleuandum teſtimonium profiteri vellet; vt demulceret, reſpondet eum habere pro amico inclytæ nobilitatis ac exiſtimationis viro, ſed dicto ocyus vbi teſtimonium Finæi audiit, pluſquam dici poſſit conuiciorum plauſtra in eum iogerit, omnibus diris hominem deuouet, calumniari, cauillari, fallere, mentiri, omnes malas & magicas artes didiciſſe & docuiſſe, proprium & de conſuetudine eſſe Finæi: ille contra veritatem teſtimonii aſtruere, dolere plurimum cogi, publicæ quietis cauſa in eum ſumma crimina confiteri, ſed quæ vera ſint, vtq; fidem & pondus dictis adderet, Finæus à primo filo ad ſummam telam omne machinamentum detegit. Bironius, vt Finæi tanquam vnius ſingularem vocem dilueret & eluderet, inclamat, Renazeo teſte ſi extaret falſi reum fore Finæum, vix ea fatus, tanquã Mercurius è machina producitur Renazeus, vt illum vidit quem è vita ſublatum credebat, amplius trepidare, & angi de ſalute cœpit: At miraculo tribui oportet, vt ille tam arcte vinctus in Inſubria & vigilantiſſime aſſeruatus, corruptis cuſtodibus redierit in Galliam, quo reduce & vno teſte, nulla altiori indagine Bironio capitis iudicium ſtatuitur: ex veteri Galliæ inſtituto parib. Franciæ vadimonium dicitur, vt dicta die iudicio interſint, ritus magis colendæ vetuſtatis, quam neceſſitatis, quandoquidem ex laicis patriciatibus, quinq; regno coaluerunt, alter alienæ ditioni ſubeſt.

Capitali lite inſtructa iubetur ſiſti Bironius, diluculo Montignius Antonianam arcem ſubit, excitatum, circa comam & veſtes occupatum offendit, euocari in Curiam denunciat, ſibique indictum vt eum deducat, ille ſupremum ratus eſſe diem, ferali nuncio non parum angitur, nihilo moratus rheda cum Montignio ad littus Sequanæ deuehitur, lembo inſtrato deſuper periſtromate, in ſero flumine ad Curiam defertur, ne qua vis aut tumultus fieret, aditus & ripæ ad Sequanam, ſatellitio Heluetiorum præmuniuntur, ex ſcapha in palatinam inſulam eductus, conquieſcit in triclinio donec euocetur, paulo poſt in maiorem cameram (quam ab auratis laquearibus auream nuncupant) adductus iam non illo ſublimi & liliato ſolio ſedet, quo Pares & ipſe paulo ante hac dignitate inſignitus ſedebat, præcone bellicæ ſuæ virtutis fiſci aduocato, ſed nunc verſa pagina, reus humili & libitinaria ſella ſedens, cauſam dicit & quem habuit buccinatorem illuſtrium facinorum regium cognitorem nunc ſcelerum expetitur vindicem.

Deducitur Bironius in Curiam.

Cancellarius qui vrnam iudicii mouebat, interpellat de obiectis criminibus, ille non aſſuetus huic militiæ, purpura fulguranti Senatorum acrius terretur, quã vel ſi totus orbis in eum ruat.

At vbi ex pauore animum recepit, non imperite vim à capite ſuo depulſat, ille enim extemporanea facundia, ad lenitatem animos iudicum inflectere vehementer admodũ, & ſi fas dicere, oratorie enixus eſt. Hoc me, inquit, (P. Conſcripti) ſolatur & recreat, vt cauſam capitis dicam apud iudices, qui mea in Re-

Oratio Bironij ad P. Cõſcr.

gem

gem regnumque ſumma officia ſciunt, neminem latet, quantis vitæ periculis Bironius, è faucibus Hiſpanorum iam ſpe ipſa deuoratum regnum eripuerit, quoties caput ſuum per tela & hoſtes obiecit, toto corpore ferrum excepit, vt tandem in has antiquas & auguſtas ſedes, ex fortuito & conductitio Turonum hoſpitio Senatus rediret, me vindice factio Hiſpanica concidit, quod iam non peregrini eſtis, ſed laribus veſtris reſtituti, quod Lutetia iam non vacua eſt & famelica, Ibericis mancipiis vectigalis, Bironii non paruus eſt labor (impetus animi, præceps iracundia, audacem in loquendo fecere) At verba & ſenſa mea arguuntur, adeo ſum factotum innocens, manus proterua forte nefaria ſcripſit, ſed fœliciſſime pugnauit, fœlicitas tot geſtorum, deleat infœlicitatem temere ſcriptorū, in mentem incidere prauæ cogitationes, vt cui à vanis ludificationib. mens ſyncera non eſt & immunis, ſed dies & pœnitentia ademerunt, ſi mens cruenta, manus ſicca fuit, cogitationis nemo pœnam ſuſtinet, & in omni ſcelere non tam voluntas quam euentus ſpectandus eſt: nam ſi vlciſci fas eſt ſenſa & cogitata mētis, hoc eſt plerumq; ſomnia & vertigines, quis rogo mortalium immunis à noxa fiet? quis inceſtam dicet, quæ ſine ſtupro cupiit ſtuprum? cereus eſt animus, mēs lubrica & aura mobilior, quod malus genius ſuaſit, bonus & tutelaris repente eraſit, nec hominum cōſilia vindicari ſolent, niſi ſaltem tentato conatu, at quos ego motus, quas turbas concitaui, quas molitiones ſtruxi? num prodidi hoſtib. quibus imperabam munitiſſimas arces? num occulte conſcripſi militem? num in Anglia? num apud Heluetios? nouiſſimis legationibus fidem feſelli, extraneis me addixi? aut quid aliud nefarium egi? potui non adeſſe, copiam mei non facere, caſtris inexpugnabilibus me tueri, cum finitimis & liminaribus accolis fœdus paciſci, ad eos ſi male conſcius fuiſſem me recipere, ſummis honoribus accipi, ſed fidem fallere, patriam Regemque prodere, transfugam eſſe, Bironius exhorruit, & agere quæ in aliis tam ſæueriſſime, bellis ciuilibus vindicauit, bona conſcientia magis quam ſatellitio ſeptus veni, propria errata quæ Regis lenitas obliterauit, iam non ad cenſuram ſunt reuocanda, erranti fuit medicina confeſſio, fiducia eſt, tot mea in Galliam ſumma officia, præclara facinora vobis memoria non excidiſſe, quod ſi ea cum perperam actis ponderentur, merita præualebunt, vel ſi tacuerim, mea tot mihi vulnera patrocinantur, regiam Clementiam & iudicum indulgentiam poſcunt, eam mihi non negatam iri confido, quæ deteriora auſis conceſſa fuit, de Senatu tamen ſpes fideſq; mihi quam de Rege certior, quandoquidem effuſiſſimā illam in me beneuolentiam, nunc acerrimo odio mutauit, & ſæuum eſſe in Bironium putat genus eſſe miſericordiæ. 1602.

Facundum, rerum anguſtiæ fecerunt, quem ſceleris magnitudo patroni ope deſtitutum eſſe voluit, cum in crimine maieſtatis, opera, argutia, calliditas omniſque cautio forenſis ſuperuacua ſit, quamquam teſte oratore ſummo, nemini vnquam maiores noſtri patronum deeſſe voluerint, ideo Bironio, togati monitoris ope deſtituto, priuatim cauſam dicere duabus clepſydris fas fuit, ac tandiu pro capite ſuo egit, vt cum inſtaret meridies, in proximum diem forenſem intercalati dominico iudicium dilatum ſit: qua fuit ille expedita & mili-

Digitized by Google

1602. militari facundia, non parum animos concitauit & inflexit, viſuſque miſericordia dignus, niſi Regis regnique ſalus quæ ſuprema lex eſt, vetuiſſet, iam alto die in arcem Antonianam reducitur, viſuſque lætior fiducia eloquutionis, qua iudices exoraſſe credebat, ea ſpe pauit animum, nõ ſine iactantia apud cuſtodes præclare tyrocinium oratoris egiſſe, egregiam ſibi operam nauaſſe, blandiebatur ſibi Regem ſolo pauore mortis eum affectum velle, vt donati capitis iam ſub ſecuri inflexi arctiore beneficio ſibi obſtringeret, ac æmulari id ipſum, quod olim Franciſ. I. in equitem Sanualierium, quem obnubilata fronte deligatum ad palum, ſub ictu trementem, pro bipenni virgula feriri iuſſit, ictu vt putabat inani & ludicro, ſed profecto lethali, nã ſeu ſecta ceruice ita diriguit, vt repente expirauerit.

La peur de S. Valier.

Altera die quæ forenſis fuit, Cancellarius curiam repetit, coactis claſſibus P. Conſcript. ſententiam dicunt, de capite Bironii agitur, purpurati primores & veterani Senatores fuſius, alii pauciorib. vix enim effuſe dicturis triduũ ſatis fuiſſet, omnium calculis feralibus, capitis damnatur, dimiſſus Senatus iam inclinante die, decretum capitale vbi in mundum redactum eſt, ad Regem in fano Germani mittitur, qui pœnæ capitalis eo loco quo ſolent plecti nocentes, ignominiam ſuſtulit, priuato reſcripto vt intra parietes Antonianæ arcis pœnas daret, è ſpeculis vt effuſum populum ſeu exiturum morantem vidit, ſupremum ſibi adeſſe diem exhorruit, ſed diſcuſſus metus ingenioſo commento ſatellitis, nempe plebem iſtam Lutetianam ſemper ad noua properantem illuc coiiſſe, ad ſpectandam monomachiam duorum, qui ſibi diem in arena dixerant.

Rex ignominiam publicæ necis Bironii ademit

At vero tam conſtans fama fuerat, in platea Grauiæ capite damnatum iri, vt illuc Lutetia migraſſe videretur, tabulata, ædiculæ, feneſtræ, ſpeculæ, faſtigia tectorum magni conducta, tam pertinaci expectatione vt à meridie ad ſummam veſperam nemo loco ceſſerit, omnibus præreptum ſpectaculum, ac cum Bironio mitius actum eſt, quam olim cum ſancti Pauli Comite Conneſtabili, qui ferali illo compito publice pœnas dedit, oculis vulgi ſubductus Bironius, ac dies vltima Iulii, illi vitæ vltima fuit.

Cancellarius meridie tempeſtiuius arcem ſubit, reum pranſum eſſe voluit, qui dubius fati dapes leuiter delibauit, Cancellarium vt vidit exclamat, hen? tu feralis es nuncius mortis? illum in ſacram ædiculam deduci iubet, tunc Bironius iam non mentis compos, ira & dolore æſtuans, & pluſquam deceret fortem virum intemperiis actus, in Cancellarium dirarum illuuiem effudit, atque vbi illum vel ſatietas conuitiorum cœpit, vel copia defecit, ſedatior factus attrectato brachio Cancellarii, ſic minatur læſæ innocentiæ vindictam: Me me inſontem damnaſti, at Deus æquior abſoluet, ſed non impune tibi nec conſortibus iniquitatis erit, hinc te ad ſupremum Dei tribunal intra annum euoco, iudicio mortalium damnatus, ad immortalem & incorruptum iudicem præeo, ab illo de te pœnas exacturus.

At Bironii capitale iudicium, numini probatum, hoc potiſſimum argumento, quod euoluto anno nõ ſolum ſuperſtes Cancellarius, ſed in quartum annum vitam protraxerit, ita ſuperi falſo quiritantibus non annuunt, & mortales vin-

dictæ appetentes deſpiciunt, ipſaque terriculamenta rident. Adiicit Bironius infœlicior ſum quam nocens, alii nequiores cruenta manu & opere peracto viuunt; ego meditati ſceleris pœnam ſuſtineo, cæteris perduellib. non dicti ſed facti cōſciis: ſæcula clementem Henricum omnibus, vni Bironio inexorabilem prædicabunt.

Si in audendo Comitem Eſſexæ videor imitatus, qui ſum facti pœnitens eius faſtum & contumaciam non videbor ſequutus, ille adeo Reginæ deſpector, vt nec tantilla precula ſe redemptum eſſe voluerit, tumido ſpiritu veniam detrectauit, iamque tremens ſub ſecuri deprecari dedignatus eſt: ego clementiam lenitatemque Regis inclamo pronus in genua, quæ ſunt dicata miſericordiæ, illam depoſco, ſed clamoribus meis obſurdeſcit, num quis miſero & morienti præſto adeſt, qui mora mortem anteuertat, quique per celeres equos, ad Regem meam de ſua lenitate deprecationem deferat? fata obſtant, ſaluo Bironio nihil tutum, ſublato à bellis & factionibus iam non metus eſt.

Bironio nocet nimium eſſe bellatorem, ab ignauo enim exitium & perniciem regno quis timeat? Sed eo ſoluto quis non vlturum, quis feram dilapſam pedicis, manſuetam circuratam & innoxiam credit? iraſci, inclamare, deuouere, non deſinebat, cum ferale decretum audire iubetur, Cancellario torquem & inſignia ordinis pneumatici repoſcenti vltro reddidit, nihil in verba & leges militiæ ſacri flaminis deliquiſſe profeſſus, niſi quod paci bellum prætuliſſet, quo eius opera Rex neceſſario indigeret: conceſſum ius teſtandi quamuis damnatis, legibus ademptum, ore proprio ſupremum animi iudicium publico Amanuenſi enunciat: annulos, ſupellectilem, ex alea quod illi reliqui erat in loculis gentilibus, amicis, pauperibus, atque ſuis cuſtodibus veſtes largitur, mox adſunt, qui moritutis ſacerdotes adhibentur Garnerius ad inſulas Agathopolis deſignatus, Egidius Magnanus paræciæ diui Nicolai campeſtris paſtor, ambo eruditi & ad ſedandas procellas animi æſtuantis atque indignantis quam idonei: audiit ille decretum Curiæ, à publico ſcriba & recitatore ad aram ſacræ ædis brachio innixus, altero genu inflexo, nō tulit vocem rei læſæ Maieſtatis, obteſtatus in Regem nihil molitum, ferocius inſurrexit audito in Grauiæ platea de eo ſumendum ſupplicium, omnia extrema ante paſſurum, nec vlla vi illuc abduci poſſe iurauit, ſed factus ſedatior, vbi intellexit ſubductum publico ſpectaculo, intra priuatos parietes arcis indicto ſupplicio: leoni vt aiunt iracundo barbam vellicare præſentis eſt fati, ſic de more vincire Bironium quis mortalium audeat? damnatus & inermis omnes armatos vultu terret, vt multos ſpectaculo interfuiſſe pœnituerit, viſum igitur vinculis non eſſe exaſperandum, per Theologos demulcendum potius, deſpectu rerum ſæcularium & expectatione æternæ beatitudinis, cuius portum contingebat: cordatior factus, reſpondit tota vita didiciſſe non terreri morte, toties per hoſtes & confertiſſimas acies illam quæſiiſſe, dolere plurimum non in caſtris, ſed in carcere illa affici.

Cancellarius ad ſolatium addidit, Regem quæcunq; indecora vel poſt mortem ſequuntur, ademiſſe bonorum confiſcationem, addidiſſe funeris & ſepulchri decus, q; ſi quis ſenſus eſt manib. & muto cineri non deſpicabile ſolatiū eſt.

Ss Sole

1602. Sole iam in Occaſum prono monetur inſtare horam, non ægre ad tabulatum progreditur, rurſus ad aram prouoluitur precaturus, per Arnaldum ſuo Marchioni Rhonio vt ſibi gentilitate coniunctos cõmendet. Mainio & liberis ſalutem impertitur, dat in mandatis fratribus, vt in Regis fide & obſequio maneant ſortis ſuæ infœlicis immemores, vtque aula abſtineant, donec probrum mortis diuturnitate inueteraſceret, carceris ſocio Auerniæ Comiti ſupremam ſalutẽ mandat, & ſecurum eſſe cupit, nihil apud P. conſcriptos eloquutum quod illi noxæ eſſet, vt ille Carnificem inſpexit, monſtri tactum auerſatus cõtrectare vetat, vinciri negat, latrones & ſiccarios arcendos eſſe compedibus, homini libero non eſſe iniicienda vincula, iterum altero oculo intuitus carnificem tactu prohibet, minatus ſtrangulaturum ſi contrectarit, conſcendit tabulatum, thoracem diſcinctum exuit, pectus vulneribus glorioſis ſaucium oſtentat, lineum velamentum oblatum à carnifice reſpuit, denuo mortem minatus illaturo, à ſatellitii corona glandis ictum petebat, occiſuro ſe multum obſtrictum fore teſtatus, qui diræ ſecuris infamiam depelleret, ipſemet frontem velo obnubilat, mox velum detrahit, rogatur vt in genua ſit pronus ne fruſtra feriretur, ne trepida, inquit, vel repetitis ictibus percute, immobilem experieris, tandem genua inflectit, vrgetque carnificem, & repente inclamat, num locus eſſet veniæ, ſpe nõ ducebatur Regem duntaxat præſentiſſimæ mortis fato terrere voluiſſe, rogat carnifex vt luxuriantem capillum forcipe demetere liceat, dicto exaſperatus, velum oculis adimit, & tertio diro homini ſuffocationem minatur: vterq; ab vtroq; mortem timet, monitus vt tractari ſe patiatur, aliter rem non poſſe peragi atroci iureiurando profatur, ſi quis vltra indignationem iramq; illi conciret, mediam partem ſpectantiũ oppreſſurum, in alteram tanta vi & contentione ſæuiturum, vt ad eum armis opprimendum omnes cogantur qui propius acceſſerant effugii quærunt aditum, carnifex ab eo vel inermi eliſis faucibus necari timet, quem erat actutum necaturus.

Bironii ſpectantibus pertimeſcenda indignatio.

His animi æſtuantis fluctibus ſedandis par nemo, pauent omnes, cum vterq; Eccleſiaſtes admonet non decere virum fortem, ſic in fatũ obluctari, quod cum immineat nec vitari poſſit, vltro & intrepide ferendum ſit, aditum eſſe ad æternam vitam, animæ deliquium in nictu oculi fieri, exemplo Seruatoris, qui tam cruciabilem ignominioſiſſimamq; mortem, pro mortalibus inſons paſſus ſit, æquanimiter diuino nutu eam quæ ſibi indicta ſit eſſe perferendam, monentibus acquieuit, atq; iterum delictorum accepta venia, obuolutis oculis parat ſe ad ictum, pie & lachrymabiliter exclamans, mi Deus Seruator meus, egreſſuræ animæ propitius eſto: velum accipit, fronti obducit & circumligat, comam in occipitium promiſſam erigit, & tandem vltimo in genua prouoluitur, ille qui nulli mortalium nedum poplites, ſed nec caput & ceruicem deflexerat.

Flamines illi duo moriturum cohortantur, vt fortiter animum demittat, æternas ſedes pollicentur, domino repoſcenti depoſitum non eſſe ægre & indignanter abnuendum: aſſentitur ille, En mihi, inquit, fiducia metum lethi adimit, iam mihi videor patentes cœlos intueri, & quod mirari ſpectantes, mirabunturque poſt futuri, qui paulo ante leo furens, nunc manſuefactus vltro ſecuri præbet ceruicem

uicem, morantemque ſpiculatorem increpat. Heu feri, heu feri, heu audacter feri, ita vt non tam mortem ab alio acceptam, quam imperatam à ſemetipſo tulerit. 1602.

Ille ipſe dirus homo qui ex homine truncum facit, Bironii intemperiis ſæpius deluſus, ter velo oculis ſibi detracto, ratus illi mentem fuiſſe arripiendi gladii, quo vnus ille omnes tam facile aut fugaſſet aut trucidaſſet, quam per acies & cōfertiſſimos hoſtes, hoc illi fœliciter aſſuetum, virum ſpecie quidem manſuefactum, dolo occupandum putat, bonus dolus fuit, monet precatiuncula exitum animæ eſſe præmuniendum, qua Deo egredientem commendet, alter ex ſacerdotibus verbo præit, ille lingua ſequitur, inter myſtica illa verba, ſpiculator mucrone ſenſim attrepto, precanti vno ictu caput demetit, illud aſpectu ferox, iram ſpirans exilit, truncus mox denudatus ſindone inuoluitur ad condendū. O mortalium cæca ambitio, aulæ irrequietus labor, bellicæ fortitudinis inanis gloria, heu? ille quem bellatores omnes Martem nuncupabant, quem nullæ acies, nulla caſtra terruerunt, à mortalium nefandiſſimo necatur, ſic ludit in faſtigiis potētum diuina poteſtas, & quos videt cœlum vertice ferientes, capite minores verrere humum cogit.

Dolus Carnificis in necando Bironio.

Iam prouecta nocte nullo ſumptu funeris in æde D. Pauli ſepelitur, poſtridie exequiales precationes perſolutæ; ac neſcio qua populari aura factum, vt turmatim omne genus hominum, ad conditorium per triduum itaret, ſpargeretq; luſtrali aqua locum: hinc nata ſeges ſcribendi poeticis ingeniis, quæ prætermiſſa facio, quod illa vernacule ſcripta ſint, nec gallicæ argutiæ atq; acroemata latine æquari poſſint: vt ſciant poſteri, quo Bironius corpore, ingentem animum recōditum haberet, fuit ea ſtatura quæ iuſtam non excederet, vultu ſubnubilo & truci, capillo & barba nigreſcenti, oculis intus depreſſis, ſermone neutiquam blando, & mores aſperos æquanti, impubes matris hæreticæ ſinu auulſus, catholice erudiendus traditur, ſed tam auerſus à Muſis, vt ægre elementa legendi didicerit, pater qui ſumma præfectura caſtrorum apud Valeſios Reges fungebatur militiæ totum deuouit, ac inter gregarios primo tyronem agere voluit, à velite ad ſummum faſtigium gloriæ militaris euectus, vt ſignifer primum pedeſtris cohortis, dehinc equeſtris turmæ anteſignanus, tandem rei nauticæ ſummus præfectus, quem Amirallum vocant, ac poſtremo Franciæ Mareſcallus, eo inter cæteros diſcrimine, vt prolato elogio Mareſcalli, vnus Bironius intelligeretur.

Forma Bironii.

Vix ex ephœbis egreſſus cum inuictę fortitudinis magnum ſpecimē ediditillen heroici ſpiritus iuuenem Carenciaci principem, certamine pari quo Horatii tres, aduerſus totidē Curiacos Trigeminos pugnarunt, pugnæ locum dedit ambitum ab vtroq; cōnubium Heroinæ hæredis Caluimontii, ad quam Mareſcalli San Andræi opulentiſſima hæreditas deuenerat, infauſtis armis cecidit Carenciaci princeps, ab Henri. 3. patris efflagitationib. penes quem erat caſtrorum & militiæ ſumma præfectura, Bironius veniale reſcriptum obtinet, cui tandem ægre admodum iudicum calculis acceſſit.

Bironii mores non alii, quam Aulicorum atq; in caſtris educatorum, ille par-

1602. cus Dei cultor, rituum Eccleſiaſticorum deſpector, adeo vanitati aulicæ addictus, vt eam cœli æterna beatitate lubens mutaturum profiteri non erubeſceret, ariolorum tota vita curioſus percunctator, cum enim ob cædem illã Carenciaci, profugus perſonatuſq; oberraret, Genethliacum aruſpicem adiiſſet. geneſis omni ſerie explicata reſpondet Ariolus, illum de quo vaticinium rogaret ſummis honoribus affectum iri, bellica virtute eo faſtigii venturum, vt cum Regibus æmulus certare poſſet, niſi fatis indignantib. aliquid obſtet, veſte famulum mentitus Bironius inſtat, ſortem non ambigua voce explicari quid obſtet, quid ad conſortium cum Regibus obſtet, liquido enunciari contendit, atque vatem ipſum ſenio effetum, in ſublimi ſpecula aſtris inſpectandis deliteſcentem, ita obnixe prece, precio & minis compulit, vt eum cuius ſortes inquirebantur, capite truncatum iri affirmaret.

Bironius non ferens Arioli indignum vaticinium, pugnis ita contudit miſerum, vt lacerum & pene ſeminecem reliquerit, atque ipſe poſt ſenis & ſuam ipſe malam ſortem futuramq; infamiam prodidit.

Vaticinium Bironio inquirenti dicitur de mor te infami.

Sublato Bironio Europæi omnes fere Dynaſtæ, de coniuratione detecta gratulatum mittunt, Anglicana potiſſimum quæ oſſeo terriculamento caluarii Comitis *Exeſſæ*, ſimilia audentem vel auſurum Bironium, *ne altum ſaperet*, alienæ cladis exemplo præmonuerat.

Hiſpanus orator in Comitem Fuentium noxam reiicit, Allobrox ſi quæ forte in capitali diſquiſitione, de eo nequiter ſparſa ſint, ea prorſus cõmentitia & mendaciter conficta, per legatum ſuum Comitem Vieſquenſem aſſerit: vt nulla longa eſt cathena ſine nexibus, ſic coniuratio iſta fune longo multos colligabat coniuratorum id conſilium fuerat, vt ſcintilla ſemel excitata vbique incendium daret: omnibuſque angulis regnum turbaretur; Fontanellus Baro Armoricæ, hac pice manus inquinauerat, alioquin ſceleſtiſſimus.

In eum ſuprema capitalíſque animaduerſio magno Conſilio delegatur: conſortio Bironiani flagitii horrenda acceſſere, de bipedum nequiſſimo, quæ referri pudor vetat, prodita enim ſcelera hoc mali habent, vt dum illa execramur vel inuiti doceamus.

Ille omnium ſcelerum reus atreſto 27. Septembris, damnatur membratim ferro, in fruſta viuus ſecari, ſummum ſceleris fuit, Iberis portum Britaniæ opportunum precio venalem habuiſſe, noſtro illo domeſtico Senatu fœda & horrenda relatu facinora memorabantur; quæ ad Bouem Perilæum proxime accedunt, viuos homines lento igne torruiſſe, defodiſſe alios, clauo impacto terebraſſe virilia, in eam partem qua mulier generat & parit, puluerem ſulphureum inieciſſe, mox fomite admoto laceram & pene diuiduam cum ingenti cachino reliquiſſe. At vt poſteri ſciant huius notæ & probitatis fuerunt, qui patriam, parentes, liberos, agnatoſq: auctionantib. Ibericis addicere conati ſunt. Fatum Bironii vt cathena nexu ſuo plures colligauit, ſic noxa forte immerentes inſonteſq; implicuit vtque cæteros omittam Turrenius Mareſcallus in ſuſpicionem venit initæ coniurationis.

Iubetur pluribus epiſtolis ſui copiam facere, ille ex parœmia Salomonis, didicerat

cerat iram Regis ferocem eſſe leonis, mora leniendam & exarmandam putauit, ſecurius epiſtolam mitti quam perſonam ſiſti: ille in hanc ſententiā ſcripſit num ſcite, caute & prudenter, ſit aliorum iudicium, ita n. commentarios ſcribo vt cum ſcribam proſcribi nolim. 1602.

Epiſtola Turrenij Mareſcalli ad Regem.

Vt per tuas (ô Rex inuictiſſime) accepi, me de iiſdem flagitiis quorum reus fuit Bironius, conſcium accuſari, ad hæc refellenda mei copiam facere iubebas, dicto morem gerens, præmiſeram qui te me proxime adfuturum certiorem faceret, & iam me dabam itineri, cum in me nō ſolum æmulos ſed apertos hoſtes didici, deterritus eorum potentia & proteruitate, ac etiam non ſatis pertimeſcenda ira tua, hinc tutius putaui, per epiſtolam innocentiā tueri, obteſtari & obſecrare plurimum, vt non tam liuori & maleficis artibus inimicorum, quam à puero toties perſpectæ & exploratæ fidei meæ, fidem adhibeas.

At qui mihi inſultant, meditati & perfecti ſceleris in te illi rei ſunt omnes, hoc vno telo perfoſſi, nec probi, nec idonei in caput meum ab illis deuotum poſſunt eſſe teſtes, vt regni & coronæ Francicæ alterum & ſecundum à primo adminiſtrum, à te alienum faciant, eum (inquam) qui tuarum ærumnarum indiuulſus comes fuit, qui tibi illorum armis atque omni molitione tandiu oppugnato, vetus & incorruptus auxiliator fui: non ſum dubius quam pronis auribus falſi & maligni rumores in Aula excipiantur, quibus depellendis nulla vis ſit efficacior, quam omnino non vti remediis, nec ſecurior medella ſit quam abſentia & temporis.

Vereor autem, ne eorum ſuſurris à me factus ſis alienior, cupio vehementiſſime, vt quæ mea eſt integritas & innocentia tibi conſtet, ſed rogo vt in eo ſit Senatu, quem religionem cuius veteranus ſum profitentibus, edicto Nannetenſi peculiarem eſſe voluiſti, illic delatores æmulóſque meos ſiſto, vt quamprimum adſint, illi caput meum pro innocentia vltro præbiturus ſum.

Diſpendium fuiſſet itineris, Lutetianum adire Senatum, quem eram detrectaturus, vt qui ex edicto Nannetenſi non alios iuridicos habeam, quam Cameræ Caſtrenſis. Interea donec me apud illos inſontem probem, puta eum tibi perpetuo futurum qui ante fuit Turrenius omnium fidentiſſimus.

Sic ab Abſente ſcriptum, ſed epiſtola non erubeſcit, quodque vix lingua audet, peragit calamus, ſicut in aduerſos fluctus obluctantibus lacertis inniti, ſic cum irato principe luctari, impar & exitialis congreſſus, cunctatione & diuerticulis emolliendi ſunt animi: quemadmodum enim lanarum faſciculi, arietum & baliſtarum ictus acerrimos mollitie ſua retundunt, quibus nulla vis ferri murorumque obſiſtere valeat: ita mora, longinqua profectio, reſides animos iraſq; elanguidas faciunt.

Sic Turrenius Aulicarum artium apprime gnarus, qui malo nullam abſentia efficaciorem medellam ſciret, è ſua Petragoracenſi Dynaſtia, Arauſium fraternæ ditionis caput appetit, hinc Geneuam, Baſileam, Argentoratum atque ad Palatinum Rheni Comitem gentilem ſuum diuertit, ſubſiderq; tuto loco donec inuidiam iraſque minuat.

Baro Lucius, & qui à partibus Bironii tenacius ſtabant conſternati graui illo tur bine, in Diuionenſe caſtrum ſe contulerant, nihilominus Præſes Ianinus ea apud Lucium fuit [illegible], tam valida [illegible] conſiliorum, mentem hominis ineluctabilem [illegible], vt pertinacia de capite cum Bironio periclitari noluerit, ſed

1602. data fide Regem quam proxime aditurum ſit pollicitus,& quis neget virum huius notæ & prudentiæ, potiorem fuiſſe omnibus baliſtis machinisq; ?nam quantis opus erat, ad expugnandum Lucium, in vix expugnaculi propugnaculo, tamẽ ſuadæ pellacis viri, probe monentis acquieuit, obſidionem & præſens exitium declinauit, ſic vere ad expugnandam Troiam & delenda Pergama, Agamemnon decem Neſtoras optabat, illos Achilli, Aiaci, Diomedi, & Graiorum pugnaciſſimis ante ferens.

Lucius qui Regis & Ianini fidem pignus indubiæ ſecuritatis credidit, Regem adit, alloquitur ſemote, facinus tectiſſimum, recludit, ac equi Troiani altiſſimam compagem reſignat, de pluribus abditis quæ Senatum latuerant, quæque nec teſtibus Finæo Renazeo & Picotio ſatis comperta erant, Regem certiorem facit, eximitque ſcrupum rerum multarum, vt ab illius affatu Rex ſolito lætior diſceſſerit.

Indulgentiæ, principalis reſcripto ob conſortium Lucii cum Bironio, Senatus Pariſienſis calculus acceſſit, ordini & priſcis honoribus in præfectura Burgundiȩ reſtituitur.

Soluitur cuſtodia Comes Aruernia. Sic dum tempeſtati & ventis cedit, captatque auram Lucius, in littus enatat, alter præceps qui Neptunum furentem deſpiceret, vitreus ad ſcopulum illius eſt & fiducia periit: Comes Aruerniæ, Marchioniſſa Vernolia ſorore deprecante, Antonianæ arcis ergaſtulo ſoluitur, Aulam & mores repetit, tam vrbanus ingeniiq; ſui tenax, vt nemo cuſtodia recens egreſſum crederet, mens quæ illi eſt ſine fuco, receſſu & latebris, tantum illi ad libertatem valuit, quantum Bironio furuum ingenium, recondiri mores, & vindictæ tenax animus, ſpirans'q; redinuum bellũ nocuerat. Longiori pagina putaui monendos poſteros de Bironii iniquioribus fatis, vt eius bellicam virtutem non tam demirentur, & ad imitandum ſibi proponant, quam faſtum eius, ſpiritus tumidos & nulli ſatis ferendum ingenium & par exitium fugiant.

Decretum in Aduocatos. Sed toto foro tumultuari audio, iuſtitium eſſe, cõquieſcere lites, feriari patronos, fruſtra ab illis opem poſcere clientes, quid rei ſit excutiamus. Iampridem & non ſemel de grauibus litium impenſis (quæ ſumptu plerumque fructum deuorant habitæ querelæ, placuitq; ab ordine aduocatorum rem inchoari : æmuli palam dictitabant Cauſidicinam in ſummo eſſe quæſtu, quod illi plus æquo honorarium acciperent, atq; eſſe non paucos degeneres, qui quod ad latrocinium proxime accedit paciſcerentur, Coactæ claſſes, ſtudia in cõtraria ſcinduntur Patres, quibus meliore luto ficta præcordia, qui ex glorioſa illa palæſtra non ſegnes neq; inexercitati forenſibus armis, ad purpuram conſcenderunt, ordinem tuentur, multa de illo probe & honorifice, contra fuere qui peſſimis verbis deshoneſtarent, pyraticos, hirudines dicerent, fuitq; ſine pectore aliquis, qui ita demiſſe & poſtremiſſime de aduocatis loquutus eſt, vt quod ineptiæ ſummum eſt, apparitores, oſtiarios, Atrienſes, lictores & id genus lixarum fori, qui virga ſubmouẽt vulgus, prætulerit.

Nunquam ſatis laudabitur Harlæus princeps fori, togatorum Antiſtes, cuius nunquam ceſſauit ingenium nec errauit iudicium, vir ex omni æuo incomparabilis

bilis, qui loquentem officii admonuit, coercuitq; nugantem in re ſeria, ſed vetus eſt verbum, *Vix vnquam miratur artifices, qui neſcit eorum virtutes.* Aug. Thuanus aliique complures primæ purpuræ, qui proſatores habuere, cauſidicinæ gloria immortales factos, aduocatos tantum euexerunt, quantum alii depreſſerant, hac illi laude auorum proauorumque memoriam excitarunt. Magnus enim ille Chriſtophorus Thuanus, dicendi, ſcribendi & conſultandi hanc glorioſam palæſtrã exercuit, quouſque ex forenſi celebritate, ad ſummum togæ faſtigium remigio probitatis eruditioniſque, non ambitu neque fautoribus euectus eſt. Poetius, Monthelonius, ne antiquiores recenſeã, ex illo ordine ad ſigilli ſupremum magiſtratum acciti fuere, aduocatio enim tyrocinium eſt, & prima ſemita ad honores, nec tantum noſtro æuo, ſed ex illa claſſe præfecti prætorio deligebantur, ſic Athalaricus emerito aduocato dignitatem, quæ apud Quirites ſumma fuit, collaturus, eo elogio eum commendabat. 1602

Aduocationis campus te exercuit, & cum aduocatorum finiuntur actiones, incipiunt honores. Author eſt Suetonius Germanicum Cæſarem, & Veſpaſianum, poſt triumphum cauſas egiſſe, eaq; fuit amplitudo Curiæ Pariſienſis, vt Petrus Bleſenſis author ſit, Anthonium Linconiæ Epiſcopum, filium, Regis Angliæ, in Senatu Lutetiano cauſas egiſſe, ita incliti heroes non damno aut pudori ſuæ celſitudini putarunt, facundiæ ſummum decus forenſi tritura aſſequi, neq; enim ſeruum hominem cauſas agere leges ſinunt. *Encomium aduocatorũ.*

At quantum periti medici valent ad ſalutem, tantum iſti ad bonorum cuſtodiam, oppreſſorum tutelam, opprimentium depellendam iniuriam, ita vt merito aduocatorum princeps dixerit, *Priuata iudicia maximarum rerum, in Iuriſconſultorum eſſe prouincia.* Officium Cauſidici diſertiſſimus ille Romuli nepotum definit, *Vrbanam militiam reſpondendi ſcribendi, cauendi, plenam ſolicitudinis & ſtomachi ideo qui ius ciuile didicit, multum vigilat, laborat, præſto multis eſt, multorum ſtultitiam perpetitur, arrogantiam perfert, difficultatem exorbet, viuit ad aliorum arbitrium non ad ſuum*, nec tantum militare putandi ſunt, qui ferro decernunt, verumetiam eos qui ciuili ſapientia, quæ non eſt ſimulata Philoſophia, conſiliis, facundia, commentariis & ſcriptionibus, de capite & fortunis periclitantibus opem & operam ferunt, erigunt depreſſos, vim propulſant, liberant periculis homines, in ciuitate retinent, deniq; publicis priuatiſque rebus tam ſedulo proſpiciunt, vt ſua togata militia, longe caſtrenſem ſuperet, pluribuſq; commodis mortales afficiat, & quis niſi vecors & prorſus ſine honore illis honorarium inuideat? cum iudici iuſtum vendere iudicium non liceat, aduocato vero ſuum patrocinium Canon, *Non licet.* cauſa. 11. quæſt. 3. f. s eſſe dicat. *Cic. in Topic.* *Oratio pro Murana.*

At qui aduocatos tam minimi faciunt, profecto aut illi inuidiæ aut ruſticitatis iudicium proferunt; ſi inuidi, ſcimus nihil eorum ſcabræ malignitati eſſe clauſum, ſi imperiti, quid anſerum ſtrepitu olores commoueri oportet? parcendum illis tam ſtolidis, quam Heluetiis, qui memoria patrum pyropos, ſmaragdos, aliaſque ingentis pretii Margaritas ex ſpoliis Ducis Burgundici, vitrum putarunt.

Auaritiæ expilantium clientes, occurrendum inquiunt: recte & merito ſed pau-

1602. paucorum ſordibus, cæterorum cuſtodo non eſt diſſuadendus, piraticum eſt pacifici, & plus æquo exigere à cliente ad latrocinium accedit, ſed quem noſtra nouit ætas prædonem in foro, cuius opes adeo ſtupendæ? vſu compertum eſt quæſtorem ærarium aliosque qui nummulariis rationib. præſunt, vel biennio plus quæſiiſſe, quam toto æuo ex aduocatis quemlibet veteranum & facundiſſimum, illos vno hauſtu implet Pactolus, iſtos quaſi per ſtillicidium lucellum tantillum irrigat, & quotidianus labor, ex multis granis tandem aceruum facit, quanti olim Romæ orabant Cicero, Aper, Maternus, Antonius, Plinius Iunior, & cæteri coæui, Athenis Demoſthenes, Pericles, Æſchines aliique, quibus vna vel altera fori actio plus opum afferebat, quam tota vita noſtri æui Cauſidicinæ irrequietus Euripus.

Quintilia.

Tandem decreto iubentur aduocati, codicillis ſcriptionibuſque ad explicationem litium quanti acceperint ſubſcribere: legi morem gerere detrectant, tacite ſordium & corruptelæ notari, foro & Curia cedere vniuerſi initis comitiis decernunt, nec mora humeralem ſtolam, togamque exuunt, ambulant in procinctu, clientibus quam ſolebant opem operamque negant, cogitatum de ſufficiendis in vicem, ſed quis triduo & nuperum I.C. effingat? ex omni ligno non fit Mercurius, non magis illis forum carere quam ægra ciuitas medentibus poteſt; vocantur etiam illi non male oracula ciuitatum, qui de iure reſpondent: Hinc inſolentes feriæ, litium intercapedo, totoque palatio altum ſilentium (niſi quod queruli clientes abrumpebant) & iuſtitium indicitur, ac carendo magis quam fruendo exploratum, quam publice & priuatim ſint neceſſarii, vt qui tacendo Senatores otioſos faciant.

Aduocati foro ſe vltro abdicant.

Perſtabant illi in ſilentio & procinctu, cum Rex reſcripto ad togæ munia eos reuocat, decretiſq; Curiæ ex edicto Blæſenſi audientes eſſe iubet. Regi ſic imperanti morem gerunt, ac intermiſſam militiam redintegrant, vtq; ſedatis procellis mare velis nauibuſq; tegitur, ſic antea vacuum & elingue palatium, vix capit turbas & ſtrepitum.

In pago Lingonenſi vulgo, *Corgirenon*, exorti ſunt duo fontes, non amplius quam ſeptem vlnis inuicem diſcreti, ſcaturiebant loco deuexo, liquore ſapore cæteris pares, niſi quod vnus limo turbidior, rei nouitate indigenæ attoniti, cum antea areſcenti illo loco nulli viſi eſſent latices, ſeu ad nouum portentum naturæ, accurrunt ſtrumoſi, vlceroſi, luxati, vulnerib. debiles, vbi ſe proluerunt hauſeruntq; medicatos latices, quam nulla humana arte nancisci potuerant, repente opem ſingularem ſenſerunt; ita vt qui eſſe dis alieniſque pedibus aduecti eſſent, non longe poſt propriis ſoſpites domum redirent, Carolus Deſcars Epiſcopus & dux Lingonenſis, veritus ne ſpecie nouorum fontium, ſuperſtitione, & præſtigiis religioni fucus fieret, ipſe cum delectu myſticorum & laicorum hominum, medicorumque peritiſſimorum locum ſubit, iubetque aquarum vim ſalutarem explorari, quod à medicis ſyncera fide peractum, longa ſerie recenſitis nominib. & morbis cum obteſtatione laborantium, qui hauſtu, lauacro & fomento aquarum conualuerant, ita vt plus opis inſit aquis illis medicatis, quam in graminib. vel noſtris, vel exoticis.

Fontes nuper ri & ſalutiferi in agro Lingonenſi.

Spada-

Spadanæ & Pugeacæ limphæ, nouellis fidem tribuunt: nam quis Pugeaeas non ſtupet, non miratur, non bibit, non medicas & auxiliares experitur? Galliam miraculis implent, ad eas vere & Autumno itur, tam effuſis turbis, vt vicus & vicinia omnis hoſpites non capiant. 1602. *Limphæ Pugeacæ celeberrimæ.*

Ante exortum limpharum locus auius, ſolitudini relictus, qui à ſalubribus aquis inclaruit, abiitque in ciuitatem, & famam accepit, quam nulla ætas delere poſſit.

Laudauit eas Remundus Maſſacus, apud Aurelios dum vixit Æſculapius, carmine nunquam ſatis laudato, elegantia & rei propoſito adæquādo illi, quo Laurea Tullius Ciceronis libertinus, laticem in domini fundo exortum, oculario morbo ſaluberrimum, teſte Plinio Magno immortaliter extulit. *Remon. Maſſacus Aurelian. medicus Pugeacas Limpha Poemate laudauit.*

Sub id tempus tria Edicta publicantur, primo nummis additum precium, vetitumque publicis Amanuenſibus, ne in poſterum vt olim, rerum precia in emptionibus venditionibuſque exarandis, aureis nummis ſed libris argenteis deſignarent, ac recenti illo, Henrici III. non ita antiquum, latum anno 1577. antiquatur: altero cautum eſt, de rebus metallicis auroque foſſili in Gallia, vtque recens inuentum & defoſſum fuit, de eruendo, excoquendo, defecando ab omni ſcoria, nouæ leges latæ ſunt: tertio edicto nobilium mutuo ſe iugulantium mutuæ cædes, quas ſingularia certamina ſeu duella nuncupant, inhibentur, trib. his cōſtitutionibus nihil profecto ſanctius, ad humanam diuinamque politiam, ſed in Gallia leges figuntur & refiguntur, triduo poſtquam latę ſunt veteraſcunt, ac impune calcantur, atq; illæ poſtquam per non vſum deſueſcunt, vt ex Roma. Pontif. aliquis quiritabatur, de contemptu Eccleſiaſticorum Canonum. *fruſtra videntur occupare membranas, ex quo non ſeruantur.* *Tria edicta.*

In Pictonicis ad confluentem Vigennæ, fuit puella duodecennis, quæ triennium ſine cibo & potu vixit, ne fabuloſum aut audacter fictum credant poſteri, omnis ora Pictonis, Iuridicorum vtriuſque fori, & medicorum teſtimoniis portento fidem fecit. *Miraculum de puella qua toto triennio nullum cibū cepit.*

Citeius medicus prouincialis, latius diſſertatione rem poſt futuris mirandam reliquit. N. Rapinus, cultioribus Muſis notiſſimus, carmine eleganti portentum extulit, quod mireatur omnes, deſuetudine edendi in acumine peruicacis morbi, omnium ciborum exortum eſt illi faſtidium, palato & faucibus interclusis, aluo & viſceribus contractis, puella triennio nihil cibi, nihil potus ſumpſit, alioquin vultu non exucco, manib. muliebria opera, vt fuſos ſtamina, & familiæ curam omnem peragebat, pedibus non infirmis nec ceſpitantibus, ſolo aluo areſcenti & contracto, ita vt cum nihil cibi in os ingereret, nihil prorſus egerebat. Rapinus ſic rem ſtupendam, ante abſolutum triennium expreſſit.

Ecce valens & adulta, duos iam virgo per annos,
Vitam agitat, nullo freta vel vſa cibo.
Obſeruata magiſtratu, & vicinia ab omni,
Qua fluit, exiguo iuncta Vigenna giro,
Iam ieiuna famem tolerat, ſine fraude biennem,
Et iam præcluſis faucibus arcta gula eſt.

Mireris nullum ſuſpenſo à pectore ventrem,
Mireris, nullas inde vel inde vices,
Et nihil excernit, ſtricta vt nihil excipit aluo,
Puraque ab vtrauis parte pudenda latent.
Illa tamen ſentit, loquitur, videt, ambulat, audit,
Quod nos intentis vidimus ipſi oculis.
Aut magico fallax in corpore ſpiritus errat,
Aut paſta exili lampade flamma ſubeſt.
Aut docet, oſtento natura potentior iſto,
Maiorum humanis legibus eſſe Deum.

Nec Galliæ, nec noſtri æui, illud eſt miraculum, ſunt enim circa fontem Gangis populi Aſtomi ſine ore, quibus odor violarum & Balſamorum quem narib. hauriunt, vice cibi eſt: Abaris quidem fuit, hyperboreus, quem tota vita nihil comediſſe ferunt, ſed vero propius accedit, quod Albertus magnus perhibet Coloniæ Aggripinæ, fuiſſe mulierem, quæ per triginta dies ſine cibo & potu durauerit, aliumque fuiſſe carceris tædio & tam profundo merore demerſum, vt illi per hebdomadas ſeptē, omnino ieiuno, humor melancholicus pro cibo fuerit, ſed iſta vix ſtuporem faciunt, ſi ad pictonicam noſtram Abſtemiam reſpexeris.

At quis credat Galliam, auri natiui feracem, habere in viſceribus fulgens hoc metallum, cum retroactis ſæculis ignoratum prorſus fuerit: pro aurifodinis ſunt Galliæ vberrimæ meſſes, quæ non ſolum ſuos paſcunt accolas, ſed egentes exteros, vt Rhetos, Heluetios, Ligures, Iberos, quibus vel nullæ, vel exiles ſegetes ſunt frumento conuecto alunt, vinum, ſal, ouium exuuiæ, ſandix, & oſtrum ad tingendas veſtes & omne genus frugum pro Peruuiano & colchico vellere ſunt nobis, his opimis & veſcis mercibus, quibus vita humana carere nequit aurum Indicum pellicit ſed ne quid eius fœcunditati deeſſe videretur, noſtri ſæculi cupido, altius in viſcera terræ antiquis patribus penetrauit, eruto vt aiunt auro, ſed degeneri, & ex pallore non ſatis cocto & defecato, in Fuxenſib. iugis atq; in Lugdunenſi agro, non ſemel effoſſæ auri laminæ & bracteæ, in Pyreneis æs & cuprū, in Neuſtria argentum & ſtanum Anglicano non deterius, ſed vel ignauia artificum, vel imperitia decoquendi, deſpumandi, defecandi, metallica artificia apud nos exoleuerunt.

Vbertas Galliæ.

Aurum in Gallia.

Væſania pugnandi inuicem non eſt noſtri æui, vetuſtior eſt quam eius origo dici poſſit.

Antiqua veſania pugnādi ſingulari certamine.

Varius enim, cum apud Germanos iure & legibus controuerſias dirimere vellet populus ferox obſtitit inclamans, ſolum Martem habere arbitrum, atque ille furor ita antiquitus inualuit, vt etiam ferro, ſuam innocentiam probare Flamines cogerentur, quemadmodum Archiepiſcopus Bituricenſis, coram Guntrano: apud Homerum omnia diſſidia alea Martis Græci & Troes dirimebant, Hector cum Aiace, Menelaus cū Paride, Antheus cum Hercule, Romulus Regem Latinum ſingulari certamine vicit, tres Horatii, totidem Curiacos, parcimonia vniuerſalis pugnæ ſuperarunt: pugnauit in duello Dauid cum gigante Goliat. Regum in Reges monomachia frequens legitur.

Gregorius Turon.

Cato-

Digitized by Google

Carolus Andegauus, & Petrus Tarraconenſis, pacti ſunt inter ſe, cum venia Martini Papæ & Cardinalium, armis de iure regni Siculi decertaturos, victumque victori regno ceſſurum, litium expediendarum tam ferale & atrox inuentum Longobardis, alii tribuunt, alii Danis & Saxonibus & Borealium partium accolis. Vſus tamen non ita frequens erat, ſed tantum in ambigui iuris controuerſiis, cum inter litigantes non liqueret, neq; promiſcue in omnibus, ſed in grauiſſimis caſib. velut in facinore maieſtatis læſæ, contra thori alieni temeratores, & primi ſceleris conſcios, ſic cum venia Caroli VI, Griſeus Carrugiũ vxoris ſtupratorem in duello interfecit, nam vt Caſſiodorus: *Ferrum ad vindicandum maritis porrigere, non eſt leges calcare, ſed condere.* 1602. *Origo duelli.*

Atq; olim coactus ſiccarius pugnare in canem, cuius herum ex inſidiis interemerat.

Ludouicus IX. exemplo Honorii Imperatoris filii Theodoſii primi, hunc belluinum pugnandi morem ſuſtulit, biennio poſt Philippus filius, patriam legem abrogare coactus eſt, ac veniam ſingularis certaminis facere compulſus eſt, ad vitandas inſidiantium proditiones & cædes, quæ ideo crebertimæ, propterea quod intra cancellos vindicare nagaretur, fraude & inſidiis explere vindictam conabantur: olim in Gallia rarior vſus duellorũ, quorum veſaniam militari prudentia & ſingulari aſtu, Dynaſta Melphius prorex in Inſubria compeſcuit. Ille n. cum mediis caſtris toties de pugnis ſingularib. interpellaretur, edixit, ſeu victus, mortuus & ſuperſtes, plagis & vulneribus quantumuis obrutus, proximo pado qui Taurinum alluit (nam ibi Melphius agebat) obrueretur. *Singulare edictum principis Melphij proregis in Inſubria, ad tollenda ſingularia certamina.*

Alciatus coetaneus (florebat. n. Gallo Tranſalpinam illam regionem occupãte) laudat vt plurimum, Gallorum moderationem illã, & morem priſcum heu! nũc profligatum, quẽ aulici noſtri, non ſolũ contemptui ſed deriſui habent. *Non ſolet, inquit, in Gallia aliter ius monomachia, à Rege vel his qui ſunt illi à conſilio permitti, quã ex Philippi conſtitutione, quod ſi quis temere alium prouocauerit, eum male mulctant, qua in re ampliſsimi ordinis ſeueritatem laudo, reguloſq; quondam Italia deteſtor, qui paſsim & ſine delectu, campum ſecuritatemq; omnib. permittunt.* *Verba Alciati in opuſculo de ſingulari certamine*

Sed ſi rediuiuus foret Alciatus, mutaret ſtilum & paginam, & Galliam ad cognatas cædes & lanienas efferatam, quam merito laude immerita priuaret: iam n. non venia principis, ex Philippica ſanctione pugnatur, ſed belluina quadam rabie, cæco impetu vltro ruunt Galli in mutuas cædes, hinc ſæpius vterq; prouocator & prouocatus, viciſſim confoſſi, vt Alciati verba vſurpem, ad inferos diſtrahitur, Cadmæa vere illa pugna, vel Draconis cum Elephanto, cuius lapſu & pondere, ſpiris & voluminib implicitus anguis illiditur.

Vtinam, præclarum aureumq; dictum Caii Marii ſepties Conſulis, Gallorum animis perenni memoria inſideret, cum n. temere à furenti & perdito, ad ſingulare certamen vocaretur, reſpondit, *Cupido mori furcam eſſe petendam, ſapientis eſſe non tam hoſtem quam victoriam quærere.*

Vt enim alter vetus & elegans ſcriptor, omnia prius ſapientem experiri decet, quam armis vti: At quod potiſſimum diris omnibus eſt deuouendum, ſæpius res per ſe inanis & ludicra, luctuoſo ſpectaculo dat cauſam, ſi quis n. aliũ minus blã-

Digitized by Google

1602. do oculo intuitus ſit, ſi ex procis alteri ſeremus matura viro arriſerit, ſi verbulum incautius exciderit, protinus ad ſtadium vadimonium dicitur: at vt pugnandi ſępius omnino varæ & ridiculæ ſunt cauſæ, facete & per iocum ſunt comprimendæ, vt feſtiue olim Rex Anglo-britannus, apud quem cum duo Patricii de ſtemmatibus Gentilitiis pugnarent, alter contendebat ab æmulo Taurinum caput, gentis ſuæ familiare ſymbolum vſurpatum; Contra alius familiare & auitum eſſe ſtemma obiiciebatur, accitum vtrunque Rex interpellat, num eius arbitrio ſtare velint, annuunt (nam quid potentiſſimo Regi vectigales negatum vellent vel auderent?) vtrumque pugna faceſcere iubet, ac reconditis mucronibus, vnum Taurinam habere caput, alterum vaccinum ſeu iuuenculæ.

Regis Angliæ feſtiuum iudicium.

At illo edicto (vt cor ne illud vitreum ſit & triduanæ obſeruantiæ) Philippica conſtitutio renouatur, vetitumque nobilibus, ne principe inconſulto pugnarent, læſæ exiſtimationis iniuriam non ferro vlciſcendam, quib. vis illata ſit, aut inquinata fama, apud Conneſtabilem & Franciæ Mareſcallos queruli ſint, & ſibi fieri ſatis depoſcant.

Edicto Senatus calculum adiecit, hoc temperamento ne militiæ ſupremi illi Tribuni, de rebus mere forenſibus quidquam ſtatuerent: ad pie & Chriſtiane viuendum nulla profecto conducibilior ſanctio, nec parentibus, vxoribus, & liberis optatior, nam vt vere Flaccus, ſunt iſta bella matribus deteſtata piis, hinc animarum & corporum ſuprema ſalus, ſed vt procellis iactatam nauim non ſatis vna anchora compeſcit, nec ceruicoſus equus & peruicax leuibus lupatis coercetur, ſic nec illius Edicti freno, aulicorum veſania cohiberi poteſt, ita vt qui funera cæſorum in numerum retulerunt, affirment plures in monomachiis ab inita pace interemptos, quam toto bello ciuili aperto & æquo Marte, accollatis ſignis: mihi priuatim liquet (qui ſum homo fori à pluribus annis non otioſus nec rarus ad dicendum) in Prætoriano Senatu, tot reſcripta veniæ principalis ab interfectoribus oblata fuiſſe, vt numerus ſtuporem faciat, ita vt in Theſſalia capitalius fuerit occidiſſe Ciconiam, quam in Gallia hominem vnum vel plures.

Horrenda laniena Gallorum.

Legati Delphinales Delphinum ſalutatum veniunt.

Sub id tempus pars illa regni: quam Delphinalem vocant, per ſuos prouinciales Regi & Auguſtæ de natalibus primogeniti gratulatum mittunt: coaluit regno, illa ſubalpina regio, Humberti Dynaſtæ liberalitate in Regum primogenitos, ſunt qui emptione dicant, ille enim rerum ſæcularium pertæſus, amiſſis liberis, Dominicanorum cuculla, faſtum ſæculi priuatumque dominium mutauit, ac ille in huiuſmodi ſodalitio, ſupremis muniis & tandem vita defunctus, ſepultus eſt in baſilica ædis Dominicanæ Pariſienſis, ante primariã aram via Iacobęa, tegiturq; lamina ahenea protrita pedibus, hoc elogio litterata, HIC IACET PATER AMPLISS. DOMINVS HVMBERTVS, PRIMO VIENNÆ DELPHINVS: DEINDE RELICTO PRINCIPATV, FRATER ORDINIS PRÆDICA. IN HOC CONVENTV PARISIENSI, ET DEINDE PATRIARCHA ALEXANDRIÆ, AC PERPETVVS ADMINISTRATOR RHEMENSIS ECCL. ET PRÆCIPVVS BENEFACTOR HVIVS CONVENTVS, OBIIT AVTEM ANNO DOMINI M. CCCLV. DIE XXII. MAII. ORATE PRO EO.

Hieronymus Villarius, Viennæ Allobrogum Antiſtes legationis caput, & de-

preca-

Digitized by Google

precator fuit, ille in fano Germani, ad Delphini cunas quas limbus ambibat aureus, nudo vertice Orator, cæteris altero genu demiſſis, infantem ſic affatur: ab ordinibus miſſum qui nato gratuletur, ſuam illam peculiarem & ſubalpinam regionem iugis impendentibus, pruinis niuibuſq; longioribus, in poſterum non fore ſquallentē, quæ nouo Sole ſplendeſcat, nil mirum, ſi tot annis caliginoſa & obſita fuerit, cum tot annis peculiare ſuum ſydus, iubar & Phoſphorus non illuxerit, nunc illo exorto prouinciam illam ſitum & ſcabritiem ponere, ſubſidere iuga, aſpera adæquari & læuigari, niues diffluere, meliore coma nitere Soles, illis qui nato natiui ſint prouinciales & vectigales, ab Humberto, nihil vnquam fortunatius contigiſſe, quam cunas faſciolaſque exoſculari, ſuauiari crepundia, vbera quæ lactarent venerari, vt eorum liquore altus, quam fœliciſſime adoleſcat. 1602. *Oratio ad Infantulum Delphinum.*

Hen? inquit, ô magnum Galliæ incrementum, noſtris ærumnis debita proles, fulcrum pacis, interitus belli, terror hoſtium, liliorum ſeneſcentium rediuiua propago, nos tui vaſſali & vectigales, proni adſumus, fidem & ſacramentum profeſſuri.

Atque vtinam tua ætatula voces & vota noſtra exaudiret, ſed quos habes infantiæ ſedulos nutricios, vbi fari cœperis, hanc noſtram concionem pro rudimētis Gallici idiomatis ediſcendi explicabunt.

Pluribus Delphinales, ſuum Auguſtulum demereri enixi ſunt, viſuque riſu & ocellulis annuere qui fando non potuit, illi ex auro menſæ eſcariam ſuppellectilem, Delphinum iconibus aſperatam obtulere, cubiculariis etiam, omnibuſque regiæ educationis famulis, ex auro itidem compactam laminam, cuius vno orbiculo, Delphin ſimo roſtro, cauda reflexa inter ſquammas, liliis intermicantibus innatabat, altero Thetis Achillem tenellum, vt inuulnerabilem faceret amne Stigio tingebat.

Octobri à Chriſtianis infœliciter pugnatum in Vngaria, Budam illi interceperant, ſed caſtrum pertinacia præſidiariorum ſpem Chriſtianorum ludificauit. Carolus Gonſaga Niuernenſis Dynaſta, qui iniuſſus ſpontaneuſque auxiliator, cum inſigni delectu nobilium Gallorum, in Pannoniam iuerat, in expugnatione Budenſis caſtri, ſclopo circa humerum percutitur. *Intercepta & derelicta Buda caſtro obluctante.*

Bruma prouectior, caſtrum pertinacius obluctans occupatæ Budæ, vrbanis ſtationibus cedere coegit Chriſtianos, qui ad coercendos barbaros, proximo & ex regione oppido (Peſtum nominant) præſidium validiſſimum imponunt. Buda vero Vngarici regni nunc primaria eſt ciuitas, quam ſic nuncupatam à Buda conditore ſuo, fratre Atilæ non pauci autumant. Sunt qui à Budinis Scythiæ populis, nomen acceptum referant. *Buda caput regni Vngarici.*

Sigiſmundus Rex, arce amœniſſima & munitiſſima, viretis, ambulacris ſuburbaniſque deliciis exornauit, pontis lapidei fundamenta iecerat, quo Budā cum Peſtano oppido coniungere moliebatur, vt ſicco pede Iſtrum calcaret, ſed ſtupendi operis gloriam Sigiſmundi mors inuidit. Peſti præfectus Budanis in horas inſidiabatur, egreſſos ad balnea per concretum Iſtrum ambulantes inopinanteſque aggreditur, & ad vnum concidit, tantillum ſolatium ad præteritas clades,

Digitized by Google

1602. quod Albæ Regalis & Budæ iacturam vix farciat. Cum Heluetiis percuſſum fœdus diximus, illi cum primoribus ſuæ gentis, ad firmandum publico Sacramento Lutetiam accedunt, dapſile, vncte, laute, oppipare ſumptuoſe excepti ſunt.

Heluetii ad fœderis iuſiurandum Lutetiam veniunt.

Diuioni, Trecis & qua iter fecerunt per Gallicas vrbes, conuiuiis atque omni comitate publice & priuatim cohoneſtati, vini generoſiſſimi, & natiui apophoretis, vbique locorum demulcentur, vt flumina vini in comitatu ſuo difluere vel ipſi putarent, ad Charentonium municipium ſubſiſtunt, à Vicio ſuo contubernali & Legato conuiuio excipiuntur, pene ad veſperam exacto, medio itinere à Montbazonio Duce, & Francico Patritio, ac Montignio, vice regia ſalutantur: vbi limen Antonianæ arcis ſubierunt, ædilitatis vrbanæ præfectus, comitantibus Decurionibus, ac ſatellitio baliſtariorum vrbanorum, ſic optimates Heluetios excipit.

Oratio præpoſiti Mercatorum ad Heluetios.

Hen? Franciæ veterani amici & fœderati, auſpicato adeſte, ego qui apud vos Orator ſum, Regio mandato cum omni decuria & commilitonibus vrbanis, vt vobis aduenientib. de fauſto cum nobis fœdere gratuler, iam pene ſæculum exactum, quo ineunte vobiſcum primordia fœderis ducta ſunt, fides veſtra nulla vnquam defectionis labe inquinata eſt, quod ſi vnquam glorioſum & vobis profuturum fœdus, cum Francicis Regibus contigit, profecto nouum iſtud, cumulo honoris & vtilitatis longe priſca omnia ſuperat, illi quidem ſummis virtutib. incliti fuere, alii ob res fœliciter geſtas Auguſti, alii à Deo dati, victores, parentes patriæ & populorum dicti ſunt, quæ profecto elogia ſunt luculentiſſima, ſed qui nunc imperat Henric. IIII. titulos omnes illos non ſolum eſt promeritus, ſed auitis & prioribus illis duos addidit Clementiæ & Veritatis, quorum lumine totus fulgurans, ſcintillas longe lateque ſuæ virtutis radios ſpargit, longiorem orationem locus, intempeſtiuum tempus, nec ad quos ferebatur animus patiebatur.

In vrbem admiſſi, ad parata diuerſoria deducuntur, poſtridie à Belleuræo Nomophylace, ad conuiuium accerſiti Heluetii, poſt epulum exquiſitum & multi meri, à Rege in Luparam euocantur, præuio & monſtrante viam d' Eſguilloneo, illi per ſtationarias legiones Regii ſatellitii tranſeunt, vt ad limen Luparæ ventū eſt, à Montipenſerio principe regii ſanguinis excipiuntur, longius progreſſi ad teſtudinis aſcenſum à Sueſſionenſi, deductos in regium triclinium, ſalutat ipſe Rex, ſingulos conſerta manu demeretur & ſibi obſtringit, quod veteris & infucatæ amicitię ſymbolum eſt, ex Heluetiis primicerius, Aduoyerum populari lingua vocant, ore patrio ſic Regem alloquitur, ſuæ gentis primorum mandato legatos adeſſe, vt Regi regnoque fœdus ratum, ſuamque fidem ſempiternam ſacramento ad aras teſtaretur, vbi peregrinæ voces vernacule redditæ ſunt, Rex ad illas addidit: accepti ſſimam habere illam animi ſignificationem, gratia & beneficiis propenſionem illam æquaturum: vbi hæc verbis alternarunt Heluetii, Auguſtæ ſalutandæ veniam ſibi poſcunt, annuitur, adeunt illam, demiſſe ſalutant vel à manus oſculo temperantes, illa de ſuo in Gallicum regnum penitiſſimo affectu, Heluetiis grates agit: poſtridie ac diluculo Solem orientem eunt ſalutatum.

L' Aduoyer de Berne.

Delphinum ſalutatum eunt Heluetii.

Digitized by Google

tum, Delphinum nempe, qui Galliæ illuceſcere incipit, puſio erat vix menſium duodecim, omnibus tamen blandiente nutrice, manum tenellam contrectandam porrigit, calloſiſque manibus inſerit, demirati omnes pluſquam ferret ætatula proceriorem, poſt Soteria Delphino deprecata, excipiuntur conuiuio, viridariis, laticum hydraulicis, artificiis recreantur, quamquam de more gentis effuſiores ſint in pocula, nihilo tamen in rebus agendis ſegniores ſunt, poſtulata vrgent, ac de illis pleniſſime, nunc, & in poſterum ſibi caueri ſatagunt, priuſquam fœderi ſe obſtringant. 1602.

Belleuræus Cancellarius, Rhoſnius, Villaregius, Sillerius, Vicius, ac plures qui lumina ſunt Galliæ, à Rege conſtituti, qui de re tota cum Heluetiis agant, tandẽ voti compotes ad publici ſacramenti fidem, cum parati eſſent die Dominico, qui Octobris 20. fuit, carrucis vecti in præſulis Lutetiani triclinium deducuntur. Paulo poſt Rex, cum inſigni & numeroſo nobilium & ſtipatorum delectu ædem Virginis ſubit, tota illa aulæis, ſtragulis luculentiſſime inſtrata erat, ſolium erat regium loco editiore, ad læuam Heluetii aſſidebant, Auguſta cum Heroinis & Gynæceio, tabulato remotiore, ad rem opportune deſpiciendam conſidebat, longo ordine hinc & illinc, myſtici purpurati, & ſæculares principes, vbi archipræſul Viennæ Allobrogum, ad aras acceſſit ſacrum facturus, auerſi cultus Heluetii ſubducunt ſe, & in ſpeculam abſcedunt, peracta Liturgia ſedilia repetunt, qui operatus erat idem ipſe Antiſtes codicem Euangeliorum deferens, ad Regem propius accedit, adſunt Heluetii, præeuntibus Sillerio & Vicio, Solothurenſis contubernii publicus Amanuenſis, ſerico puluinari admotas fœderis tabulas geminas deferebat, vnam vernacule, aliam theutonice exaratam.

Iuriſiurandi ſtata & ſolemnis dies.

Forma iuriſiurandi.

Sillerius ſic Regem affatur, Ego cum conſorte, Vicio fœdus his tabulis deſcriptum pepigi, adſunt Heluetiorum oratores, qui iureiurando ſancire parati ſunt, mox infit Bernatium Primicerius: Regum Chriſtianiſſ. & potentiſſime, cum gente noſtra antiquum fœdus anteceſſoribus tuis adeo conducibile viſum eſt, ad fulcrum regni Gallici, vt per Oratores tuos Sillerium & Vicium, è re tua eſſe vt redintegretur putaueris, ab vniuerſis ordinibus miſſi adſumus, vt mutua fide ſempiternum fœdus inter vtramque gentem maneat, ſponſores ſumus, fidem illius inuiolatam fore apud nos, qui coronæ Franciæ veterani ſumus, hæc vbi dicta dedit Heluetius, Rex in pedes erectus, tecto vertice cæteris nudo, ad illa profatus: *Fidentiſſimi amicorum, de robore & præſtantia Heluetiorum, ea mihi ſemper fuit exiſtimatio, vt nihil prius & antiquius habuerim, quam priſcum fœdus à proauis fœliciter percuſſum, nouo fidei ſacramento inſtaurare, hoc vno potiſſimum, quod in rerum anguſtiis, ciuili bello Heluetios praſto auxiliantes habuerim, quorum ſuppetiis non mediocriter adiutus, tot bella inteſtina fœliciter exhauſi tantique beneficii memorem, munificum & perpetuo fœderatum ſperate.*

Oratio Auoicrii.

Regis Oratio ad Heluetios.

At fortiſſimi commilitones, tanto mihi hoc fœdus gratiſſimum & percupitum, quanto in omnibus meis caſtris & militia expeditionibus, quam fidiſſima ſit opera veſtra mihi conſtitit, ego enim diffidens indigenis meis & ſubditis, tunc cum dubiam fidem fortuna ferret, tanquam triariis, Heluetiorum præſidiis caput meum & res ſummas concredidi, hos habui

Digitized by Google

1602. *habui trophaeorum ſocios,mecum hoſtium profligatores,in aduerſis interritos,opera quaque & extrema pati induratos,explorata in dubiis fides chariores facit, quæcumq; à Sillerio & Vicio proſpere inita ſunt rata eſſe iubeo,regiam fidem interpono,quos habetis vel habituri iſtu hoſtes, meos credite,nec vobis ſerum aut oſcitantem auxiliatorem fore.*

Ab adytis ariſque itur ad ſympoſium Perſici apparatus,pugnatum ſcyphis,regiæque ſaluti vaſtiſſimis hauſtibus litatum, ſeorſum Rex pranſus ad conuiuas Heluetios diuertit,poculo illos ſibi demeretur, hocque inuitamento, bibendi pugna & ſæuitia redintegratur, ſub noctis crepuſculum, publica via Grauiæ accenſi ignes geniales, machinæ lætum crepuerunt poſtridie in æde publica Ædilium,epulo ſtupendo excipiuntur,dehinc Longouillæa Herois,Noui caſtri Comitiſſa in Heluetiorum finibus,conuiuas habuit, menſa lautiſſima, ſpectaculis, venationibus omnibuſq; Aulæ delitiis recreati, ad quas ſuapte minus ſunt procliues,aſſueti victui inculto & aſpero, tandem vt eos conuiuiorum, Aulæ & vrbis ſatietas cœpit,humaniſſime à Rege dimiſſi, ſinguli torque aureo cum penſili numiſmate donantur, cuius in vno orbiculo acroama illud legebatur, *Ex auro Francigena,anno fœderis Francici renouati effoſſo*,altero, *Regis ſacra fœdera magni.* addita quæ ad viaticum reuerſionis neceſſaria erant, ne conducti bello homines, ſuis impenſis appetiiſſe Galliam conquererentur.

Res Belgica. Bataui vt Albertum in caſtris Oſtendæ induratum agnouere, qui niſi expugnata ſtationibus diſceſſurum toties erat profeſſus,tota Germania,& Anglia,militem conſcribunt,quo non vno loco Belgium inuadant, tam effuſis copiis ſtupendiſque viribus,vt Albertum vel nolentem auerterent.

In Cliuenſi ditione, Hollandici ſuum luſtrant exercitum ac tripartito diuidunt, Erneſtus Naſſouuius primam aciem ducebat, alteram Guillelmus Naſſouuius: Anglus tertiæ præfectus erat. Vadato flumine Moſa,circa Antuerpiam populabundi oberrant, expilant, incendunt, atque omnia fœde deformant,ibi accepto commeatu,ſtipendio, & caſtrenſi ſupellectile,ad Tarraconenſis Admitalli caſtra iter faciunt, Mauricius ſtationibus concluſum non ſemel per tubicinem ad pugnam laceſſit, ille prouocanti reſpondet, ſibi in mandatis eſſe,ne loco ipſo tantillum pedem dimoueat, quod ſi tantus pugnæ ardor Mauricium accedat, pugnandi anſam non defuturam, ſi ille caſtra ſuaſq; ſtationes prærumpere velit,quod cum non ſatis tutum Mauricius proſpiceret, hinc aciem alio tranſtulit atque ad obſidendam Grauiam ſe accingit:oppidum eſt ad Moſam quod auito & peculiari iure Arauſienſis citra controuerſiam poſſidebat. Alexander Farneſius Parmenſis, dum in Belgio vicarius ageret, longa & operoſa obſidione iã pridem abſtulerat,validiſſimo præſidio, machinis,commeatu atque omni re caſtrenſi firmauerat, vt pene ineluctabile crederetur, vndiq; magno flumine alluitur, quo non ſolum ductis alueis murum cingentib. præmunitur, ſed ad annonam plurimum conducit,quæ ex Sicambris,Menapiis,Eburonibus,vbertim infero & ſupero amne deuehitur priuſquam Grauiam corona cingeret Mauricius, vt ab Hiſpano belgis tutus eſſet, longa & alta foſſa caſtra ſua circumdat, tellure etiam in tumulos eggeſta, aduerſus oppidanorum eiaculationes ſuos præmunit, ad duo millia præſidiarii erãt,pene omnes Iberi,quiq; Hannonii & Belgæ erant, vete-

Hollandicus exercitus luſtratur.

Mauricius Grauiam obſidet.

Digitized by Google

veterani illi ex delectu habito: Albertus vrbi metuens, Tarraconenſi vt quamprimum obſeſſis auxilio ſit, diſtricte imperat, ille recenſito exercitu è conſpectu Mauricianorum, loco munitiſſimo ſua caſtra ponit, Moſam interſectam ponte coniungit, ſparſiſque vndiq; legionib. toto flumine annonam Mauricio intercludit, ſuoſq; frumentatores intercipit, & à pabulationibus prohibet, hinc obſeſſi, illinc auxiliator Tarraconenſis omnibus machinis caſtra Mauriciana impetunt, ſæpiuſq; erumpentes oppidani, qua incautius hoſtis agit, vim faciunt, aliunde tota acie Amirallus in Mauricianos effunditur, inſtant qui ignem, faces, ſcalas, vncos, ligones, ſecures ad expugnandum, vrendum, ſecandumq; deferrent, rati turbatis caſtris in oppidum immitti poſſe, ſed neutiquam imparatum Mauricium offendunt, qui machinarum præuias eiaculationes pro claſſico futuræ pugnæ præuiderat, nec ſolum à caſtris vim ſummam depulit, ſed Hiſpanis peſſime acceptus receptui canere cogit. 1602.

Tarraconenſis triduo poſt, recenſito exercitu cum Mauriciū ſtatione caſtrenſi dimouere, atque oppidanis ſuppetiari opis ſuæ non crederet, præmiſſis carris, ſarcinis impedimentiſq; caſtra mouit. Mauricius foris hoſte liberatus, omnibus machinis murum quatit tanta vi, vt oppidani impetum non ferentes, auxilii omni ſpe amiſſa de deditione his legibus pacti ſint; Mauricium, oppidanos, myſticos, æq; ac laicos in ſuam clientelam accepturum, Mauricio vt cui iure pignoris oppidum vectigale ſit, fidem præſtituros, priſca iura & immunitates oppidi ſaluas fore, flaminibus laicisque Orthodoxæ religionis & Pontificiæ cultoribus, liberum & ſine fraude in vrbe incolatum permitti, conceſſa ædicula ad cultum numinis, liberum fore cucullatis ac veſtalibus, in ſuis cœnobiis de more ſuo vitam votiuam ducere, ſuiſque prouentibus frui, qui mutare ſedes voluerint, intra triennium alio migrandi liberum illis ius fore, in prædia ſua ſeſcedere volentibus, in vicinum oppidum itum & reditum ſine noxa permitti. Mauricium operam daturum, vt oppidani bellicis cladibus tantopere attriti, intuitu ſummæ egeſtatis, vectigalibus & portoriis Batauorum exonerentur, eo delectu proſpecturum vrbi Mauricium, vt qui ad præſidium relicti fuerint, ciuibus iniurii nec diſpendioſi ſint, ad leuandam publicam inopiam biennes induciæ indulgentur, intra quas ære alieno qui obſtricti ſunt, in ius vocari non poſſint, vt recreati mora illa attritas fortunas ſarcire valeant.

Tarraconenſis re infecta diſcedit.

Deditio Grauiæ.

His pactis Mauricius vrbe potitur, humaniſſime dimiſſi Hiſpani, cū peculio caſtrenſi quo libitum innoxie deducuntur. At deditio illa Grauiæ, quamuis Albertum vt plurimum affecerit, nihilominus vt amiſſam ſolaretur, ad Oſtendæ expugnationem pertinacior hæret, ab illa dimoueri pernegat, quem amiſſi totius Belgii ruinæ impauidum ferirent, ſed adhuc ſua meſſis in herba eſt, & qui teritur annus quique inſequitur, morantem in caſtris ludificabit, ille tamen infracto animo, ſudibus, roboribus interiectis, aliiſque obicibus impedimentiſque obſtruere oſtium & fauces portus nititur, nam quaſi pro Batauis pugnaret pelagus hiſq; propitius eſſet Neptunus, maris æſtus omnia molimina torrente fluctu diſſipabat, ac fruſtra obluctante Hiſpano Batauæ & Anglicanæ naues, interdum mera die paſſis velis vrbem ſubibant, ſed lues & morborum non vnum genus,

Vu multo

1602. multo acerbius obſeſſos, quã vis omnis bellica afficiebat, ad ſerpentis mali vim ſiſtendam, nihil conducibilius viſum, quam affectos oppido ſubducere, aut ſeorſum ſeponere, ne vicinitate & conuictu inuicem ſe inquinarent. In caſtris Alberti non mitius aduerſa valetudine laboratum eſt, ſed ægrorum medella, & facilior euectio è caſtris contagium prohibuit. Sub id tempus ab Hiſpanis octo ingentes triremes milite, mancipiis, armamentis, atq; omni bellica munitione inſtruuntur, duce & ſummo nauarcho Ferderico Spinola, ſed Anglicana & Hollandica Claſſis intercepit expugnauit expilauit, quamquam ab indignante Oceano multũ attritæ eſſent, nec enim patitur triremes, quæ non niſi Tyrrheno mari & Lybico aſſueſcunt. Prætoria qua vehebatur Spinola propoſita libertate mãcipiis remigantibus, ſumma contentione lacertorum ad Itium portum ſemiruta ægre enatauit, ille amiſſis triremibus & ſociis, ſalo grauiſſime conflictatus, poſt nauſeam Gallica comitate exceptus, Oſtendam ad Albertum ſe recipit, propriæ & tantæ cladis inauſpicatus nuncius, amiſſa Grauia Alberto nouum negotium ſuccedit, nempe defectio aliquot cohortium, quæ ob negatũ ſtipendium obſequio & caſtris ſe ſubduxerant, illi cum Batauis primum conſortium clam moliuntur, mox aperte & nullo pudore ſe illis fœderare cogitant, naſcenti malo Albertus occurrendum ſtatuit, ne paucorum impunita audacia, cæteros illecebra peccandi ad ſimile audendum pertraheret, nam priuſquam adoleſcat, coercenda ferocia militum, ni mature feceris, vel quolibet hoſte nocentiores ſunt.

Noua defectio Hiſpano belgarum.

Albertus publico programmate edicit, vt ſi huiuſcemodi ſegreges & deuios quos à cupidine lucri ſitibundos vulgo *alteres* nuncupabant, intra triduũ ad obſequium ſigna & manipulos non redirent, proſcriptos & extorres denunciare, eorumq; bona & fortunas fiſco addictas eſſe nec tantum impune huiuſcemodi deſertores & transfugas occidi fas eſſe, præmiis internecio imperata, vt qui gregarii caput deferret, decem ſcutis aureis donaretur, centũ qui ſigniferi, qui ſummi anteſignani quingentis, vtque illi mutuis cædibus ſeſe conficerent, nec à ſocio ſocius tutus eſſet, impune eſſe voluit commilitoni, ſi contubernalem occidiſſet, ſic per hoſtes de hoſtibus vindicandum ſibi Albertus tutum putauit, ſed vt aduerſus pertinaciam flagitiorum nulla vis, nulla ratio ſatis potens tantum abeſt vt transfugæ hac proſcriptione territi reſipuerint, vt illa exaſperati penitus mentẽ exuere, Rubiconem tranſire, & Mauricio ſe ſociare moliti ſint, nec illi tãtum pugnare armis, ſed verbis & apologetico reſponſo ad programma Alberti, non ſolum defectionem illam excuſant, ſed peruicacitatis ſuæ cauſam, in Archiduces regerunt, publicata & typis excuſa eſt Apologia eorum, quos contumaces, Hiſpanice mutinados vocant, illa audax, amarulenta & probroſa, tota ad dicacitatem, contumeliam, ſcommata, ſpicula verborum, potui totã referre ſed obſcenitate deterritus, temperaui ab huiuſcemodi quæ minus æquis aurib. accipiuntur, nec enim immorandum putidis rebus, more vulturum & coruorum, qui Arabiam fœlicẽ præteruolantes, poſthabitis balſamis & odoratis ſyluis, ingluuioſi conuolant ad cadauera & morticinia, eaq; depaſcuntur. Alberto vbi cõſtitit perduellibus ſuum programma irrideri, cauillis appeti, apologetica dicacitate refelli, denique inſtar fulminis bruti fuiſſe, inſanabiles mente iam non verbis, ſed

Programma Alberti.

Præmia propoſita ad cædes mutuas.

Digitized by Google

verberibus eſſe coercendos ſtatuit. Tarraconenſis Amirallus, profugos in oppidum vulgo *Hooctrate*, fortuito & ſubito opere ab illis munitum obſidet & inuadit, in illi non pro aliena ſalute dimicantes, ſed pro propria, ita fortiter hoſtem propulſant, vt multis deſideratis atque inter proceres Roſnæo Gillo, veterani filio, re infecta Amirallus diſcedere coactus ſit, hinc illi ferociores facti late populantur, viresque eundo acquirunt, vt ad eos paulatim ſimilium, ad ſex millia equitum & peditum acceſſio facta fuerit, ita vt nec oppidum, nec vicina caſtella increſcentem numerum caperent, audacia ita inualuit, vt iam non tacite & per cuniculos, cum Batauorum ordinibus, ſed palam & publice colloquuntur. — *1612. Expeditio in Transfugas milites Alberti. Leitune Rhoſne.*

Grauiam illi ad confugium receptumque, aduerſus programmata & fulmina tonantis Alberti poſtulant, diu negata, ſed pertinacia obſecrandi conceſſa eſt, his pactis vt precario & ad annum duntaxat illis vice hoſpitii vtenda cederet, donec cum Archiduce rediiſſent in gratiam ea lege, vt liberum tranſitum equitatui & pedeſtribus copiis Batauorum præberent, & quandiu diſſiderent ab Alberto, in eum & Hiſpanos fortiter, neque ſimulate præliarentur, eos haberent pro hoſtibus, donec cum illis amicitiam reſuiſſent, Batauos illis adæquata gratia, per fines ſuos tranſitum petentes, iſſuros, milite & armis ſi egeant auxiliaturos, quod ſi intra annum, cum Alberto non redierint in gratiam, à Batauis longiores inducias prorogatas iri. — *Grauia conceſſa precario à Mauricio deſertoribus Alberti.*

Si in illum Mauricius expeditionem paret, obſtringi pactis eius acies & caſtra inſequi, militarem fidamque præſtare operam, illoque abſente ſubpræfectis Guilelmo Henrico Erneſto, & Ludouico Naſſouiis, morigeros & obſequentes futuros, propriis impenſis militaturos omnes, exceptis octingentis qui ad Grauiæ præſidium relinquerentur.

Si à communi hoſte obſideatur Grauia, eã fidiſſime propugnaturos, & Mauricianos auxiliatores accepturos, quod ſi forte cum Archiduce & Hiſpanis conueniant, vrbem eo ſtatu quo acceperint æque ſartam ſaluamque redituros, bellicis munitionibus, tectiſq; quæ ad publica vel priuata commoda conſtruxerint relictis, quandiu aſylo vrbis vtentur, cum magiſtratu & ciuibus placide victuros, ac poſt reſtitutam non pugnaturos in Mauricium, niſi poſt diem decimum quintum, nec inſciis ordinibus Batauorum, miſſuros ad Albertum & Hiſpanos, vel ab illis accepturos literas, tubicines, caduceatores, tympanorum pulſatores, aliosque nuncios & exploratores, per quos conſilia ineuntur & communicantur.

Si cum Alberto ſuiſque res ſuas tractare velint, delegati Batauorum conſcii & teſtes adhibeantur. Prouincialibus accolis Traiecti, Gueldriæ, Hollandiæ, Zelandiæ & finitimis fœderatiſq; commeatum, pabulum, frumentum atq; id genus annonæ, aut aliud vectigal bellicum non imperaturos, Si Mauricio libitum ſit, Grauiam vt ſuam & ſibi oppignoratam recipere, in aliud migrare oppidum opportunum pollicentur, vtque huiuſcemodi pactis viciſſim fides inuiolata ſit, octo obſides à Batauis ſeligentur, quorum capite pacta ſanciantur, plura viciſſim conuenta quæ ſi fuſis explicentur faſtidio ſint, nam è Belgio Melitem euo-

1602. cor, inſpecturus quid fortiſſimi Chriſtianorum Rhodii equites, ſummo ſuo magiſtro & Duce Aſtolpho Vignacurio noſtrate moliuntur, nec enim vnquam illi quieſcunt.

Qualis quanta ſit Melite inſula.

Melite inſula, eſt non procul à Pachino Siciliæ promontorio, ſatis lato à Sicilia freto periculoſoque deſiuncta, quæ paucos ſed fortiſſimos equites, amiſſis Solymis expugnata Rhodo excepit. Sparta eſt Chriſtianorum, clauſtrum Italiæ, imo Europæ, aduerſus inſultus Turcicos, obiex & inſuperabile munimentum: oppidum eſt in Affrica, à ſomniatore ſceleſtæ ſuperſtitionis nominatum, vulgo *Mehomet*, olim & toties ac fruſtra tentatum à Thunetenſi regulo, & principe d'Auria Genuenſi, equites Melitenſes ex improuiſo inuadere conſtituunt, illi quinq; triremib. vecti, vbi in altum progreſſi duas celoces turcicas introſpiciunt, remis veliſq; feſtinant ad intercipiendas Rhodii, aſſequutas inuadunt, expugnant, expilantque 58. barbaris ſeruituti & compedibus triremium mancipatis, tempeſtiuius quam in votis erat vrbem appellunt, id enim conſilij fuerat, vt non niſi poſt occaſum, quaſi non intellecti portum ſubirent, vt tenebris tecti inopinantem incuſtoditamq; vrbem adorirentur, nihilominus cum maturius propoſito ſucceſſiſſent, fruſtra oppidanis à littore arcere conantibus, omni vi deſpecta ſuperatoq; diſcrimine, Rhodii in continentem exeunt, relictoq; ad præſidium triremium forti ſatellitio. Mille quadringenti, anteſignano domino de Matha equite Melitenſi, facinus glorioſiſſimum aggrediuntur, alii cubitales tubos ad portas defigunt, quib. fomite admoto crepantibus, portas laceras diuulſaſque facerent, alii ſcalis muros ſcandunt, vtrinque non infeliciter, vt qui in vrbem irruperint ſed longius progreſſi, à pluribus armatis depelluntur, quam ipſi oppugnantes ſint, ſumma ſalus fuit Chriſtianis, nullam niſi pugnando ſperare. Barbari Chriſtianos feriunt & ſubmouent, nihilominus illi toto agmine ſuccreſcentes, muris & turribus barbaros depellunt, coniicere ſe in pedes, coguntque in priuatas ædes & latibula ſeſcedere, prærumpunt Chriſtiani abditiſſima quæcumque, quibus ingruentibus Barbari faſtigia tectorum conſcēdunt, vnde ſaxis, iaculis, fuſtibus, atque fragmentis parietū Chriſtianos obruunt, & conterunt, quatuor horis vtrinque ſtrenuiſſime pugnatum, ſed inclinantibus Turcis, qui pugnaciores in palatium præfecti ſe recipiunt, fortuitiſq; munitionibus aduerſus ſubitum impetum ſe tuentur, Nobiliſſimus eques à ſancto Luca, ſummi illius tormentorum præfecti filius, quem ſupra in Ambiana obſidione ſublatum luximus, dū inſtat animoſius, ædes prærumpit & expugnat, & reliquias barbarorum perſequitur, haſtilis cuſpide medius transfigitur, à commilitonibus cadauer elatum, conditumque à pollinctoribus libitinariis odoribus Melitem deuehitur, & ſumptuoſiſſimo funere coboneſtatum, pro dignitate equitis & gentis Gallicæ.

Expugnatur & incenditur vrbs Afſricana vulgo Mehomet.

Occiditur Sanlucius eques Rhodius.

At Barbari improuiſa expugnatione territi, ad duo millia poſtico ſe ſubduxerant, direptis opibus & omni ſuppellectile, quadringenti in captiuitatem abducuntur, oppidum nec muris nec ſitu ſatis tutum, quod ſine magno diſcrimine auio loco ſeruari non poſſet, incenditur, peractoq; tam illuſtri facinore Rhodii, inſpectantibus equitum peditumque copiis, quæ barbaris auxi-

liatum

liatum venerant, tuto ad triremes cum captiuis & ingenti præda ſe recipiunt. 1602.

Rurſus vel à penitiſſima Lybia remigio pennæ, repetamus Galliam finitimaſque gentes. Omnibus compertum eſt, quam toruo oculo Allobrogici duces Geneuam introſpexerint, doluerintque vel ſuam vel epiſcopalem vrbem, exemplo Italicarum, in Reipub. ſtatum memoria auorum conuerſam, At qui nunc rerum potitur Emanuel, dum Gallia bello ciuili ardet, terra & lacu in ſummas anguſtias coniecerat, compeſcuit vexauitq; adeo, & ita arcte obſtruxit, vt ad ſummam inediam redacta fuerit, Saguntinam tamen illam famem, conſtantia ſeu pertinacia quæ in nouatoribus non parua eſt, diutiſſime tollerauit, vis tamen bellica longo bello fractos ad deditionem compuliſſet, niſi Bernates & contermini Heluetii, qui ſunt ſui cultus, fœderatæ vrbi ſuppetias tuliſſent. Allobrox prædam non tam ſibi ſubductam, quam dilatam putauit, nec vnquam ille Geneuæ intercipiendæ expugnandæq; ſpem & deſideriũ amiſit, rei bene gerendæ opportunitatem ſemper quæritans, ratus multa ſemel amiſſa & prærepta recuperari. Hinc ille Diuæ Catherinæ cuius ſupra meminimus, propugnaculum pene ad portas Geneuæ tanquam frenum poſuerat, cuius vicinitate & præſidio euagandi ad pomerium vſq; ita premebatur, vt ſuis mœnib. quaſi libero carcere Geneuates continerentur.

Iuſtum ille bellum cauſſabatur, quod ditionis ſit Allobrogicæ Geneua, & iure clientelari ſibi obnoxia, perduelles ciues, omnium gentium fece inquinatos, nouitate religionis vrbem olim piiſſimam, & vt volunt Pontificiam, omnium perditorum hominum officinam aut potius ſentinam feciſſe, dominorum ſuorum Ducis Sabaudiæ & Epiſcopi, arrogato ſibi dominio. Contra Geneuates vt probrum eiurati obſequii à ſe auerterent, optimo & peculiari Epiſcoporum iure in ſe tranſlato, vrbis imperiũ ſibi vindicabant, Pontifices Geneuenſes in quorum vicem ſuffecti ſint, Allobrogico dominatu non ſolum fuiſſe liberos, ſed ipſos olim Comites nunc Duces Sabaudiæ, præſuli Geneuenſi fuiſſe vectigales, fidemq; feudalis obſequii non ſemel præſtitiſſe; vrbem quidem ſubiacere imperio Germanico, quod bipartita & biceps Aquila, in vrbis ſtemmatib. probatum facit, abrogata veteri religione cum Epiſcopis, cum noua quam profitentur caſtigatam imo coëuam Apoſtolis ſuo more dicebant, coaluiſſe, & iam pene exacto ſæculo roboratam, quiritationem alienæ vrbis occupatæ ad Allobrogem nõ pertinere, illum fruſtra (quod Gallica parœmia dictat) de infulis pallio ſeu cappa Epiſcopi conqueri & anxiari.

Allobrox ſuiam eſſe contendit Geneuam.

At ille non ferens faſtum oppidanorum, qui ſe fungorum more nouellos dominos, alienis ſpoliis induti profeſſi ſunt, quos toties repetitis caſtris vi bellica expugnare non potuit, arte & dolo, & ſpecie publicæ ſocietatis occupandos cõſtituit, hinc ad fallendum Sabaudici, promiſcue cum Geneuenſibus nullo habito delectu, omnem ſocietatem commerciorum agitabant. Senatus Sabaudici primarium præſidem Allobrox miſerat, qui Geneuates demulceret, certoſq; faceret cum illis in poſterum, (quod Bello Gallicano fœderati & contermini cõprehenderentur) velle omnia amice & pacifice experiri. At ſub cinere doloſo

 pacis

Digitized by Google

1602. pacis bellum tegit, aduerſus mortalium ſuſpicaciſſimos, auritos ad motum arundinis, ad omnem auram mobiles, vt qui ſciant ſe à pluribus appeti, magnis & tectiſſimis artibus opus erat. Albignius Gallus transfuga ad Allobrogem, in ſubalpina ſua ditione vicarius, laneis pedibus ad rem arcanam progreditur, ſenſim & ſine lituo milites, in vicinos pagos & municipia perſonatos ſubmittebat, qui præſtolarentur totum agmen: die præſtituta adeo periculoſæ aleæ, à ſingulis Albignius ſacramentum exigit, profitentur omnes, vel cum vltimo vitæ diſcrimine nefandam & Babilonicam, vrbem expugnaturos, Deo aras, Duci & pontifici patrio illam reſtituturos, Albignius multa facunde profatus ad gloriam tanti facinoris, hoc vnum ab anteſignanis, centurionibus, militibuſq; exigit, vt niſi penitus expugnata, domita & paccata Geneua, ad diripiendam ſparſi & diſpalati proſilirent, ac commemorat (vt erat lingua & manu æque bonus) tum priſca tum recentia exempla rerum geſtarum, quibus moniti eſſent, prædandi cupidine nõ ſemel partam, & iam in manibus victoriam, vt autem minus caute comprehenſam repente euolaſſe, victoreſque ipſos victis in prædam ceſſiſſe, non inuidere tam fortibus viris laborum & vulnerum præmia, hoſtium exuuias & quæ iure belli debita ſit præda, ſed ne præpropera vox & intempeſtiua ſit, quæque ante uerteret victoriam rogat, vox ſua claſſicum fuit, omniumque in animis tantum non modo pugnæ, ſed adipiſcendæ victoriæ deſiderium concitauit, vt recentes ab ipſa concione, omnes iam pro capta & expugnata Geneuam haberent, iamque compita, plateas, ædes, ciuiumque fortunas ſibi inter manipulos diuidebant, & ſpe prędam hauſerant. At furtiuum delectum militum, latentes inſidias & occulta molimina, præfectus Lugdunenſis ſubolfecerat.

Albignius totius expeditionis anteſignanus à commilitonib. ſacramentum exigit.

Vt enim ille audiit Ducẽ Inſubriæ intempeſto & hyberno cælo, Alpes tranſmiſiſſe, tantum itineris longi & aſperi, non ſine aliquo ingenti facinore cæpiſſe coniecit, ſuſpicionem auxit rumor quamquã dubius, de canabinis ſcalis, quę cis Alpes complicatæ in ſarcinas mulis onerariis conuectæ fuiſſent, res in nube erat, tamen vigiliis crebrioribus cautiuſque Lugduno proſpectum, in caſſum tamẽ cum leoni vulpes non inſidiaretur.

Nox illunis erat & longa tenebris, vt ſunt hyberno ſolſtitio, ſed & nubila, nullis ſyderibus intermicantibus, ita vt obduxiſſe cœlum caligine numen videretur, ad intercipiendos eos qui eius cultum tandiu aliena non ſua vrbe exegerunt, omnia foris agriſque conterminis tacita, obſeſſæ viæ, intercepti viatores omnes, ne quis forte dilapſus, hominib. forte ſomniculoſis aurem vellicaret, nareſq; cõſtringeret, is ordo fuit ad peragendum facinus, vt ſi ſeruatus fuiſſet, profecto nũquam fuiſſet infectum.

Brigueletius Allobrox bellator inuicti ſpiritus, notæ fidei apud Ducem, quo potiſſimum monitore ſuſceptum negotium, agmen ducebat eorum, qui audentiores & præuii ad exitium, ad murum ſcandendum ſe deuouerant, qua Rhodani ruentis fluctus, fragorem ſenſumq; audiendi obtuſiorem faciunt, opportunior locus viſus eſt, ad fallendas vigilias, vbiſque excubitores, nec ſpei euentus defuit, quandoquidem ventorum flabra, & fluminis impetus, parte illa, ita rem tacitam fecerunt, vt Allobrogici non intellecti, laneo & ſuſpenſo gradu, in paluſtrem

Digitized by Google

ſtrem foſſam ſubrepſerint:vigiles vrbani ſomniculoſi, & obſtructa aure, minus 1602.
fideli cuſtodia fuere,quam Annates,qui toto alueo ſolito clamoſius perſtrepuerunt. Illos n. Geneuates gregales nutriunt,ad prodendas inſidias, exemplo Quiritum & Anſeris illius, qui Brennum Galloſq; nocturno dolo Capitolium inuadentes, fideliſſime detexit,non ſine mercede Romulidum, vt ille Annalib. memoratiſſimus inclaruerit,Macloüienſes,Moloſſos ad nocturnam cuſtodiam vrbis, totiuſq; oræ maritimæ alunt, neſciunt enim feræ illæ,prodere dominos,& demulceri ab inſidiantibus.

Allobroges vero crates vimineas iniiciunt,quibus ſternunt foſſam ne lacuſtri limo deprimerentur,hoc fortuito tabulato,palude tranſmiſſa ſcalas comportāt, admouent affiguntque muro, illa ea arte fabrefactæ fuerant,vt in ſe complicatæ, atq; in faſciculum redactæ,mulis onerariis inſtar ſarcinarum deuehi poſſent,per eas aſcenſus & deſcenſus æque facilis,ac per teſtudinem, quæque ad ſublime vel depreſſum muri faſtigium, accommodari tam opportune poſſent, vt ſi murus demiſſior contrahi,ſi excelſior extendi poſſent,eo tamen nexu & robore,vt vim ingentem hominum,non ſecus atque ædium priuatarum cochleæ,ferre poſſent. Imum fulcrum, geminis vncis&cuſpidibus in terram penitiſſimam defigebatur, vt loco ſuo dimoueri & labi non poſſent, ſinguli malleos ferreos,ſudes, aſcias & bipennes geſtabant,tam penetrabili calibe,vt ferrū diſcinderent, egregie omnibus ad expugnandum inſtructis, ſola quæ ſperabatur fortuna alba & fauens defuit,quæ vna in bello magnā partem euentuū ſiue ſecundorum,ſiue aduerſantiū ſibi vindicat,opportune tamen ducenti murū conſcendunt, præuio Briguelletio qui excubitorē,verbo excubiali prærepto mactat. Ille mentitus oppidanū, muros alium oberrantē excipit,&verbo deluſum itidem occidit,ſed tædifer hoſtem intus eſſe nunciat,vigilias clamore concitat,illi vrbem ſomno ſepultam ſubeunt vbiq; pauor,clamor,voces inconditæ,eiulatus,forma captæ vrbis,vt certe fuit, ſi iam capta non ſe liberaſſet,ecce diſcincti,ſeminudi,ſemiſopiti ſtratis exeunt Geneuates, Allobroges vt ſe detectos agnouere,non niſi ſub crepuſculum,totis caſtris vrbem inuadendam ſtatuunt,illi tamen ad portā nouam properant, viginti circiter oppidanos mactāt,vno dilapſo, qui cū admotum portæ cubitalē tubum audiiſſet, clathrum deſuper penſile ſecto rudente dimittit,atque illo obice fruſtra & inaniter tubus crepuit, vrbe creſcunt clamores & vlulatus,ac tandem oppidani metu diſcuſſo,ad arma conuolant, qua parte laboratur adſunt,pugnatur acerrime,donec ſclopo Briguelletius lethaliter traiectus,ſuis animū ademit, perſtabant tamen,ſed vndiq; excitis ciuibus & ſuccreſcentibus, Allobroges pedem referunt,ac in eam partem muri qua ingreſſi erant depelluntur,vt illos pauor deprimit,ſic oppidanos vrbis ſumma clades erigit,animoſq; adiicit,iamq; illi ſuperiores cogunt hoſtes, alios per ſcalas, alios per murū præcipites ſe dare,periti rerum caſtrenſium nequiter factum ac fœde erratum à Sabaudicis aſſerūt, qui prima irruptione in ſumma trepidatione vrbis, ciuibus adhuc ſomniculoſis, aſciis & bipennibus portas, ac omnia repagula & præmunimenta, hinc non effregerint,aliunde ignem ad incendium non ſparſerint, ad ingeminandum terrorem, depellendoſq; à coitione ciues, ſic res fœliciter inchoata pudendum & infœlicē exi-

1602. exitum habuit, omnibus dilapſis, 13. Allobroges ſuperſuere, qui pacti incolumitatem ſe dedunt, fides tamen non ſeruata: cauſſati enim Geneuates, non habendam fidem his, qui pacis publicam fidem ſummo ſcelere prodidiſſent, viſum tamen primoribus, non ita feruide de eorum capite eſſe ſtatuendum, peruicit tamē vulgi & mulierum eiulatus, ita vt populari indignationi, tanquam victimæ omnes illi ad vnum laqueo necati ſint, genus mortis implacabiliter tulerunt, qui inter eos primæ nobilitatis Sabaudicæ erant, videlicet Baro Attigniacus, Diui Mauricii torquatus eques, Domini de Sonas & de Snſiſardon, cæteri gregarii, equites illi laquei ignominiam fruſtra deprecantur, generique ſuo ſectæ ceruicis fatum deberi contendebant, nequicquam illi miſericordiam depoſcunt ab illis, quibus ſi victores fuiſſent, non erant impertituri, amputatæ ceruices omnibus, ac etiam cadaueribus in ſtrage necatorum, omneſque longa linea ſudibus præfixæ, in pinnis ad terriculamentum ſimilia auſuris oſtenduntur.

Allobroges re infecta diſcedunt qui intercepti laqueo necantur.

Geneua ipſa tam præſenti exitio liberata, Deo publice grates agit, de violata pace apud Regem, fœderatoſque Heluetios Rhetoſq; conqueritur, ſibi cautius proſpicit, ab vtriſq; militem præſidiarium aduocat, vt ictus piſcator ſapit, & qua parte vis facta eſt, ſolito tutiorem facit, ne in poſterum illi noxæ ſit, nec tantum Geneuates de cuſtodia vrbis, ſed de vlciſcenda iniuria, belloque inferendo cogitant, conſcribunt militem, aciem ordinant, in Sabaudicos fines populabundi inuolant, expilant, incendunt, atq; Allobrogi par referunt, minanturq; ad Antuates Branouices, Blauonios vſque progreſſuros, vt Ducem tranſalpina ſua ditione contineant, ne deinceps vicinitate noceat.

Rex non aliter auxiliaturum ſpondet, quam ſi Geneuates aperto Marte, obſidione & caſtris poſitis à Duce opprimantur. Dat Vicio apud Heluetios oratori in mandatis, vt à legatione diuturna dum rediret, Geneuæ iter faciat, moneatq; ad pacem cum finitimis, Vicio itur obuiam honorificentiſſime, exceptus apud patricios, regia mandata explicat, nempe vt publicæ quieti ſtudeant, bello abſtineant, quod plerumq; primis auſpiciis arrideat, ſed ancipitis ſit & huiuſce ſi exitus, Rubicone tranſmiſſo, non eſſe regreſſum, nulla arma ciuibus foris experienda, ſola domeſtica eſſe neceſſaria, aduerſus inſultantes diurnos nocturnoſq; inſidiatores. Plura ad pacem facunde obloquutus, quæ minus pronis auribus accepit vulgus ferox & inconditum, quaſi in turbidis rebus, lucrum maius quam in otio ſit ciuibus. Bernates & Tigurini, pro vicina & fœderata vrbe, Heluetii antiquæ & receptæ religionis cultores, Allobrogico arma expediunt, Baſilienſes, Solothurenſes, Scaphuſiani, aliique medios ſe interponunt: ac tandem Vicio vrgēte, pax componitur, diſceſſumq; ab armis. Hoc opere Rex præter auitum elogiū ſe Chriſtianiſſimum præſtitit, qui finitimos odiis inteſtinis efferatos, iamque ad arduum & inexplicabile bellum viciſſim ſe acuentes, ad concordiam reduxit.

Vicius mandato Regio Geneuates quietos eſſe monet.

Nil mirum ſi tam impenſe Inſuber expugnatam ſuam Geneuam eſſe velit, vt quæ tranſalpinæ ſuæ ditionis princeps ciuitas ſit, vel etiam Iulii Cæſaris temporibus, non incelebris erat, ibi enim ponte Rhodanum tranſmiſiſſe aſſerit, illo alluitur & bipartitam facit, ſed diuiſa fluctibus, ponte ligneo coniungitur. Cæſaris cum Heluetiis pertinaci bello, ruinis deformatam Aurelianus Imperator inſtaurauit,

Lib. 1. de bello Gall.

Digitized by Google

rauit,ac de ſuo nomine Aurelianam nuncupauit, ſed faſtidito nouello nomine, vetuſtum retinuit: vitiferos habet colles, agrum quem amœnitas vbertaſq; ſatis commendant,qui totius Sabaudiæ vber ſit. Hinc ab omni æuo, illius imperium Allobrogici primum Comites,dehinc Duces,efflictim affectarunt,illiuſq; cupidine cum vrbanis Antiſtitibus, vt qui ſe Geneuæ priuatos Dynaſtas contenderent,toties præliati ſunt. Annales prima belli ſemina referũt, inter Humbertum Geneuenſem Epiſc.& Aymonem Sabaudiæ Comitem,vbi ſatis conceſſit Humbertus, qui ſucceſſit Inſubriæ, à Cæſare Federico ſine æmulo ſibi priuatum imperium aſſeruit,ſed lubricum. Nã paulo poſt Ferdericus ille factus alienior, Geneuenſem Epiſcopum,cum commilitonibus belligerantem deſeruit,ſenſim annis labentibus Comites latius pedem intulere, & vectigalem ſibi Geneuam fecerunt,tandem per Amedeum ſumma vis illata Epiſcopo, & quod priſtinis bellis vehementer concuſſum & labefactatum erat imperium, penitus conuulſum eſt.Ille enim cum à Carolo IIII.imperii vicariatum obtinuiſſet, Epiſcopum Geneuenſem ſibi obſequentem voluit,nihilominus Antiſtiti & populo Geneuenſi, ſua iura ſalua manſerunt,quouſque Amedæus octauus prioris illius nepos, (qui primus Sabaudiæ Ducatus elogium arrogauit) à Martino Rom.Pontifice,in Geneuates ius fori impetrauit, quod derelictui habuit, poſtquam ad Apoſtolicum ſolium aſſumptus eſt, ac Fœlix nuncupatus.Carolus Dux Allobrogum, auus illius,qui nunc rerum potitur, Epiſcopo non refragante, vt qui familiaris eſſet & gentilitius,non ſemel ſibi Geneuæ ſupremum ius vindicare enixus eſt,ſed domeſticis bellis cum Gallo & finitimis prohibitus, vt qui nedum alienum appetere, cum vix priuatum retinere potuerit, Auorum memoria, nouatores eiectis Epiſcop.& Pontificiis ritibus, Bernatium ac Heluetiorum (quos nuperæ religionis titillatio & faſtidium Apoſtolicæ fœderabat) ope & opera ſupremam poteſtatem ſibi vindicarunt,è Gallia,Italia,omnibuſq; orbis finibus religionis cauſa extorres,illuc ſe ſuaſq; fortunas exportabant, Niuernenſis Epiſcopus, Cœnomanenſis Cœnobiarcha, omneſq; ſacerdotii eiuratores,cum ſcortillis, auroque ſacro,bonorum decoctores, æris alieni fraudatores noxii & huiuſcemodi hominum purgamenta,illuc concurſabant,quaſi ad portas liminare iſtud Aſyli,& impunitatis inuitamentum Geneua haberet.

1602.

Geneua olim dicta Aureliana.

Prisca diſſidia Comitũ Sabaudiæ cũ Episcop. Geneuenſe de vrbis priuato aut mixto Imperio.

Amedeus 8. primus in Ducatum Sabaudiam erexit.

Amedeus 8. factus Pont. max. dictuſque fœlix.

Quilibet huc dixit confuge,tutus eris.

Ex pluribus, exemplum probatæ fidei & pene domeſticum ſuppetit. Aurifex Carnuti erat lenocinio noui cultus ineſcatus, vt gens omnis Gallorum auida eſt nouitatis,mentem ſubdole regit, & nequiſſimam fallaciam molitur, ex nuptiis incliti alicuius nobilis,expilandæ rei alienæ occaſionem captat.Fingit enim crateres aureos,vaſa argentea ſubminiſtrare pollicitum & pactum,non parum hinc ſibi eſſe lucri,ille hoc furtiqueſito colore,à gentilib.amicis,conciuib. precario& mutuo accipit, quicquid erat aurificinæ,& de redhibitione ſub ſyngrapha vltro ſe obligat,vbi auream argenteamque ſuppellectilẽ corraſit,non ille ad ſolemnes quas falſo iactabat nuptias,ſed recta Geneuam auiis itineribus contendit:vbi de furis latibulo conſtitit,ſpoliati rebus ſuis,repetitum mittunt, fit querela ad Iuridicos Geneuates,non ferendum eſſe tam inſigne latrocinium,iamque quiritantibus

1602. tibus annuebantur, cum ſubdolus ille Ianum Caluinum Geneuæ imperantem, parte opima prædæ ſibi demeretur, qui ex ſuggeſtu, rem omnibus probatam facit, ex Bibliorum ſumpto argumento Iſacidarum, qui à Pharaone fugitiui, non ſolum ſe illius iugo, ſed res ſuas, vaſa aurea, argentea & id genus ſubduxerunt, numini non furtum, ſed rem acceptiſſimam fuiſſe, omniumque ſuffragiis transfuga ille abſolutus, & qui venerat rem furtiuam conditurus, inanis domum reuertitur.

His auſpiciis, hoc tyrocinio pietatis, Geneua in eum ſtatum ſe erexit, cuius expugnandæ Allobrox deſiderium vix vnquam ponet, illam bis tentauit, obſidione cinxit anno 1583. liburnicis ſcaphis, phaſelis, ad præcludendum commeatum lacum omnem contexerat. Dehinc 1590. intercepto omni aditu, terra & vndis, in eas annonæ anguſtias coniecerat, vt iam vltra inediam nō ferens, deditionem factura eſſet, niſi Inſuber deſiderio Phocenſis prouinciæ, abductis copiis, liberiorem reliquiſſet, ſic dum aliena & longinqua appetit, opportuna & finitima amittit.

Res Tranſyluanica. Supra dictum, Sigiſmundum Battori permutationis iure reſoluto, à Cæſare Tranſyluaniam repetere omnibus modis conatum, toties victus pati fortunam non potuit, aduerſus rebellantem, Georgius Baſtius Cæſarianorum ſummus præfectus mittitur, Biſtricum Tranſyluaniæ principem ciuitatem obſidet, ac plurib. machinis concutit, ſummum exitium & internecionem oppidani metuentes, de deditione paciſcuntur.

Sigiſmundus iuſſus legem pati, toties aduerſæ fortunæ, & victori Cæſari obluctari impar, triduo poſt poteſtati victoris vltro ſe permittit. At qui Iauarinum Comorram, & confinia tutabantur Chriſtiani milites 60. Turcas in velitatione captos abducebant, vbi vero certiores facti per exploratores, Baſciam *Haly*, nauali itinere per Iſtrum, ire obuiam Baſciæ Vexir, cum ſatellitio non ita numeroſo, inter quos eiurator fidei Chriſtianæ quidam erat nomine Prangerus, captiuos loco ipſo ad vnum cædunt, ne pugnaturis & ad ampliorem victoriam oneri & impedimento eſſent, non longe à Buda & Bellagrada inſidias collocant, abditi in arundinetis & ſalictis, liburnicas præuias intercipiunt, atque vbi prætoriam nauim *Hally*, Baſciæ ad tactum catapultæ conſpiciunt, adoriuntur intrepide, quaquauerſum inuadunt, pluribuſq; cæſis, atq; inter ipſos deſertore Pranguero, Baſciam captiuum cum ingenti præda Iauarinum abducunt: ſed ad rem Chriſtianā nihil opportunius, quam quod Byſantini Imperatoris ingentia molimina, aduerſus Chriſtianos ſeu animi fracti ignauia, ſeu eculei & tormentorum formidine Baſcias enunciauit.

Mathias Archidux præreptis arcanis Turcicæ molitionis, mente & manu, conſilio & opera, adhibitis qua parte potiſſimum laborabatur munimentis, inanem effecit.

Barierius, Fulienſis Abbatiæ in Riuienſi diocæſi, apud Tectoſages Cœnobiarcha, iampridem ſub Henr. III. Ciſtercium ordinem, ibi fœde colapſum priſco candori & rigori reſtituerat, ac ſeuerioris vitæ monachis ortum & nomen dedit, quibus ipſo loco Fulienſes ſunt nuncupati.

Ab illo

Digitized by Google

Ab illo Henrico Valeſio, alioquin præ cæteris, monaſtices amantiſſimo, vt qui illam interdum æmularetur, deligendi Abbatis æquis ſuffragiis & ſortitione electionis, arbitrium haud impetrarunt, ſed ex ſodalitio tribus delectis vni aſſenſurum. Medium erat iſtud inter priſcas electiones, & ius nominandi Regibus Bononienſi fœdere conceſſum, gratia quædam, ſed non pleniſſime grata, quæ veluti inter manus dantes hæſit, quod ęgre dimittere viſus eſt, tanquam ſibi præriperet. 1602.

SedHenr. IIII. non parca manu, non anxie ſed effuſe plenam gratiam fecit, qui tabulis in Prætoriani Senatus monumenta relatis, ad Fulienſem Abbatiam nominationem ſuam penitus abdicauit, quacunq; victima, latifundiis ingentibuſque donariis, amplius beneficium ac glorioſius monumentum, quo vetus diſciplina & decus monaſtices ſancitur, locuſtæ & graculi arcentur, & facti prouentus in ſuos vſus erogantur, nec n. aliunde cœnobiorum fœda facies, monachorum ignauia, imperitia, mores inconditi, quam quod cucullatos præfectos non habent, ſed Aulicos ſæpius non initiatos, Cynedos, aucupes, venatores, imo bellatores & id genus qui non ad frugem, ſed ad fruges aduolant, quas vbi demeſſuerunt, celerrime ad decoquendas abeunt. Rex itidem veſtalibus montis martyrum, iure reg'æ nominationis remiſſo, ſibi deligendi Antiſtitam ius perpetuũ fecit, immortali erga Deum beneficio, ad eliminandam ſpurciciem morumq; corruptellam quam ad gratiam Aulicorum nominatæ Abbatiſſæ inuexerant, vix n. dici poteſt vitio bellorum ciuilium, quam ſacer ille locus impiatus eſſet, perſtabatq; immundus eſſe, ni quæ nũc præeſt virgineo cætui, clara genere & ortu Comitum ſancti Aniani, ſed mundicia vitæ clarior, pudorẽ profugamq; pudicitiam aris adytiſq; reuocaſſet. Vnde non dubia ſpes nobis affulget, aliquando Galliæ Aſtream è cœlo reuerſuram, hoc eſt ſublato Bononienſi pacto, electiones (quæ Palladium Eccleſiæ & regni olim erant) rediuiuas fore.

Henr. IIII. nominationi ad Abbatiã Fulienſem renunciat.

Rex idipſum monialibus montis martyrum concedit.

Floridus Remondus Senator Burdegalenſis, hoc anno magnum ſui deſideriũ reliquit, vir non modo togæ muneribus, ſed Gallica facundia clarus, qua rudioris ſæculi de Ianna quadam pſeudo-Pontifice, deliria & nouatorum longioribus nugis concinnatam fabulam, erutis ex abditiſſimo vetuſtatis ſinu fallaciæ notis, irridendam & explodendam exhibuit, docuitq; poſteros ſedem Roma. muliebri hoc portento nuſquam fuiſſe inceſtatam.

Elogium & obitus Floridi Remondi Senator. Burdigal.

Dehinc ille qui mucrone calami perpetuo cum ſectariis pugnauit, opere indelebili hæreſis coæuæ cunabula, progreſſum, iamq; ſeneſcentis elumbatæ & morbidæ occaſum recenſuit, tam piis lucubrationibus de fide orthodoxa & Roma. ſede egregie promeritus, qui eam tam luculenter & erudite, ab æmulorum mendaciis vindicarit.

Calen. Decembris, Lutetiam deducti quinquaginta & amplius, turcica ſeruitute ex piorum erogationib. exempti Chriſtiani, redemptore Ioanne paruo, ordinis ſanctæ Trinitaris generali moderatore, præbant tubicines duo, eiuſq; ordinis ſodales totidẽ, deferentes ſericum labarũ crucis, bicolori ſtemmate inſignitum ſubſequentibus olim captiuis, geſtantibuſque iam non collo ſubacto, ſeruitutis ſuæ exuuias infœlices, immane pondus cathenarum, quæ interiori limine

Lutetiam redempti captiui deducuntur.

1602 ædis Mathurinæ, ad parietem affixæ adhuc viſuntur, Peractis gratiis numini & redemptoribus monachis, triduano cibo & quiete recreati, domum vel quo abire libitum dimiſſi ſunt, hæc recenſenda putaui, quod noſtro æuo, huiuſcemodi redemptiones vel parcimonia Chriſtianorum, vel ordinis repeſcente miniſterio, vel barbarorum inexplebili auaritia & ſæuitate, raro contingant Ordo huiuſcemodi, ab Innocen. III. inſtitutus, conditoribus Ioanne de Mata & Fœlice Anachoreta, qui in Meldenſi ſolitudine, loco auio cui nomen Ceruus frigidus, cęlitus admoniti de procuranda Chriſtianorum in Syria redemptione, Romam profecti, eam illis veſtem à ſimilitudine quam in ſacra Liturgia viderat Innocentius attribuit, operanti enim ſacra apparuit Angelus, candido ſyrmate amictus, cruce bicolori pectus diſcriminante notabili, nuncupauitque nouellum inſtitutum, de Trinitate & redemptione captiuorum.

RODOLPHI

RODOLPHI BOTEREI
IN MAGNO FRANCIÆ CONSILIO ADVOCATI,
COMMENTARIORVM DE REBVS TOTO PENE ORBE GESTIS,

Liber Decimus.

STARE loco neſcit calamus, non vna eſt pagina hiſtoriæ, vt illa nuncia eſt famæ, ſic eius mobilitatem æmulatur. Ab Vngaria, rerum Belgicarum Euripus, me turſus ad Oſtendam reuocat. Altero anno Albertus, Calendis Ianuarii pro xeniis & apophoretis, non ea miſſilia congiaria & dulciaria, quæ in vulgus triumphantes Romani, ad captandam ouationem, auramque popularem iactabant, ſed ignea & lethalia tela, grauiſſimis tormentis eiaculatur iſto nihilo mitior, Salmoneum agit, alternant oppidani tonitrua belli, dubiumq; à quibus, plus globorum & pulueris ſulphurei conſumptum ſit, qui iactus numerant, pauciores quam ſint retulerunt, copia nõ capit numerum, & bellatorum vtrinque pertinaciam & gloriam minuunt qui numerare velint.

Albertus fauces portus, nauali militum præſidio obſtruxerat, ſed ea vis fuit procellarum pelagique deſæuientis; vt miles non vltra ferens tempeſtatum ſæuitiam, in ſiccum ſe receperit, & ſic derelicta nauali ſtatione, Batauorum nauib. peruium oſtium reliquit.

Albertus, vt indignante pelago artes ſuas turbari videt, præaltam molem aggeſta tellure, è regione portus erigit, quatuor machinis in faſtigium euectis, quibus naues aditu prohiberet, Alberti molitionibus æſtus pelagi ſemper obſtitit, ac pro obſeſſis pugnare viſi ſunt Neptunus & Æolus, ſed quid in tertium annum pertinax animus profuit Batauis, niſi ad laniem̃ & internecionem ſuorũ, quos ex orbe toto in partes ſuas acciuerunt, ita vt Oſtendæ pertinacia, nouatoribus longe maiori exitio fuerit, quam ſi illico incruente & nullo ictu arietis deditionem feciſſet, illa enim inſtar eſt malorum medicorum, qui repetita ſæpius ſan- *Alberti miles à ſtatione tempeſtatib. depellitur.*

1603. guinis emiſſione, dum profligare morbum conantur, ægrum exſanguem & exhauſtum iugulant, quotquot enim fuere ſummi duces, & ſpectatæ fortitudinis milites,ſeu victimas pro tutanda cauſa, ad aram Oſtendæ ſe deuouerunt, quidquid apud eos fuit inuicti & generoſi ſanguinis,ibi effuſum eſt, & pluſquam Æmathia Romanorum,acta illa piſcatorum, illorum oſſib. perpetuo albeſcet, ſed nondum ibi ſatis Bellonæ litatum, ante deditionem vna & altera æſtas recurret.

Canabis,lini,lanæ, ſi qua alia pars eſt Europæ, Gallia feraciſſima eſt, ſtamina bombycum,magis neglectu & ignauia accolarum,quam intemperie cœli & ſoli ignorabat,cum in Occitania,Auenionenſi & Vincienſi comitatu,mori arbores, in ſummam proceritatem & fœcunditatem frondium, ad paſcendos bombyces excreuerint,compertumq; ex francigenis bombycibus, ſericum lanificium Veronenſi & Siculo lucidius,atque textura tenacius.

Mororum ſatio tota Gallia edicto regio iubetur

Rex non vltra ſocordiæ ſuarum gentium indulgere voluit, in vna quaq; diœceſi & parœcia,per vectigalium præquatores & rationales, imperat mororum ſationem, non irritus atq; inanis labor, & Gallica tellus vel exemplo regiæ conſtitutioni æquior eſt, quam ipſi accolæ, qui enim vel perfunctorie curarunt tenellas propagines, intra bimatum adultas, pabulo bombycum ſufficientes experti ſunt,ignoratione enim boni, aut verius ignauia, profutura plurima amittuntur,ita vt de noſtris Francigenis,in mororum ſatione &cultu oſcitantibus,& neſcientibus ex frondib. quantam meſſem facturi ſint, fas ſit vſurpare antiquum illud:

O fortunatos nimium ſua ſi bona norint
Agricolas.

Luxui Gallicano hoc inuentum,& peculiaris holloſerici officina deerat,nam quis vel plebeiorum vſque ad ganeones,baiulos& ſandapilas bombycina veſte, ſaltem feſta luce non fulgeat? Illi enim ſitu & ſquallore poſito, cum patriciis de phaleris veſtium certant, ita vt promiſcua induendi conſuetudine, iam nullum ſit diſcrimen inter gregarios & primores.

Quid facias? faſtus ille faſcinauit Galliam, vt vel in ſumma paupertate veſte fulgendum ſit,& cum væſania, cunctis ſanctionibus mediocritatem imperantibus,potentior ſit, inſanabili populo cum indulgendum ſit, viſum eſt conducibilius,ingenita habere Bombycum ſtamina,quam ex Italis,Siculis,&Iberis mercari,vnde ingens vis auri & argenti,regno quotannis exportabatur,ad vitandum maius malum,inſolentis texturæ artificia deſignantur, primum delecti qui moros ſererent,ſatas vicatim per municipia traderét, donec aſſuetudine ſatio in ſyluas abiret.

At quid non promouet,ſolers cura &colendi ſtudium,quid ſocordia non deprimit? artis præclaræ amantes homines, primo anno tyrocinii ex Bombycum inſolenti fœtu,&bis vicenorum dierum otioſo labore,amplam mercedem tulere,hominibus autem addictis raſtro & glebæ nobile inuentum ſorduit,falſo illis perſuaſum,illo lanificio culturam deſeri, agros inani illo opere ſterileſcere, vere ruſtici homines,qui vel monente vernaculo programmate nõ audierunt, Bombycem excludi ouo,repere,adoleſcere,nere,& propter quod appetitur opes ſuas

1605. eructare, ſeneſcere & mori, paulo minus duobus menſibus, hiſque vernis & inanibus, dum meſſis in herba & lactea eſt, nec agri manus poſcunt, ſed fruſtra muneris ſtipites, malunt in canabe quo deſpicabiliter veſtiuntur, ſegnes operas ponere, quam in fœtura bombycum, vnde ex bimeſtri labore impuberum, plurimum lucri accedit, quid facias? non niſi longa dies, rem illis probatam faciet, & ſolo vſu ſenſim ars inſolens inualeſcet.

Ignauia ruſticorum in arte Bombycum.

Nos rurſus in Belgium Bataui vocant, auro Indico præliantur, hoc eſt aduecto ex Peruuiana nauigatione, vel ab Hiſpanis ſuffurato, bella tã diuturna fouẽt, alio neruo & compage nouellum ſuum dominatum non fulciunt. At Hiſpani & Luſitani, quaſi pars illa noui orbis, priuatim illis condita ſit, forte quia à ſuis detecta & calcata primum, ab iſtis littorib. vt griphes in Scythia, rimantes auri-fodinas cæteros mortalium longe ſubmouent, nec quemlibet ſocium & riualem ferunt, tam impotenti ſtudio, vt Philippus pactis cõnubialibus Iſabellæ cum Alberto, diſtricte cauerit, ne Belgæ iniuſſu ſuo nouum orbem peragrarent, & ſcrutarentur abditas opes.

Bataui quibus ſumma voluptas eſt, ſi Hiſpano noceant, hoc anno inſulam Iaua, ad conquirendas aromaticas merces accedunt, à Luſitano-Hiſpanis depelluntur Bataui, accitis in auxilium inſulanis, tota claſſe clauſtra & repagula prærumpunt, magna ex parte Iberos interimunt, triremes naueſque incendunt, pipere girophilacio, ac huiuſcemodi arbuſtorum exoticis fœtibus, vbi naues compleuerunt, dant ſe pelago & Batauiam repetunt, ferunt peſſimo exemplo vlciſcendi, Luſitanos Iberoſq; odio gentis Hollandicæ, ſyluam omnẽ odoratorum arbuſtorum ſtirpitus excidiſſe, cum potius ignauiæ pœnas à ſemetipſis exigere debuerint, qui non ſatis fortiter à ſuis littorib. externum hoſtem depulerint.

Batauorum nauigatio ad Inſulã Iauã.

Byſantini Imperatoris vicarius erat Scribianus, homo tam impotentis audaciæ, vt Aſiatico dominatu, aut vi bellica aut arte ſibi arrogaro, acie numeroſiſſima ad Byſantium non longius quam triduano itinere, caſtra poſuerit. Ianiſſarii, apud quos rerum bellicarum ſumma eſt poteſtas, indignati Aſiaticum hominẽ, eo faſtus progreſſum, vt ab obſidione non longe abeſſet, torpore imperantis & vitæ ſolutioris luxu, talia audere vicarium conqueruntur.

Scribianus in Aſia vicarius rebellat.

Imperatorẽ ad tantos motus oſcitantem excitant, Aſſano cuidã, quem ab horariis clepſidris vocabant, imperii hoc probrum tribuunt, qui Scribianum inſoleſcentem paruis initiis cum in ordinem cogere poſſet, neglexit, & bellicam pecuniam in ſuas libidines conuertiſſet, deniq; in eum, tanquam in dirum & deuotum caput, omnis vulgi indignatio, Ianiſſariorum feritas, & ſentina conuitiorum congeſta eſt, Aſſanus, iuſſus purgare ſe de peculatu, tacita fœderatione cum Scribiano, reique caſtrenſis minus recta adminiſtratione, ab omni noxa longe ſe alienum & immunem contendit, qui toties de Scribiani molitionibus, & affectato Aſiæ dominatu, ſæpius interpellare Byſantinum Imper. enixus ſit, ſed ne vellicaret aurem prohibitum ab Imperatrice, atque ab exoticarum libidinum miniſtro.

Aſſan horloger.

Res ibat in grauiorem tumultum, cum Mahometes III. ſedaturus hanc procellam, ſe conſpicuum facit, ſed neutiquam quietiores animi, ſæuit vulgus, clamores

Ingens tumultus Byſantii.

Digitized by Google

1603. mores redintegrat, capita duorum poſcit, ſi negentur, promiſcuè ſæuiturum. Mahometes, iam ſibi ab efferata plæbe & Ianiſſariis metuens, ægrè admodum & diu reluctans, ſ. remium carnificinæ amantiſſimos tradit, vtriuſq; ſectis ceruicibus, expleta vindicta vulgi & Ianiſſariorum, ſemetipſum vlciſci parat, Mahometes, & Baſciarum non diſſimili morte litare cæſis, iamq; ſpiculatori deuotas ceruices ad ſecurim extendere iuſſerat, cum Ianiſſarii obluctantur, præſenti fato damnatos ſubducunt, coguntq; illum iram inultam concoquere, hoc præludium fuit atrocioris lanienæ.

Mahometes filium ſuffocãdum, vxorem demergendam curat.

Vxor enim Mahometis pertæſa ignauum & ſocordem virum, otio & voluptatibus fractum, minus caute ferocem interpellat, num filius patri in auitum imperium ſuccederet, hoc intellecto Mahometes, vt qui crederet in ſuos annos inquiri, iamque ſibi viuo funus parari, matris & nati cupiditatem regni affectati anteuertendam ſtatuit.

Ergo ille ferox & barbarus, qua ſunt feritate in gentem ſuam Othomanidæ, filium inſpectante matre, mantilibus collo innexis, & in contrarium adactis ſuffocari, eamq; tam horrendo ſpectaculo medullitus ſauciatam demergi iubet: ex ſ. mulitio vtriuſque 14. trucidati quibus adminiſtris ſe veneno necatum iri, homo credulus & nimium ſuſpicax animo conceperat.

Horrenda ſæuitia Imper Byſãtini.

Ille Scribianum non longe à Bizantio caſtra metatum, lenociniis præmiiſque magis quam viribus fractum, ad ſuum obſequium reuocat, auget honoribus & præfecturis, ea lege, vt in Hungaria aduerſus Cæſarem Chriſtianum ſit auxiliator.

Cum Scribiano paciſcitur Byſantinus.

Hoc diſſidium rei bene gerendæ ſummam oportunitatem Chriſtianis præbuit, quos ſi forte Scribianus acriores in Turcam cognouiſſet, in euiratum perditumque voluptatibus hominem, non ita ſegniter & demiſſe ſe geſſiſſet. Sub id tempus Turcis aliud non leue, damnum inflixit Chriſtianum mancipium, Caniſſæ furtim admoto igne, in nitrum & puluerem bombardicum, quo tantum incendium excitatum, vt tota vrbs pene in fauillas abierit, impetu & bombo turres & mænia alte conuulſa ſint.

Furtiuũ incendium Caniſæ

Ineunte vere Rhodiorum ſummus magiſter, delectu commilitonum habito, quæ ſunt ad Cephaloniam bina propugnacula euertere ſtatuit, ille cum aliquot nauibus triremes ſuas in altum demittit, ad opus tam arduum, non niſi fortiſſimos ſelegerat, Gallos, Italos, & Hiſpanos, ſed Gallorum maior numerus, quibus ſumma rei gerendæ commiſſa erat, vt pote cubitalium tuborum, ad valuas affigendorum periculoſiſſimum negotium.

Expeditio Rhodiorum militum.

Gallicum enim inuentum, licet ferale & execrandum, patrios homines & artifices exigit: ſub noctem opportuna ſtatione improuiſi locant triremes, Vuierus ſub-præfectus Lugdunenſis, totius cohortis anteſignanus ad explorandum ſcapham ſpeculatoriam, interceptus Græcus, qui rogatus de hoſtibus, admonet in propugnaculis ſummum eſſe præſidium, & ſolito accuratiorem cuſtodiã, quod forſitam Turcæ, nonnihil de Chriſtianis ſubolfecerint, hoc tumore Græculi, meticuloſi homines cœptis abſiſtere potuiſſent, ſed Rhodii, toties experti ingenia & mendacia Græcorum, nihil de concepto facinore remittendum ducunt, 19.

Aprilis

Digitized by Google

Aprilis media nocte. Vuiuierus non longius quam milliari ſpatio, à caſtro quod Patras vocant, claſſem ſiſtit, omnem bellicum apparatum in continentem educit, ordinata acie ad iactum ſagittæ, ſub crepuſculum dubiæ lucis caſtro ſuccedunt, Bellagnæus eques præmittitur, ad portam 10. mentum cubitale affixurus, ab excubitoribus clamore proditur, in eum telorum, ſcloporum, ſaxorum, ſtipitumque denſa & lethalis grando dimittitur. ille nihilominus ad portam ſubrepit, defigitque tubum, quo crepante & diſploſo, funditus porta minutim lacera deiicitur, eques Dognoneus cum manipulo 60. equitum primus inſilit, atq; arcem occupat, ſuccedit Porteus, cum ſuo agmine, ac paulo poſt Viuierus omnibus copiis, hoſtem cum ſuis acerrime pugnantem offendit, ſed impar Chriſtianorum inſultibus, in penitiorem arcem illico ſe proripit: portæ aliud tormentũ admouetur, cuius vis ſegnior hiatum arctiorem fecit, quo ægre ſinguli ſe immitterent, omnibus tamen intromiſſis, vndiquaque obrutos hoſtes ad vnum mactant. 1603.

Aliunde aliud caſtrũ pari arte inuaditur & expugnatur, eques Camporemigius, portam admoto & diſploſo tubo in fruſta & fragmina deiicit, duce Cremalio equite proximum agmen irrumpit, cumque ſuperiore hoſte inclinaret, Comes de *Gaſtinare* ſuis loborantibus, cum vniuerſo milite aduolat, pugnatur cominus, interiecta foſſa & medio aggere hoſtis ſe tuetur, atque illo obice, victores Rhodios cohibet, illi mox ſcalas expediunt, & tandem ſuperata foſſa, aggeris faſtigium occupant: perfugium erat in turritum aliud munimentum, ſed vrgentibus Chriſtianis, illuc euadere haud Turcæ potuerunt, poſtico dilapſi ex arcibus, ad opprimendos Chriſtianos omnem oram concitant, equitum peditumq; ingentibus copiis cinguntur, quas per quatriduum variis eruptionibus, Rhodii non infœliciter laceſcunt: vt ſe tamen tantis inſultibus impares agnouere, nec vtrumque caſtrum exili præſidio, aduerſus numeroſiſſimos hoſtes ſeruari poſſe, abductis in captiuitatem damnatiſque ad remos Turcis, omnibusque tormentis, ac per cuniculos vi ignea pulueris turribus deiectis 24. Aprilis triremes repetunt: victoriæ acceſſit ex improuiſo, duarum nauium Turcicarum expugnatio, quæ tritico onuſtę, Rhodiis non paruum annonæ charioris leuamentum præbuerunt. *Champ. Remy.*

Metis inter ciues & præfectum non leuiter tumultuatum. Eſpernonius ſub Henrico III. ſummus aulæ moderator, Metenſi præfectura ab eo donatus, Sobolleum vicarium, cum ingenti & fido ſatellitio, ad cuſtodiam arcis & continendos ciues conſtituerat: æſtu bellorum ciuilium & diuturniori Eſpernonii abſentia, dũ in Occitania, & Phocenſi prouincia, diutius aleam Martis experitur, Sobolleus minus obſequens erat, iam non ſe vicarium ſed præfectum profeſſus, & voce, ſic menſa, ſumptu, & famulitio rem æquabat: ab illo auerſi animi oppidanorum, tum ob aſperius hominis ingenium, tum quod ex auguſtioribus ciuibus, nonnullos probro coniurationis cum Alberto Auſtrio, apud Regem aſperſiſſet, qui Sobollei inuidia diutius habiti in vinculis, tandé v falſo delati inſontes dimiſſi ſunt. Eſpernonius de fide vicarii dubius, dum ad Spadanos fontes valetudinis cauſa proficiſcitur, per Metenſem vrbem iter facit, Mediomatrices de *Tumultus Metenſis.*

Yy Sobo-

Digitized by Google

Soboleo grauiſſimas querelas deferunt, liberam olim ciuitatem, nunc duriſſima ſeruitute premi, non vltra ferre impotentis hominis audaciam, pronis auribus expoſtulationes oppidanorum excepit Eſpernonius, cui vt de ſe ſuſpicionem omnem eximeret Soboleus, ſummos honores & intima obſequia deferebat: ita tamen rebus ſuis, & arcis cuſtodiæ proſpexerat, vt ſi in vrbanum hoſpitium Eſpernonii veniret Soboleus frater in arce morabatur, dehinc fratre inuiſente Eſpernonium, alter Soboleus arcem occupabat, ſic eius cuſtodiam alternantes, vt nulli alteri tam precioſum pignus crediderint, Eſpernonio tamen peruiam facit, in ingreſſu claues obtulit Soboleus, atque hinc dixit falſos rumores inimicorum argui, qui aditum arcis negaturum maligne confixerant, non tamen ſecurior Eſpernonius de fide Sobolei, quin potius in ingreſſu, armatorum militũ bini ordines, & nimia cautio ſatellitii, ſuſpicionẽ Eſpernonio auxerunt, illa tamen conniuentibus palpebris introſpexit, & vt ſumma ſemper fuit prudentia, pro rei opportunitate diſſimulandum ſtatuit.

Diuodunum Metz. In aulam reuerſus, de hominis procacia in oppidanos, deque eorum grauiſſimis querelis, Regem certiorem facit, Diuodunum recurrit, diſſidia compoſiturus, ſed ciues Eſpernonii præſentia recreati, omni diſcuſſo metu acerbius clamoſiuſque de Soboleo expoſtulant, vt res initio paruæ, apud vulgus repente excreſcunt, ingraueſcit tumultus, compitatim turmæ coeunt, ad arcem inuolant, dolia congerunt, & circum molitiones tumultuario opere conſtruunt, res ibat in grauius diſſidium fremente populo, vtroq; fratre aduerſus inſaniam vulgi ſe in arce munitiſſima protegentibus.

Rex Mediomatrices appetit. Boeſſizeus & Vataneus miſſi, qui rem componerent, illi mitigata plebe à Soboleo impetrant, vt non alii quam Regi, Soboleus arcem dederet, ad recuperandam Rex cum Auguſta ad Mediomatrices proficiſcitur, vt ita diſcordes animos ciuium cum præfecto, nec in poſterum coalituros exploraauit, amoto Soboleo, arcis cuſtodiam Archiano & Montignio fratribus, ſpectatiſſimæ nobilitatis & fortitudinis, Metenſiſque regiunculæ præfecturam, vt Eſpernonii vicariis concredidit. Dux Bipontinus, Lantgrauius Heſſus, ac Pomeraniæ princeps, Regem Auguſtamque ſalutatum veniunt, Rex per Virodunum iter fecerat: ab Academicis Ieſuitis rogatur, vt interdicto Senatuſconſulti Pariſienſis, qui in Virodunenſi luto litterario diſcunt, eximantur; quod ditionis Gallicæ non ſit Virodunum.

Germanici principes Regem ſalutatum veniũt. Virodunenſium Ieſuitarum de reditu in Galliam deprecatio. Rex arreſto non comprehendi reſpondet, ea tamen lege vt qui in Pontamuſſina ſchola litteris dant operam, Virodunum redeant, in Galliam reuerſionis dat fiduciam, ſi in poſterum ſint fidi clientes, Regem illis fore propitium, vt illa ſecunda aura affulſit, deliberatum à Virodunenſibus, & Pontamuſſinis Ieſuitis, de Rege adeundo & alloquendo, ſacra hebdomade Paraſceues, poſtulationi dies ſacros annuere Ignacius, Armandus, Caſtellerius, Broſſardus, & Turrius, à ſodalitio miſſi opportune adſunt, Feria 5. in Cœna domini, Rex de more & myſtico ritu maiorem, 13. egenorum pedes abluit, detergit & exoſculatur, cuilibet cum regali epulo 13. nummis argenteis attributis.

Ieſuitæ Regẽ adeunt feria 5. Paraſceues Poſt prandium Varenneus, Ieſuitis ad regium colloquium aditum facit. Ignatius in

Digitized by Google

tius in hæc verba ſic fertur loquutus. Cum primum auito regno numinis ſtupẽdis auſpiciis, potiri (ô Rex Chriſtianiſſime) tibi cœlitus tributum, ſummas in te virtutes, quibus Reges & principes omnes qui anteceſſere longe ſuperas, agnouimus, ac potiſſimum Regiæ celſitudinis teſſeram & ſummum ornamentum, maximam virtutum clementiam, qua perduellium grauiſſimas offenſas condonaſti, eadem in nos æquanimiter vſurum confidimus. 1603. *Admiſſi ad Colloquium. Ieſuitarum ad Regem Oratio.*

Sed, ô rerum ſæcularium ſpes lubricæ, in primordiis regni, cum omnium noſtrorum ſodalitiorum vota & obſequia in te conſpirarent, feralis caſus & nulli noſtrum præcognitus contigit, quo veluti ingenti turbine perculſi, à te non ſolũ alienati, ſed extorres facti ſumus: quocumq; tamen terrarum ſparſi fuimus, nec in te Principem noſtrum, nec in patriam ingenitum amorem & debitum obſequium, nec ſpem tuæ manſuetudinis exuimus, quamuis congerie omnium ſcelerum maleuoli apud te nos cumulauerint, hac vna ſpe ſecuri, noſtram innocentiam, aliquando diſcuſſis nebulis famę inſultantium, tibi exploratam fore confidimus, rati noſtrarum ærumnarum, tempus eſſe medellam.

Fiducia illa tuæ clementiæ antea obſcurior, vt hunc regni angulum tuo aſpectu illuminaſti, liquidius affulſit, & ad tua genua aduoluere cogit, rogamus ne mora tuæ gratiæ beneficium diutius protrahas, cum nobis nihil ſit acerbius, quã illa excludi, finibuſq; patriæ ſemotos, quibus alienas & peregrinas gentes iuuamus, non poſſe ingenio & induſtria natalem Galliam proſequi. Heu? nimis exploratum nobis eſt, apud te longe alios quam ſimus, inſimulatos habitoſq; fuiſſe, hoc eſt omnium flagitiorum colluuie contaminatiſſimos, regno & omnibus ordinibus exitiales, gentem noſtram vt nouam & noua molientem, Gallicanæ Eccleſiæ aduerſam, denique quæcumque deterrima liuor & impietas comminiſci potuere, in nos omnibus diris & deuotionibus congeſtum.

Sed ſodalitia noſtra, non ſemel à proauis Regibus Galliæ, & Curiæ placitis probata ſunt, vt quæ longe antea à Pontifice max. Chriſtianæ Reipub. ſalutaria ſancita ſint: ex quibus tanquam ex inſtructiſſima officina, aduerſus bacchantes hereſes tela depromi poſſint, priuatæ conſtitutiones contubernii noſtri, quæcumque nobis falſo tribuuntur, vt diuinis præceptis & mutuæ dilectioni prorſus diſſentanea diſtricte prohibent, quod ſi vera ſunt quibus falſo inquinamur, noſtra ſocietas non ſolum ad ſalutem animarum eſſe non poteſt, ſed ad præſentiſſimum exitium, at quis credat, ingenio & rerum ſcitu digniſſimarum ſcientia pollentes homines, defecatiſſimos, vltro ſe in ſocietatem noſtram dedere, quæ vt cauſſentur maleuoli, omnium facinorum ſentina ſit & voragonum vero proximum eſt qui ſalutem quærunt, in eum non appellere portum, in quo per tot ſcelera certum ſit animæ naufragium.

At inſuſurrant, nos penitiſſimo obſequio generali noſtro deuinctiſſimos, eaque cathena votorum, vt ei in omnibus & per omnia ſimus audientes, non abnuimus, nos vt membra capiti noſtro penitiſſime obſequi, ſed regibus, magiſtratibus & politico regimini minus eſſe obſequentes nõ prohibemur, quin eo ipſo adigimur, & Apoſtolico præcepto, quo deuiis & minus rectis dominis ſubditos obtemperare neceſſe eſt.

Digitized by Google

1603. Adiiciunt venari nos, & inescare ad ſodalitium noſtrum, ex patriciis familiis ſelectiſſimos adoleſcētes, vt his acitis, hereditatis ſuæ ad nos fiat acceſſio: qui hæc de nobis fabulantur, minus accurate priuatas noſtras leges nouerunt, quæ ſeueriſſime diſtringūt, ne quemlibet vlla arte ad inſtitutū noſtrum pelliciamus, diuino ſpitamini cętera relinquentes, abunde munus noſtrum impleuiſſe credimus, ſi iuuenes recte & probe in ſcholis noſtris doceantur: vel exemplis hoc liquet, in Gallia eo aucupio non eſſe nos heredipetas, cum ex nulla gente inſtituti noſtri profeſſores, pauciores ſint quam Galli: ſi emunctores illi noſtrarum fortunarum, eas ad computum reuocent, vix vllum prouentum ſumptibus collegiorum parem inuenient. Lutetianum, quod in vrbe regia ita proclamatur, ab inuidis fuiſſe opulentum, coacteruatis Clarimontani Epiſcopi & præſidum Sancti Andreæ & Hannequini piis largitionibus, vix tria millia librarum annui reditus adęquat: quid tātillum illud, ad tot profeſſorum in omnibus diſciplinis centurias? ne magno Regi in tot publicis negotiis longior orario tædio aut damno ſit, vno verbo tuam illam nulli negatam clementiam deprecamur, nos qui tui indigenæ ſumus, Hiſpanis, Italis & Germanis cæterarumq; gentium commilitonibus noſtris, erga te inofficioſiores eſſe nolumus, nec eam tibi non præſtare fiduciam, vel cū præſenti vitæ diſcrimine, quam illi Regibus principibuſq; gentilitiis præſtant ſacra tempora, paſſi Chriſti quæ nunc colitur lugubris recordatio, nobis æqua poſtulantibus patrocinari videntur, ſanguis ab eo in ara crucis, pro noxiis mortalibus vltro effuſus, ad indulgendum nobis cōcitat, tanta gratia indignos nos fatemur, ſed conceſſum indultumq; eſſe velis Chriſto, in cuius nomine magis de eius gratia quam de meritis noſtris confidentes, noſtra hæc poſtulata facimus.

Reſponſum Regis ad Ignatianos. Poſtquam dicendi finem fecit Ignatius, Rex pacato vultu pauca hæc retulit. Nihil à Senatu Pariſienſi incogitato in Ieſuitas fuiſſe pronunciatum, nullo in eos ferri odio, nedum in aliquem mortalium, petit verbis enunciata ſcripto exarata tradi, habebant codicillum recitatæ concionis in expedito, quem vt Rex beneuole accepit, Villeregio tradit, præcepitque Ignatianis vt in aula ſolemnia Paſchæ peragerent.

Poſtridie Dominicæ Reſurrectionis admiſſi ſunt in Palatium, quibus Rex ſūmæ beneuolentiæ ſpecimen dedit, palam teſtatus, toto regno eos eſſe reduces non ſolum cupere, ſed eorum opera vti velle. Ignatio dat in mandatis, vt Lutetiæ cum Cotoneo eum adeat, nec ſolum leni alloquio, ſed quemlibet complexu dignatus eſt.

Non tam Metenſis propugnaculi deditio, Regem illuc proficiſci compulit (nam eius aduentum præceſſerat, qua peracta nihil vltra illum progredi neceſſe fuit) quam componendæ controuerſiæ, pro argentoratenſi Epiſcopatu, inter æmulos Lotharingum Cardinalem, & Brandeburgenſem Principem. Lotharingus, de more & ritu impetrandorum ſacerdotiorum, pontificio diplomate infulis donatus erat, Brandeburgenſis à ciuibus Argentorati, inſolenti more apud Orthodoxos, ſed inuecto ex Auguſtana confeſſione, poſt repudiū Eccleſiæ Rō. à pluribus Germaniæ vrbibus.

Ciues in Brandeburgenſem procliues, tum fauore quam profitebatur Auguſtanæ

Digitized by Google

1605.

ſtanæ confeſſionis, tum odio Lotharingi, cum quo ob fines non ſemel contenderunt. In hoc potior Lotharingo ciuium cãdidatus, quod re ipſa prouentus Epiſcopales, atque omnia iura perciperet, Lotharingus non ferens hanc iniuriam, armis ius ſuum, infulaſque neglectas vlciſci, quandoquidem aliter non poſſet ſtatuit: iam ille conſcripſerat exercitum, & res ad præſens bellũ ſpectabat, Brandeburgenſis de componenda controuerſia Regem rogatum Luteriam venerat, qui habito colloquio ad Fanũ Germani, vtriq; (ſi annuerent) arbitrum fore erat pollicitus.

Ille ergo adhibitis ad conſortium arbitrii Archiepiſcopi Treuirenſis legato, Lanthgrauio Heſſo, & Duce Bipontino, mediis amicis inter vtrũq; bipartito Epiſcopali prouentu, ex præſcriptis limitibus viciſſim, vt quieſcerent edicit.

Rex & Augusta per Lotharingiam redeunt.

Iesuita reditum in Galliam vrgent.

Dum Luteriam redeunt Rex & Auguſta, per Nanceium diuertunt, ſororem principeſque Lotharingos inuiſuri. Ignatiani Regiæ pollicitationis memores, dum incaleſcit ferrum, quod vulgo dicunt tundendum, cunctatione iam non opus eſſe cogitant, adſunt, rogant, vrgent, per ſe & ſuos, Frõto duceus, Richomus apologeticis libellis, de obiectis criminibus ſodalitium expiant, quam ſint regno neceſſarii ad pubis Chriſtianæ educationem, ſtirpituſque auertuncandas hæreſes, facunde prædicant.

In Ignatianos impediendi reditum aduerſariationes.

Pontificio Legato deprecatore vtuntur, nec parum maturauit negotium, æmulorumque furuas molitiones irritas fecit, Clementis interceſſio, cui Rex nihil vnquam negatum eſſe voluit, poſtliminio reuerſuris plures obluctantur, vim Arreſto & piramidi fieri. illis regno & vrbe receptis, exitii monumentũ alto vertice faſtigiatum & literatum funditus diruendum, ſtandum eſſe rebus iudicatis, nihil in illos incogitanter, inuide maleuole decretum, obeliſco euerſo S. Conſ. labi & corruere, infirmatione rerum iudicatarum regna conuelli. Senatum Pariſienſem, cæteris qui ſunt Gallia, antiquitate & dignitate antiſtare, cũ ille olim vnus eſſet, à quo vniuerſum regnum ius acciperet, atque hanc gloriam ſibi priuatim vindicaſſe, vt ille ſolus parium Franciæ ſit Senatus, iſto ariete non modo pyramidem illam, flagitiorum proſcriptionis tabellariam, ſed totam Palatii machinam concuti, ac longe plura aduerſus Frontonis & Richominis ſuadam ſuadebantur, ſed qui iuris æqui animata lex eſt, vocalis & ſpirans Rex, vt vni priuatim reditum ſuum in Galliam Ieſuitæ deberent, qua ſuprema eſt poteſtate edixit, vt Tholoſæ, Auxis, apud Garites, Ruthenos, Burdigalæ, Petrogorii, Ratiaſci, Turnoni, Albenati, & Bitteris, vbi antea præcario agebant, perpetuo, & quiete eſſe illis liceret: Diuioni præterea & Lugduni antiquas ſedes repetere, & nouas Flexiæ inſtituere, vel in regia natalitia, in qua fœliciſſime Rex conceptus eſt, certis tamen legibus permiſſum eſt, videlicet ne vlla parte regni collegia & ſodalitates nouas, Rege inſcio inſtituere poſſint, vt qui regnum incolunt Ignatiani, Rectores, prouinciales, præfecti, & quicunque rebus ſuis præſunt, indigenæ ſint, quemlibet exterum ſine venia principis, ad publica munia ſodalitii non aſciſcerent, ſi qui ſint alienigenæ, intra trimeſtre regni finibus faceſcerent.

Ratiaſcum Limoges.

Rex Henric. 4. Flexiæ oppido agri Andegau. conceptus.

Leges præſcripta Ignatianis.

Auenionenſem & Vencienſem comitatum verbo exterorum non compre-

 hendi,

1603. hendi, vt ex ſodalibus in aula vnus ſit, qui apud Regem verbi diuini præco, de cæteris ſponſor ſit, quo internuncio & collocutore de ſodalitiorum rebus Rex certior fiat, vt qui nunc agunt vel futuri ſunt Ieſuitæ, apud magiſtratum iureiurando ſe obſtringant, nihil in regiam maieſtatē, regni & pacis publicæ quietem molituros, cuius iuriſiurandi formulas iuridici prætores ad Cancellarium mittant, qui iuſiurandum detrectauerint, regno protinus extorres ſint, vt Ignatiani, nullo diſcrimine votorum ſimplicium vel ſtrictiſſimorum, nulla prædia cenſuſque in regno emptione, donatione alioue titulo Rege inconſulto ſibi aſciſcant, ius adeundi hereditates, exemplo cæterorum monachorum non habeant. Sed his omnino exequantur, quantum ad abdicationem bonorum qui tamen à ſodalitio remiſſi fuerint, bona ſua repoſcendi ius habeant, accitorum in ſuam ſocietatem res ſoli quas immobiles dicimus non aſſumant, ſed ad agnatos & gentiles, vel ad eos quos teſtamento ſcripſerint heredes quibuſue legauerint deueniant.

Regni conſtitutionibus, iuridicorum decretis, edictis, ac foro ſeculari, vt cæteri initiati & monachi obnoxii ſint. In meſſem præſulum Capitulorum, paræciarum, academiarum, aliorumque monachorum falcem non immittant, nec in priſca & Gallicana iura nihil protſus moliantur. Fas non ſit illis concionari, parochos agere, ſacramentorum myſtica munia operari, ad exomologeſim & ſynaxim aduenas, niſi à ſuis præſulibus rectoribuſque dimiſſos excipere, idque ſtricte & præſcriptis verbis obſeruandum indicitur, in finibus Senatuum Tholoſani, Burdegalenſis, & Diuionenſis, Flexiæ tamen & Lugduni operari ſacra, & de more ſuo agere permiſſum eſt, vtque Rex illos ampliſſimo fœnore gratiarum cumularet, ſuos reditus cenſuſque omni programmate fiſcali, & pignoratione abſoluit, hiſque pleniſſime fruiſci in poſterum liberum facit. Reſtituti ſuis penatibus ludiſque litterariis, in præſcriptis vrbibus, ſenſim ſe effundunt, inque dies vires capiunt, vt accepto & ſanato vulnere vegetiores, damno creſcere, malis inualeſcere viſi ſint, vt cæſæ vites falce ſuperflua ponunt, inque propagines fuſius luxuriant, quæ autem ſunt inter mortales præcipua ſagacitate, probatum faciunt quod vulgo dicitur, apprehenſa gleba campum cedere, Ignatiani tum ſua tum Ædilum Decurionumque interceſſione, Auarici Bithurigum, Rothomagi, Ambiani Rhodonib. antiqua muſæa repetunt & noua condenda impetrant. Lutetiæ vero media Academia, non ſcolam Claro-montanam (vt quibus docere non ſit permiſſum) ſed ſacrarium, & ſeceſſum ſeniorum, Ludouici indigetis titulo inſignitum, Borbonii ſenioris Cardinalis ſumptibus conditum repetunt.

Interea vt teſtatior ſit omnibus, quantos alant viros, quanto robori ſint ad fidem Catholicam, ſeu propugnandam ſeu propagandam, in primaria ſuggeſta Baſilicarum, quos habent facundiſſimos præcones ſubmittunt, Gontierum, Alexandrum, Macaltium, Larobaſtonum, Cotoneum & cæteros primæ eloquentiæ, ille quem poſtremum recenſendo facio, in concionibus primas ſibi vindicauit, vir ſedato ingenio, leni affatu & perquam ſuaui ſuada, oratur quietus, aulæ ingeniis mire aptus, ea pellacia dicendi Regem auribus vinctum trahit,

Elogium Pa-cotonis.

nec

nec tantum in rebus theologicis ſapere viſus eſt, ſed vt audio, qua in eum Rex eſt propenſione, intimis colloquiis adhibet: At nihil adeo eximium, quod liuor & procacia non appetant, peſſimi ganeonum, & ſcurrarum, quibus ſola Gallia infeſtatur, quos dicunt à pedibus, Cotoneum cauillo & conuiciis ex triuio aſſumptis appetierant, Rex cõuiciatores ad pœnam vocari, & vt in turma, ſingulorum noxa vix deprehenditur, cunctis abnuentibus, vniuerſos flagris coercendos iubet, dant pœnas, ex iſta fece (vt coniicitur) aliquis audacior ad ſummum ſcelus, dubia luce ſub noctem, Cotoneum rheda vectũ, tegumento coriaceo perfoſſo, mucrone circa ſinciput & humerum ferit. 1603.

Cotoneus & pediſſequis proditorie vulneratur.

Indignitate facinoris Rex grauiſſime commotus, de ſiccario curioſiſſime inquiri, ſed nox furua, pedes à pedib. dictum pœnæ ad tempus ſubduxerunt, nihil magis doluit Regi (qui proditorum & ſiccariorum vel à puero inexorabilis eſt vltor) quam latere nocturnum percuſſorem, quem nox quæ potiſſimum apta eſt ſceleri, huc vſq; ignotũ fecit, Cotoneo, Francici præſulatus vberrimi infulas obtulit, quas, priuato voto & lege Ignatiani inſtituti, perfracte recuſauit deſpexitq;, quod tam perdite nauibus atq; quadrigis huius æui homines ambiunt, vtq; aſſequantur, nihil intentatum relinquunt, nec auro abſtinent, S. Pontificis, purpuratorum Senatus, quique Ignatianæ ſodalitatis caput eſt (generalem vocant) & toto orbe Chriſtiano diffuſo Ieſuitæ, de ſumma beneuolentia & propenſione in eos, Regi gratulatum mittunt, laudibus efferunt, vel hoc potiſſimum quod ſua benefacta præteritas inflictaſque omnes perpeſſiones ſuperant, tamque effuſo præconiorum faſtigio Regem extollunt, vt nihil ad æuiternitatem Regis deſiderari poſſit, ita vt illi æque ac illis proſcriptio ad ſummam gloriam ceſſerit.

At Rex tota vita irrequietus, vt alter Hercules, quem vel in cunis monſtra fatigarunt, nihil agere indocilis, cui vita in perpetuo motu eſt, vbi à lituo & tuba quieſcit, munia pacis obit, animumque accingit ad fabriles operas, & vrbis ſumma decora, Auguſtum vt nomine, ſic fœlicitate imperandi æmulatus. (niſi quod Cæſar ille pacatum omnino imperium habuit) in hoc potiſſimum, quod vt ille Romam ex lutea marmoream fecit, ſic iſte ipſo ſitu & ſquallore obſitã Lutetiam, palatiis luculentam & pene alteram ab antiqua fecit.

Quarta Aprilis, viuere & imperare deſiit Eliſabetha, quæ tandiu muliebri & pacato Imperio Anglicano, Britannicum regnum adminiſtrauit, vitæ ſeries quæ longua fuit, non vna rerum facie facinora vltra fœminam latiorem paginam exigunt. Ex Anna Boullæna Henricus VIII. anno 1533. ſuſceperat, fonte luſtrico ablutam, coactis Londini procerum ordinib. ablegata Maria, ex Catharina Hiſpanica prio e na a, Eliſabetham regni heredẽ pronunciat, iurare primores in verba illius exigente ſacramentum Canthuarienſi Archipræſule iuſſit. Henricus ille toties vxoratus, Annæ non ſolũ pertæſus repudium miſit, ſed ne nouis nuptiis quas appetebat, moleſtiam aut negotium faceret, ſecuri percuſſit: tam cruente ſoluto matrimonio, cum Iohanna Seimei copulatur, quæ illi Edouardum peperit, qui nouennis patri ſucceſſit, ac vicaria opera impubes per ſeptennium imperauit.

Obitus & mores Eliſabethæ.

Nata anno 1533 Henrico 8. patre matre Anna Boullana. Pronunciatur adhuc in cunis Regina.

Illo

1603. Illo ſic tenello, vicariorũ audacia, quos in religione nouitas ineſcauerat (nam Henric. pater Sedi Pontif. ſe ſubduxerat) nouantibus plurimum licuit, & pene orthodoxa extorris erat, illo ſublato, Maria quamuis paterni iudicii bruto & iniquo fulmine abdicata, vt quæ maior natu & ex iuſtis nuptiis, in regnum allecta eſt, adyta & aras priſcis ritibus reſtituit, æmulam habuit Ianam Sulfociam, quæ de regno illi controuerſiam fecerat, tantumque potentiæ ſibi acciuerat, vt cum auita religione Antiſtites, Flamines exulauerint, ſuffectis ad infulas & ſacerdotia pſeudo põtificibus zuinglianis, nam ab Heluitiis, tabifica illa dogmata tranſmiſſo Occeano inſulam peruaſerant, atque ita Sulfocia inualeſcebat, vt inclinante Maria, pro Regina haberetur.

Iana Sulfoſia Regnum inuadit.

Capite damnatur Sulfocia.

At tandem ſortem variantibus ſuperis, è regio ſolio ad ferale tabulatum & ſupplicium ducitur, ſuaque morte Mariam, & religionem antiquam, ſumma rerum perturbatione liberauit. Philippo, Cæſari Caroli V. filio nubit, atq; aduerſantibus coniugium pluribus, in ſuſpitionem venit Eliſabetha concitati tumultus, & affectati regni, ſuaſumq; Mariæ ne in eam mitior eſſet, quam in Sulfociam quæ cum idem auſa eſſet facinus, pari exitio eſſe adæquandam, iamque ſecuris ceruici imminebat, cum intercessore Philippo, donata vita, cuſtodiæ mancipatur Eliſabetha, nihilominus haud quieſcere potuit, totumque quinquennium, quo imperauit Maria ſoror, crebris molitionib. & factionum procellis irrequietum fecit.

Maria vt ad metam æui ſe deductam, ineluctabili morbo præſenſit, ore ſuo Eliſabetham ſororem regni heredem pronunciat, mittitq; nunciatum & rogatum, vt reſtitutam auitam religionem in Anglia, ruſſus opprimi & exulare non fineret, vtque creditoribus qui laborantem ære ſuo iuuiſſent, nomina perſolueret, vtriuſque fidem dat Eliſabetha, & pro opportunitate temporis, donec regni ineuntis primordia firmaſſet, orthodoxam egregie ſimulat, cum re vera externis ritibus & fronti, diſſentiret animus, hoc fuco illuſit Catholicis, regium diadema de more Anglicano ſuſcipit, auguratione Catholica inungitur, religionis auitæ cultum & columen ad aras iurat, cumque hinc à Philippo Hiſpano Mariæ ſororis marito, illinc ab Henrico Valeſio 2. de natalium defectu impeteretur, mittit Romam rogatum, vt ex iuſtis nuptiis nata, pontificio diplomate pronunciaretur ille enim Henr. II. nutu Mariæ Stuartæ Scotorum Auguſtæ Anglo-Britanicum regnum debitum contendebat, quod Eliſabetha ex inconceſſa copula genita eſſet. At Paulus 3. poſtulanti Eliſabethæ non indulſit, ne Clementis 7. decretũ, de iniuſto irritoq; coniugio Henrici patris cum Anna Boullœna, irritum faceret, ille enim inceſtas & nefarias nuptias, in conſenſu purpuratorũ pronunciauerat, paſſa repulſam, ſenſim ſe Catholicis ritib. ſubducere, & noua moliri in religione conſtituit. Philippus Hiſpanus, dolebat amiſſa coniuge Maria, regni Anglici adminiſtrationem ſibi præreptam, patriiſq; legib. vt externum regno faceſſere iuſſum, hoc ſibi ſolatii reliquũ fecit, vt tacitis conſiliis & molitionib. Eliſabetham, vt inceſtam, à regno abalienaret, illa verſipellis admodum, inſigniter cordata, & vt ex rebus geſtis liquet, nata ad imperium, non vltra tegendas artes putauit, Anglicano obſequio in poſterum fraudandos Roma. Pontifici: qui tantillo diplomate, à

probro

Digitized by Google

probro ſua natalia vindicare deſpexerint. Ergo illa regni coactis ordinib. in publicis comitiis rerum myſticarum, æque ac ſæcularium, paterna audacia ſummũ imperium ſibi arrogat, puduit mulierem quod pater & frater auſi fuerant caput Eccleſiæ ſe profiteri, abunde illi cautum eſſe, ſi nutu ſuo res Eccleſiaſticas velut ſumma Antiſtita temperaret, tam pudendo & portentoſo decreto Eccleſiaſtici audientes eſſe negant, nam quis mulierem de ſactis & religioſis ſtatuere ferat? cum neque apud Ægyptios, vlla mulier Deorum Dearum ne ſit ſacerdos, puta runt enim ſapientiſſimi hominum, ſacerdotium eſſe virile munus, nec ſatis eſſe mundas mulieres ad miniſteria Deorum. Anglicani qui obſequium detrectant, ſacerdotiorum amiſſione, & diutinis carceribus afficiuntur. Nobilitas & plebs Anglicana, quæ in auita fide antiquabat, non æquanimiter res nouas in religione ferebat, vt frementes deliniret, inter Orthodoxos & nouatores diſſertationem publicam indicit, vt exploratum fiat, cui poſtmodum religioni ſtandum ſit, ſed raro contigit ex argutationib. diſſidia huiuſcemodi componi, quin potius non aliter quam cote, obtuſi mucrones acuuntur vel ex ſilicum colliſione, ſcintillæ ingens daturæ incendium erumpunt, ingenia vtrimque exaſperantur, proteſtantibus commentitiam & nuperam religionem propugnantibus, orthodoxis vero auitam & gentilitiam retinentibus. Cordatioribus præſulum Anglicanorum, qui colloquio interfuerunt, viſum fuit, Eliſabetham ſacris deuotioni bus, coetu Chriſtianorum ſubmouendam, aliis arbitrio ſummi Pontificis tam arduum negotium relinquendum, Eliſabethæ hinc Comes Arondelius, illinc Dux Northolcius, vterque ſeorſum ſpe nuptiarum blandiuntur, aliunde ingentibus donis illa, regni proceres & magiſtratus in ſua vota pronos facit. quos nullo lenocinio demereri & expugnare potuit, Antiſtites ſacerdoteſque, atque inter ipſos primarium Eboraſcenſem Archip. præſulem infulis ſacerdotiiſque exuros, regni finibus excedere iubet, cum his religio exulat, & ſecum regno patrios Deos, & ritus vix vnquam redituros, vt olim Troes Ilio exuſto ſuos Penates exportant, nec iam clandeſtinis molitionibus, ſed totius pudoris pietatiſque euulſis repagulis, vi aperta priſcus mos colendi abrogatur, edito programmate, quo diſtricte vetitum, indictione grauiſſimarum mulctarum, ne quis in poſterum ex Eccleſiæ Rom. ritibus, ſacra vel faciat vel audiat, non tamen ſtirpitus abrogatæ ceremoniæ, quandoquidem qui præficiuntur Eccleſiis, elogia & nomina præſulum, tyaras, & infulas, flamines ſtollas, in pſallendo muſicos numeros, & ex tubis ſymphoniam quos organa vocant, ac plura alia ex veteri inſtituto retinuerunt. 1605.

Excludit penitus Anglia auitam religionem.

Eliſabetha ſacra vult preeſſe.

At quæ vxoratos ſacerdotes eſſe voluit, ipſa conſortis impatiens, nulli nubere apud ſe conſtituit, ne cum viro participaret imperium, admonita veteri dicto, *nec tadas nec regna pares ferre.* tamen expectatione nuptiarum leniuit, atque eorum opera, vbi lubricum imperium firmauit, ludificauit omnes, ac tandem ſerior ætas, cani & rugæ ſpem riualibus ademerunt, Dux Andium qui poſtea Henricus 3. frater Dux Alenconius, Eliſabethæ coniugium experiuere, ſed Anglicani proceres Gallum & externum principem inique ferentes, Eliſabetham ab vtroque alienarunt, illa gloriata ſæpius, ſe à Philippo Hiſpaniarum Rege expetitam,

1603. quem priuato odio, thalamo iugali dignari noluiſſet. Pius 5. vt hereticam pontificiis diris deuouit, ſed quas vt fulmen brutum deſpexit, & irriſit hoc cauillo, non habere tam longas manus Iouem Romanū, vt diuiſam & tutam interiecto Oceano ferire poſſet. Iactabat votum perpetuæ continentiæ, & velle hunc mauſoleo incidi titulum.

Titulus ſepulchri quem Eliſabetha ſibi conſcripſit.

Iacet hic Eliſabetha, cui tota vita, quæ illi longeua fuit, virginitatis propoſitum placuit. Motus ciuiles, & perduellium conatus ſumma indagine detectos, vltimo ferro vlta eſt, Mariam Stuartam gentilitiam, quæ ad eam profuga, & dilapſa ex cuſtodia rebellium Scotorum, ſeu ad auxiliatricem & hoſpitalem agnatam confugerat, poſt diutinum carcerem incredibilli feritate morte affecit, duo ſactatiſſima inter homines, hoſpitium & affinitas, non deprecatoris Henr. 3. non Catharinæ Mediceæ interceſſio, feralem ſecurim à regia ceruice depellere potuerunt, ex illa carnificina (parcite ſi verbum æquat facinus) ingens odium omnium gentium ſibi conflauit.

Oratione habita in funere Scoticæ Reginæ, in æde Lutetiana, Reginaldus Bælneus Archiepiſcopus Bituricenſis, ea voce ſcelus publicauit. Hinc ſeges nata poeticis ingeniis criminandi, deuouendique Eliſabetham Iambis, Guiſiani gentilitii, populari aura quaſi claſſico concitati ad vlciſcendum, non inultum ſpondebant. Hiſpanus ſtupenda illa claſſe nauali, quæ vel recitatione apparatus audientes terruit, manes Stuartæ vindicare parauerat: illam deiectam laceramque, Iacobus ſextus peremptæ filius, littoribusque ſparſos & mendicos, maternæ necis mente, ſin minus facto, vltores excepit, iuuit hoſpitio, & ad reditum neceſſaria largitus eſt. Eliſabetha tamen, perculſa horrore tanti facinoris, admonita præſenti Nemeſi, quam teſtem in corpore geſtabat, probrum tam indignæ cędis, in ſuos Senatores conſultoreſq; reiiciebat, qui eam vt conſciam Anglicanarum factionum damnauerant. At Eliſabethā ream cognatæ cædis, vno verbo omnes peragunt, quod hoſpitā gentilem, vel olim bis reginam, etiam omnia quę obiiciantur ſi molita fuiſſet, tædio tam diuturnæ captiuitatis, & ingenito amore libertatis recuperandæ excuſandam: nam quis liber & ſui iuris, nulli alieno addictus, vt inter mortales ſunt, quos eſſe principes Deus voluit, vel accitis hoſtibus, ex captiuitate ſeſe in libertatem non vindicet; quis Stuartam, profugam ad Anglicanam non excuſet, ſi omnibus procellis turbinibuſq; bellorum ad ſe redimendam, Angliam concitare voluerit; feramus hoſtem & inſidiatricem fuiſſe tædium & indignitas diutini carceris, vel plebeiam ad ſimilia audendū impuliſſet; ſed potuit Anglicana, ſuo regno, ſuis finibus captiuam exturbare, vel naui lacera ſine remige, velis & malo, eam vndis ventiſq; committere, ablegata, omnia illi tuta erant, quod æternæ laudis fuiſſet, parcere cognato ſanguini potuit, ſummis tamen Regibus Europæ deprecatoribus hanc clementiam negauit, regnare per ſtrictos mucrones & ſecures voluit, quod illi bene ceſſit, fortunatum magis, quam laudandum.

Claſſis Hiſpanica acta tempeſtatibus diſſoluitur.

Britannicum eſt de iugulatis hoſtibus triumphum agere. Viſam, inquit Flaccus, *Britanos hoſpitibus feros*, vt ſupra monuimus Philippum Hiſpaniæ regem, claſſe ſua per nauarchum Comitem Exeſſæ, in Gaditano freto multis incommo-

dis

Digitized by Google

dis Anglicana affecerat, antea per Dracchium rei nauticæ ſummum præfectum, Indicas exuuias ſæpe prædata fuit, cumque Philippo vitam ſeruatam deberet, quod eo deprecante, Maria ſorore eam ad pœnam depoſcente, ſecuri ſubducta fuiſſet, nihilominus erga eum, qui tam inſigni facinore illam deuinxerat, atrox & quod nunquam depoſuit odium concitauit, ita alte muliebrib. ingeniis odia inſident, vt Philippo iniqua & infenſiſſima, ſic in Henricum 4. Gallorum Regem propenſiſſima, quem milite, auro laborantē in primordiis regni opportune iuuerat, illa quæ cæteros Europæ principes minus quam deceret obſeruabat, vnum Henr. ſummopere coluit, & inclitis titulis affecit, alios præ ſeipſa longe habuit, tam excelſo ingenio linguarumque exoticarum cognitione abſoluta, vt Latine, Gallice, Italice, Hiſpanice, Belgice, Theutonice pluribuſque exterarum gentium linguis loqueretur & ſcriberet, hoc vnum negauerat viragini natura, quod virum non fecit, verita forſan, ne ſi tale ingenium in marem incidiſſet, foret nocentius, ſeueriſſime cauit tota vita ne quis de ſucceſſore ſciſcitaretur; ominoſa eſt enim illa percontatio, hinc ſibi funus duci atq; in ſuos annos inquiri principes ſuſpicantur: argute enim roganti, quem eſſet ſucceſſorem nominatura vel relictura, reſpondit ſibi recte valenti nullam adhuc incidiſſe cogitationem, de ſcribendo teſtamento: non obſcure tamen heredem ſuum deſignauit, qui nunc fœliciter regno potitur Iacobum 6. Scotiæ regem, miſſis ad eum inſignibus ordinis poplitarii, ab ipſa ferali morte Comitis Exeſſæ viſa in dies moroſior, pœnitentiæ internum vlcus alens, ac paulatim cūm tabeſceret, Conſiliariorum præcipiti iudicio interemptum dolebat, cumque rogaretur, aliis fontibus veniam impertiri de Comite ſeruando nullum fuiſſe nec deprecatorem nec monitorem hem! ô cæci Conſiliarii, pro Comite non ſolum rogaſtis, ſed parcere affectantem nō tuliſtis. Vere ineunte de more ſuo ſonipedi Cantherio inſidens, venatū egreſſa, in conſpectu ſui Caſtrum, in quo Comes Exeſſæ expugnatus & captus fuerat, quæſiuit cuius eſſet reſponſum, Comitis, heu! Comitis, heu! Comitis, mox equo dilapſa ſpiritu deficit, à pediſequis qui circunſtabant excipitur & lecticæ imponitur, ex merore & pœnitentia indignantis animi, vt coniicere eſt, morbum contrahit, alui torminibus grauiſſime conflictata, omnem eſum & potum egerebat, per dies decem omnino inſomnis hiſque intemperiis acta, vt plumas molliſſimas, ſtragula, & quæcunque lectiſternia non ferret, ſed nullo loco quieta Comitis Eſſexæ manibus, hac voce ſæpius repetita parentabat, heu! Comes, eam biduo ante quam excederet, ſermo defecit, vt à primorib. regni pro conclamata habita eſt, deliberatur de ſucceſſore deligendo, aut potius agnoſcendo. Robertus Cæcila obſignatas litteras ab Eliſabetha, antequam decumberet, ſibi concreditas, in publicis comitiis obtulit, reſignatæ & perlectæ ſunt, illis compertum, Iacobum 6. Scotiæ Regem, vt qui oriundus eſſet ex Margaride Henrici 8. ſorore, quæ ab Eliſabetha Eduardi 4. filia genus ducebat, heredem Regemq; nuncupatum.

Scientiſſima fuit Eliſabetha.

Iacobus 6. regni heres publicatur.

Illico publico programmate Iacob. 6. Britanniæ Rex, pronunciatur regionatimque ac vicatim, per ſtationarios curſores, Anglicanorū procerum in hæc penæ verba ſanctio mittitur. Nos ordines Angliæ, rebus myſticis ac ſæcularib. præ-

1603. fecti, habitis comitiis cum regni primoribus, nobilibus, Ædilibus, ciuibuſque Londinenſibus regionumq; Anglo Britannicarum vicariis, vt conſtet omnib. ad quem gentilitio & hereditario iure regnum pertineat, nos concordi ſuffragiorum conſpiratione corde & ore aſſentientibus pronuntiamus, ad excelſiſſimum Iacobum 6. Scotiæ Regem, Angliæ & Hiberniæ regnum, fato Eliſabethæ inclitæ memoriæ Reginæ noſtræ, fœliciter tranſmiſſum, aſſertoremq; religionis & fidei eum agnoſcimus, cui perenni obſequio, fide perpetua, vt par eſt ſubditos, nos poſteroſque immortaliter deuinctos confitemur, illi prolique regiæ numina propitia depoſcimus, vt longa æuitate nobis fœlix imperet, qui ſanctioni ſubſcripſerant, perenniter obſeruandæ iureiurando ſe deuinxerunt, priuata ſponſione obteſtari, hoſtes regni habituros expugnaturoſq; qui ſanctioni reclamarēt, illico citis itineribus per curſorem pegaſeum, ad Regem mittitur, alto ſilentio noctis, boni pedis nuncius, Regiam Edimburgi acceſſit, ille gaudio præceps, nō procraſtinandum eſſe nuncium, nec Regis quieti vltra indulgendum, excitandum ſomno ad capeſſendum regnum, vt qui nunquam opportunius poſſet excitari, re audita ſtratis exilit, in genua pronus, vertice manibuſque ſurſum erectis, Deo grates agit, qui vel dormientib. cultoribus ſuis, inexpectata bona vltro deferat, nihil illi auſpicatius contingere potuit, qui arcanis conſiliis Eliſabethæ, de regni ſucceſſione, ſemper dubius fuit, ita enim trepide, ne reuerenter dicam, mulierem impotentem & ſuſpicacem verebatur, vt quos habuit Londini oratores, pluſquam eorum ferret dignitas, coerciti ſint, vt nihil de herede futuro quidquam ſiſcitari, aut liberius inquirere auſi vnquam fuerint, pars illa Britāniæ, quæ olim Caledonia, nunc Scotia dicitur, populis bellicoſiſſimis, & ad omnes militiæ aſperitates induratis potentior, quam vectigalibus, tributis, alioq; annuo regum cenſu, agri non ita vberes, vix tot alendis gentibus ſufficiunt, ita vt Scotia, indigenarum copia laborare videatur, quod regem æris egentem facit, nobiliū eſt ſumma & pene æqua poteſtas, quib. ſi bellum immineat, militem imperare, tributa & aurum non poſſit. Ea eſt rerum humanarum viciſſitudo, vt quæ mortalia ſunt quantumuis ardua, & in excelſo ſolio, cœlitum imperiis obnoxia ſint, & ab illis pendent.

Excitatur Rex vt de regno nūtium audiat.

Numini gratias agit Iacob.

Anglia cor & medula inſulæ (quæ veteribus ab albeſcentibus ſcopulis, qui aditus & littora præcingunt) Albion olim dicta eſt, Iacobum ſpatiis iniquis concluſum, ad maiorem lucem & longe opulentius regnum euocat, ille ad ineunda noui imperii auſpicia, non vltra cunctandum putauit, nec ille plus quam decem dies in Scotia moratus, vt de vicario regimine, deque migratione ſtatueret. At dum ille ſuæ natali Scotiæ, qua ſingulari eſt prudentia, omniumque diſciplinarum accurata cognitione, proſpicit, Anglos in Eliſabethæ exequiis, ſumptuque funeris ſtupendo occupatos, pollinctores, libitinarios, præficas, æneatores, tubicines videamus, operoſa res & longus ordo, vt qui vnam & alteram paginam ſibi vendicet. Eliſabetha vt viuere deſiit, & conclamata, recens funereo thoro componitur, vtque iam conſortium viuorum cadauer non tulit, ſyndone faſciiſque inuolutum, exanteratum, aromatibus conditur, icone ad ſimilitudinem viuentis ſuffecta, atque poſt viceſimum diem, gipſatum illud ſimulachrum,

Anglia olim Albion.

Funus Eliſabethæ.

ſumma

ſumma & incredibili pompa effertur, æmulatione quadam Catholicorum funerum, in aurato Eſſedo, ſtragulis holoſericis inſtrato, quali victores & laureati deuehuntur, imponitur, fictile opus viuam proxime referebat, redimitam regio diademate, & dextera ſceptrum geſtantem, concolores infuſcato candore quadriiuges, epiphipiis pullatis velati, carpentum leniter trahebant, illud præibant primores optimateſque regni, atrati omnes, inſignia ſtemmata, vexillaque regni deorſum inuerſa, regium ſimulachrum vtrinque ſex Comites circumſtabant, permiſtis domeſticis & ſtipendiariis nobilibus. Inſequebantur quos Angli vocant, Antiſtites ſuos, infulati vittatiq; quaſi more Romano, ſodalitia Eccleſiarũ, Flamineſq; taciti omnes, ſine næniis & modulis, Londinenſis Antiſtes Reginæ eleemoſynarius, ſigilli regii annulliq; cuſtos, Cantuarienſis Archiepiſcopus, Caduceatores atque aliquot nobiles, candidis virgulis notabiles ſuccedebant, vltimum ordinem funeris claudebat, Eliſabethæ neptis Marchioniſſa Arbella, magno Quæſtore Anglicano & Thallaſiarcho vtrinque eam ſtipantibus, dehinc effuſiſſimum agmen heroinarum, gynecæum mulierum & virginum, quas in famulitio Eliſabetha habuit, amictæ omnes ſyrmatibus pullatis tallaribus terramque verrentibus ſtipatorum ſatellitium atris chlamidibus, haſtarum inuerſis cuſpidibus, vulgus ſubmouebat, ne funeris ordo turbaretur: vbi ventum ad ædem *Vueſtmontier*, feretrum holloſericis ſtragulis obductum, rheda depoſitum, crypta fornicata conditur, nullæ DEO & ſuperis habitæ ſupplicationes, non tædæ, non funalia illuxere, cum priſca religione adytis ariſque, condendorum corporum pii ritus exoleuere, qui Apoſtolis coæui ſunt, virgini enim Chriſtiparæ, toto orbe ſparſi in eius deliquio adfuere, hymnis migrantem in cœlos proſecuti ſunt, ſi Necephoro fidem habemus, D. Hieron. Paulam Euſtochii matrem, Macrinamque ſoluto matrimonio dicatas mulieres, eo quem adhuc colimus more ſepultas ſcribit, Euſebius Conſtantinum præeuntib. tædiferis, concinentibus lugubres hymnos flaminibus, conditum fuiſſe, author eſt tam priſcæ fidei, vt omni exceptione maior ſit, Iuſtinianus nouella 123. ca. 32. diſtricte vetat, ſine crucis labaro, flaminibus numen propitiantibus, iuſta perſolui, D. Cyprianus ſparſim ſuis opuſculis, pro mortuis ſacrificium offerri iubet, pro lapſis & extra fidem functis vetat: ſed Anglo-Britanni, calcatis patrum ritib. ita ſibi de ſalute confidunt, vt talibus manes non indigeant.

1603.

Quam veteres ſint ritus funerũ quos adhuc ſeruat Roma Eccl.

Publica concione laudatur Eliſabetha, vitę ſeries, longæuitas ac fœlicitas Imperii prædicatur, Inter cælites beata refertur, nouello Regi fauſtitas, religionis concordia, hoſtium pernicies, per præconem à numine efflagitantur, cineri non aliter propitiatum, quam erogatione panni lugubris in egentium innumerabiles catervas: Nec ſola Anglia Eliſabetham deſiderauit, Maria Vngariæ & Bohemiæ regina, Caroli 5. Cæſaris filia ex Iſabella Luſitanica, Maximil. 2 Cæſaris coniunx, neptis & nurus Ferdinandi I. Rodolp. 2. qui nunc regit Aquilas mater, longo æuo exhauſta, in aula Valdoletana apud Philipp. 2. Hiſpaniarum Regem nepotem, placide moritur, hærois inclitæ recordationis, pietatis ſtupendæ, numinis irrequieta cultrix, ſolita diluculo ad preces antelucanas ſurgere, corporis pene nullo cultu, vt quę veſte vix à plebeia diſcriminaretur, parca cibi & ſomni, effuſiſſima in egenos.

Mors & elogium Mariæ Vngariæ & Bohemiæ Reginæ.

1603. egenos, quæ dote caſſas puellas, nuptui collocare, viduas ſolari, iuuare tacitis erogationibus ſolebat, crebra ad menſam & ſacrum epulum corporis dominici, cui de more erat, quotānis in cœna Domini, duodecim, egentium pedes, in pelui abluere, detergere, oſculari, paſcere, veſte & ſtipe non exigua dimiſſos facere quotidianum illi erat, ex appoſitis ferculis, duo edulii opimi ad vinctos trāſmittere, atq; hac ſemita, ſera in cœlum progreſſa eſt.

Vt iubar exoriens, noua luce mortales recreat, ſic lugubres has nenias Iacobi aduentus diſcuſſit, ac longe ampliori cumulo lætitiæ Angliam beauit, in veteri cœnobio Chartuſianorum (ſupereſt illud, mitioreſque Angli Gallicis nouatoribus, qui ab incendiis ruiniſq; ſacratum ædium temperarunt) & paulo poſt in caſtro ſeu turre Londinenſi ex veteri inſtituto dies aliquot moratus, dum Annæ coniugis, filiæ Dacorum Regis, atq; primogeniti Vualiæ principis, aduentū præſtolatur: vbi aduenere, incredibili apparatu pompæ & publicæ ouationis Londinum ingrediuntur, ac poſtridie, Iacob. & Auguſta, Anglicano more inunguntur, nec enim cum veteri religione, ſacrum hunc regiæ inaugurationis morem Angli exuerunt, ita vt qui pſallentes vernacule, & concionantes non audierit, ſtolla, infulis, ſacris veſtibus ab orthodoxis, non diſpares eſſe putet. At ineuntis regni primordia, acerrima lues Londini & in vicinis oppidis & pagis, tanta mali ſæuitia turbauit, vt nulla læthalior præſentiorque ad funera, & ſummam regni perniciem à multis annis bacchata ſit, eo tamen delectu ſæuiendi, vt nonniſi Anglos affecerit, nec enim ad finitimas gentes prorepſit, ita vt quadam intemperie ſyderum, huic inſulæ hoc virus inſederit, non ſecus ac olim ſudor, qui propterea Anglicanus dictus eſt, qui non niſi Anglos, vel in turba alienigenarum appeteret, ſubduxit ſe regia familia præſenti fato, & tam crebris quo Londinum perhorreſcebat funeribus, diuertitque in ſalubria & amœna caſtra.

Aduentus Iacobi in Angliam. Regis Auguſtæ ac primogeniti Vualiæ principis in vrbem ingreſſus. Vnctio Regis & Reginæ.

Lues tota Anglia acerrima.

Rex & Aula Londino diſcedunt.

Regi nouello, Europæ quotquot ſunt Chriſtiani Reges, ad principes, gratulatum mittunt: ipſe Pontifex vltro miſiſſet, ni gentis vetus odium, & in Apoſtol. ſedem diræ voces, ſcriptioneſque Lycambeæ, bene tamen ſperantem de Iacobo, deterruiſſent, ita tamen ſibi blandiebatur Clemens, vt ad obſequium Roma. ſedis, aliquando rediturum ſibi ſpem faceret, multa ad hanc fiduciam impellebant, fœda laniena optimæ parentis, quæ pro fidei orthodoxæ conſtantia impie cæſa fuerit, litterarum rerumque Theologicarum accurata cognitio, qua nouatorum præſtigiæ, à veteri & vero cultu diſcriminari poſſunt, Anglorum qui antiquant in religione, nec numerus nec dignitas deſpicabilis, denique in eam ſpem ſe erigebat ſummus Pontifex, vt tandem poſt tot annos, Anglia auitam pietatem quaſi poſtliminio ad ſe reuocaret: ſed nec ſuæ expectationi, nec Catholicorum fiduciæ Iacobus obſecundauit; ſeu quod animus diſſentiret, ſeu quod recens accito principi, in auſpiciis Imperii, nihil ſit aduerſus mores receptos moliendum, obſtupuere omnes, tam pacata exordia apud gentem, quæ ad rebellandum procliuis eſt, quæque vix vllum Regem initio quietum reliquit, & vereor ne blandiens aura illa, in tempeſtatem proxime abeat.

Orthodoxi antea, Iſabella ſæuiente, cryptis & latibulis abditi, liberius in lucē ſe dedunt, & de non ſatis perſpecta mēte nouelli principis, animos ſumentes, ab eo aui-

Digitized by Google

eo auitæ religionis liberum cultum, ſupplice libello depoſcunt, Audite in hunc prope ſenſum ſic deprecantes: Maieſtas tua regia, ex Bibliis (ô Rex) didicit, cum Iſraeliticæ tribus, indictionibus preſſuriſque leuari à Roboano toties poſtulaſſent, Rex ille impuberum iuniorumque conſiliis, ab eorum poſtulatis vbi auerſus factus eſt, ab illo ſubita defectio decem tribuum, quæ alium qui populi ærumnis equior eſſet, ſibi delegerunt. 1603.

Catholicorũ Anglo-Britanorum ad Iacob. libellus ſupplex.

Quod ſi Iſacidæ, ad leuandam ſarcinam rerum ſæcularium, quibus premebantur, ita anxie vel mutatis dominis, vindicias libertatis proſecuti ſunt, & ob negatum populo leuamentũ, regno abdicatus ſit, animis noſtris ea inſidet opinio, probro aut noxæ tribui non poſſe, ſi nos qui tui clientes vectigaleſq; ſumus, Anglicani Orthodoxæ fidei tenaces, Iſraelitica quacunque tribu, atque duriori ſorte acerbius oppreſſi, ſi (inquam) tot ærumnarum, quas proſcripti, damnati, ademptis bonis, libertate amiſſa, ſub Eliſabetha tot annis immiſericorditer perpeſſi ſumus, aliquod laxamentum poſcimus, obſequioſe, nec vt illi ceruicoſi Iſacidæ, minaciter, vi armorum, non ferociente animo, ſed prona ceruice, demiſſi in genua, ſubmiſſa oratione, de patrum fide & auito cultu caueri nobis poſcimus, quidquid ſtatueris æquum, & quod decreuerit tua lenitas, pro ſumma lege nobis erit, quotquot ſupplices adſumus, eam colimus retinemuſque religionem, quæ coæua Apoſtolis, & vna ad ſalutem via eſt, quæ diuinis oraculis vna conſentanea, qua olim illuſtrata omnis hæc Britannia, & quæ late adiacent tuo imperio ditiones, gentilitatis diſcuſſis nebulis & erroribus, veram lucem Ieſum Chriſtum agnouit, eam (inquam) religionem colimus, quam anteceſſores tui, vtriuſq; regni inuictiſſimi & potentiſſimi Reges, atq; ipſa immortalis memoriæ, beata illa tua parens, propter quam indiges facta eſt, & cælitum addita cœtibus, obnixe nunquã ab amplexa deuii coluerunt, nos priſcæ religionis cultu exules, proſcriptos, bonis honoribuſque exutos fecit, tot cladibus tamdiu affecti fuimus, quod eam eiurare animus horruerit, in qua Chriſto regenerati fuimus, adoleuimus, conſenuimus, atque in ipſa, quæ nuper fato functa eſt Eliſabetha, ſacro fonte abluta fuit, adulta, cumq; in regnum accita fuit, de ea colenda & obſeruanda fideiuſſerat.

At quæcumque in nos, hoc vno nomine immaniter decreuit, ab exteris principibus, gentibuſque Chriſtianis ſummæ impietati, ignominiæ & ſæuitiæ deputata ſunt, & ex illa feritate, ingens illa ſibi odium & probrum, quique atrocium edictorum ſuaſores illi & conſcriptores fuere, toto orbe conflauerunt, quorum ita illos puduit, vt perperam & crudeliter iuſſa & facta, recta eſſe voluerint, omnique arte & opera enixi ſunt, ne ad exteras gentes fama erumperet, hoc adhibito fuco, vt non odio religionis, ſed ad vlciſcendas proditiones, in nos ita inclementer animaduerſum fuiſſe prædicauerint: hinc toto regno inteſtina odia, & diffidia exorta ſunt, quæ infecta & inulta haud fuiſſent, niſi à tua lenitate malis noſtris expectata remedia vim inhibuiſſent: hac grauiſſima ſeruitute, hac ſarcina ingentium malorum, quæ ſub Eliſabetha exantlauimus, à tua clementia leuari ſuppliciter depoſcimus, vt abrogatis muliebris ſæuitiæ decretis, in poſterum te fælicius mitiuſque imperante, auita ſacra operari

1603. rari nos Catholici ſecure valeamus, tua quæ ſumma eſt prudentia nouit, quam anhelanti animo, ſuſpitantibus præcordiis, nec ſiccis oculis, in his præſſuris ad auram tuæ lenitatis accedimus, non inſolens illa quiritatio Chriſtianorum, etiam apud ethnicos Cæſares, qui vicem eorum miſerati, ſumma gloria & incremento rerum proſpere geſtarum illis hoc ipſum non ſemel annuerunt, nec ipſe barbarus Byſantini Imperii inuaſor, in ſuburbana vrbe, Chriſtianis ſuos ritus, priuatim habitos, non aras, non adyta inuidet, Auguſtus, cæterique Germaniæ principes, numinis colendi libertatem, diuturnæ & per tot annos interruptæ pacis vinculum eſſe putant: tam iuſtæ deprecationis repulſa, multorum aduerſos animos faciet, nec aliunde ſub Eliſabetha exorti ſunt motus, omnium enim ærumnarum duriſſimum eſt iugum, religionem nollentibus imperari, nec vis vlla toleranda minus, quam quæ animis, vt inuita & auerſa credant, infertur nec defuit inter plurimos audentior aliquis, qui tot malis impar, ruptis patientiæ obicibus, mortem vltro ſibi oppetendam, vel per exquiſitiſſimos cruciatus, potius quam in tot preſſuris vitam longiorem elegerit: tam ferales auſus conatuſque auertere potes, ſi colendæ nobis auitæ religionis veniam feceris, vnde ad immortalitatem gloriæ tuæ non parua acceſſio fiet, tibique vni nos noſtriq; poſteri, hoc ſingulare bonum acceptum perpetuo referemus: eam religionem profitendi gratiam petimus, quam à Doualdo (qui primus tinctus Chriſto nomen dedit) omnes qui Britanniæ imperarunt Reges, atque tua quæ indigetum faſtis addita eſt parens, ſummo conſenſu & obſeruantia coluerunt, quæ vetuſtate, doctrina non maculoſa & verſatili, omniumque virtutum cumulo commendatur, quam Cæſares Chriſtianiſſimi, aduerſus inſultantium tyrannorum procellas propugnarunt, martyrum innumerabiles cateruæ, ſanguine ſuo adhuc pubeſcentem irrigarunt ſummi Antiſtites teſtimoniis, virgines votiuæ, continentiæ candidiſſimis floſculis decorarunt, quæ iuri naturæ, Prophetarum vaticiniis, Euangelicis præceptis, verba diuino, & Chriſti oraculis vna inter varias & commentitias conſentanea eſt, huius colendæ religionis, etſi minus eam probaueris, veniam indulge.

At Catholici Anglicani non ita ſibi æquanimem, & propitium Regem experti ſunt, liberioris ſtili mucrone ex aſperatus fuit, ſurda tamen aure loquendi ſpicula præteriit, & offenſam condonauit, verba enim libelli, non tam ſupplicia quam minacia viſa ſunt.

At fruſtra illud expectauerant, ab eo qui à pueto aduerſæ religioni innutritus ſit. qui è ſinu matris Catholicæ auulſus, à Buchanano acerrimo hoſte & ſcriptore in orthodoxos, pontificiæ odium cum diſciplinis didicit, quanquam ſuapte Iacobus à præſtigiis ſuorum Puritanorum auerſiſſimus ſit, vrbanis moribus, ſed mentem eam induerat, vt in primordiis noui regni, religionem mutare, nec ſecurum, nec forte regiæ celſitudini ſatis decorum crediderit. Longe igitur alium, quam ſibi finxerant Catholici, ſe profeſſus eſt, editis fidei articulis, quibus præter baptiſmum & cœnam Dominicam, non alia eſſe ſacramenta confitetur, cætera quæ in vſu ſunt Catholicis, quamuis æquæua Apoſtolis (vt D. Iacobus, vnctionem infirmorum liquido aſtruit) nupera & commentitia contendit, Liturgiæ impre-

Digitized by Google

imprecatur, pontificios ritus & priſca dogmata execratur, antiqua patrum decreta, ac ſynodi Tridentinæ, vt mendoſa & exitialia explodit, atque vbi acerbius calamum diſtrinxit, paræneſi illa & inſtitutione ad primogenitum, (ſane quo ad ſæculi mores & imperandi optimum modum lucalenta & inſigni) ad Anglicanæ religionis conſtantiam cohortatur, diſparis cultus vxorem non eſſe ducendam ſuadet, denique eius ingenium & mores ita formar, vt cui religioni aſſueuerit, tenax hereat, nullaque de cauſa repudium mittat, in cæteris quæ ad recte probeq; viuendum in politico regimine, aureum eſt opuſculum, quod Xenophontis Cyropediam, vel Leonis Imperatoris, de Auguſtulorum educatione inſtitutum adæquat. Eſt enim Iacobus 6. vtraq; oratione politiſſimus ſcriptor, qui pugnatam fœliciter à Chriſtianis pugnam ad Nicopolim, ex Saluſtii Bartaſſii vernacula poeſi, Epico opere latine expreſſit, nec Buchanano cui in diſciplinam datus eſt, inferiora ſcripſit, ac nulli Virgilianum illud magis conuenit quam Iacob. 6. 1603. *Inſtitutio Iacobi regis ad filium.* *Elogium Iacob à ſingulari eruditione.*

Qui Geticum moderatur Apolline Martem.

Educationis pubis regiæ, gemmam illam ita abdite ſeruari voluit, inuiditque poſteris, vt in vulgus non exituram à Typographo vel iureiurando exegerit, ſed fax etiam ſub conditorio nequit celari, fulgor per rimas ſe dat foris, quod liberis (vt peculiare animi paterni ſymbolum) priuatum & ſingulare eſſe voluit, intimi lararii rupta cuſtodia, tenebris indignantibus lucem affectat, fit publicum & nō vna lingua pluries prælis mandatur. *Inſtitutio de regia prolu educatione publicatur variis linguis.*

Vbi Iacobus Bethonius, apud Scotos periluſtri gente ortus, Glacuacenſis Archiep. à duodequadraginta annis Mariæ Stuartæ & Iacobi filii in Gallia fida legatione defunctus, vita defungitur, vbi de obitu Anglicanę audiuit, ille plenus dierum voti compos, Simeonis cantico exultationem teſtatus, è ſtrato ſe erigens, in cælum conuerſus, in has voces prorupit. Tandem me ſumme Deus poſtremo voto beaſti, qui morituro hoc tribueris ſolatium, vt Iacobum audiam, vniuerſa conſenſione ordinum, vel ſupremo iudicio illius, cæde materna æternū infamatę, & cuius nunc apud Deum repoſcentem dat pœnas, ad auitum regnum nihil minus cogitantem euexeris, ô ſi à morbo tantillum recreari daretur quantumuis ſenex, quam lubens ipſe Oceani iactationē & nauſeam quæq; pelago inſunt diſcrimina ſubirem, ſummum eſt votorum, videre, alloqui, videre (in quam) quem non niſi pictum vnquam licuit venerari, cuius toties ſimulachrum in penitiore larario, ſeu præſentem ratus colui. Hæc & plura triduo quam migraret Bethonius, me conſcio & audiente regis, gentiſq; ſuæ amantiſſimus, præ gaudio vbertim fluentibus lachrimis elloquebatur. *Obitus Iacobi Bethonii Scotorū Regis veterani legati.*

Sed ſatis rebus Anglicanis indultum, rurſus & toties, me Oſtenda ad ſua caſtra, reuocat. Albertus, nauium Hollandicarum quotidiano itu & reditu, vt illam recreari animaduertit, ex annonariis & auxiliaribus, intercipiendas aliquot ſtatuit, Maio deſinente, Ferdericum Spinolam, cum octo triremibus, & quatuor maioribus celocibus, ex Sluſa huius oræ vrbe non deſpicabili, in altum progredi iubet. *Res Belgica.*

Hollandici nautæ, vt vento & fluctu obſecundante ad inuadendas triremes, vt ſe ſuperiores putarunt ex anchoris naues ſoluunt, aſſiq; velis pelago ſe cre-

Digitized by Google

1603\. dunt,ſed ita repente trenquillum mare,vt vix aura carbaſa moueret, Spinola vt pontum & reſides fluctus, optatam ſibi dare vidit, bipartitis triremibus, Batauas naues fortiter inuadit, ſecunda tamen poſt prætoriam valide impellitur, atque ipſe nauarchus Spinola lethaliter globo concutitur, aliæ triremes vlciſci parant, ſed non leuiori exitio tormentis laceræ, vnde ſoluerant ad portum Sluſiæ ſe recipiunt.

Triremes Hiſpanicæ peſſime habitæ à nauibus Hollandicis.

Amato Brotheo flamini,in magno conſilio vadimonium dicitur,ab ordine & conuentu Altiſio dorenſium Chirurgorum, ne in poſterum fractis,luxatis.aliiſue immedicabiliter laborantibus & cõclamatis mederetur Fran. Iolitus & Petr. Bernagius, ille pro regio tonſore & chyrurgo,iſte pro ſodalitio Chyrurgorum, homini probrum dabant, quod ſecaret, vreret, vetitamque artem ſynodalibus Pontificiiſque decretis exerceret nec immerito ſacrificulis vetitam, quod ab humano ſanguine eliciendo, in curandis morbis temperari non poſſit, hominem vulnerarium, cruenta manu, aris aditiſque rite dimoueri, quod ab Ethnicis religioſe obſeruatum, ſi quidem, poſt captam incenſamque Troiam, multa cæde Graiorum Æneam pollutum,diuinus ſcriptor, Deos Penates gentilitioſq; contrectare formidantem inducit.

[S]enatuſconſul prætorianum quo ſacerdoti medicinam incruente profiteri permiſſum.

Me Bello è tanto digreſſum,& cæde recenti
Attrectare nefas;donec me flumine viuo
Abluero.

Prætetea hominem eſſe nullis præceptis imbutum,temeratio vſu neſcio quibus amulætis forte adhibitis, deuotionibus, carminibus, & precum ſuſurris, aſſuetum ruſticis mederi, ex quibus nonnulli magis ſorte quam arte, optima corporis indole & conſtitutione conualuerint, ſed plures capitali inſcitia necatos contigiſſe paucorum ſanitatem caſu potius, quam vlla peritia, vt olim quam nõ potuit arte,canis ſpumam exprimere pictor, proiecto indignanter incogitanterque penicillo,fortuna artem ſuperante expreſſit.

Iampridem Empiricos, Paracelſitas, circumforaneos,nebulones,girouagos, platearum obſeſſores vt præſtigiatores,& ſalutis publicæ hoſtes,Senatuſconſultis damnatos,vrbibus pagiſque eiectos, ægrorum curatione diſtrictiſſime interdicta,ſolitos enim huiuſcemodi nugiuendulos & impoſtores,animas negotiari, profiteri ſe Æſculapios, cum ſicarii ſint & homicidæ impudentiſſimi. Nulla enim ars eſt inconſtantior, cum nulla ſit fructuoſior, & in hac ſola euenit, vt cuicunq; ſe medicum profeſſo ſtatim credatur,& ſic(vt argute Sydonius) *parum docti & ſatis ſeduli,languidos multos officioſiſſime occidunt*,manes inferis, Plutoni vmbras Libitinæ quæſtum, præficis planctum, polinctoribus vnctiones, veſpilonibus funera, ſandapilis feretra, deſignatoribus ordines, tibicinibus nænias quotidie parant.Plura adiiciebant,vt myſticum hominem ab ęgrorum curationibus ſubmouerent,ego vero ſic clientem meum à probris conuitiiſque tuebar. Nihil cõtra canones ſanctioneſque ſynodorum moliri,non vulnerarium,non ſectorem, quod ipſis Chyrurgis peculiare eſt. Sic eos enim inſectatur Plinius, & à ſæuitia vrendi ſecandique,tranſiiſſe nomen in carnificem,& in tędium artem,ſcalpello, nouacula,vncis,harpaginibus,laminis candentibus nõ vti,non elicere cruorem,

lanienā

1603.

lanienæ aſſueta Chyrurgorum manus ſuas non fœdari, habere puras & vacuas à cædibus, diuinitus illi inſitam peritiam, qua oſſa loco dimota, membra luxata reſtituit, neruis arteriiſque punctim cæſis, vel contractis incruente mederi, herbarum viribus fouere, mulcere, nunquã ferro & mucronibus certare cum ægris, quod ſolent Chyrurgi ita vt cum ad eos cum tanta ferri officina accedere videas non ad amicos ſanandos, ſed ad iugulandos hoſtes proficiſci putes, non faſcinationibus precum, ſuperſtitionibus, aliiſque maleficarum præſtigiis vti, ſanare manu vi occulta numinis, qua ſe præditum non diffitetur. nec ſupra fidem eſt, à Deo quibuſdam vim quandam ſalutiferam infundi.

Tributum enim cælitus Francorum Regibus, vt ſtrumarum fœditatem edacitatemque, ſolo tactu compeſcant & tollant, & ſeptimo matri ſuperſtitibus fratribus, eandem vim ineſſe ferunt, & vſu compertum eſt, non quæſtu mederi, nec ab ægris auariter ſtipem exigere, quod ſolent Chyrurgi, qui ære crumenas verius, quam morbis corpora languentium exinaniunt. Decuriones Altiſiodorenſes liti interceſſerant, vt olim ſeptem vrbes Graiæ Homerum, ſic illi Brothæum vt toti prouinciæ ſalutiferum vendicant. Petr. Camuſius qui pro his orabat, longo ordine medici ſacerdotis fidam gratuitamque operam, ſtupendas curationes hominum à Chyrurgis derelictorum, vel ab eis peius quam à morbis affectorum (vt qui ipſis malis ſæuiores ſint,) enarrabat, intereſſe eorum, noſſe quam probi & periti ſint, quibus ſe ſuoſque liberos in ægritudinibus committant. recenſebat ex priuatis teſtimoniis ſanatorum, quantos homines à faucibus lethi eripuiſſet, Ille dum tectum farciret à culmine, iſte ab arbore cum putator ramos decideret, dilapſus, lacer, & obtritus vterque membris luxatis, oſſibus ſtatione ſua ſemotis, diu à Chyrurgis ſe ludificatos diſtortoſque, à Brothæo vno mirifice, incruente & gratuito ſanatos fuiſſe, apud publicos ſcribas elogiis aſſerebant; Denique controuerſia glorioſo certamine, & ſudore forenſi diſcuſſa, togatorum Antiſtes facundia, & ſupra omnem inuidiam probitate notiſſimus Hacquauillæus pronunciauit, Brotheo fas eſſe oſſibus dimotis, membris luxatis, neruis contractis, aut cæſim punctis ſine ferro mederi, Chyrurgica operatione, quæ ferro & vſtionibus exercetur, omnimodo prohibita.

Archiater Regis Chriſtia. Dulaurentius opus egregium de mirabili ſanatione ſtrumarum nuper edidit.

Andr. Hacquauillæus in magno Conſilio primarius præſes.

Ad Iacobum vtriuſq; citerioris Britanniæ Regem, Chriſtianiſſimus luculentam legationem adornat, Marchio Rhoſnius ſummum caput illius, cum numeroſiſſimo delectu nobilium, Caletum appulit. de aduentu Iacobus certior factus, duas ingentes naues ad itium portum præmittit, quibus ille cum commilitonibus deueheretur, Vicius Caleti præfectus, Gallicas naues in expedito habebat, Rhoſnius tamen Anglicanas non faſtidiuit, altera ſe vehendum dedit, inſequutæ Gallicæ cum vniuerſo comitatu, quo Gallia ab Anglia diſterminatur, nõ plus quam octo horis continentem appulit. Prætoria nauis Gallica, vt exonerata fuit, nihil morata in anchoris reditum feſtinat. Marchioni Rhoſnio bombardæ emiſſo globo vale dicit, carbaſa explicat, vexillum erigit, Anglicanus nauclerus, homo ferox ipſo ſalo indignante indignantior, nõ ferens ſtemmata Gallica, ſolito iratior clamoſiorque, vt contrahantur iracundis nutibus lacertorumq; contentionibus admonet, cum imperiis ſuis Gallos non audientes intellexit homo

Marchio Rhoſnius regius orator ad Anglo Britannum regem mittitur.

Naucleri Anglici indignum facinus.

 præceps

1603. præceps & turbinibus agitatior, machinæ bruto fulmine Gallos terrefacit. Rhoſnius furentis naucleri tam ſubitam procellam grauiter tulit, & reuocauit ad animum hominis dementiam iuſtius cauſſatus, quod ſe deuehendum Anglicanæ naui, poſthabitis Gallicis, concredidiſſet, querelas nauſeantis animi nũ audit aſſuetus mari & procellis, nec illis mitior, ac tamdiu ferox & impacatus, quouſque Rhoſnius Gallico nauarchiæ vexillum ſubmittere iuſſit, faſtu inſanientis Angli, Galli exaſperati, non diutius ferendam iniuriam inclamant, Neptunum Anglicano non eſſe obnoxium, mare priuata dominia neſcire, nullis coaſcribi finibus: nam vt priſcus ille,

Quid prohibetis aquas, vſus communis aquarum eſt.

Qui potentior ſit pelagi habere imperium, Bataui, qui legationis Gallicæ cohoneſtandæ & amplificandæ cauſa, ſe adiunxerant, Anglo ſuam inſaniam exprobrant, proterue & intemperanter ab eo factũ, qui potentiſſimi Regis oratori minus obſequens fuerit. Gallicæ genti ſuæ a maioribus tributum eſſe, vt qua late patet

Chriſtiani omnes ſuo vexillo Franciſci in ditionibus Turcicis ſecure nauigant. terra mariq; orbis, fas ſit ſua ſigna explicare vniuerſas gentes Chriſtianas in Turcicis ditionibus, ſub ſymbolo liliatiſq; ſignis Galliæ tuto nauigare Anglos, Hiſpanos, atq; omne genus nauarchorum hac teſſera ſæpius prædonum manus & ſeruitutem Mahometanam euaſiſſe: ne deinceps ſimilia vel deteriora obueniant, Gallus ab Anglo, viciſſim legem inter eos conſtitui rogat: ille oſtenſam naucleri aſperis motib. excuſatam leuitatemq; deprecatur. Douuram vbi Rhoſnius delatus

Querimonia Gallici orator. de feroce nauclero. ab vrbano prætore & Ædilibus inuiſitur, poſtridie cum ſatellitio oppidanorum militũ equeſtri itinere, Contraticũ appetit, excipitur ſummis honorib. præterea nihil: moris eſt enim exteris legatis, vbi in fines regnorum delati ſunt, viaticum,

Rhoſnius Angliam ſubit. epulumq; perſolui, Anglus rogat proregem Rhoſnium ne parcimoniæ aut decremento amicitiæ & arctiſſimi fœderis in Chriſtianiſſimum Regem, morem intermiſſum tribuat, id ab eo cautum, ne cæteri legati qui agminatim vndique gratulabundi appellebant, deſpectui haberent, ſi inempto epulo non æquarentur,

Le milor Cydne. Cydneus, regalibus liburnicis & lintribus, Rhoſnium per Tameſim fluuium Londinum deuehit, expoſitus in ripam, cum comitatu à cimbis rhedas omnes conſcendunt inque palatia, ac fotibus prænotatis parata hoſpitia deducuntur.

Robertus Cecila, Angliæ fidus æq; ac veteranus moderator, Rhoſnii de aduentu it gratulatũ, Regẽ in ſyluas abiiſſe venatũ, ipſo die tamen reducẽ ſpondet, primitias venationis Anglicanæ ceruum mittit, in craſtinũ dicto vadimonio ad caſtrum de *Grenuih*, vbi Rhoſnium ad mutuos amplexus & colloquiũ præſtolabatur, illuc cimbis deducitur, egreſſo it obuiã longus ordo gentiliũ nobilium, in tricliniũ deducitur tantiſper moratus, donec Rex de aduentu certior fiat: illico magnus Angliæ Cancellarius deducit. ſtabat Iacobus in regio ſolio ſublimis prorog. Gallico aſſurgit, & altero gradu tabulati ad excipiendum ſe demittit, Rhoſ-

Rhoſnius legationis mandata exponit. niũ ſingulari beneuolentia excipit, ille mandata ore cõpoſito, ſingulari ſed breui facundia, à quo miſſus eſſet exponit: cui Rex ex tempore, nec mediata oratione quamuis noſtrate, infit Chriſtianiſſimi Regis in ſe propenſiſſimũ animũ agnoſcere, patem referre affectum, cum Scotia anguſtioribus terminis clauderetur,

ſæpius

1603.

ſæpius teſtatum, acceſſione regni Anglicani veteranum amorem non depoſuiſſe, Henri. IIII. inuictiſſimis armis eam referre gloriam, vt ad æmulandum nullum aliud exemplum toto orbe luculentius exiſtat, ſerio loquuti, ad familiare colloquium diuertunt. Inquirit Anglus, quæ tamen probe nouerat, de Gallico ſtatu, regia familia, priuatis ſtudiis, Rhoſnii rerum bene geſtarum conſiliis non minimam partē tribuit: ille contra ad prudentiā & bellicas virtutes Regis Chriſtianiſſimi, proſpera fata & ſecundos euentus regerit. Anglus nonnulla de Pontifice Rom. interſerit, viſuſq; in colloquendo ab eo alienus, quiq; de eo Romæ ſpem conceptam, ſit prope diem fruſtraturus, vt ex euentu perſpectū: altero cōſeſſu de fœdere renouando habita oratio, poſt triduū Cecila ſancitum renouatumq; renunciat, non diſſimilibus verbis. Anglum Regem, non ſolum priſca fœdera inita cum Chriſtianiſſ. Regibus redintegrare, ſed arctiora, & magis peculiaria, vel ad nutū Galliç initurum, interea ſtrictiſſimę amicitiæ nexu obuinctū Regi & regno manere Rhoſnius, nouis pactis ineundis operam dediſſet, niſi per emunctores exploratum habuiſſet, in conſiſtorio Anglicano plures eſſe qui Hiſpano fauerēt. Peracto de legatione colloquio, Rex mēſa Rhoſnium, & Bellomontanum Comitem non ſemel dignatur, gazophylacii ſtupendis opib. recreatus, primores regni illum cōuiuiis & ſpectaculis excipiunt, nihilq; prætermiſſum, ad ſumma officia regiæ legationis, Rhoſnium Anglus torq; & ſelectiſſimis margaritis honorificentiſſime donatum dimittit, vicinior Angliæ Auſtrius legatus Rhoſnium Londini anteuerterat, digniori legato locum cedit, non tā officio quam ſumpta opportunitate explorandi, quid Gallus ſuo ad Anglum acceſſu moueret & promoueret, vt qui Sole orienti, ſalubres auras & ſtillas mellis aerii decerpere volūt, ipſam lucem præueniunt: ſic concurſu facto, vndiquaq; certant Chriſtiani principes, qui primi Iacobum ex nebulis Scotiæ Anglicano regno illuceſcentem accedant. Harembergius Comes, legatus Archiducis Auſtrii, hunc potiſſimū mouet lapidem, vt rebellantibus Batauis non ſit auxilio, ille ipſe qui filio, non alendas eſſe factiones perduellium ſubditorum, in præceptis politici regiminis dederit, adiicit legatus Auſtrius, Deum & Nemeſim par referre principib. qui ferocibus populis auxiliantur, vt ipſi ſimiliter ſuorum populorum in ſe ferociam & defectionem expectiantur, Ethnico Cæſari, à Chriſtianis populis mutuatam hanc auream vocem, crebro vſurpatam fuiſſe *Alteri non feceris, quod tibi fieri non vis.* Batauos ad fomētum defectionis, regionatim omnes principes in ſuum auxilium acciuiſſe, Henricum III. tam iniuſtæ cauſæ patrocinium negaſſe, Eliſabetham magis odio priuato, quam vllā ratione cum perduellibus ſocia arma iunxiſſe. hoc illi ſemper fuiſſe damno, vt quę milite numeroſiſſimo, & ingenti ære mulctata fuerit, in tot bellorum exantlatis laboribus. Omne Belgium, ex materno genere, vt Carol. V. Cæſaris, Philippi II. fuit ſua peculiaris & auita hereditas, ſic nunc eſt Archiducum iure ceſſo, & Auguſtę Hiſpanicę, ex pactis connubialibus dotalis facta eſt. Batauos non magis iure mari piraticam agere, quam cum ipſi naturali ſuo principi, gentes ſuas, vrbes, oppida tributa atq; alia ſuæ ditionis præripiunt ſi priuatus in prædium vicini ſimilis audeat, iure ciuili vt re aliena cedere prætore coactum, quod legib. Bataui audientes non ſint, non eſſe ferendum, neminem

Regis cum Rhoſnio familiare colloquium.

Omnium principum ad Regem nouellū crebra legationes.

Legatus Hiſpano belgicus à Batauorum auxilio dimouere nititur Anglum.

Digitized by Google

1603. dos aduerſus ſuos naturales principes, quibus omne ius in armis ſit, Archiduces ſua tantum repoſcere, non cogitare de propagandis finibus, ſuis eſſe contentos, inuitos pugnare, pacem vel ſupplices ab indomitis ferocibuſq; ſubditis petiiſſe, negaſſe perduelles, vel qui ex præſcriptis à ſe tabulis, pacem ipſam & longiores inducias, procacia rebellionis fouendæ recuſarunt.

Contraria molimina in legatum Alberti vt à Batauorum fœdere Anglus non diſcedat.

Sic Harembergius, contra æmuli, qui in regnis nihil aliud ſciunt, quam vicinorum principū odiis & mutuis diſſidiis ſua alere latrocinia, cum Belga pacem dehortantur, Batauos cōfundere faſtum Hiſpanicum, ſi Archiduces pacato Belgio potiantur, in vicinos auſuros aliquid, Angliam & Scotiam vt propinquiores primis inſultibus fore obuias, Batauiam inſtar eſſe priſcæ Carthaginis, quæ Romanorum Pœnis inſultantium malleus fuit, domitoreſq; orbis Quirites, intra ſuos fines coercuit, Philippum II. Batauis aduerſis, licet toto orbe accitis viribus, fruſtra in Angliam arma mouiſſe, ſi cum Hiſpano quieti ſint, affectati regni voto illum citius potiturum, in Belgicis tumultibus, pacem & ſecuritatē Anglicanam ſitam eſſe: At quid non dictum ſcriptumue fuit, à turbidis ingeniis, vt Anglus in Auſtriacos, cum haberet auerſum animū, quem tenax odii habuit fouitq; ad vltimum ſpiritum Eliſabetha.

Sed vt vindicta muliebrib. ingeniis immortaliter inſidet, ſic virilibus innata ſtrenuitas, priſca odia amicitiis commutat. Iacobus VI. Regni heres, non odiorum nouercaliū Eliſabethæ, legato Auſtrio vtriuſq; gentis Anglicanæ & Ibericæ commerciorum libertatem indulget: interim auxilia fœderatarum gentium nō intermiſſurum, donec apud vtroſq; de pace conſtet.

At dum lues grauiſſima toto regno graſſatur, occulta inteſtinaq; & multo lethalior proditorum conſiliis, nouello Regi & familiæ inſidiatur: ferunt enim aliquot regni proceres, cogitaſſe de Marchioniſſa Arbella, in regnum ſufficienda, Hiſpanicis auxiliis, ea lege vt Allobrogico Duci nuberet, à Catholicis hæc tentata molimina, vt exulem religionem reuocarent, ſed à vero hæc eſſe aliena, quæ paulo poſt cum Hiſpano pax inſecuta eſt arguit: conſtantior fama eſt, coniurationi cauſam dediſſe contumaciam aliquot Anglorum, qui in præfecturis fori & militiæ, Scotos prælatos viderint, inter vtramq; enim gentē vetus odium & implacabile interceſſit, atq; inter eos Eliſabethæ ſtipatorum anteſignanus, nomine Rallek, indignatus quod ſatellitii regalis dignitate amotus eſſet, prælato ſibi Scoto, ſtatuit vlciſci, ille intemperiis ãctus, ſorori vltimum vale dicit, rogatq; vt ſibi numen propitietur, illuc proficiſci vnde non eſſet rediturus, nec longe progredi, vt qui ad tria milliaria ab vrbe, vbi Rex morabatur, pergeret: ſuſpicata eſt mulier fratrē ad ſingulare certamē proficiſci, gentiles veriti hoc diſcrimē, ſiſtunt hominem, ſciſcitantur quid turbato animo moliatur, quo præceps feſtinet, cum quo congredi paret, ille facinus ſuum detectum putans, vltro omnem ſeriem inſidiarum explicat, regiam cædem animo concepiſſe, quæ iam non eſſet infecta, ſi vis occulta numinis trepidanti vim non inhibuiſſet, ad hoc facinus adactū odio Scoticæ gentis, & exauthoratione ſua, Rex ab ipſo cōfitente arcana cōiurationis noſſe voluit, conſcii omnes in vincula coniecti, non leui nota legatū Harembergium initæ ſocietatis aſperſerunt, ex conſciis plures damnati, luere pœnas Angli-

Prima coniuratio in Regē Angliæ.

Coniurationis cauſa quæ fuerit.

cano

Digitized by Google

1603.

cano more, hoc eſt, vt ſemiuiuis medium pectus, carnificis dolabra diſſecetur, & cor vi auulſum, eius cruore vultu fœdato in fetalem piram proiiciatur. Georgius Brochius, & cum eo duo ſacris initiati eo ſupplicio affecti ſunt. Cobhanus, Grayus, & Marchanus iiſdem pœnis addicti, niſi quod pro laqueo nobilitati datum eſt, vt enſe capita demeterentur, præcordiis ſimiliter auulſis exuſtiſque, atq; ipſa capita haſtilibus præfixa, in Londinenſi turre oſtentarentur, Carnificinæ dicta dies, erectum tabulatum, Marchanus primus ad pœnam vocatur, iuit intrepide, & numen precatus genua & ceruicem inflectit, Rex in re ferali luſit, non morte ſed metu contentus, proditores ſuos affeciſſe, ſtricta erat ſecuris, & collo minax iam imminebat, cum per ſummum præfectum ex priuata manu Regis, iubetur deligatus ad palum ſolui, & deduci in atrium. Grayus ſimili terriculamēto vinctus dimittit genua, & ſe præbet ſecandum, iubetur itidem ex tabulato in atrium deduci, idem de Cobhano peragitur, mox vt reducti ad tabulatum tribus damnatis principis venia recitatur, qua apud vulgus & poſteros, conſtare voluit lenitate ſua incredibili, magnitudinē ſceleris ſuperaſſe, vincti qui ſe iamdudum in peculio Libitinæ numerauerant, ſtupore & ſilentio potius, quam oratione, quæ plerumq; attonitos deficit (caſus enim ingentes ſtupent, leues loquuntur) regiam clementiam faucibus lethi erepti mirantur, atq; ſic Iacobus lōge diſſimili ingenio, primordia Regni auſpicatus eſt, quam Eliſabetha, ille enim teterrimum facinus condonauit, illa nihil vel tantillum inultum reliquit, vt magis timeri quam amari affectauerit. Anglia, ab orbe condito tale nullum exemplum vidit, quo Rex plura odia, molimina & proditiones in poſterum fregit, quam acerbitate omnium pœnarum: ſunt enim ingenia, quæ nullis equuleis, ignibus & tortoribus cedant, manſuetudine molliantur, & miteſcant.

Coniuratores ad pœnā damnati more Anglicano

Ex coniuratis nonnulli ſolo metu mortis affecti pœna eximuntur.

Stupenda nec adhuc viſa Regis lenitas.

Iacobus neminem habuit, ex Anglicis Regibus cuius ſimile factum æmularetur, ipſe author ſibi tam generoſi facinoris, quod mirentur & imitentur poſteri, vel cum ſummo fructu exemplum reliquit.

Auſtriaco legato ſuccedit Hiſpanus, ille ipſe Taxis, qui Veruineo fœderi interfuit, apud Iacobum conqueritur, minus propenſum fuiſſe in Hiſpanū, vbi Angliæ Rex factus ſit, quā cum Scotiæ regno potiretur, ſex millibus ſcutorum recēs iuuiſſe Mauricium, rogat vt domum Scotos Angloſq; reuocet, & perduellis populi nec auro, nec ſuis copiis non vltra alat ferociam, amicitiam tam potentiſſimi Regis eam eſſe, vt omnes Europę principes ſedulo & officioſſime ambierint, quod vltro ſe Hiſpanus offerat, non ideo eſſe deſpicabilē cum Philippo 2. & Eliſabetha vetus & acerrimum odium interceſiſſe, ſed vtriq; priuatum fuiſſe, cum mortuis illud ſepultum, Reges cum aditione regiæ hereditatis, anteceſſorum inimicitias nō adire, non induere: quem obiiciunt æmuli, totius orbis ſubigendi ambitum, vetus eſſe commentum, cuius nulla tentauit primordia Philippus 2. quod ſi ea inceſſiſſet cupiditas, alieni inuadendi initium feciſſet ab Italia, cuius caput & pedes, Mediolanum & Neapolim poſſidet, cum præter Venetos, nulli ſint reguli pares eius viribus; ita tamen cum illis, vel qui vix biduani itineris dominio coercētur, moderate & bona fide vixiſſe, vt nulli de finibus ſuis cōtrouerſiam fecerit, amicitiam Angli regis plurimi facere Hiſpanum regem, ad quam firmandam

Regis Angliæ ad legatum Hiſpanicum reſponſum.

Digitized by Google

1603. mandam Taxis miſſus ſit, atque ideo obſecrare ne Batauis rebellibus, aduerſus ſuos principes legitimos ſit auxiliator, Anglus cõtra retulit cum Hiſpano ineundi fœderis deſiderio plurimum teneri, Scotos ſtipendia facere Batauis, vt Heluetii promiſcue omnibus, vt in Scotia conſcribat & mercede conducat militem Hiſpano liberum facere, vt Anglum Regem, Hollandicis ordinibus de iuuandis oſtrictum teneri, quod illi multæ vrbes, ob magnitudinem æris mutui, quo illos Eliſabetha deuinxit, oppignoratæ ſint, neceſſitate priuata adigi, vt antiquis fœderatis regni auxilio ſit, percupere tamen vt cum Hiſpano in gratiam redeant, Taxis pergit plura de potentia ſui Regis magnifice loqui, qui ſi velit, coactis imperiorum viribus, in Batauos ruere, funditus eos deleturus ſit, rogat Anglum vt proceres deligat, cum quibus de legatione agere poſſit. Præficitur huic negotio Cecila, qui limine primo, Hiſpano ineundæ pacis ſpẽ omnem adimit, niſi cum fœderatis prouinciis negotium commune ſit, Taxis Anglos ſtupendis opibus regis ſui, ineſcare laborat, vel magnis diſpendiis pacem empturum ſimulat, Cecila, & qui ſecum adhibiti conſilio mandati tabulas exigunt, ille non habere in expedito reſpondet, ſed miſſum fuiſſe, ea ſponſione vt pactis quæ iniuerit, fides nõ abrogetur. Angli colloquutores, non tutũ pluribus cum Hiſpano agere ſtatuunt ne exploratori arcana regni euulgaſſe viderẽtur, Taxis re infecta abiit, niſi quod nonnihil de rebus Anglicis ſuboſfecit, tentauit vadũ, triuit ſemitam, ſecuit glaciem Coneſtabilis Caſtellæ opus perficiet. Ille per Galliam in Belgium iter facit qua progreſſus ſummis honoribus excipitur, Burdigalæ potiſſimum à prorege Mareſcallo Dornano, illi obuiam itum eſt, cum exquiſitiſſimo delectu nobilium cohortium, Lutetiam vbi acceſſit minus reuerẽter habitus, quod in toto comitatu, carris, impedimentis, ingentis auri ſarcinis, nec equus aut iumentum eſſet, ſed vniuerſi mulis veherentur, atq; hoc genere quadrupedum rhedæ & eſſeda traherentur, plebs demirata inſolens ſpectaculum, cauillo illudens mulorum Legatum nuncupauit.

Aduentus in Galliam Conneſtabilis Caſtellæ dum pergit in Belgium.

Ille Regem it ſalutatum; ſtabat in larario, vbi admiſſus Coneſtabilis inflexo ad humum poplite veneratur, ſic demiſſum illico Rex erigit, amplectitur comi alloquio demulcet, nonnihil de Hiſpani regis in eum affectu fœderiſq; ſempiterno nexu profatur, cui Rex ſuas voces reddidit, teſtatus nihil officii & amicitiæ prætermiſſurum, quod ad Chriſtiani orbis quietem & priuatum fœdus attineat, ille prouecta Bruma cum tempeſtiue veſperaſceret, à Rege digreſſus, in alteram Luparæ partem tædiferis præeuntibus, Auguſtam it ſalutatum, de regis in eum comitate, vt qui illi eſſet conſanguineus, multa honorificentiſſime prædicat, dehinc ſalutandi Delphini veniam petit, de cuius aduentu puſio præmonitus, cum Hiſpanum audiſſet, ſuapte nullo impellente exclamat Hen? gladium porrigite; ita cum lacte & crepundiis infantes, mores gentium, odia & amores hauriunt. Coneſtabilis poſt triduum ad Albertum feſtinat, cum optatiſſimis ſarcinis, in cuius comitatu octogenos mulos, auro abiegnis capſis incluſo, onuſtos numeraui. Ruſus Dux Moiſes in Tranſiluania tumultu & bellum redintegrat, ex anni præteriti clade refecto exercitu, ille ineunte vere Tartarorum & Sarmatarum auctus copiis, Tranſyluaniam populabundus ingreditur,

Conneſtabilis Regem ſalutat.

Delphini vix biennis ad vocem Hiſpani plus quam pueri l. facinus.

Res Tranſyluanicæ.

& a

& à Cæſare aliquot indigenas deficientes ad ſua ſigna reuocat, Albam Iuliam inuadit & expugnat, Georgius Baſtius vicarius Cæſaris, militem & ſtipendium poſcit, aduerſus tantos Moiſi inſultus, Ratisbonæ habitis comitiis, magna vis pecuniæ Cæſari indicta eſt, vnde repente militem conſcribit, mittitque ad Georgium, cui ſe adiungit nouus Dynaſta Valachiæ, ac ſimul iunctis caſtris, in Moiſem extemplo progrediuntur, fit pugna atrox, verſo in fugam Moiſe & Tartaris, Cæſarei hoſtium centum circiter ſignis, atque ditibus & opimis exuuiis potiuntur: quo ſe receperat Moiſes, munitiſſimam arcem Georgius expugnare moliebatur, vrbis fugiens tertio non pugnater; ſed anguſtæ res Pannoniæ alio copias Cæſaris vocabant. Budæ commeatum Turcicum intercipere ſtatuerat Georgius; ſed per abrupta viarum, onerarios mulos & iumenta Barbari ſubduxerunt, non tamen ſine ingenti clade & velitationibus, nam ad duo millia deſiderati ſunt. 1603.

Paullo poſt Imperator Byſantinus, lue interiit, homo indomitæ feritatis & libidinis, vt qui ab internecione fratrum regnum ſit auſpicatus, quos nouendecim mantilibus collo innexis, ſuffocandos curauit, ita vxorius, pruriensq; venere, vt ne quod voluptatib. ſuis tempus ſubduceretur, hac ipſa titillatione ſcortandi laſciuiendique, indecore ſibi & rebus patriis cum Chriſtianis pacem inierit, nam ille ita otio & inertiæ deditus, vt æſtuans vino, atque epulis diſtentus, in vaſtiſſimum ventris abdomen intumuerit. Paulo antea quam fatis concederet, ita comiter ad Chriſtianiſſ. Regem ſcripſerat, vt turcica ferocitas, nulli vnquam totius orbis principum, ita ſe demiſerit; peculiaribus n. titulis, elogiiſq; luculentiſſimis & glorioſiſſimis eum afficiebat, & dignabatur, vt eum inter Chriſticolas Imperatorem ſummum & præcipuum vocaret, diſſidiorum inter Europeos arbitrum, quo vno moderatore & iudice, inter iurgantes grauiſſimæ contentiones conticeſcerent, ſupremæ celſitudinis dominum, opib. ſtupendum, quod æmulantur omnes, bellicæ fortitudinis exemplum, Franciæ inuictiſſ. imperatorem, cui fortes exercitus, firmum Imperium, longos annos, vitæ fœlicem tranquillumq; exitum precabatur, de Anglo-Britannorum latrociniis, qui per maria ditionis Turcicæ, fœderati cum ſuis, Gallos & Venetos diripiebant, probrum longe à ſe depellit, ad Anglicanam graui expoſtulatione Eliſabetham conqueſtũ, de ſuorum iniuriis, Thunetenſem proregem Muſtapham, & Solimanum Baſciam Affricanum ſuo vicariatu abdicaſſe, quod vterq; latrocinii piratici cum Anglis conſcius eſſet, & in prædæ conſortium veniret, in eorum vicem ſuffeciſſe Epirotam, qui fœderis & nominis Gallici, & dignitatis obſeruantiſſimus eſſet, non reſcribere, ad nouellum Angliæ Regem, quod ex celſitudine ſua non ſit, ſcribendi initium facere, quod ſi litteris ſuam amicitiam demereri velit, reſcriptutũ, vt tamen ſuos qui Libico mari, piraticam faciunt, & nauarchos expilant, quietos eſſe iubeat, per Aſſanum Baſciam monuiſſe, ad Feſſanum Regem reſcripſiſſe, ne in poſterum Gallos, pro municipiis habeat, auctionibus & haſtæ ſubiaceat, temperetq; ab omni iniuria, longe alia plura ſunt quib. liquet, quanta obſeruantia Henricũ IIII. colat Byſantinus Imperat. alioquin ceterorum Regum deſpector, quiq; omnes vel quorum poteſtas nobis ſtupori eſt, ita poſtremos habet, vt nec eorum nomina audire velit, ac ipſum Germaniæ Cæſarem, per deſpectum Viennæ regulum

Obitus Mahometis.

Litteræ Mahometis ad Reg. Chriſt. Elogia tributa Henri. 4. ab Imp. Byſantino.

Digitized by Google

1603. nuncupat. Veneti rati nullum tutius præſidium, quam Rhætorum, quos habent conterminos, vt ſi forte ſoli appetantur, in propinquo ſibi ſint auxilia, annuente Rege Chriſtian. fœdus percutiunt, Comes Fuentius minis & terrore irritum facere omni arte molitur, ſi fecerint ferro & fame expugnaturos Rhætos minatur, pabulo commeatu & frumẽtatione & quod illis ſuauius, vino Inſubriȩ & Ciſalpinæ regionis prohibiturum, ad deterrendos à fœdere maxima illa, nec exquiſita oratione opus erat, quandoquidem Rhætia Alpinis iugis circumſepta, agrum habet pumicoſum, cũ quo luctandum ſit, qui ægre aratro & vomere manſueſcit, ideo neglectus & vbi ligones patitur, exili ſegete cultori iniqua eſt, ideo derelictus ſterileſcit, in captiuo pecore omnis eſt vbertas, nec niſi cõportato farre & vino vtuntur, plus tamen valuit apud Rhætos, ex fœdere Venetorũ annuum vectigal, quam Fuentii terriculamentum, rati viam ferro ſibi facturos, auro veneto non defuturam annonam, ergo percutitur fœdus præſcriptis verbis, cuius pacta ſtrictim delibare operæ precium putaui: ſi milite Veneti indigeant, Rhætos ad ſex millia præſidiarios ſpondere, hac lege, vt tantum ſolo, non ſalo (vt quibus Naumachia eſt inſolens) pugnaturi ſint, & quia Gallicano fœdere regi Chriſtianiſſ. ſi auxilia imperentur, millia ſexdecim pugnatorum cõſcribere obnoxii ſunt, ſi Gallus hunc illi numerum imperet, & tunc præſidiarii egeant Veneti, quatuor millia ad illos ſolummodo tranſmittentur, ne Rhetia exhauſta tot emigratis militibus, ipſa ad ſuam ſalutẽ præſidiis vacua ſit, & dum alios propugnat expugnata ſit: vt conſcriptus exercitus non longiore mora quàm decem dierum, intra fines Venetos ſe recipiat, cui menſtruum ſtipendium, trigeſimum intra quemq; diem numeretur, ſolutis militia & domum remiſſis, trimeſtre ſtipendium ex integro perſoluetur, ſi ipſi qui aliis militant Rhæti, bello premantur, ius erit reuocandi domum ſuos commilitones, vt ſuis ipſi auxilio ſint, & à parentibus, liberis, penatibuſq; iniuriam propulſent, quod ſi propriis hoſtib. expugnandis impares ſint, laborantib. omnem opem Veneti pollicentur: Cuiuſcumq; cultus viatoribus in ditionib. Venetis, tutum erit ire, redire, morari, mercari, ac vniuerſa publicæ ſocietatis munia agere, & à cenſorib. fidei Catholicæ ſecure erit, dummodo diſſertationib. argutationibuſq; libriſq; vetitis, & palam religionis non receptæ cultu abſtineant. Viciſſim Rhæti & Veneti, per fines ſuos copiis ab vtraq; gente accitis, ea quæ adhibebitur cautione, tranſitũ ſine fraude facient, vtraq; gens hoſtib. itinera adituſq; præcludet, & ad depellendos, ope mutua ſe iuuabit, in decennium fœdus huiuſcemodi percutitur, fide data ab vtriſq; dilapſo renouatũ iri, quinimo ſi altera gens alteri contrariã mentem non denuntiet, renouatum cenſebitur: fœdere iſto, prioribus inter alias gentes ictis, nihil prorſus derogabitur. Plura ſunt, quȩ quod ad priuata commoda hominum in bello conductorum ſint prȩtermiſſa facio, nam quid iuuat noſſe quanti prȩliantur, qua mercede locant, imo ſuas animas negotiantur, qui acuto ferro quæſtum faciunt, cum obtuſo & conuerſo in ligones, terram q̃ nullam vel reluctantem habent, ſulcare non poſſint.

Fœdus inter Venetos & Rhætos.

Pacta fœderis Veneti cũ Rhætis.

Ianus Paſſeratius, Rom. facundiæ regius profeſſor, vigiliis & æuo confectus, moritur vir cuius gloriæ, nec præconium addere, nec liuor detrahere quidquam poteſt. Plauti & ſcriptorum melioris æui interpres fœlix, fidus reſtitutor, proſa & verſu

Elogium & obitus Ian. Paſſeratij.

verſu nedum Latine, ſed vernacule elegans, vt opuſcula ſoluta & vincta teſtantur: cæcitas quæ ex iugi lectura homini oborta eſt, ferias à publicis lectionib. fecit, de illa luculentam orationem habuit, quæ tota oculata eſt, & picta floribus qua damnum lucis ſolatur. Mortui funus, non tam Libitinario apparatu, quam litteratorum lugubri comitatu, conſpicuum fuit. Ipſe ſibi hoc epitaphium ſcripſit, quod marmore inciſum, in æde Dominicanorum vbi conditus, legitur. 1603.

Hic ſitus, in parua Ianus Paſſertius vrna,
Auſonij doctor regius eloquij:
Diſcipuli memores, tumulo date ſerta magiſtri,
Vt vario flore munere vernet humus.
Hoc culta offi. io mea molliter oſſa quieſcent,
Sint modo carminibus non onerata malis.
Veni, abii: Sic vos veniſtis abibitis omnes.

Aliud.

Miſeri beatus portus hic eſt corporis,
Commune tectum, turbida vita quies,
Nemo vnde aberrat, cæca ſit licet via,
Egreditur vnde nullus, ingreſſus ſemel,
Neceſsitatis lege ſed potentior,
Hinc Chriſtus, inuictum vnus extulit pedem,
Ad aſtra functis liberum pandens iter,
Hac habito, clauſus æterna domu,
Vbi opes auari condita Ditis iacent.
Qui ſint viator quæris, ipſe neſcio,
Qui ſis futurus, tu tamen per me ſcies,
Ego, tuque puluis, vmbra, & vmbra ſomnium.
F. Iac. Memnius, Erri. fil. Ioa.
Iac. nepos ſupp. libell. in Reg.
Mag. diſcip. precept. Cariſſ. hoc
Monum. de ſuo fieri cur.

Rex cum regionatim cenſores miſiſſet, qui ſtirpe & natalibus nobiles, ab his qui falſis titulis cõmentitiam nobilitatem vſurparũt, diſcriminarent, cum de iure nobilitatis domino de *Bleſneau*, qui domus de *Courtenay* caput eſt, apud ſupremos iuridicos vectigalium, controuerſia moueretur, indignatus ſupra modum ſtatum ſuum, gentiſq; Courtenayæ in dubium vocari, accitis gentilitiis & cognominib. familiæ, non modo ſe claræ ſtirpis, ſed regiæ & quæ liliato ſtemmate fulgeret contendit, illi omnes non modo auitam nobilitatem tueri, ſed à Rege ſupplicibus libellis depoſcunt, vt ſua familia tanquam palmes domus Franciæ, per maſculos legitima ſucceſſione deſcendens à Ludo. Craſſo Francorum Rege, agnoſceretur, ſic vero ſeriem arboremque cognationis, in varias ſtirpes ramoſque diffindebant vt Ludouicus Craſſus ex nuptiis Alexiæ Sabaudiæ, ſex mares genuiſſet fœminam vnam, quintum fuiſſe Petrum Franciæ, qui ex Iſabella de Courtenay, primis nuptiis Petrum de Courtenay Altiſiodorenſem Comitem, *Dni. de Courtenay ſe à Petro de Frãce & Lud. Craſſo oriundos contendunt.*

Digitized by Google

1603. mitem, poſtea factum Byſantinum Imperat. & Robertum de Courtenay, Franciæ ſummum primicerium genuiſſet, ac longo anfractu genus ſuum diffuſiſſime explicabant, quod latiſſime totius Orbis imperatorias regiaſq; domos, propinquitatib. propaginibuſq; compleuiſſet, nec dubitarũt picta tabula, ſeriatim gentem ſuam explicare, neue poſt tot ſæcula, nouam fabulam cõfinxiſſe viderentur, Europeos omnes iuris vtriuſque anteceſſores, ac etiam Theologiæ profeſſores, Rom. academiæ, Parmẽſis, Ticinẽſis, Bononenſis, Maceratenſis, Piſanæ, Friburgenſis, Lipſenſis, Baſilienſis, Argentinenſis & Hæidelbergenſis, conſuluerunt, quorum reſponſa aſſertioneſq;, pro ſua origine diſcuti petierunt, re adhuc infecta, quod vetuſtate ſæculorum, ſilentio auorum proauorumq;, qui propius à Ludouico Craſſo deſcendentes, regiam ſtirpem contingebant, ius prætenſum, obliteratum extinctumq; videretur. At non tam facile regii ſanguinis principes deſignantur, quam olim Cæſares fato functi, Diui creabantur, quod multis ſæculis à Courtenays neglectum & intermiſſum, euigilantib. illis non ſtatim inconſultis comitiis expediri debet, ſed hac delibatione, nullius iuri detractum eſſe volo, pro more meo, quę ſumma eſt cautio in Annalibus, iudicium hic, nec alibi interpono, omnia alieni arbitrii ſint.

Qui anni dies nouiſſimus, fatalis & vltimus fuit Iano Adamo, Maguntinenſi Archipræſuli, Germaniæ primati, vni ex ſeptemuiris imperii: vbi conditus, de more capituli ſuffragiis Flaminum, non ſine ambitu & lucta potentiſſimorum æmulorum, Ioannes Schueicard alto ſanguine & ſtemmate, ad infulas & ſeptẽuiratum delectus eſt. At quod huc vſq; Germania, tot portentis opinionum variegata germanam & priſcam fidem retinet; tribui oportet ſeptemuiris myſticis & infulatis, qui Cæſarem nouantem in religione nuſquam admiſerunt, quanquam proteſtantib. Saxone & Palatino obluctantib. ita vt non iniq; ſit ferendũ, ſi in Roma. Eccleſ. ſummis ſacerdotiis ſplendor & poteſtas ſæcularium dignitatum adiuncta ſit, cum aduerſus Tyrannos inuaſores, aliter ſe tueri nõ poſſit, & vi iiſ ſa expugnandi ſint, quos non religio, non pietas tantillum commouent. Vniuerſa Germania, ſeptem habet Archipræſules, quib. Maguntinus antiſtat, illi ſubſunt Curienſis, Conſtantienſis, Argentinenſis, Spirenſis Vormacienſis, Herbipolenſis, Auguſtanus, Areſtenſis, Hildesheinenſis, Baderbornenſis, Halberſtatẽſis & Verdenſis, infulis dedit initium ſanctus Creſcentius, coæuus Apoſtolis, vt quem diui Pauli tyronem & diſcipulũ fuiſſe perhibent, qui profligata gentilitate, Germaniam Chriſto conſecrauit. Electionis ritus delibare, non extra orbitam fuerit, moris eſt poſt fato functum Archipræſulem, vt viduæ Eccleſiæ capitulum vices agat, curet prouentus, ex iuris pontificii veteri cautione, quo indictum vt in vacantib. Eccleſiis, œconomi ponantur, ſacri Flamines in Metropoli coacto cœtu, conclaue ſubeunt, varia ſtudia, non aura pneumatis tantum aſpirat, fautoribus ſortitio ambitur, nam vt ſuo ſæculo conquerebatur Origines, ſæpe clamoribus, aut graria, aut præcio electio peragitur, exoleuit mos ille Apoſtolicus, quem ſic Bernardus, ad clerum Senonenſem præſcribit, & ex antiquis patribus repetit, *indicate ieiunium, accerſite Epiſcopos ſuffraganeos, aſſenſum religioſorum, qui ſunt in Epiſcopatu poſcite, in commune tractate negotium*, tandem variantibus ſuffragiis, vrna ſortitionis in

Obitus Ioanni Adami Archiep. Maguntinenſis.

Archiep. moguntt. primas eſt Germaniæ.

Cap. 4. de officio Iud. ordinarii.

Digitized by Google

nis in Schueicardum recidit, vbi renunciatus Antiſtes, à primario Epiſcopo ad aras deducitur, Ambroſiano cantico numini peraguntur gratiæ, plebs exultat, optimates gratulantur electo, nihilominus priuatus agebat, donec Flamines breui chartula teſſeram tradunt, ille pontificio & Cæſareo Oratoribus, ſummiſq; Germaniæ principib. comitantibus, ad caſtrum pergit, fores pulſat, ſibi aperiri poſcit, præfectus rogat, quis ſit, vnde miſſus, nec plura tradita chartula panduntur portæ, arx recluditur, ſupremo dynaſtæ aſſurgit præfectus, ſummis honorib. dignatur, machinæ lætum & geniale crepant: Germania in hoc potiſſimum laudanda, quod Maguntinenſis, Colonienſis, Treuirenſiſque Eccleſię, nec à veteri ritu, nec electoratu deficerunt, atq; ad illas ſupremas inſulas, quę cum imperio conſortium habent, non aſſumuntur niſi contubernales, ex collegio Flaminum, quique ſacerdotio probe defungantur, à quo ſi deficiant, ius eſt abdicandi, vt non iampridem Colonienſe capitulum, Gaſparem Truchesiũ, Agripinenſem Archipręſulem, nouantem in religione, nuptiis Annę Mansfeltię dedicatæ inceſtatum, inſulis exauthorauit, illumque ſic nefarie vxoratum, Proteſtantium præſidiis fultum, non ſemel collatis ſignis ſuperauit, cogitq; ſacro & opimo prouentu. omnibuſq; bonis exutum, cum monacha excuculata, infœlicem inopemque vitam agere. 1603.

RODOLPHI BOTEREI
IN MAGNO FRANCIÆ CONSILIO ADVOCATI,
COMMENTARIORVM DE REBVS TOTO PENE ORBE GESTIS,
Liber Vndecimus.

Henrici 4. ſtudia pacis.

VEl ipſa pace quieſcere Henr.IIII.neſcit, vbi à bello feriari datum, in otio negotioſus eſt, in labore illi quies, longe tamen alia ſtudia pacis & belli.ferrum antea in gladios acutum,in vomeres & ligones hebeſcere cogit, vel ſi acuitur, non niſi ſecandis marmoribus & quadratis ſaxis,quibus altas moles cælo attollit,& nouis operibus Lutetiam luculentam facit, ille qui in caſtris pernox & perdius erat, qui tandiu artes Vegetii exercuit,nunc totus in Victruuio eſt tractat fabrilia,mẽte ſtruit, quod artifex manu exequitur,non inani cogitatione, ad famæ longæuitatem,ædificia non parũ conducere.Delibauimus ſupra Ignatianos, ad reditum primam ſemitam triuiſſe', toties poſtulatum rogatumque toties, tandem enixe impetrarunt, indefeſſi ad rogandum homines, qui ſenſim lento progreſſu quæcumque ardua ſuperant,dura& adamantina quæcumque,alta & quæ ſperabantur perennia,molli & laneo ictu deiiciunt,vt ſtilicidium lapidem cauat, ex ſodalitiis veteranum in comitatu regis nomine Maium,diu deprecatorẽ habuerunt, ille ſenio non ferens aulam, vbi quieti redditus eſt, ſuccedunt vegetiores, Armandus, Alexander,& Coroneus,nullus gratior illo, cuius lenis & facunda oratio nomen æquabat,aulam atque vniuerſam Lutetiam ad ſacras conciones trahebat, maiori fama inter Euangelicos præcones,quam anteaCornelius Mutius,& Panigarolus apud Italos; vere ille Amphion,qui ſedata oratione & miti alloquio, ad reficienda vetera & obſoleta,& ad condenda noua muſæa,ſuo ſodalitio non ſolum lignea, cæmenta & lapides, ſed annuos vbereſq; cenſus pellexit; edictum enim de reuerſione Ignatianæ ſodalitatis,in Lugdunenſe, Diuionenſe, Rothomageũ, & Bi-

Coronæus loquentiſſimus inter ſodales Ieſuitas.

Edictum de reuerſione Ignatianorũ.

Digitized by Google

& Bituricenſe muſæum publicatur, Varanæus qua omnes ſciunt apud Regem gratia, huic hæteriæ, Flexiæ vel in ipſa regia vbi parens Henri. 4. fœcundata nouas Athenas procurauit: quis nõ ſtupeat rerum vices, nemo inſoleſcat ſecundis, nemo aduerſis frangatur, alternat fortuna ludum, ecce qui non iampridem regno eiecti, damnati, proſcripti, tabulis, marmorib. ſaxis loquentibus, pro regni hoſtibus habiti, non modo redeunt in amiſſas & populares ædes, ſed in regias ſibi aditum faciunt: ecce vbi Rex conceptus, palatiũ cedit Ignatianis, ſic victi vincunt, proſcripti reuertuntur, naufragi natant, ſed vt nemo eſt per omnia fœlix, eo ipſo tempore Veneti, & Heluetii priſcæ fidei, finib. ſuis Ieſuitas faceſcere cogunt, ſic varia ſtudia mortaliũ, vt in epulo nihil tam dapſile, opiparum & ſaliare, quod conuſuis omnibus ſit ad palatum. 1604.

Flexiæ nouũ muſæũ Ieſuitis conditur.

Rex in Regia flexiæ conceptus.

Anno ineunte, podagra cepit tentare Regem, & irrequietum vel inuite quieſcere coegit, illa pedum torpedine vinctur, quod aucupio & venatui ſolebat, dat rebus conſilio gerendis, luctatur cum morbo, & quanquam ægris pedibus, campos & circum affectat, oculatiſſimi Archiatrorum, in hoc genere mali cæcutiunt, nec dum ætas noſtra eluctando medellam inuenit, vbi tantiſper recreatus, Alexandrum extra nuptias natum, in militiam Rhodienſium cooptandum curat, ſolent Reges huiuſcemodi liberos, vel ad opima ſacerdotia, vel ad Rhodiorum ſodalitium ablegare. At quamuis veteri decreto Fra. Hugonis Riuelli, Hieroſolymitanæ militiæ ſummi magiſtri, vetitum ſit nõ niſi ex iuſtis nuptiis pregnatos, ad equeſtre ſodalitium admitti, tamen dynaſtarum regulorumq; filii eximuntur quinimo Philipp. Villerius Villadamus, princeps Militenſis familiæ, ita Riuelli decretum temperauit, vt quamquam minus legitimis natalibus, ſi tamen claris & heroicis ſint progeniti, militiæ aſcribi poſſunt, ſic noſtra memoria Henricus Engoliſmenſis, Henrico II extra coniugium prolatus, in hunc ordinem cooptatur.

Podagra Rex tentatur.

Decreta ordinis Militenſis.

Itaq; Rex Alexandrum tenellum, Auguſta, principibus primoribuſq; aulæ inſpectantibus, in Lutetiana æde Templariorum, poſtquam eiecti, in quorum prædia & ſacras opes ſuffecti ſunt Rhodii, ad aras initiandũ obtulit. Ille puſio, quod fando ad formulas votorum reſpondere haud poſſet, præibat Rex verbis, ac pro eo fideiuſſit, videlicet vt cum primum adoleuerit, ſciens ipſe in verba militiæ, nuncupata votorum formula iuraret.

Paulo antea Mahometem ſublarum filiumq; primogenitum ſuo iuſſu ſuffocatum diximus, cui ſucceſſit iunior Acmat annum decimum quartum agens, vel nondum adultus imperandi præclara initia dedit, qui miſſilibus, congiariis, aliiſque donatiuis, ianiſſariorum, militum obſequia ſibi officioſiſſime deuinxit, & quamquam ille ferox, qui res adeo turbidas inuenit, vt externo bello ſibi abſtinendũ, ad præſens conducibile putauerit, donec ille cum imperio pubeſceret & irroboraret, atq; auiæ æmulæ & conſortis imperii occulta molimina comprimeret. At Perſa cum Byſantino bellator perpetuus, ex æuo impuberi Othomanidæ, audendi in res Turcicas occaſione capta, dum fidei dubios vicarios prouinciarum præſenſit, Ægyptum ſtupendo exercitu ingreditur, Pharias vrbes & potiſſimum Babylonem, non tam machinis & vi aperta, q̃ lenocinio vitæ ſolutioris & fortu-

Acmat nouus Turcarũ imperator.

1604. *Perſa in Turcas.* fortunarum, atque illecebra Turcicæ ſeruitutis propulſandæ expugnare nititur, Taurim Perſici regni regiam, antea ſibi præreptam cum finitimis vrbib. & caſtris recipit, ſuiſq; finibus Turcas longe depellit, nec tantum amiſſa repetit, ſed aliena propriis adiecit, & quamuis Perſa, ad verum non propius accedat quam Turcæ, tamen inter vtrumque odium vetus & implacatum, Chriſtianis ſummo bono cedit, cum Perſicis viribus Turcicæ plurimum allidantur, ni potenti illo hoſte compeſcantur Othomanidæ, totum Orbem ſubegiſſent, ſed vtriq; ad mutuum excidium nati ſunt, vt inuicem ſerpentes ſe conficiunt, & genus ſuum natura indulgente rarius faciunt.

Obitus Catharinæ ſororis vnicæ Regis. Hoc anno moritur, Catharina regis Chriſtian. ſoror, ex Lothareno nulla relicta prole, mortuam adæquato luctu Gallia & Lotharingia defleuerunt, Archiatrum Laurentium Rex miſerat, vt laboranti mederetur, ille pene conclamatam, quod perperam ab imperitis medicis & mulierculis curata eſſet inuenit, illæ enim ratæ pregnantem, vel quod ipſa efflictim percupiebat, vt ſuaſum facerent, in eam partē qua mulier parit, ſuccos & gramina inſtillauerant, quæ alui tumorem concitarunt, ſed blanda ſpecie fœcunditatis, cum re vera non niſi flatib. ex peſſima medendi methodo, vterus intumeſceret, nihilominus Catharina, quæ ſupra omnes fœminas matrem eſſe cuperet, in his torminibus ſibi blandiebatur, quæ falſa aſſentatione obſtetricum, illa prænuncia partus crederet, tanta cupiditate pariendi, vt enixo partu ſaluo & incolumi illico emori vellet, his deluſa præſtigiis, poſtquam morbus inſanabilis factus eſt, nec facta parens moritur, ſocer, cōiunx omneſque Lotharingiæ ordines, pullatis veſtibus parentarunt, quamq; viuenti coniunx obſeruantiā præſtitit, mortuæ nō negauit, cadauer exanteratum, myrrhinis odoribus, cōditum, rheda lugubri holoſerico inſtrata imponitur, qua in ædem Vindocinenſis caſtri deueheretur, vt in mauſoleo Nauarreorum Albretenſiumque dynaſtatum, cōderetur, mortuæ exuuias Lothareni equites proſequuti ſunt, vſq; in fines Gallicos, vbi ad flebile & funereum officium ſucceſſere, qui à Rege præmiſſi erant; *Elogium Catharinæ.* herois comis, manſueta, nulli malefica, non mediocriter litterata, in religione tamen & ſupra modum peruicax, vt quæ mariti, ſoceri efflagitationibus, nulla arte, nullis Theologorum concionibus, diſſertationibus à priſco more colendi, auerti potuerat, morienti impenſius vt ſalutis curam gereret, obnixe inſtant ſocer & maritus, præmonent ſub fatali hora, non vltra emendationem differendam eſſe, euocari ad ſummum tribunal, alio ſæculo non dari locum operibus, dum mortales agimus, hanc agendam curam, illa exorari non potuit, profeſſa mori velle, eo ritu quo vixerat, nullum autem coniunctius nec paccatius coniugium, nulla fides coniunctior, ſi non diſpar fuiſſet religio, ita vt de vtroque Horatianum illud, apte dici potuerit.

In hoc diſſimiles ad cætera pene gemelli.

Omnes principes cū Rege lugent. Qui fuit primus amor non deferbuit, non tepuit, tam caluit ſuprema hora, quam in hymeneis, At vnicæ ſororis obitu ſupra quam dici poſſit, Rex affectus, vbi ferale nuncium pectus illi lancinauit, ne quos haberet piarum lachrymarum teſtes, larario excluſit omnes, ibique flens vbertim eam luxit, vt quæ dimidium ſuæ animæ fuerat, pullato amictu cum omnibus aulicis, luctum publice reſtatus eſt. Vi-

Digitized by Google

1604.

eſt. Vicini principes, lugentem per ſuos legatos ſolantur, ſolus Pontificius orator, mœrorem veſte teſtari renuit, cauſſatus, mortuæ in auerſa religione, hoc præſtare officium ſcrupulo vetari.

Vereor ne quis nugarum anilium probro me afficiat, ſi quæ tota Europa narratur, de Iudeo coæuo ſeruatoris Chriſti, fabulam huic paginæ inſerã, nihil tamẽ vulgatius, & noſtratium vernacula hiſtoria, hoc profiteri non erubuit, ſic qui prius Annales noſtros ſcripſerunt, aſtipulatores habeo. Ferunt hominem illum, toto orbe erronem, nullis certis ſedibus vnquam defixum, omnia terrarum mariumque ſpatia peragraſſe, atque huiuſce vitæ inſtabilis pœnas promeritũ, quod cum Seruator pro tribunali vocaretur ad pœnam, vnus fuerit ex fece recutitorum, qui primus Chriſtum cruce afficiendum, latronem *Barrabam* ſoluendum vinculis, exclamauerit, peruiciſſe nebulonem, & impetraſſe ſummum ſcelus, atque alterum addidiſſe, nam cum Chriſtus anhelus, deſſudánſque ſub pondere crucis conſtitiſſet, ante tabernam gregarii illius, (nam is fuiſſe cerdo dicitur) ablegaſſe Seruatorem, atque illi tantillum leuamentum inuidiſſe, quinimo, vt genus hoc hominum acerbum eſt & petulans, hac voce inſultaſſe, vt ibi illi non eſſet quieſcendum, ſed vſque ad Caluariæ iugum, ferale crucis pondus ſibi eſſe deuehendum; cui Chriſtus, *Quieſcam & tu irrequietus errabis*, ac mox dicto ocyus, præſenti vltione intemperiis actum, vagum & diſcurſantem tota vrbe Solymorum, væſania prodidiſſe facinus, atque ille immortalis ad pœnam, orbe vniuerſo huiuſcemodi œſtro actum, ſuperſtitem adhuc ſcelus luere, errare, vagari, *Nec ſibi requies datur vlla renatis.*

De Iudeo prodigiũ ſi modo verum eſt penes alios fides ſit.

Eum non vno ſæculo in Hiſpania, in Italia, Germania, viſum fuiſſe, atq; agnitũ, hoc anno eum ipſum eſſe qui viſus fuiſſet, Hamburgi, anno 1564. plura de eo vulgus comminiſcitur, vt audax eſt ad rumores, quos ego ne quid indictum ſit, refero.

Anglicanæ luis excidia, Londinum funeribus horridum diximus, verum Bruma vbi mitiorem Libitinam fecit, Iacob. 6. regium & ſolemnem ingreſſum ad vrbem apparat, priuſquam vero rem genialem aggrediatur, (profecto pace tanti principis, quem priuatim colo & obſeruo, & cui poſt Chriſtianiſſ. vltro nulla alia mercede, quam virtutis ſuæ inclitæ, quæ potens eſt ad concitandos amores) rem feralem aggreditur.

Ille enim ratus à myſticis & Ignatianis, qui regno tacite nidulabantur, ſibi aduerſa parari, nil tutum eſſe putans his hoſpitibus, programmate publico vniuerſos, intra Calendas Aprilis regno excedere iubet, ea coercitione & ſeueritate, vt qui poſt diem edictalem comprehenſi fuerint, extemplo nullo ordine vel mora iudicii, pœnas darent, indictum omnib. indigenis, ne hoſpitio, tecto, menſa, aut alia ope, nõ ſecus atq; illos quib. igni & aqua interdictum eſt, qui receperint, occultauerint, aluerint, vt flagitio ſic pœna adæquari, Anglia, vel cũ Eliſabetha per ferrum & ignes formidabilis eſſet, in cryptis auiiſq; locis myſticos fouebat, furtiuis ſacris Catholici Deo litabant, ſublata illa, rati ſedatas procellas, ac mitius imperium; extorres ex Anglia redierant, Quiritatione illa audacter nimium, ſe ſe extulerant, Rex alta mente tumidos ſpiritus verba aculeata repoſuerat ſicca pœna, hoc

Edictum Regis Angliæ in Ieſuitas.

Digitized by Google

1604. na,hoc eſt,exilio & proſcriptionibus afficere ſtatuit, ſatis tutum eſſe putans,ſi in Anglia nulli eſſent Catholici, quaſi vetus ceramen nobilitatis Anglicanæ in lupos,nunc renouatum eſſet in Catholicos, vt his atque illis Anglia penitus careret.

Deſinente Martio,Londinum ingreditur,Tameſi fluuio Naumachia inſtituitur,ludicrum propugnaculum,puluere ſclopetario ac omnib. piroctenia opificiis fartum,inuaditur à nauarchis & expugnatur, aliud ſpectaculum ſolo adornatur,dumq; fictis armis in ſpecié grauiſſime pugnatur, adſunt ex machina hinc Diuus Andreas Scotorum tutelaris,illinc Georgius Anglorum, qui mutua conſpiratione,ad cooptationem vtriuſq; gentis pancratiſtas iubent eſſe quietos atq; in poſterum,vt ſub vno regis imperio promiſcue coeant nullo diſcrimine, vniuſq; regis vna gens ſit & vnus populus.

Spectacula in ingreſſu Regis.

Arcus,obeliſcos,toremmata,circos,& id genus ſpectaculorum, vel ſciens omitto, mox vbi Londinenſes rerum ludicrarum ſatietas cœpit,Rex ad feria conuetſus,publica comitia omnium ordinum indixit, præfatur apud ſuos proceres, vt inter duo regna olim diſſita & pugnantia priſcis & immortalibus odiis, peſſimo more auorum deinceps ſimultates & diſſidia ſtirpitus euellerentur,cum iam illa ad vnum imperium redacta ſint,illi eſſe animum,vt indiſſolubili copula indiuulſa perpetuo maneant,& ne titulorum nominumque diuerſitas,gentem diſcriminaret,conſtituit vt Scotiæ & Angliæ abrogato nomine, tota illa inſula vndiq; à circunfuſo mari circundata, & ab omni orbe continenti diuiſa longitudine DCCCM paſſuum, latitudine CCCM. veteri repetito nomine,quo Iul. Cæſar & antiquiſſimi ſcriptorum eam ſignarunt,maioris Britaniæ regnum vocaretur:putabat exhinc domi foriſq; quietius fore imperiũ,& foris apud exteras gentes formidabilius, vt virgulta collecta in faſciculum, nullo quantumuis robore frangi poſſunt,ſi diſſoluantur,vel à puero ſingula caduca ſunt,nihil eſſe priuatum & externum,quod enoſin illam & compagem vtriuſq; regni inuideat,quandoquidem Lanclaſtriæ & Eboracenſis domus,vetus inſania conquieuit, nec iam alba roſa, rubræ æmula eſt,vnde ſemina immortalium odiorum,cuius nullæ fibræ extant, ita acutis ligonibus auerruncatæ ſunt,ſi domeſtica ſeditio abſit, vtrumq; regnũ, imo iam vnum cæteris gentibus eſſe ineluctabile,quod à continente,potentiſſimis Diis Marte & Neptuno fultum eſt,ita vt qui Gallias ſubegerat Iulius, in ipſo aditu Angliæ tot parta trophea,atq; imperii Rom. ſummum decus pene amiſerit,ſola cooptatione,Anglo-Scotos inſuperabiles, imo ſublata hac voce, veteri & Romana,Britannos eſſe nuncupandos,atq; alludens Iacob.ad Diuorum Andreæ & Georgii ope ſedatam pugnam,vſurpabat ſacrum illud verbum, *Quos Deus coniunxit,homo non ſeparet*,ſum (inquit) ſponſus,inſula pro coniuge eſt,eam amare, colere,propugnare non deſinam.

Iacob.6. de vtriuſq; Regni coitione & vniuoca denominatione conſilium.

Si Veneti pronubo annulo quotannis,Bucentauro delati in altum,imperium maris ſibi deſpondent,nolo mihi probro verti, me non vnius vxoris eſſe virum, quod fieret, ſi Scotia & Anglia ſeorſum & diſcretis nominibus finibuſq; cenſeantur?Regio decreto obluctantur ordines Angliæ,cum Calcedoniis vno titulo adæquari non ferunt,nec enim auorum mentem exuerunt, qui cum Scotis implaca-

placa-

placabiliter & fere ſemper pugnarũt, enimuero vt ſub bono principe liberæ ſunt voces, cur non aſſentiantur, cooptationi indiſcriminatæ, multa Angli cauſſati ſunt, primum quod vtriuſque regni vnione antiqua & peculiaria vtriq; genti iura immunitates, elogia & id genus abolerentur, iuridici & Anglicani conuentus, quos lege gentilitia & indelebili nuſquam excedere fas eſt finibus ſuis, Regem ad Scotos abeuntem & ibi morantem ſectari cogerentur, & quod ad gentiles agnatoſque regni Anglicani hæredes, potiſſimum attinet, ſic coalito vtroque regno, ſi ſine prole Rex decederet, ad Scotos hoc eſt exteros, ſuis hæredibus excluſis Anglicanæ coronæ ius tranſiret, ac Scotia longe inferior, vt quæ vectigalis fuit regni potentiſſimi, ſibi ſolium cum ſummo dedecore Anglorũ arrogaret, quodque nulli Anglo ferendum eſt, Anglia quæ titulis, ſtemmatibus, ordine ſedendi & præeundi, Scotiam longe poſt ſe reliquit, ex illo faſtigio ad infima ſubſellia dilaberetur, plura acerbe & ſtomachoſe Angli, qui pares non ferunt in publicis comitiis, diſſerebant, quos vbi Rex tenaces priſcæ conſuetudinis vidit, ſeorſum res ſuas agere, vtramq; gentem tulit, ſed vt vnda ſuperuenit vndã, vbi ſedandæ huic procellæ imparem ſe vidit Iacob. ad conciliandam diſcrepantiam Anglicanorũ, cum Puritanis Scotis ſe accingit.

1604.

Cur Angli vtrumque regnum confundi nolint.

Angli etenim, cum religione ritus pontificios, ſacras veſtes, infulas, ſtolas, modulos atq; ipſa elogia myſtica non exuerunt.

Scoti vero prædicantes, in procinctu & profana veſte, à ſcurris & ganeonibus nihil differunt, niſi quod talaribus paludamentis, vt noſtrates Caluiniſtæ amiciuntur, ſed potiſſimum exaſperati Angli, quod inſolenti voce Scoti ſe Puritanos, hoc eſt, puros & mundos iactent, hac priuata denominatione, rati Angli ſe immundos vocari, quod cum puris illis non conueniant, quinimo longe antea, eiectos extorreſq; fecerunt, huius impuritatis homines: nam anno 1565. ſomniator quidam Sanſonius, in Anglia non leuiter turbas concitauit, quod ille Scoto puritanus, huc vſq; pontificias veſtes vſu receptas, ita demens perhorruit, vt pileum quadrifariam angulatum, quo Flamines orthodoxi caput operiunt, indignanter abiecerit, ne capitis operculo pontificios æmularetur, tanta pertinacia, vt Anglicanum ſacerdotium opimi reditus mille aureorum recuſauerit: Iacob. VI. qui ab Henr. VIII. genus ducit, vt in auitum regnum, ſic ab eo in arrogatos ſibi titulos & commentitios ſucceſſit, ille. n. caput Anglicanæ Eccleſ. ſe profeſſus eſt, tot martyrum centuriis inſaniam illam cruentauit, Reginaldi Poli, Thomæ Mori Cancellarii, & tot ſanctitate, nobilitate, eruditione inclytorum procerum, publica carnificina ſe fœdauit.

Ab Henrico VIII multi ad pœnam vocati quod illum Anglicanæ Eccleſiæ caput vocare exhorruerint.

Longe ille alter à Conſtantino, Carolo magno, Ludouico pio, Ludouico IX. ne cæteros longo ordine recenſeam, qui vt thuribulum araſque profana manu non contrectarunt, ſic nec in elephantiaſim inciderunt, in Anglia tamen inualuit, vt ab illo Henrico in nepotes lepra illa defluxit, ſic portentoſus titulus in cõſuetudinem abiit, ita vt Eliſabetha virgo (nam ſepulchro hoc elogium incidi voluit) ſeu virago, ſeu fœmina, (neutrum nec tertium illi inuideo) ſe caput Eccleſiæ profeſſa ſit, ita vt cum dux Andegauenſis, illius ambiret nuptias, & ipſa Herodiade ad numeros & choreas doctior, moueret pedes, à Gallo quodam ſpe-

1604. ctaculum demirante, cum Anglus quæſiiſſet, quid de elegantia & motibus Eli-
ſabethæ ſentiret, reſpondit homo ſedatus, caput Eccleſiæ Gallicanæ perquã ſci-
te ſaltare, At qui nunc ſe nuncupat Canthuarienſem Archiep. longe alter ab illo
Thoma, quem Rex Anglicanus ad aras ſeu victimam necari iuſſit, in publicis co-
mitiis totius Cleri vniuerſo nomine, (eſt enim Canthuarienſis primus & ſum-
Oratio Cantuarienſis Archie. in publicis comitiis. mus Antiſtes Anglo-Britanorum) præfatur non alium quam Iacob agnoſcere
Eccleſiæ ſupremum moderatorem, atq; ideo non melius, quam ab illo morum
emendationem expectari, deterrimus aſſentatorum, peior Ethnicis, qui non niſi
ad Pontif. max. Flamines, Aruſpiceſq; arcana religionis deferebant, ſic n. M. Tul-
De Aruſpicũ reſponſis. lius: *decreuit Senatus, vt de ſacris ac religioſis, ad ordinem Aruſpicum referretur, ego enim ha-
beo authores & magiſtros, religionum colendarum, maiores noſtros*, & Valerius Ethnicæ
ſuperſtitioni hoc decus tribuit vt *religioni ſemper ſummum imperium ceſſerit, Omnia e-
nim* (inquit) *poſt religionem ponenda, noſtra duxit ciuitas, etiam in quibus ſummæ maieſta-*
Lib. 2. cap. 1. *tis decus conſpici voluit, quapropter non dubitarunt, ſacris imperia ſeruire, vbi enim de ſacer-
dotio agitur iudicium religio agit*, tamen in conſeſſu habito Haptoncurii, in Purita-
nos multa decreta ſunt, quæ noſtros ritus nõ parum fulciunt, vindicantq; à pro-
Decreta in comitiis Haptoncurij ceremonias quæ ad pontificias proxime accedunt. bro noſtratium Caluiniſtarum, indictum enim vt Antiſtites, ſacerdotes, inaugu-
rantur & ordinantur, vt peruigilia Diualia coluntur, dies feſti ab operibus im-
munes ſint, infulis, ſtollis, cucullis, ſyrmatibus initiati amiciantur, nomini Ieſu
Seruatoris, vt nudo vertice, genu inflexo aſſurgatur, vt non niſi ab inflexis ſyna-
xis ſumatur, ſigno crucis frons muniatur, vt per eſuriales dies quadrageſimæ, &
variantium temporum quatuor vices à carnibus abſtineatur, vt poſtquam tincti
adoleuerint, iuratam fidem in fonte luſtrico, profiteantur & confirment, hæc &
plura Symiæ Apoſtolicæ religionis edixere, articul. 1. 8. 14. 15. 17. 18. 23. 30. 31. 40.
quæ ex huiuſcemodi Anglicanis conſtitutionibus ſtrictim & cum delectu ex-
cerpſimus.

Dum ver appetit Dux Ethruriæ, in Turcicas ditiones, ingens aliquod facinus
molitur, forte Nauarchus Anglus, in maritimum oppidum vulgo Libourne, ex
Libia appulerat, rogatus de rebus Turcicis, retulit in portu Argieri, octo ſtare tri-
Chriſtiani Turcicas triremes exurunt. remes, quæ vbi Fauonius aſpiraret, in altum progreſſuræ erant, rei bene gerendæ
cum Anglo conſortium init Ethruſcus, & de comburendis meditatur aſtum, nẽ-
pe vt ſclopi, puluis ſulphureus, ignita iacula & quodcumque eſt pyrii artificii, i-
ma naue abſconderentur, cuius ſuperficiem ſal tegeret, cõderetque inſidias: At-
getum vbi Ethruſci equites delati, Anglicana naue mercatores Hollandicos ſi-
mulant, ac participato conſilio, cum aliis duabus Anglicis triremibus, ex impro-
uiſo Turcicas adoriuntur, ignibuſque eiaculatis exurunt, audax facinus & non
infructuoſum, cum amiſſis illis, tota æſtate piraticam agere Affricani latrones
haud potuerint.

At Rex Chriſtianiſſ. ad exornandam, exoticis inſignibuſq; inuentis Galliam
ſe accingit, vtq; immortali aliquo opere proauorum gloriam ſuperet, hoc anno
Henr. 4. Sequanam Ligeri iungere aggreditur. Sequanam Ligeri iungere aggreſſus eſt, per anfractus & longa diuortia viarum,
ducto ingenti alueo, quo alter in alterum influat, atq; ille quotidiano & impen-
ſo labore foſſorum, ita vrgetur, vt intra triennium redemptor operis, abſolutum
ſpon-

ſpondeat, ſic ab Oceano ad mare mediterraneum nauigatio erit compendiaria, relicto illo tam longo & ſinuoſo anfractu freti Gaditani, viciſſim confluentibus duobus fluuiis, hoc conſummato opere, Rex non ſolum anteceſſoribus longe fœlicior erit, ſed Rege Demetrio, Dictatore Cæſare, Domitio Nerone, & aliis qui infauſto exitu Iſthmum perfodere conati ſunt, anguſtia eſt in cuius faucibus olim ſita Corinthus, Peloponenſi vrbs clariſſima, quem ideo Corinthiacum, ſunt qui etiam Achaicum vocant, quinque millium ſpatio Ægeum mare ab Ionio interſecans, ſtricto tramite Peloponeſum Helladi, Iſthmus coniungit. Sectio illa toties inani opera & ſumptu tentata, vt de ſtulto labore & inſuperabili dicatur, *perfodere Iſthmum*; ſic olim Carolus Magnus, perperam, à Danubio in Rhenũ nauigationem tentauit, foſſa ducta inter Rhadantium & Alomoram fluuios, quia horum ille Danubio, alter Rheno miſcetur, ac magna hominum multitudine, (ſcribit Amoinus) totum Autumni tempus in eo opere conſumpſit: ducta enim foſſa inter prædictos fluuios, duorum millium paſſuum longitudine, latitudine trecentorum pedum, ſed in caſſum, nam propter iuges pluuias & terram quæ paluſtris erat, nimio humore naturaliter infectam, opus quod fiebat conſiſtere non potuit, ſed quantum interdiu terræ à foſſoribus fuerat eggreſtum, tantum noctibus humo relabente ſubſidebat, nos vero incæpti operis exitum expectabimus, à quo Deus Iſthmi parœmiam dimoueat.

1604.

Perfodere Iſthmum paræmia vetus de re ardua & impoßibili.

Verba Aimoni l. 4. Cap. LXXXIIII.

Annus hic percelebris extitit, accitis ſerici velleris textorib. aliiſq; qui aurum lenteſcens vi extenſum, ducti le faciunt, quo ſtragula & Aulæa precioſiſſima intexuntur, acceſſerunt etiam opifices, qui pelles vario emblemate inaurant, pingunt & diſcriminant, quibus triclinia obducuntur.

Noui artifices.

At nunquam nobis quies ab Hiſpano, ille iterum conqueritur, fæderi Veruinæo à Gallis fraudem fieri, quod Batauos auro & recenti milite iuuent, hiſq; auxiliis, potiundæ Ostendæ gentilibus ſuis Archiduci & ſorori expectationem protrahant.

Regis reſponſum ad querelas Hiſpani.

Rex Chriſtianiſſ. negat, exinde vim fieri fœderi, illo inſcio, imo qui diſtricte vetuerit promulgato edicto, otio & longa pacis torpedine homines quieſcere neſcios, plurimu militiæ illuc fugere, locare ſe & ſtipendium facere, vt qui conducti ſunt ad operas, non auxiliari Hollandicis, agere quæ bonæ fidei debitores ſolent, vt creditorib. æs ſuum perſoluant, ſic illum id ipſum facere, ſed longe ille acerbius iuſtiuſque Gallus de Hiſpano conqueritur, qui omnigenis mercibus, vectigal & portorium inſolens, & nulli tolerandum indixerit, nempe vt ex centeſimo quolibet nummo, triceſimum per publicanos ſuos exigat, cumq; toties rogatus & amice monitus, grauiſſimam indictionem minuere recuſaret & vt vel inuite Hiſpanum ad quod iuri & æquo conſentaneum eſt impelleret, Rex Chriſtianiſſ. cum Hiſpano-belgis, ſuos indigenas mercari, illoſq; fines Gallicos, ſeu empturi ſiue venditurí ſint accedere ſumma cautione prohibet, præſpiciebat Hiſpanis, id ſummo damno futurum, & eorum anguſtiis adactos iri vt tributum remitterent, quandoquidem frumento Gallico, lineis canabiniſq; mercibus, quæ ex Gallia aduehuntur, diu carere non poſſent, potiores enim ſunt quolibet auro Indico, cum vt fabulantur Rex ille fatuus, cæca opum cupiditate incenſus, impe-

Querela Regis Chriſtiani de portorio impoſito mercibus.

1604. trata facultate in aurũ quę vellet cõmutandi, tactu ſuo, eſculentis poculentiſq; in aurũ verſis, fame contabeſcere adactus ſit, nec vim factã Veruineo fœderi dici põt cum ob inſolens portorium, Rex ſuis exteriſque viciſſim merces commutandas inhibuerit, genus eſt pietatis, in publicanos eſſe ſæuum, compeſcere publici ſanguinis illas hyrudines; nihil enim magis pellicit copiam mercium & negotiatorum, quam moderata indictio tributorum, nec tam illi ſcopulos, breuia & Syrtes fugiunt, quam huiuſmodi publicanos, qui viuos homines, ſæuitia penſitationũ deglutiunt, Hiſpanus vero non diu feret frumentatione, pabulo & commeatu Gallico intercludi, ac mox ille remittet portorium.

Sed longe Gallo, grauior alia expoſtulandi nata eſt occaſio, ob corruptum & abalienatum, ab obſequio, & clientela adoleſcentem arcanorum Gallicorum conſcium: coerciti ciuilib. pœnis, qui ſollicitabat alienos ſeruos, deterioris animi faciebant, atq; in eos ſerui corrupti agere fas erat, & lege Moſi à numine præſcripta, piaculare erat, ſi quis domino ſeruum ſubduxiſſet, vel aliter egiſſet, quo ille eſſet nequior, ſed vt ad rem, nihil vulgatius apud nos, Nicolaum Lhoſteum, malis artib. corruptum, à patriæ, regis, parentum fide & obſequio impie abalienatum, ſed vt res in explorato ſit, apud exteros & poſteros quib. etiam ſcribimus, illa ab ortu ſuo explicanda eſt.

De furtis & ſeruo corrupto.

Nicolai Lhoſtei cum Hiſpano conſortium.

Ille patrem habuit, qui Villeregio primario ex quatuor primiceriis Amanuenſib. infamulitio diu fidem non indubiam præſtiterat, ille in eam familiam admiſſus eſt paterni obſequii recordatione, nec inter gregarios habitus, ſed vt ſolerti erat ingenio, non poſtremum locum habuit inter tabellarios illos, qui ſcribendis Epiſtolis, ad exteros principes Villeregio dant operam: illi enim, quæ omnium grauiſſima, huiuſcemodi cura demandata eſt, in qua plus ingenii, prudentiæ & fidei exigitur.

Illè mutandi ſoli cupidus, Rupipotio Hiſpanicam legationem obeunti, datus eſt Amanuenſis, minus obſequens Rupipotio viſus eſt, paulatim res nouas moliri, & tacitis conſiliis ambire conſortia Iberorum, ad illa ſibi facit aditum, opera & interuentu Galli proſcripti, qui ibi gentium agebat nomine Raffis, aperit illi mentem, fida conſilia, egregiam operam atque hinc proſperos euentus Hiſpano pollicetur. Raffis prima colloquia Lhoſtei, cum Amanuenſi Hiſpanico conciliat, ſed ab Iberico moratore, Gallus leuitatis & adoleſcentiæ vitio primo deſpectus, ſed ille (quod inſitum eſt omnibus bonæ indolis, vt ex contemptu offendantur) perſtat nihilominus, neceruit prauam mentem iuuenis, alium minus ſeuerum & credulum adit, ſua vota & obſequia profitetur, vtque operam ſuam neceſſariam & exoptandam faceret, quantumque valeret in detegendis arcanis, & litterarum compendiariis notis, ac occulto ſcribendi genere, extemplo ille ipſe, ipſas & germanas litteras Regis Chriſtianiſſ. ſcriptas ad Rupipotium, legendas præbet & explicat, Hiſpanus (is erat Marchio Denia) hoc ſymbolo, vt agnouit non futilem neque inanem fore operam hominis, quo emunctore nihil tam abditis conſiliis, in Gallia geri poſſet, quod non proderetur, in ipſo veſtigio, Lhoſtei fidem donatiuo mille ducentorum aureorum, ſibi oppignorat. At nepotis, & contubernalium carcere, vt ſupra memorauimus, turbata legatione Rupipotii, at-

Digitized by Google

tii,atque in Galliam illo reduce, Lhoſteus in Villeregii familiam redit, ſi vt ille Hiſpania,ab Hiſpanico fœdere diſceſſiſſet,res illi in vado erat,ſed praua mens emendari neſcit,perſtat eſſe fidus Hiſpano, pluribuſq; officiis demerendi opportunior vberiorque occaſio,ille enim apud Tripodem,oracula & reſponſa omnium principum (quorum adyrum eſt Villeregii domus,aut verius à nomine & opera,Regia quædam,omnium regni arcanorum, excipiebat,reſignabat,explicabat compendiariis ſtrictiſq; notis exaratas litteras,ab illo nullus fraudis aut noxę metus erat,quod pater auſpiciis Villaregii,ad ſortem non deſpicabilem euectus eſſet,de illo ea erat fiducia vt de patre,ſed qui nulli ſuſpectus erat,peiora impune audendi animum ſumpſit,domeſticus hoſtis, omnia cõſilia quotidianis ſermonibus & ſuſurris,agenti Lutetiæ legato Hiſpanico communicabat,& calamo eliminabat. 1604.

At tandem proditoris ſcelus ſic proditum. Rex Chriſtianiſſ. ad oratorẽ ſuum Barraldum in Hiſpania,non nihil ſcripſerat,quod Pontificium Legatum ibidem agentem participaret, epiſtola explicata quouſq; legi vellet, cætera parte obducta,Pontificius Gallico legato nihil nouum & indictum ſibi legi retulit,plura ſibi renunciata eſſe,atque omnem ſeriem,vel non lectæ & obductæ recenſet. Hoc intellecto,ad Regem Chriſtianiſſ. Barraldus reſcripſit, præripi ſua arcana, tempeſtiuius illa ſcir. ab aliis,quam ſciret ipſe, quæq; ad eum ſcriberet, ocyus delata ad Hiſpanum. *Detegitur Lhoſtei proditio.*

Raſſis ille profugus, vt Legatum Gallicum hæc ſuboluiſſe intellexit, proditorem arcani detecturum ſpondet,ſi principis reſcripto, vitæ & fortunis ſuæque natali Galliæ reſtituatur,vt fidem habuit,in Galliam reuertitur, diſceſſu illius nõ mediocriter affecti & attoniti,qui conſcii noxæ erant,Legatum Hiſpanicum admonent,vt quamprimum Raſſim illum intercipiat,aureoque freno os illi cohibeat.

Hiſpanicus orator Lhoſteum certiorem facit,de illius ad[illegible]tu,qui conciliorum particeps,totiuſq; negotii proxeneta fuerat, omnia euulgare poſſit, vt præceps ſe det in viam,ac quam citiſſime in Belgium profugiat,admonet. Lhoſteus de migratione nõ vltra deliberandum ratus,Aula ſe proripit,de fuga paulo poſt Rex certior factus,per celeres equos vias præcludi, itinera, littora obſideri, hoſpitia obſeruari,excuti,adoleſcentem ætate,vultu,veſte notatum intercipi,& ad ſe vinctum deduci,grauiſſime imperat,non acrius neque denſius ad feram curſu præuertendam,venatores aduolant, quam Veredarii curſores ad intercipiendũ, latrunculatores compita,triuia,ſaltus,vada fluminum obſeruãt & præmuniunt, quo fugiat,quæ poſſunt illum latibula condere, omnia præpedita & illi inuia, ac tandem infelix in venatores ſuos incidit, Meldarum enim præfectus, ad inueſtigandam feram, cum ſatellitio egreſſus deprehenſis veſtigiis fugientem proxime conſectatur, Lhoſteus portoria naui, ſe vehendum vltra ripam dederat, tantilla ſpecula ad fugam ſupererat, ille ab aduerſo littore inclamat nautæ, ne proditorem traiiceret, Lhoſtæus vero, ſtricto mucrone cogit portitorem tranſmittere, proſpicit cum Hiſpano veredario, ab inſequitoribus, qui trans flumen Cymbæ reditum præſtolabantur vtroſque facile comprehendi

poſſe,

Digitized by Google

1604. poſſe,equos ſtationarios,fractos luxatos,& curſu anhelos abiiciunt,rati fiducia noctis,per arundineta,& virgulta, quibus Matronæ margines denſe præcinguntur,tutius abſcondi poſſe,at præfectus,ex derelictis equis ſparſiſque in gramine, fugitiuos non longe abditos coniicit,contis,gladiis,ſclopis,ſenticeta excutiunt, Lhoſtæus prodi veritus,flumini ſe committit,cuius verticibus ſorbetur,infœlici exitio corporis & animæ,vbi illuxit,galerus in ripa cōſpectus, locum vbi merſus eſſet indicauit,eruitur,à iuridico Veſtalium Iotrenſis Cænobii, qui cadauer ſuo ſolo erutum,à ſe puniendum contendebat,ſed decreto Senatus,iuſſus abſtinere cognitione publici criminis,quod eius coercitio ad vicanos infimique ſubſellii iudices non pertineret,Cadauer recens exanteratum fartum odoribus,diu ſeruatum, donec capitalis Iudicii formulis peractis,diſcuſſiſq; conſortibus, Metii Suffetii ſupplicio affectum,quadriiugis enim equis in contrarium actis diſceptum, cuius fruſta quadrifariam ad poſtes defixa, quæ ab vrbe in campos exitus eſt, doluit Regi plurimum,ſpontaneo naufragio, proditorem ſalutem animæ, proditionis explicationem ſibi inuidiſſe, Villaregius vix dolori parem ſe præbuit,hoc nomine potiſſimum,quod ſi viuus dediſſet pœnas, conſcios ſceleris,qui in ædibus Amanuenſium, ſæpius ſub doloſa ſpecie probitatis nidificant, detexiſſet.

Lhoſteus ne in manus inſequentis deueniret mergitur.

Galliam inclinantem fulciunt noua inſtituta pietatis, in ſuburbiis Iacobæis, cœnobium virgineum cōditur,accitis ex Iberia monialibus,nouellum ordinem profitentibus,cuius inuentrix dicitur mater Tereſia, mulier Hiſpanica ſanctitatis receptæ,quæ ſuperſtes & functa miraculis inclaruit, Carmeli ab Helia, vt volunt, veterem ſodalitatem iampridem collapſam, ad priſcam ſeueritatem reuocauit, illæ quod in virgunculis & vltra ſexus teneritudinem eſt, nudipedalia exercent,Catharina Aurelia Longouillæa,innupta herois,thalamos iugales pertęſa,cœnobii prima iecit fundamēta,Carmelitanæ nudipedes, in vetus delubrum quod maiori monaſterio obnoxium eſt, annuente Cœnobiarcha Cardinali à Ioyeuſa,indulgente Pontif.max.alio tranſmiſſis monachis migrarunt,quodque virile erat,virgineum factum eſt,nec vnicum illud monumentum pietatis, quādoquidem alibi,ex voto Lodoicæ Lotharingiæ,Henr.III.viduæ,ſuburbanum aliud cœnobium funigeris virginibus poſitum, quas ab inſtituto Capuſſinorum, vulgus cognomines facit,cum tamen ex acuminato capitis operimento nomen ſit factitium, viſum conuenientius, vt de Paſſione Domini ſorores nuncupentur.

Carmelitanæ ex Bætica in Galliam accita.

Sorores de paſſione.

Sed toties ad Oſtendam redit oratio,non hyems,non rerum inopia,lues acerrima,horror funerū,ſæuitia pelagi,& quæcunq; dira ſunt & immania, quę mortalium animos conſternere poſſunt, obſeſſis obſidentibuſque pertinaciam minuunt,tantæne animis mortalib. iræ? Alter Spinola,fraterna morte quam ſupra attigimus exaſperatus,in Hollandicos acrius Oſtendæ expugnationem, ac fœliciori quam antea Marte & arte vrget,inaniter ſumptuoſa, & quæ ſunt oneri caſtris remouet, neceſſaria ad expugnandum conquirit, ære ſuo iuuat Albertum, ſed fœlicius mente, manu & ſtrenuitate. ita ſæpius ab vno, maximarum rerum fortuna & gloria pendet.

Spinola in expugnatione Oſtendæ egregiam operam nauat Alberto.

Italus

Digitized by Google

Italus quidam nomine Pompeius, machinam ingentem, orbiculis rotarum, in modum carpenti mobilem & verſatilem confecerat, inſtar montis erat, & velut equus Troianus, ſuo tegumento, quaſi clipeato fornice, non paucos ſclopetarios tegebat, fortiſſimi obſidentium, hac machina tuti murum propius ſubeunt, aggerem octo pedum ſpiſſitudine perfodiunt, iamque illo obice reuulſo, cominus pugnant obſeſſi, ſaxis, ſudibus, contis, ignitis iaculis, omniq; molimine obſidentes propulſant. 1604.

Ingens & ſtupenda machina.

Albertus dum fortiſſimi ſuorum, ſub teſtudine pugnant, quadraginta maioribus tormentis obſeſſos verberat, vt maiori hiatu facto, Pompeii machina, rudentibus & rotis mobilis, in oppidum impellatur, æſtus vero qui Martio intumuerat, obſeſſos quaſi decumano fluctu pene demerſerat; corrupta hinc annona, deiectæ moles, rupti aggeres; nec vno loco peruium oppidum factum eſt, obſeſſis reſerata ad Triarios, nec aliter ex his anguſtiis eripi poſſe Mauricius credidit, quam ſi totis caſtris Albertum, ex obſidione ad pugnam eliceret, quod vix ægre fieri poterat, ita enim triennali obſidione, Hiſpano belgæ loco aſſueuerant, vt caſtrenſes ædiculæ, diuerſoria quæ ſibi miles tumultuario opere concinnauerant, aduerſus hyemes & æſtus, Oſtendam latitudine & ambitu ſuperarent.

Toto Aprili bombardicis ictibus grauiſſime concuſſa Oſtenda vt obſeſſis aduerſus ferream grandinem, nullum ſatis tutum munimentum eſſet, locus vliginoſus ſub imatellure, hippogæa, effoſſiones, & latebulas negabat, tanta oppidanorum internecio, vt trimeſtri ſpatio quinque ſummi Chiliarchi ferro ſublati ſint.

At Mauricius vt Albertum ab Oſtendæ obſidione auerteret, rurſus in Belgiũ omnibus copiis irrumpere molitur, qui defecerant, & quibus Grauiam præcario dederat, Hiſpanos ex pactis interpellat, auxiliares vt ſint, & ſocia arma expediant, non abnuunt illi, adiunctique Mauricio, ad tria millia populabundi Brabantiam irrumpunt, ac circa Bruxellam, Batauis ipſis ferociores, agrum omnem oppida, municipia vaſtant, incendunt, incolas mactant, omniaque cædibus & latrociniis fœde complent, vt nulli barbari ſæuius in iuratos hoſtes, vnquam bacchati ſint, quam eiurati Hiſpani in Hiſpanos & Belgas atque vbi impune fuit, aliæ Hiſpanorum cohortes, eam æmulari inſaniam cogitant, ſi tamdiu debitum ſibi ſtipendium non ſoluatur: illi tamen non exemplo commilitonum, ſed rerum omnium penuria, inuitos ad defectionem cogi profitentur, militem nudũ & egentem neceſſitate ſolui ſacramento, famem acerrimum eſſe telum mortalibus, à militibus quidem obſequium, ſed à Ducibus & antesignanis, annonam & congiaria deberi. Albertus mente voluens, quod ſcite de contagio morborum poeta expreſſit,

Vt que malum late ſolet immedicabile cancer
Serpere, & illæſas vitiatis addere partes.

Ne veſania latius inualeſceret, lenociniis promiſſiſq; demulcet, ſed cum venter moleſtus ſit interpellator, & verba nõ audiat, cauſſatus tenuitatem æris, reſq; anguſtas caſtrorum, triente ſtipendii quietos Albertus fecit. Cardinalis Lotharingus,

Digitized by Google

1604. *Cardinalis Lotharingi ſtupendus morbus.* ringius, ex ſupremo Dynaſta & Claudia Valeſia Henrici II. filia genitus (ſic enim liliorum inſignibus, à cognominib. eiuſdem tituli & purpuræ, diſcriminatum facio) malefici cuiuſdam faſcinationibus ſortilegiiſque, adeo peſſime diuexatus, vt rei inſolentia & facinoris magnitudo, omnem orationem ſuperet, erat Cardinalis ille, ante faſcinationem bona & firma valetudine ac vegeto corpore, mox afflatus diro ſpiritu auernalis hominis, ita contabuit, diriguit, atque exſuccus factus eſt, vt vix pellucida cutis oſſa operiret, nec tantũ macies horrori, ſed tormina, angores & cruciatus incredibiles Lotharingum ita torquebant, vt nulla ſupplicia cum illis comparanda viderentur, primum tota Lotharingia, finitimiſque prouinciis, mox tota Europa, quæſiti & acciti ingentibus præmiis medici, omnes etiam Empirici, Paracelſitæ, nec illi modo, ſed promiſcue omnes viri & mulierculæ, qui vel nugas proferebant.

Ea enim artis inconſtantia, vt cuilibet, medicũ ſe profitenti ſtatim credatur. Illi quidem operam ſed non opem adhibent, peruicacia mali omnem peritiam ſuperat, tandem obſtupeſcere & cæcutire in morbo inſolenti omnes cõfitentur. Ergo infœlix heros, humana ope deſtitutus, à numine medelã poſcit, vota, ſupplicationes, ieiunia, nudipedalia, ac huiuſcemodi Chriſtianæ expiationes decernuntur, non illis vis mali ſiſtitur, perdius & pernox torquetur, nec vt alligato ad vulturem in Caucaſo, fibris requies datur vlla renatis, tandem inſperato ſpes medelæ affulſit: Marchio de Lullins, dum in Angliam it orator ducis Inſubriæ, atque iter facit per Lotharingiam, tantillum in aula diuerſatur, vt Cardinalem ſic tortum vidit, eius vicem incredibiliter demiratus, & miſeratus, venit illi in mentem, Amedæum ducis cuius legationẽ obibat, fratrem nothum, non diſſimili nequitia lamiarum, & maleficorum artibus cruciatum, fruſtra accitis omnibus medicis, ab Ambroſiani ordinis Mediolanenſi monacho, exorciſmis expiationibuſque diuinitus curatum fuiſſe, vt tota Inſubria res pro miraculo fuerit, illico per veredarios accerſitur, malleus ille maleficarum, venia Clemen. VIII. adfuit, à pluribus annis ſummi exorciſtæ apud Pontifices Max. vices agebat, vbi

Ambroſianus monachus ſummus exorciſta Lotharingiam venit. Cardinalem penitiſſime introſpexit, de morbi torminibus, eſus, potus, quietis, egeſtionis ſimiliumque ſtatu certior factus, mali genii artes eſſe palam profeſſus eſt, abigendas diuina ope & ſacris ritibus, qui illi de vſu erant conſtituit. Primum iuſſit cubiculum, quo decumbebat Cardinalis, auleis, ſtragulis, atque omni ſerica & lanea ſuppellectile nudari, quod ille diceret faſcinationes, in illis interdum & ſæpius eſſe abditas, vt re vera in culcitra, oſſa cadauerum, caudæ fellium, præſegmina vnguium & pilorum, & fœda plurima reperta ſunt.

Ritus adhibiti. Diebus ſingulis priuſquam Mediolanenſis ille exorciſta, ad Liturgiam ſe accingeret, ter percuſſo tintinabulo, in nomine & virtute tremendæ trinitatis, malos genios adigebat adeſſe & fateri, qui qualeſue eſſent, quorum maleficio corpus principis inſiluiſſent, ſacro peracto, iterum percuſſo tintinabulo imperabat, vt Cardinalis oſſeus, aridus, totis artubus immobilis, manum illam vel iſtam

Res ſtupẽda. erigeret, pedes moueret, attolleret, tranſuerſum inſereret, nec mora qui antea non magis mouebatur, quam truncus vel ſilex, manus pedeſque ad modum imperatis mouebat: pectori admoti erat crux, in qua dominicæ portiuncula inerat,

iubebat

Digitized by Google

iubebat Mediolanenſis monachus, Cardinal. ſemper thoro immotum & quaſi clauis & cuſpidibus defixum, vt ſe erigeret, dorſum inflecteret, ac prona ceruice crucem deoſcularetur, dicto ocyus quaſi nouus homo, velut quatriduanus ille ſepulchro olidus, ad ſeruatoris vocem exiit, Cardinalis vertebris ſeſe ex diutino rigore diſſoluentibus, cruci labia admonebat, mox ſubitus rigor, ariditas & paralyſis redibat, cunctis obſtupeſcentibus, ac ipſo Cardinali demirante, qua vi ignota, tantillum priſtinas vires & munia corporis reciperet, vt que dæmonis nequitia conſpectior foret, adegit exorciſta illum, laxare manus articulos rigentes Cardinalis, quo ille in ſubiecta charta pingeret, dicto morem gerens, qui nec digitum mouebat, more quo ſolebat ante ſortilegia, *Ieſus* vocabulum nitide expreſſit, vix manus peregerat, cum exarato verbulo diriguit. Immundi illi ſpiritus vt qui pertinaciter in obſidionibus herent, vix ſtationibus diſcedunt, vbi tamen ariete crebro, & machinis vrgentur, ad colloquium impelluntur, ſic Mediolanenſis dæmonem adigit, vt palam fateatur, quod faſcinationes, deuotionesque Cardinalem obſtringerent, quaue parte corporis, quo qualiue maleficio iniectæ, quando tyrannide ſua erat principem liberaturus, vtque diſceſſus innoxii ſignum proderet, hoc genus dæmonum verbi diuini imperio audiens, prodit maleficium faſcini, fallaciam detegit, ac tandem poſt duodecimum diem, ab inceptis ritibus exorciſmi, immundus ſpiritus obſidione ſua principem liberauit, egreſſus notatur, cum in Liturgia corpus Dominicum eleuaretur, exorciſta operante, & imperante his verbis, *& quia verbum caro factum eſt, & quia Chriſtus imperat, da gloriam Deo, gloriam Ieſu Chriſto, cede ſpiritui ſancto, adiuro te non vt homo mortalis & peccator, ſed tanquam miniſter Dei, tanquam miniſter ſanctæ Rom. Eccl. & ſummi Pontif. & tanquam exorciſta & ſacerdos*, exhinc Lotharingus, torminibus cruciatibuſque liber, placide & in vtramque aurem quieuit, eſus & potus illi ad palatum, paralyſis abit, redit ſuccus, decor oris, aſpectus vernat, & paulatim totus inualeſcit, vt qui antea thori molliſſimas plumas ægre ferebat, paulo poſt lecticam pateretur, prope Argentoratum Mantuanæ duciſſæ, ad ineundas cum fratre nuptias, aduenienti obuiam iuit, in diutina autem morbi lucta, cum vouiſſet aditurum aram adytumque virginis, quæ in municipio Brabantino, inclita ſtupendis miraculis, toto Belgio prædicatur, damnatus voti, vt exolueret, per Moſelam quo mollius deueheretur iter facere conſtituit, Liburnicis cimbiſq; ea latitudine compactis, vt inſtar ædium, cœnacula, triclinia, atria complecterentur, vt ibi loco immotus, cum aulico famulitio pernoctaret, viſus enim erat medicis corpuſculo debiliore, qui in diuerſoria quotidie ſub noctem emigraret, vix in cymbam delatus, cum cœpit eſſe vegetior, paulatim cœlo, ventis imbribus aſſueſcere, vbi nox appetiit, in proximum caſtrum pernoctatum abit, indies inualeſcebat, nec vt antea dum veſtibus indueretur, cubiculariorum ſuſpenſas manus, tractuſque leues perhorteſcebat, diuertit ad ducem Cliuenſem gentilem ſuum, vbi tridiuo moratus cum ſorore Cliuenſis coniuge, ad virginem Hallenſem vota perſoluturum vegetus abiit, vbi Diuæ litauit, lectica redit Nanceium, citis itineribus, quotidie ſellaria geſtatione, vulgo ſui copiam faciebat ad eius conſpectū inclamabant omnes; curationem ſolius numinis miraculo eſſe deputandam

1604.

Verba Exorciſtæ.

Cardinalis ſanitatem recipit.

Noſtre Dame de hal. &c.

Digitized by Google

1604. putandam. Sorores Cliuenſis & Bauariæ duciſſæ, iiſdem faſcinis ſorti'egiiſque diuexatæ ſed initus, ſunt tamen qui in vtraque prolis defectum, Lamiarum ſtrigarumque maleficiis tribuunt, cum gens Lotharena liberorum ſit admodum ferax, & vtraque principibus procreandæ ſoboli idoneis nupſerint: qui Cardinalem faſcinauerat, lento igne, vt qui boue Perilæo torrebantur, exuſtus, quamuis acres, ſcelere tamen mitiores pœnas dedit, non diffiteor fore non paucos, qui me inania, ludicra, commentitia, & anilia fingere & ſcribere dicant, totoque cachino hanc paginam perlegant (ſi modo faſtidioſe perlegerint) ſed tota Lotharingia mihi pro teſte eſt, ac etiam qui de familia Catharinæ Borboniæ Auguſtæ Nauarricæ, nouatores ſuperſunt, ita vt herois illa, nulla re alia, ad catholicos titus magis impulſa fuerit, quam vi arcanæ exorciſmorum, quorum flagello ſpiritus nequam, toties percuſſus aufugerit, ita vt palam polliceretur, ad orthodoxos reuerſuram, ſi liturgiæ auſpiciis, ſacriſque Ambroſiani monachi ritibus, Cardinalis ſanaretur, re perfecta haud fidem impleuit. Archiater illius, dominus de Lorme, edito opuſculo rem delibauit, ego omnia penitius ab inſpectore, & operante in myſticis illis ritibus, homine probo & minime nugaci accepi, atque eo præeunte verbis, omnia iſta noſcenda & ſtupenda poſteris exaraui.

Poſtulant Mediolanēſes Borrhomaum Card. diuis aſcribi.

Mediolanenſes, Romæ in conſiſtorio, Cardinalis Borrhomei contribulis ſui, diualem Apotheoſim à Clemente VIII. depoſcunt, quantis virtutibus viuus mortuuſque inclaruerit, inque dies inclateſcat, publicis monumentis prædicant, pontifex piis poſtulatis annuit, iubetque de vita, rebus geſtis, miraculiſque, ſedulo & rigide inquiri, nec enim oſcitanter & neglecte, mortales faſtis diualibus aſcribuntur, vt enim ex omni ligno non fit Mercurius, nec vt olim Cæſares, poſtquam deſierant eſſe viui, Diui nuncupabantur, Eccleſia enim aris adytiſque non dignatur, niſi quos infucata & probatiſſima ſanctitas commenda: opus eſt interdum non vnius ſæculi, cum Diui Hiacinthi diualis honos, ab exceſſu Diui Dominici qui ſub Innocentio III. claruit, ad Clementem VIII. Pontif. qui eum beauit, dilatus fuerit, hinc fuco, & præſtigiis via præcluditur, ſic olim in cunabulis naſcentis imperii Gallici, Fredegunda piacularis & ſceleſtiſſima mulierum nondum improbitate detecta, pro diua culta eſt, vbi fœtor ſcelerum erupit, cultus in contumeliam & opprobrium verſus eſt, hominum ingenia etenim ſæpius falli poſſunt, Diuus enim Auguſtinus conqueritur, multorū corpora venerari in terris, quorum animæ torquentur in inferis, narrat aūt Seuer. Sulpitius in vita D. Martini, cum ambigeret de cultu oſſium, cuiuſdam vulgo martyris, ad capſam & loculum, aſſumptis ſecum fratribus acceſſiſſe, oratione peracta, clamore edito vt ſepultus prodeter, quis & quomodo apud mortales vixiſſet, ecce ad Martini vocem, Larnalis vmbra exiit, retulitque oſſeum eſſe ſimulachrum latronis, qui ob flagitia publice pœnas dediſſet: ſic pius Antiſtes falſo aſſcriptam è Calendario eraſit, ac ludificatum populum, inconſulta ſuperſtitione liberauit.

Hoc anno, Cardinalis Oſſatus Romæ moritur, ille apud Auſcos, gente plæbeia ortus, remigio inclytæ virtutis eruditioniſq;, quæ in eo ſumma fuit, ad pur-

putam

1604.

Obitus & elogium Cardin. Arnaldi Oſſati.

puram euectus eſt, vbi enim in Lutetiana Academia litteras profitẽdo, non vulgarem famam quæſiit, altiora ſpirans, Romæ in Eſtenſis Cardinalis familiam ſe dedit, ibique perpetuas ſedes defixit, animo voluens, quam poſtea Henrici IV. elogio, & commendatione, aſſecutus eſt purpuram: Ille enim Perronio tunc Ebroecenſi Epiſco. cõſors glorioſi operis, res Gallicas, cum Clemente VIII. ſtabiliuit, factionis Hiſpanicæ molimina confregit, claues cum liliis, æterno glutino copulauit, cum Auguſta Medicea nuptias conciliauit Margaridis Valeſiæ, vt quæ ab initio nullæ & inconceſſæ eſſent, irritas pronunciari curauit, tam illuſtribus factis, de Gallia inſigniter promeritum, Rex opimo præſulatu Baiocenſi donauit, quique fidem & intima obſequia famulorum expertus fuerat, teſtamento illos heredes reliquit, quibus ego in Prætoriano Senatu, ad legatorum controuerſias ſibi priuatim delegato, forenſem operam præſtiti: Romæ Cardinalium facta acceſſio & noua inauguratio: ſumma & vetus eſt dignitas, ferunt ab ortu ſuo, non plures fuiſſe quam quatuordecim, quod olim Roma, ſub Ethnicis Cæſaribus, in totidem regiones diſtributa eſſet, vnde qui præerant prouinciis, nuncupati curatores regionum, placuit enim numini, vt gentilitatis omnia ſymbôla & monumenta, ad veri cultus gloriam conuerterentur, ſic omnium Deorũ quos Ethnica ſuperſtitio coluit, delubrum (Pantheon vocabant) eliminata omni ſpurcicie, veris cælitibus dicatum, atque vbi olim Aquilæ, Capitolium, imperii ſedes, ibi petram Angularem, claues regni cælorum, Deus eſſe voluit: originem vero Cardinalium, ſunt qui Euariſto, qui Anacleto ſucceſſit tribuant, quod ille titulos vrbis præsbiteris aſſignaſſet, ſunt qui Marcello, rem acceptam referant, ab Innoc. III. oſtri muricíſque colorem attributum, quidem perhibent, quo igneum & impenſiſſimum amorem ſuum, ad effundendum ſanguinem pro fide propaganda teſtarentur: paulatim excreuit numerus, & creati 60. qui totidem diſcipulos referrent, vt ſcriptum reliquit Petrus de monte, ac tandem ſumma dignitas, multitudine laborauit & viluit, refert enim Zarabella, ſuo æuo, ſacra purpura & conchiliato galero 136. coruſcantes fuiſſe: ille enim ſacerdotii ſummus apex, non minus ambitur, quam ſæculi ſupremæ dignitates & præfecturæ, in Eccleſia enim faſtigium eſt inter præſules, Pontificis max. Aſſeſſores & collaterales ac conſiliarii paſſim dicuntur, eoſque in creatione hac formula affatur & inaugurat *Eſtote fratres mei*, in decretis abſona voce, principes mundi nuncupantur, dictique Cardinales, non vt quidam ſomniant, à cardinibus valuisq; portarum, ſed ab amplitudine dignitatis, quemadmodum Cardinales virtutes, ob præſtantiam dicuntur, vel vt putat purpuratorum eruditiſſimus, ſic vocati à titulis Cardinalibus Eccleſiarum. At vetuſtiſſimam eſſe Cardinalium inſtitutionem, vel ex eo cõſcitur, quod magnus ille Gregorius, qui Mauricio Imperatore, Childeberto & Brunchilide in Gallia Auguſtis floruit, crebro ad Cardinales ſcribit, qui tunc aureis & purpuratis moribus erant, nõ veſte coccinea & fulguranti, in ſumma inopia diuites, nunc vero ſtupenda illa culmina dignitatum, quibus Eccleſia fulget, appetuntur propter vberrimos prouentus, & ſacerdotiorum vel inter ſe pugnantium infinitam coaceruationem; ea eſt enim vis rubri galeri, vt plura & diſcrepantia beneficia ſimul ab illis poſſideri

Origo & primus numerus Cardinal.

Euariſtus ſeu Marcellus Cardina. inſtituit.

Innocenti III. purpurã at tribuit Cardin.

Digitized by Google

1604. poſſint, hoc quæſito colore, vt decentius illi dignitatem ſuam tueri valeant, ſed commentarios ego non cenſionem ſcribo, cui res geſtas narraſſe ſatis ſit. Clemens VIII. tamen in creandis Cardinalibus, ſummo delectu vſus eſt, vt qui hominibus luculentis, fulgorem ſacræ purpuræ inquinare noluerit, memor aurei dicti Adriani anteceſſoris, quod toties vſurpare ſoleo, *qui ſe homines dare velle ſacerdotibus, non ſacerdotia hominibus profitebatur.*

Cardinalis vt vulgo dicitur os apertum.

Iacobus Dauid Peronius Ebroicenſis Epiſcopus, ob ſingularem & ſtupendam eruditionem, & profligatas hereſes, hac ſumma dignitate effectus eſt, vt nõ tam eum ornet purpura, quam ſit ornaturus purpuram. Sarmata vnus, Germanus alter, ſimiliter creati, cæteri Itali, inter quos more inſolenti, Franciſcus Anſelmus Marcaltius, ex Capucinorum lacera cuculla & centonibus conſuta, ad fulgens oſtium, vel inuitus & detrectans euocatus eſt. S. Pontifex voti vinculum reſoluit, hoc enim habent primum & peculiare, ſuniugati illi vitæ auſterioris, vt concepta formula & nuncupatim, quod aliis Franciſci ſodalibus inſolens, Eccleſiæ omnibus præfecturis, perpetuo renuncient, ille primus in voto vim paſſus, ab humili & contempto genere vitæ, ad luculentam & vere Cardinalem accitus eſt. Peronii ego purpuram longe antea quam eſſet aſſequutus carmine præſago cecineram.

Capucinus vel nolens fit Cardin.

Aurelius Spinola Marcellus ille nouus, iam prouecto vere, inſulam ſitu & propugnaculis ad coercendos Batauos opportunam inuadere ex improuiſo cõſtituit, ex Oſtendæ caſtris fortiſſimos militum deligit, cimbis & lintribus in continentem aliquot cohortes exponit, quæ minus caute progrediuntur, quod inſulæ littorumque cuſtodem, nihil de aduentu ſuo ſubolfeciſſe crederent. Ille vero per emiſſarios, de Hiſpano-Belgarum conſiliis certior factus, locis abditis excubias collocauerat, quas ex ſtationibus oportune egredi iuſſit, factoque impetu Spinolæ cohortes, in pedes coniicit, quas in fugam effuſe præcipites, vſque ad lintres inſectatur, plurimi necantur, vinciuntur, cæteri nullo ordine in limbos inſiliunt, tantoque pondere deprimunt, vt impares dehiſcente compage, cum militibus alto flumine demerſi ſint, ſic infortunate ceſſit Spinolæ expugnatio inſulæ, nec ille fœlicius, Sluſam obſidione incluſam protexit, ſemper in Romanos, eorumque nepotes Italos, Arctoi populi admodum pertinaces, & pene ineluctabiles ſe præbuerunt, nunquam enim Iul. Cæſar magis dubia & nutãte forte Imp. Roma. pugnauit, quam aduerſus Germanos, Rhœtos, Heluetios, Sicambros, Vbios, Menapios, finitimaſque regiones, inter quas Belgæ, non poſtremam gloriam pugnandi, in ſuis rerum geſtarum commentariis obtinent.

At Mauritius ille Sluſæ obſidionem, tentat iam non fama ſed apparatu, & quaquauerſum ductis alueis foſſiſque, intercludenda auxilia conſtituit. Spinola, in caſtris Alberti, nouus Demetrius & Archimedes, gemino quod aiunt obtutu, foſſores & lixas conſpexerat, inermes imparique numero qui perfacile inuadi poſſent vel faſtidiuit, vel vt oculatiſſimis contigit non proſpexit. Sluſæ propugnationem ſummamque rerum, Matheo Sarrano commendat, ille faſtu Hiſpanico, contemptor Diuum Mezentius, qui vocabat in certamina Diuos, Thraſonice iactabat, etiamſi Tartarus, Auernales omnes ſuos genios in illum effun-

Sluſæ obſidio.

Præfecti Iactantia inanis.

effunderet,loco non ceſſurum,loquaculo bellatori credidit, alioquin ſagaciſſimus ducum,quos Alberti caſtra habuere,& qui Parmenſis(ſi militiæ non deſueſcat) gloriam æquaturus ſit, ille Sarrani fiducia plenus, Scluſæ nihil metuens, foſſores inuadit, Friſiorum auxiliares copias prærumpit, iamque inclinabant, eum Mauricius intuitus laborantes, Comitem Caſtillonæum & Voerum illuc progredi,& fatiſcentibus auxiliari rogat, ea eſt enim comitate in caſtris, vt non verbis ſed factis Imperatorem agat,adſunt illi opportune, Hiſpanos propulſant, noctium vigiliis fracti,impaſti, labore exhauſti non admodum in pugnando pertinaces,receptui canunt.

Spinola ſumma vi in Mauritianos.

Mauricius omen capiens maioris victoriæ, Ardemburgum & Midelburgum ſuburbia ex improuiſo inuadit,cogitque conuiuantes ciues, turbatis relictiſque epulis poſtico dilabi.

Obſtabant Mauricio ad expugnationem Scluſæ, quinque millia peditum & paulo plus equitum,qui maris & fluminum littoribus, ad prohibendum vadum excubabant, Mauricius velitationibus equitum leuis armaturæ, tentandos & ex munitionibus eliciendos ſtatuit.

Hiſpani pro more ſuo exilem manipulum deſpicientes,neſcii inſidiarum, vltro ſe effundunt, fiducia indubiæ victoriæ,ſed longius incautiuſq; egreſſi, vndique coitione facta,à Gallis,Germanis,Anglis & promiſcuis militibus,qui per auia & nemoroſa clam progreſſi latebant, opprimuntur, tanta illuuie inſultantium,vt Hiſpani impares,magna ſuorum internecione affecti ſint, mille ducentos cæſos,captiuos trecentos ferunt,hoc præludio victoriæ Mauricius, cum victore exercitu confluentes fluuios traiicit,& Scluſam poſitis caſtris adoritur, die 13. Maii, Spinola nihil intentatum reliquit, vt in Scluſam numeroſiorem militem,ad præſidium immitteret,ſed Mauricius celeritate talia conantem anteuerterat,Triuulſius Comes,minus feruide & cunctantius, quam res bellicæ ferant, Spinolæ adfuit, in bello eſſe moratorem & nimis cogitantem ſæpe nocet, Mauriciana irruptione territi, qui ad præſidium ſtabant, in propugnaculo ſuburbano,degeneres in vrbem profugiunt, ſeptem cohortes in alto Diui Georgii ignauiter ſe dedunt, quamuis Mauricianas naues itu & reditu prohibere, ac plurimum infeſtare poſſent, ſic littoribus ac portu vndique factis liberis, Mauricius cum foris & à tergo nihil timeret, Scluſam omnibus modis expugnandam conſtituit,tanto oportunius,quod exili commeatu vrbem munitam, per emiſſarios intellexerat, atque ideo non tam ferro, quam fame conficiendos oppidanos, citra aleam pugnæ tutum putauit, nihilominus deuio & incuſtodito loco, per paluſtria & aquoſa primo ſexcenti, ſecundo octingenti auxiliares, Scluſæ irrepſerunt,Mauricius,ne in poſterum parte illa quid ſimile contingeret, viam obſtruxit, fidei plenus vrbem conſumpto commeatu, vrgente inedia,vltro ſe dedituram,quod eum non fefellit.

Fruſtra enim,(inquit Vegetius) ferro tentatur, qui fame expugnatur hoſtis, vbi vero Mauricius intellexit per exploratores, centum quadrigas farre molito onuſtas,Brugis ad inuehendum cõmeatum Scluſę paratas eſſe,ad intercipiendas

Mauricius commeatum intercipit.

animum

Digitized by Google

1604. animum adiicit, præmittit Mauricius ſuos, qui ex inſidiis annonæ conuectores & ſtipatores fugant, pluribus deſideratis & captiuis, in Scluſa incluſi, intercepti commeatus rumore accepto, ieiuni duriter & aſpere victitantes, animum ſubmittunt, panem furfuraceum in fruſtula & vncias partiuntur, à mancipiis remigantibus, à lixis cæteriſque fruges conſumere natis premuntur, ſi daretur exitus à Mauricio, quam lubenter decoctores illos, ſtrenui milites vt pondus inutile eiicerent, ſed vetat ille, qui quanto plures ſint, tanto ocius ſe dedituros ſperabat.

Summa inedia in Scluſa.

Albertus vero ſuos cum non poſſet commeatu iuuare, tantillum recreauit, ſpectaculo nouem cohortium equeſtrium, quæ fruſtra tentato aditu, vt inacceſſam & imperuiam Scluſam, experti ſunt, fiducia tenebrarum receptui canunt. At rebus pene conclamatis, humana ingenia, quæ vocant extrema remedia, adhibere ſolent Albertus Spinolam cum milibus decem quos totis caſtris pugnaciſſimos ſelegerat, ad auxiliandum immittit, incluſi Scluſa, vt auxiliatores è ſpeculis proſpexerunt, ducenti erumpunt, conati pōtem ſeu colligatas trabes ſup. a alueum iniicere, quo inſtrato ſuis aditus præberetur, ſed Mauricianæ machinæ, pontifices illos in vrbem regredi, conatoſque tabulato opere traiicere flumen reuerti coegit.

Spinola maiora auſus, quam vis humana ferat, aliunde in vrbem tentat aditum foſſas ducit, aggeres erigit, machinas in altum euehit, quibus Mauriciana caſtra verberat, Mauricius pluribus monachis Spinolam ſuoſque concutit, tanta ſtrage, vt milites vigiliis, fame, laboribus exhauſti, ſuorumque internecione fracti, animum deſponderent. Si labatur orbis, impauidum Spinolam ruinæ ferient, perſtat inuictus, ad triarios rem deducit, 6. Auguſti, ſelectos equites, à tergo in clunis equorum, ſingulos ſclopetarios aſſumere iubet. Friſones ex inſperato inuadit, fit atrox pugna, loco cedunt & ſtationibus relictis, Spinolæ & ſuis ad Scluſam viam faciunt, obſeſſi ex pinnis & ſpeculis animos incendunt claſſico nolarum, clamoribuſque ſuos auxiliares acuunt, in illo æſtu Martis, qui ſummus fuit, Mauricius vt ſuos in ſummum diſcrimen adduci videt, Terminum primæ nobilitatis Gallum, ſuoſque commilitones hortatur, vt inclinantibus ſuis præſto adſint, & ſummum periculum auertant, illi dicto ocyus, Friſonum receptis ſtationibus, hoſtem deturbant, & ſe recipere cogunt veſpere minabatur regreſſum Spinola, ſed matutina ſorte deterritus & admonitus, prouerbio morem geſſit, *Neſcis quid veſper ſerus vehat.*

Summum facinus Spinola.

De Termes.

Hic ergo re infecta, ad Albertum reuertitur, ſi non victoria ſaltem inſigni gloria inclytus, tentata omni via opis humanæ, nam ſupra mortalem ſapere & conari, quid aliud eſt quam fatum exaſperare, & Deorum ſibi concitare inuidiam? Oppidani prærepta ſibi omni ſpe auxilii, inediam vltra non ferentes, equis, canibus depaſtis, verſiſque in eſculenta rebus immundis, deditionem non indecoris neque iniquis conditionibus paciſcuntur, milites explicatis ſignis, timpanis tubiſque perſonantibus, accenſo fune ſclopetario, globulis in ore, cum caſtrenſi peculio, initiati & laici ad quatuor milia exeunt.

Re infecta diſcedit Spinola.

Deditio Scluſa.

Albertus iacturam Scluſæ, iam ſpe non fallaci vt toties, potiundæ Oſtendæ ſolatur

Digitized by Google

ſolatur, ſed ille poſt exactum in caſtris triennium, tot funera fortiſſimorum hominum, artificiorum molimina, æris incredibilis profuſionem, quā merito & indignanter, alludens ad ſuum fatum, pertinaciam Oſtendæ & Mauricii dicere poſſet: 1604.

Vix Priamus tanti totaq; Troia fuit.

Dum Scluſa, à Mauricio in arctum cogeretur, fama percrebuit transfugas Hiſpanos, qui à ſignis cauſſatione negati ſtipendii defecerāt, ad Mauricium proficiſci, atque ad eum ſibi aditum facere, qua Scaldis vadoſus eſt, illa perditorum acceſſione ad Mauriciana caſtra, Albertus hoſtium res iam nimiū proſperas augeri, ſuas attritas nimium peius habitas iri proſpiciebat, malo occurrendum mature, demulcendoſq; putauit, effecitq; vt tandem his pactis reſipiſcerent. Albertus omnes condonare iniurias, ac deuotiones proſcriptioneſq;, programmata in eos lata irrita, atque ex hominum memoria eraſa fore promittit, æs ſuum emeriti ſtipendii certa die ſolutum iri, & quouſque perſolueretur, dietim pro quotidiano victu, gregario pediti decem ſolidi, equiti 24. numerarentur, Alberto Hocoſtratem & Karpem oppida reſtituere, atque armamentum omne, in oppido *Erkelene* amotum pollicentur, quandiu ſtipendii ſolutio procraſtinaretur, Ruremonda præſidio illis relicta eſt, die vero dicta ſi æs ſuum non diſſoluatur, fide liberati ſint, poteſtate ſibi facta, quos velint in ſuum conſortium aſciſcendi, exigendique ſtipendii paſſim ab incolis, vt ante fœdus, ſibi fas eſſe putarunt. *Deſertores vulgo les mutines ad Albertū redeunt.*

Transfugæ illi, quos populari verbo mutinados vocant, ex pactis conuentis cum Mauricio & Ordinibus Batauorum, Hocoſtratem cum omni pignoratitia gaza quam tempore fœderationis tradiderant, ſine controuerſia repetunt, reſtituta Mauricio Grauia, ac paulo poſt numerato ſtipendio, ad Oſtendæ funera eunt, fugæ & ſeditionis ſanguine pœnas luituri, illi enim, vt noxas penſarent, dum audentius ſe gerunt, pene omnes necantur.

Bataui capta Scluſa, Alberto circa Oſtendam per triennium ingraueſcente, auro, ære, milite, ducibus exhauſto, immortaliter exultabant, ſed præcocem lætitiam, repente luctus occupauit, Alberto enim Scluſæ expugnatio indignationem, indignatio vires & extremum robur periclitandi addidit, contra Bataui, dū Scluſæ expugnatione inaniter animos recreant, Oſtendæ propugnatoribus animi relangueſcunt, iam altius Germani in veterem irrumpunt, portum præcludunt, ita vt animum deſpondentes, ad exportanda armamenta nouum portum aperire coacti ſint, fruſtra Mauricii auxilium terra morantur, mari omnino præcluſum tempeſtatibus proſpiciebant, Septembri, vt Martio, illuuie Oceani, reliquiarum vaſtitatem, aut potius naufragium perhorreſcebant, illi ergo de deditione interpellati, non vt olim rebus integris, irridere & inſultare, ſed ſerio colloqui, ad ſuos incolumem reditum paciſcuntur quem non ingloriè impetrarunt, ceſſeruntque vrbe, aut verius ruderibus, & ſepulchris tot fortium commilitonū, exeunt 22. Septembris cum quatuor machinis, caſtrenſi peculio, anteſignani & centuriones à Spinola magnifice, conuiuiis excepti addito cuiq; præconio bellicæ virtutis. *Oſtendæ ſummus labor.*

De Oſtendæ expugnatione dici poteſt, quod olim de Cadmæa victoria, in qua

Digitized by Google

1604. victor & victus æqualiter lugent, At quanti, glebam iſtam, aut verius tantillum arenæ, Hiſpano-belgæ emerint, liquet carmine quod propter ſingularem munditiem adiicimus, illo enim (quisquis author ſit) non minus quam Oſtenda, tam pertinaci obſidione, poſteris inclareſcet.

Area parua Ducum, totus quam reſpicit Orbis,
Altior vna malis, & quam damnare ruina,
Nunc quoq; fata timent alieno in littore reſto,
Tertius annus abit, toties mutauimus hoſtem,
Sæuit hyems pelago, morbiſq; fluentibus Æſtas,
Et minimum eſt quod fecit Iber. Crudelior armis
In nos orta lues, nullum eſt ſine funere funus,
Nos perimit mors vna ſemel fortuna quid hæres?
Qua mercede tenes, miſtos in ſanguine manes?
Qui tumulos moriens hos occupet. hoſte perempto
Quæritur, & ſterili tantum de puluere pugna eſt.

Ciuiū Lauſanenſium hæreſis eiuratio.

Ciues duo Lauſanenſes, ſectæ Caluinianæ renunciant, Thononi (oppidum eſt ditionis Allobrogicæ, vbi Pontificia ſedes Geneuæ translata eſt) in ſacra æde, ex omni vicinia accitis inſpectantibuſque populis, conceptis verbis, hanc formulam eiurationis emiſere: Nos Claudius Buccardus, & Petrus Gilletus, ſincere imbuti myſteriis fidei Catholicæ & Apoſtolicæ, hic publice, in numinis & ſpectantium conſpectu, hæreſes omnes, Caluinianam præcipue eiuramus, damnamus, deuouemuſq; qua faſcinati olim fuimus, quæq; cæterarum caput eſt, interque eas quibus ſcatet, blaſphemias, miſſam propitiatorium eſſe ſacrificiū, Chriſti corpus verum, in ſacra ſynaxi inficiatur, mortaleſque ſola fide ſaluos fieri affirmat.

At nos hac prauitate olim & tandiu imbuti, deluſique, poſtquam verba lux nobis affulſit, Romanæ Eccleſiæ nunc adoptati filii, vt veluti membra capiti noſtro cohæreamus, in poſterum ſedi Apoſtolicæ obnoxii deuinctique, ore confitemur & corde credimus, vniuerſa & ſingula quæ Chriſtianis, ex Synodi Tridentinæ decretis credenda ſanxit, & nuncupatim Liturgiam, propitiatorium eſſe ſacrificium, à Chriſto Seruatore inſtitutum, velut ſymbolum mortis paſſioniſque ſuæ, ſuperſtitibus functiſque, qui igne expiatorio noxas eluunt ſalutare, inq; auguſtiſſimo, quod altaris vocant, ſacramento, corpus Chriſti ipſiſſimum vere & ſubſtantialiter exiſtere, panis vinique ſubſtantiam in corporis ſanguiniſque ſubſtantiam conuerti, confitemur, nec ſolam fidem, ſatis eſſe ad ſalutem hominis Chriſtiani, bonis tamen operibus fæcundatam perfici, quæ ſi auſpice Deo fiant, adiuncta virtuti & efficaciæ paſſionis Dominicæ, ad æternitatem aditum reſerāt, quæ omnia per ſanctæ Triadis tremendum myſterium, perque Euangelici codicis oracula, vera obteſtamur, & nobis perpetuo credenda pollicemur, quiq; aduerſa docuerint, omnes anathemate diriſq; deuouendos pronunciamus, quod ſi nos (quod numen auertat) in poſterum deuii, huic aſſertioni minus conſentanea,

tanea,ſentire & profiteri contingeret,vt reos obnoxioſque canonum caſtigationi nos pronunciamus,ſic nos Deus adiuuet. 1604.

Epiſcopus, qui & princeps Geneuenſis veteri elogio nuncupatur, palam & publice ſic profeſſis,Apoſtolico præconio benedixit,*Gratias ago Deo meo per Ieſum Christum pro omnib. vobis,quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo.*

Poſt Bironianum ſupplicium,comes Aruerniæ carceris ſocius,cuſtodia emittitur paulo poſt Aula digreſſus,in eam prouinciā vbi priuatas opes,clientes, ambactos cuiuſque vice regia præfecturam habet, ſe recipit, ibi nouarum molitionum conſiliorumque telam retexere,Regi in ſuſpicionem venit, iubetur ſe ſiſtere,reſcriptum veniæ ſeu abolitionis poſcit, conceditur ea lege, vt Regem adeat, profectionem detrectat,cumque illum cunctatione diu ludificaſſet,ex Aruerniç iugis eliciendum deliberat,aggredi vi aperta & vincire,non ſine motu & diſcrimine poterat, aſtu intercipiendum viſum ſecurius,dolus ſtruitur,ingenio & arte commendabilis,& relatu non iniucundus,in agrum Boiorum, cohors equeſtris cataphractorum Ducis Vindocinenſis, regis nothi filii mittitur, quæ ſenſim in Aruerniam progreditur,ſuccedítq; circa Gergobiam, vt ibi in æquore recenſita,militare ſtipendium acciperet,Eurius anteſignanus, cui Comitis intercipiendi cura demandata erat,de luſtratione Comitem commonefacit, laudat cohortem,tum ob equitum fortitudinem, tum ab equorum armorum phalerarumq; delectu,rogat vt ſpectaculo dicta die adeſſe velit,vt illo inſpectore & teſte, apud Regem Tribunoſque militum cohortis gloria prædicetur.

Res Gallica.

Gergobia Clemons.

Ille vt eſt aperto ingenio,nihil doli ſuſpicatus, affuturum ſpondet, nec vadimonio defuit,vt tamen mortalibus, ſæpius mali præſaga mens eſt, de inſidiis illi cogitatio incidit, quas ſero præſenſit, vbi toto campo hora dicta tempeſtiuius, iam ordinatam cohortem videt, cumque globis militum vndiq; ſe inuolui, nec fugæ locum eſſe videt,mucronem vagina tantiſper dimouet, ſtatim Eurius conſpecto occurrit, & de militari præſtantia ſuæ cohortis multa prædicat, aliunde Nereſtanus aduolat, ex equo in pedes deſilit vt ſalutaret Comitem, mox conſcenſo equo dat ſignum rei gerendæ, illico quatuor pedites, habenas equi conſtringunt,eoque ſumma vi Comitem deiiciunt, Eurius enſis manubrio manum iniicit,& conantem ſtringere cohibet,equum gregarii ſegnipedem conſcendere adigitur,dehinc indignari, & proditionem incuſare cœpit, mox ſedatior factus, rogat ad quandam amaſiam, quæ eius amplexus morabatur, nuncium mitti, qui eam de aduerſo ſuo ſtatu certiorem faceret, vt audiit illa, Eurio Nereſtano & cæteris imprecatur, atque Amazonio ſpiritu, mortem ſua manu illis minatur.

Vbi ad Ligerim ventum eſt,cum ſatellitio cymbæ impoſitus, ſecundo flumine Briaram vſque deuehitur,dehinc Rheda Lutetiam, arce Antoniana includitur,æquanimiter & qua eſt animi vrbanitate ſortem tulit, dicax, feſtiuus, nec cibi nec ſomni parcus,à captiuitate nihil ominoſum expectans, ſeu innocentiæ fiducia, ſeu gentilitatis & clementiæ regiæ, ſemper interritus, quouſque eo ipſo ferali cubiculo Bironii, agere & morari iuſſus eſt recordatione ſortis Bironianæ,ſimilem veritus, non parum animo turbatur, donec aſſuetudine & quo eſt

1604. ad curas minime procliui ingenio, carcerem pro palatio habuit, inſequente anno, in eum quæ cudatur faba expectabimus.

Noſtri operis anno ſecundo, Strigonium à Carolo Mansfeltio, Septembri receptum diximus, eodem huius anni menſe, à Turcis obſidione fruſtra tentatum eſt *Iagnurentreus* quidam nomine, homo Thraſonicæ garrulitatis, Pæſtum valido præſidio occupabat, ad deliquium animæ propugnatorum ſpondebat, ſi Othomanidæ acceſſerint, ſupremum excidium minatur, ſed linguam non æquat manus, at profecto,

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?

Obſidio Strigonij. Primo rumuſculo Turcici aduentus, fortis ille conſternatus, cauſſatus oppidum impar tantis viribus, è veſtigio deſerendum conſtituit, nec mora, tormentis clauo rimæ impacto vſu adempto, corrupta annona, incenſo oppido, ignauiter Strigonium ſe recipit, & poſt exprobratam ſocordiam, pœnas dedit. Othomanidæ illico Pæſtum inuolant, incendium reſtingunt, & ab edita vaſtitate reliquias ſeruant, facti audentiores Strigonium, poſitis caſtris corona cingunt. Georgius Baſtius Cæſaris vicarius, Mansfeltius, Comites de Sults, & de Hohenloh, & Ger. nobilitatis primores alii non ſolum intra murum ſtrenuam operam nauabant, ſed crebris eruptionib. barbaros longe propulſant.

Pæſtum à Chriſtianis ignauiter deſeritur.

Vna fuit facinore immortali Chriſtianorum, & turcica clade notabilis, Strigonio, peditum duo millia circiter, equites quingenti vbi ſe foras dederunt, Turcas vndiq; adoriuntur, ſtationes prærumpunt globis inuoluunt, caſtra expilant, omnia ſtrage complent, ſeptingentos ex barbaris, ex Chriſtianis non plures quam centum cæſos ferunt.

Strigonii obſidio diſſoluitur. Illi hoc fulmine Chriſtianæ fortitudinis deterriti, cum pabulo & commeatu in caſtris anxie laboraretur, vrgentibus Ianiſſariis, Serdar Baſcias, re infecta diſcedit: In propugnando Strigonio, tantum gloriæ aſſequuti ſunt Chriſtiani, quantum in recipiendo anno 1595. ſibi comparauerant, ſed vt Caroli Mansfeltii nece expugnatio, ſic propugnatio Caſimiri Comitis de Hoheleno notabilis fuit, pluriſque illorum cædes, quam tot Barbarorum deſpicabilis internecio.

Albi à Chriſtianis pugnatum fœliciter, Bethlinus Habor, dum iter facit in Tranſyluaniam, quo eam Othomanidarum imperio ſubiiceret, poſitis caſtris ad ripam fluuii vulgo *Themeſe*, incautius ſe gerebat, ac hoſtili ſolo ſine excubiis, vt dicitur in vtranq; aurem dormiebat, Comes Tambiernus, de incuria Barbarorum admonitus, oſcitantes & ſemiſopitos aggreditur, ex tabernaculis tegeticuliſque egreſſos & palantes concidit, in pedes coniicit, dilapſos inſequitur, & Baſciam *Le Conte Tambier.* Becker, è ſtratis excitum ſola interula indutum, in proximum fluuium ſe dare præcipitem cogit, Baſcias de Themeſſuar, de commilitonum internecione per fugitiuos admonitus, illico auxiliares expedit, Comes Tambiernus nihilo ſegnius illos adoritur, fugat, inſectatur vſque ad illam arcem, vnde egreſſi, præfectum *Summa internecio Turcicorum.* clamorib. vrgent, vt ſublicium pontem dimittat, & præſenti ſtrage reliquias eriperet, negat ille, veritus ne Chriſtiani promiſcue cum illis, irruptione facta arcem prærumperent, ſic præfectus ille, ſuorum internecionem ex pinnis ſpeculiſq; deſpexit.

Digitized by Google

ſpexit, atque hunc occidendi limitem Chriſtiani habuerunt, ingens præda, occidendi limitem Chriſtiani habuerunt, ingens præda, ſigna duodecim intercepta paulo poſt, ducenti circiter Turcæ; eiurata ſuperſtitione Mahometana, ad Chriſtianos tranſeunt, ſparſi per manipulos, ne ſimulata fide quid nefarium audeiēt. Baſtius ineunte Octobri cum ad ſeptem millia bellatorum coegiſſet, Turcicam aciem machinis & velitationib. appetit, illi effuſis habenis in Chriſtianos feruntur, non diu ſed acerrime pugnatum, vt ſeſqui horæ ſpatio, quingentis cæſis deſideratiſque ſuorum, barbari in ſtatiua receſſerint, Baſcias Serdar tot cladib. attritus, de pace colloquutores mittit, quam vt lubricam & toties peieratam cum fœdifragis Chriſtiani negant. 1604.

Montius nobilis, Gallus, noui orbis partem, quam vernacule Canada vocant peregrinatione præuia delibauerat, vt plaga temperie cæli, amænitate & vbertate ſoli, ad incolandum arriſit, rurſus adornata Claſſe, mandato & vicariatu regio illuc proficiſci, ſedes figere, Gallico Imperio gentem ſubdere, nouis accolis armentis, pecorib. vitibus, arboribus, ad conſerendos agros noſtris ſeminib. excolere & ornare, oppidis municipiiſq; firmare, conſtituit. *Montii altera nauigatio in eam partē Orbis quæ vulgo Canada.*

Ergo ille hominum genus omne colligit, nautas, milites, artifices, potiſſimum fabros, vitiſatores, ruricolas, pellicit, conducit, aureos montes, inſulaſq; fortunatas pollicetur, vt colonias & nouum imperiū ſtabiliat, nepotes, decoctores quib. nihil reliqui, qui Calendas & idus metuunt, quos fama deterior inquinat, mens conſcia habet attonitos, & ſurdo verbere cedit, ignoto & barbarico ſolo Galliam mutant, & nouum Veſpucium, per tot terrarum, pelagiq; ſpacia ſectantur, vnde pauci redituri ſint, non tamen, ſatis laudatus Montius, qui propagandi nominis Gallici cupidine incenſus, vbi pax à bello ferias dedit, remoti orbis plagas ſcrutatur, ne ſola Europa Galli & lilia claudantur, quanquam ad gentem noſtram, niſi gloria exinde prouentura ſit, nō aurea illa meſſis, quæ ex Peruuianis fodinis, Hiſpanos quotannis beat, quam enim nactus eſt plagam Montius, nec foſſile habet aurum, nec in ramentis fluminum voluit, ferarum exuuiis, ſolummodo ditem ferunt quæ non tanti ſunt, vt tot peragratis ſpatiis inquirantur, cum Sarmatia & Moſchouia affatim ſuppeditent.

In Gallia, ab exceſſu Ludouici XII. magiſtratus & præfecturæ forenſes, ſub Franciſco I. venales eſſe cæperunt, nouo mercimonio & auctionibus ille cauſam prætexuit, molem bellorum, quæ à Cæſare & ab æmulis grauia & crebra, omnib. pene regni angulis imminebant, nec potuiſſe confici, niſi ex magiſtratib. ære collecto; quod tamen veterum prudentiſſimus, dixit eſſe totius iniquitatis principium & finem, nec ſolo Franciſco id probro dari poteſt, cum ipſi legum conditores, Romani Cæſares, dignitates venales habuerint, vnus, fœdum hoc mercimonium exhorruit, hac aurea voce *Odi mercatores pot: ſtatum*: conquerebatur ſuo ſæculo Seneca, etiam purpuram ad haſtam deueniſſe, ferendū eſt, quidquid corrigere eſt nefas; nec magiſtratuum venalitas HENRICO IIII. nec pragmaticæ abrogatio, nec in vicem electionum, regiarum nominationum ad prælaturas ſubrogatio, tribui poteſt, iſta vt tollantur, magis optandum quam ſperandum, & vix ſedate & opportune, pro iſto qui tamdiu inualuit rerum ſtatu, id fieri poteſt, vt vlcera *Edict de la Paulette.* *Alexander Seuerus.*

1604 cera quæ ſine totius corporis exitio excindi nõ poſſunt, ferenda ſunt, ſic tempori & longæuæ conſuetudini inſeruiendum, receptum autem erat, vt niſi eiurantes magiſtratus & præfecturas à die procuratorii, quadrageſimum diem ſuperſtites exceſſiſſent, eorum fato caducæ fierent, valetudinarii ſeneſq; metuentes ſuis exuuiis, ne in fiſcum caderent, mature nimium ordinib. ſe ſubduceb. nt, latum edictum, pro nequitia temporum non damnandum, quo rex perſoluto ſibi annuatim certo nummo, pręfecturæ eorum obitu fiſco non accreſcerent, ſed fas eſſet hæredibus ex illis precium contrahere, non aliter quam ex prædiis, vel alia quacumq; re hæreditaria fieri ſolet edixit, hoc boni noua lex attulit, vt veterani emeritiq; pedem repreſſerint, priſca ſua integritate & peritia, publicam diſciplinam retinuerint, quæ adoleſcentib. intempeſtiue & effuſe irrumpentib. ſoluebatur, vt n. aliquis, ſui ſæculi Cenſor, *Morib. antiquis ſtat res Romana viriſq;*; viri illi conſulares longæui, hoc ſublato metu, quam depoſituri erant purpuram, ſummo & ſingulari bono patronorum & clientum retinuerunt, à quib. Tyrones & muſtæi iſti Senatores iuris dicundi peritiam diſcere poſſint, quam viciſſim illi vbi conſenuerint, aliis ſucceſſuris relicturi ſint, edictum ab eo qui colligendis nummis præfectus fuit, nomen ſortitur, vt enim ille Pauletus ſic Pauletinum nuncupatur, diuturnum & indelebile elogium, quod mutatione æmulorum conductorum, publicanorumq; haud mutabitur, ita res nouellæ vocabulorum ſunt tenaces.

RODOL-

Digitized by Google

RODOLPHI BOTEREI
IN MAGNO FRANCIÆ CONSILIO ADVOCATI,

COMMENTARIORVM DE REBVS TOTO PENE ORBE GESTIS,

Liber Duodecimus.

ANNI huius primordia Clementi fatalia ſunt, Aruſpices primore anno, ſupremam horam minabantur, deluſit vaticinium, ſed tãtilla mora, ille enim ſenio & podagra grauiſſime affectus, poſt conciliatam inter Chriſtianiſſ. reges principeſq; pacẽ, receptam Ferrariam, auro & milite ſuo recreatam Sarmatiam & Pannoniam, diſciplinæ Eccleſiaſticæ reſtitutum decus, ad eum cuius vices agebat Chriſtum, vitæ pacato deliquio migrauit, nos ſparſim nec vno loco, optimi Pontif. ſumma & fœlicia facinora delibauimus, recenſere illa cumulate, nec otii, nec mei eſt propoſiti. *Clementis egregia facinora in Rẽpub. Chriſtianam.*

Vbi proreta nauis Petri ſubductus, cogitatum impenſiſſime de ſufficiendo, Senatus purpuratorum in ſeptum illud, quod conclaue vocant, cogitur, res alioquin ſacra, non caret ambitu neque fauitorib. cum Eccleſia in incunabulis, diues eſſet Apoſtolicis gazis, egens rerum ſæcularium, quantis nunc appetitur ſtudiis pontificatus, declinabatur diffugiis, vbi vero

Creuerunt & opes & opum furioſa cupido,

Poſtquam (vt volunt) Conſtantinus, aliiq; pii elargitores, ſummas opes ditioneſque, quæ ſunt in exarchatu, Roma. Eccleſ. contulerunt, exhinc cæpit perdite & efflictim, ſummum ſacerdotium ambiri, nec erubuit Iulius II. cum pecunia & largitionibus Pontificatum adeptus eſſet, apud familiares iactare, hunc apicem pluris æſtimandum, quam vendi aut emi ab imperitis conſueuiſſet, nil mirum, ab homine à ſacerdotii dignitate alieniſſimo, de quo coætaneus ſcriptor, in Italia frigent ſtudia, feruent bella, ſummus Pontifex Iulius, belligeratur, vincit, *Eraſmus.*

1605. vincit,ttiumphat, planeque Iulium agit. Clemens longe alius, & vt ille Iulium Cæſa.ſic iſte Clementem,vbi ergo deſideratus, coitione facta purpuratorum,in in varia ſtudia ſcinduntur,tes tracta longius quam ſpetaretur,ita vt de Pontificiis electionibus,vere dictum ſit Coruum iampridem columbam occidiſſe, æquior pars,in Ethruſcum Cardinalem inclinabat,publicæ quietis hoſtes,contra ſupremum illi hoc ſacerdotium inuidebant,tandem aura Flaminis, turbinem factionum,liuorem,virtus vicit,ſed paucorum dierum illa fœlicitas,ergo æquis ſuffragiis,delectus Ethruſcus, qui Alexander erat pronunciatur Leo XI. caducus honos,floſculo non vegetior,quod in ipſis ritibus pontificiæ inaugurationis,liquido demonſtratur, dum enim trigemino & turrito diademate velantur ſummi Pontif ne faſtigiato illo operimento,quod à Perſicis Auguſtis videtur mutuatū, inſoleſcant,vtq; in illa ouatione,memores ſint, vt homo bulla eſt, quam breuis æui mortalium faſtus,ſtipulæ incenduntur vruntur q;, vt hoc ſymbolo teſtatum ſit,tantillum fulgere ſæcularium dignitatum ſummos apices,ſic poſt fulgetra ſtipularum, Leonis X. vita in fauillas & cineres abiit, ille enim vbi nimium incaluit,in negotioſa illa pompa coronationis,poſt æſtum diriguit, & viceſimo poſt electionem die moritur.

Ego neſcius tam breuis fati, de longiore vita & Pontificatu falſus vates, dum Gallia illo pontifice exultat,ne in publica lætitia mutus eſſem, hoc illi,quod attexuimus carmen cecineram.

Publica Gallia ouatio in Pontif. Leonis xj. ad Dominum Bethuniū Romæ Oratorē Regis Chriſtiani.

Abſtulerat terris (ſi ſas fari) inuidus Æther,
Clementem,æquabat ſanctos qui nomine mores,
Iuerat ad ſuperos ſuperum ille vicarius ingens,
Et tanto rectore,ratis ſine Remige Petri
Orba fuit,ſolitos dum menſtrua luna meatus
Integrat,Etruſco cum Flaminis aura Leoni
Ætherei affulſit,plebs Romula & Enthea patrum
Rubra manus,votorum vno ſpiramine concors,
Summa hunc ſede locant,& pro Clemente Leonis
Mite ferunt ſummi Imperium:ſeu Vere reducto
Splendidiore coma,poſt Brumæ frigora inertis.
Floriferos ſine nube dies,fax aurea Phœbi
Reddit,ab exorto æternum lux verna Leone:
Aurea lux faciat ſed quæ aurea ſæcula,fœlix
Aſtrum,Europæ oculus,noſtro Leo Poſphorus orbi,
Purior,& triplici nunc ille micantior auro,
Vertice Trigemino,& turrito frontis honore,
Quam cum purpureus,ſoloq́; coruſcus in oſtro,
Miſſus ab hoc,quem nunc æquat,fauſti ominis Ales,
Venit ad Henricum;ramo pacalis oliuæ
Tempora cana virens,clauſurus Templa Bifrontis,
(Clauſit enim) Gallumq́; potens,& vinxit Iberum
Martem,& iuratas in mutua fœdera gentes,

An

Digitized by Google

(An credes venture nepos?) ad amica reduxit
Fœdera, & Aſtream profugam deduxit Olympo,
Pagina non mendax nobis, non Cinthius audax
Fingere pro veris, nebulas Helicone miniſtrat:
Das Veruin⁹ fidem priſcis vicine Morinis,
Parue quidem, æterno ſed ibi tu pacis honore
Illa it ſignis & hiſtoria memorande perenni:
Miſerat At proceres mea Gallia, Neſtora Gallum
BELVRÆVM, *Atlantem regni nutantis in æſtu*
Bellona, & te nunc O magni inuicte laboris
SILLERII *conſors. Themidiſq; tot inclita noſtræ*
Lumina; miſerat & ſua lumina Belga, tumenſq;
Indorum exuuiis potius quam robore Iberus:
Vt pelago in magno, ratis acta furentib. Auſtris,
Tartara nunc petit ima, dehinc rorantia lambit
Sydera, dum Æolij peragunt ſua prælia fratres
Sic certant proceres, Gallus ſua lilia, Iberus
Belga itidem; ſociata ſimul ſua iura tuentur,
Cedere vterq; alis gens neſcia, Gallus vtroq;
Nitcogat, melior ferroq; & iure minorem.
Magnus Alexander (fuerat gentile Leonis
Nomen) non alio ſtudia in contraria fertur
Turbine, dum mollitq; animos & temperat iras,
Tandem victor opus peragit pax aurea gentes
Fœderat aduerſas, prædata re inquit Iberus,
Ardea, Cameracum, quodq; Itius æquore Aſylum
Portus habet, rumpenda truci non clauſtra Britano,
Liligero patrias repetunt ſub principe leges,
Fit mare veliuolum, fœta vrbes mercibus, arua
Agricolis, fora iudicibus, vis ſumma Senatus
Purpura honos, & priſca Togæ eſt rediuiua poteſtas.
Olim, ſub Decimo, portentum immane, Leone,
Infecit cœlum & terras Lutherus, at iſto
Deſinet, & magno cedet fera tetra Leoni.
Religio vna, Dei par cultus, & vnus erit Grex
Sub paſtore, lupos ſtabulis arcere potenti
Hæc & plura tibi Leo debet Gallia, debe[illegible]t,
Qui Scaldim quiq; [illegible]ſta tene[illegible] tua litora Ibere,
Belga quod Oſten[illegible] eſt, rili[illegible] acta,
Fœdere Came[illegible] pri
Franciſci pr[illegible] fragmenta C[illegible]rene,
F[illegible] immortali L[illegible]nis,
D[illegible] [illegible]uarum;

1605.

Thyrreno pelago, dum Sequana flumine Tybris
Latior, Oceano maioribus inſtiteт vndis,
Ille gubernator, ſacra longæuus in Argo
Sit Leo Petri, æquet Cumæi pulueris annos,
Serus & indigetes repetat, ſuper Æthera auitos.
Inter ego flammas geniales, inter inane
Fulmen, ahena vomit quod machina, curſor in vrbem
Pegaſeus vel ab vrbe recens, cum optata ferebat
Inclite ſtemmatibus, BETHVNI & ſanguine auorum.
Longo qui Batauos olim rexere ſupremi,
Præco forem vt primus, verſu hæc properante canebam:

Baro Salignіacus à Rege Chriſtian Orator Byſantium appulit.

X. Ianuarii Baro Saligniacus, à Rege Chriſtianiſ. orator Byſantium appulit, vbi veteranus Dominus de *Breues*, qui tandiu res Gallicas, apud Byſantinum procurauit, de aduentu audiit, duabus triremibus appellenti obuiam progreſſus eſt, tanto lubentius, quod illum diutina legatione, apud barbaros naſcentem, deſiderio Galliæ affectum, Saligniacus miſſum faceret, luculentiſſimo comitatu nobilium Gallorum vrbem ingreſſus eſt, ſummis honoribus exceptus, palatio, epulo, ſimilibuſque apophoretis, quanti eum Byſantinus faceret teſtatus eſt, bimeſtri nauigatione tot ſpatia pelagi emenſus erat, ille enim Venetiis Calend. Nouembris alto ſe crediderat, hyberno cælo, dubia iactatione ſali, vt qui non ſemel, cum omni ſuo comitatu & naucleris, à fato Palinuri non longe abfuerit.

Oſtentum natum Lutetia.

At profecto cum bonis moribus Gallia non ſolum, ſed ipſa Lutetia, priſcum & glorioſum Diui Hieronymi elogium amiſit, nempe vt quæ ſemper monſtris caruit, nunc illa in ſinu fouet, Libiæ probro laborat, partubus natura indignante geniris & portentoſis.

Lutetiæ enim 15. Ianuarii in paræcia Diui Seuerini, qua ex Caſtelleto in Malbertinam plateam, aduerſo flumine itur, Dionyſia Condun, plæbeia vt quæ piſcatoris coniux eſſet, gemellas fœminas, inferiore vmbilico coherentes, mortuas in parturitione, nec pluſquam ſemeſtres enixa eſt, ad hoc oſtentum adhibiti Medici Chirurgique, qui vt plurimum obſtupuerunt, cum vtraque diſſecta, geminis vnum eſſet iecur, ſingulis aluus & venter, ſplen, pulmo, & inteſtina diſcreta, duabus tamen cor vnum, latius tamen, quam quod natura vni eſſe voluit, ex quo venæ duæ, animam vtrique, vno quaſi infundibulo copulatim inſtillabant.

At nunc rerum abditarum indagatores, quantumlibet perſpicaciſſimi, rimentur & explanatum faciant, vnde inſolens partus mulierculæ, num defixa mente & obtutu in tabulam, vel aliud ſpectrum conceptis idæis contigit? quemadmodum refert Saxo Grammaticus, mulierẽ glabram, & cute læuigata, hirſutam & piloſam filiam enixam, quod Diui Ioan. Cameli exuuiis veſtiti, in eremo, pictæ tabulæ pertinacius immorata fuiſſet.

At piſcatoris gregaria mulier, quæ duriter, quotidiana opera victum quæritabat, longe ab his animi nebulis & ludificationibus erat, cui tantum domus erat negotii

1605.

negotii, vt de pane potius quam pictura, vel alio ludicro vagæ cogitationis ſpectaculo anxia eſſet, illud vero, diuinæ vltioni verius tribuendum eſt, qui ſic iram ſuam in mortales teſtari ſolet, nec hoc inſolens; Alexandro enim 6. Pontif. max. (vt ſexcenta taceam, quæ Conradus Licoſtenes recenſet. & icones exhibet) duo ſimillima oſtenta extitere, vnum Veronæ, Romæ aliud, quorum ſpecies pictæ viſuntur leguntúrque apud hiſtoricos, nomina & notæ temporum: at nulli partui magis conuenit definitio Vlpiani, quam huic Lutetiano, eſt enim oſtentum vt Labeo definit, contra naturam cuiuſq; rei genitum, factumque, quoties quid contra naturam naſcitur, tribus manibus forte aut pedibus. *De verbo. ſign. l. oſtentum.*

Hoc anno, lucidiſſimum ſydus Curiæ extinctum eſt, Symo Marius, à natura ad forenſem facundiam, atque ad imitandum noſtro togato ordine homo effictus: ille Nouiomi ad Ligerim natus, vt aliquandiu in Senatu delituit, repente tanquam Sol vel indignantibus tenebris, ruptiſque tabulatum obiicibus, late inclaruit, tanta fœlicitate non dicam ingenii & facundiæ, ſed quod mirum eſt (hoc ipſo loco, vbi liuor plurimum poteſt & obſtrepit) tanto applauſu & conſpiratione audientium, vt omnis noſter ordo penderet ob ore dicentis, ita vt ſi quando Marius eſſet dicturus, vt olim Romæ ad Tullium, & Hortenſium, Athenæ ad Periclem & Demoſthenem, ſic omnes ad audiendum Marium, certatim ruerent, fauerentque linguis, dum ille ſua, tanquam Gallicus Hercules cathenis aureis ſui eloquii, vinctos omnes auribus traheret. *Simonis Marij inferò ſumma celebritas.*

Certe homini fuit fœlix & ſedatum ingenium, vis dicendi non tam concitata quam lenis & concinna, eruditio plurima & recondita, ſed quam phaleris & authorum farrag ne non oſtentaret, vna lege ſelecta ex pelago iuris, ſolitus coaceruationes multarum, & faſtidia importune clamantium ſuperare, non aliter quam peritus gladiator, qui vno telo, prægrauatum ſarcinis armorum, vincere ſolet. Mario vero licet innominato (vt ſciant poſteri) Gallicæ facundiæ palmam, vir in ea maximus detulit, tam indubiis ſignis, vt de eo loquutum, omnibus eruditis conſtet, quamuis aliquis ſuperſtes, longe alter à Mario, hanc gloriam per ſuſurrones, ſibi arrogare non erubuerit. *Iudicium virum de Mario.*

At poſtquam, in glorioſa paleſtra noſtri ordinis conſenuit, ad purpuram præfecturæ claſſis inquiſitionem conſcendit, mox ſilentii prætextus, qui aſſuetus erat publicæ facundiæ, & oraculis auguſtæ & principis cameræ, factus eſt Triumuir fiſcalis Lutetiani prædicantes Abloni (ſuburbanũ eſt municipiũ, ex edicto Nannetenſi, nouatoribus ad ſuos prædicandi ritus attributum) multa edixerunt, habeo penes me ex autographo Montignii, Molinæi, Vaſtinii & Poupartii, quam vocant Prouincialem Synodum, illa Eccleſiis inſulæ Franciæ, paſtores (ſic voces noſtras æmulantur, adeo factorum ſunt indociles) regionatim deligunt, pecuniam imperant, quæſtores ærarios ad computum vocant, de iuridicis Edictalis cameræ conqueruntur, ad Caſtelodorum proxima comitia indicunt, de academia Salmurenſi, æmulatione Flexianæ, nonnihil decernunt, quod miremur, feria ſexta paraſceues publicum ieiunium præcipiunt, paulatim enim eſurialibus Chriſtianorum caſtigationibus aſſueſcunt, quas primi noua tores non ſolum deteſtabant, ſed ad ludibrium feria ſexta, & quadrageſi- *Guillelmus Vaerius eminuit certe Marium Gallica eloquetia principem.* *Ieiunium inſolens indictum à nouatoribus.*

1605. mali ieiunio, ac peruigiliis Apoſtolorum, quibus orthodoxi ab eſu & potu temperant, diſtenti epulis largius conuiuabantur, plura ſunt, ſed inania illa, in falſo nuncupata ſynodo, quæ poſteros ſcire nihil eſt neceſſe.

Nicolaus Sillerius Brulartius, vt Atlanti ſub pondere cœli depreſſo & inclinanti, Hercules ad leuandam ſarcinā additus, ſic Belleuræo attrito tot faſce negotiorum, procancellarius adiicitur, in Senatu purpureo & Prætoriano recitatæ tabulæ, & in publica monumenta relatæ, iſto Claudius Lauæus multa de Sillerii in Regem regnumq; eximiis factis, facunde prædicauit, qui bello Allobrogico finem impoſuit, regium coniugium fœliciſſime procurauit, fœdus cum Rhetis & Heluetiis pepigerit, cui Gallia alíam quiete acceptam referre debeat, tot præclaris facinoribus perfunctum Brulartium, ad hoc faſtigium Regem meritiſſime euexiſſe, vltra quod non eſt aſcenſus ad dignitates, nec virtus altius ire poteſt.

Nicola Brulartius fit Procancellarius.

Nam qui apud Rom. Cæſares fuit præfectus Prætorio, is eſt apud nos, quem vulgo Cancellarium vocamus: exoleuit nomen, ſed vetus & ſumma præfectura huc vſq; permanſit, priſci noſtrates Referendariū nuncupabant, ſed annis labentib. variarum nomen, nullibi conuenientius reſcriptam recitatum, quam in Prætoriano Senatu, cuius eſt caput & princeps Cancellarius, in quo olim frequens erat & quotidianus, priuſquam colluuie rixarum, auguſtiſſimum principis conſiſtorium inquinaretur: At vbi quis Procancellarius renunciatus eſt, annulum Regis, (ſigilla vocant,) penes ſe habet, ius dicit, reſcripta expungit & vnde nomen, vbi minus æqua ſunt, cancellat, ſolius nominis ſplendorem retinet Cancellarius, ſolutus omnibus negotiis, ac ex hinc tam otioſus, vt fores & cardines à cōſueto ſtrepitu Aulicorum, togatorumq; quieſcant, vt pene viuo videntiq; funus indictum videatur, nam vbi quis luce honorum, atque illo pabulo vitæ exuitur, ſitu & rubigine obſcurari, & tabeſcere neceſſe eſt: vt piſcis in arido, ſic vbi quis ab aula ad caulam abigitur.

Cancel. primus præſes magni Conſilii.

Diximus, Comitem Aruerniæ dolo interceptum, arce Antoniana incluſum, Interaqueus, marchioniſſa Vernollia filia, ob tacitam molitionem in Regem, ille in palatino carcere, iſta domi ſuæ, cum ſatellitio cuſtodiuntur.

d' Antragues.

Rex ad proreges magiſtratuſq; vrbanos, regionatim de limitibus vrbibuſque tuendis per veredarios litteras tranſmittit, quibus monitos facit, vt à domeſticis exteriſque hoſtibus caueant, ignem detectum latentem ſub cinere doloſo, qui niſi confeſtim opprimatur, quo vbi flabris factioſorum late ſe effudiſſet, Gallia tota ardeat, ad aquas confugiſſe, & à prima ſcintilla illum reſtinxiſſe. Interea Lutetiani Conſcripti, Comiti Aruerniæ, Interaqueo, & filiæ, atrum & ferale iudicium inſtruunt, quid noxæ ſit, cuius ſint rei, quia non liquet, nec ſuffurari arcana Curiæ fas mihi eſt, non ſcribo.

Vnum eſt tamen, quod ſciunt omnes, Comitem & Interaqueum capite damnatos, Marchioniſſam Vernoliam, in Veſtalium Turonenſium cœnobium ablegatam, donec de crimine liquidius conſtaret.

Iacobi 5. clementiam ſupra admirati ſumus, non diſſimilis clementiæ, domeſticum exemplum à Rege Chriſtian. habemus, qui feralis iudicii vim inhibuit, ac reſcit.

reſcripto ſummam capitis diminutionem perenni cuſtodia mutauit : O quoties Bironius hac ſorte beari voluit, & à ceruice imminentem ſecurim depellere optauit, quoties perpetuis compedibus ſaluum caput cupiit, poſtulauit, negatumque homini, à quo nihil tutum, ſi ſaluum illi caput fuiſſet, vtque dies frangit iras, Palatino carcere ſoluitur Interaqueus, ea lege vt in caſtro ſuo, vincto non diſſimilis, quietam ſenectutem ageret, Vernolia nec vrbe digreſſa, regium cognitorem vrget, vt ſtato tempore capitali controuerſiæ finem faciat, ſi quos habet ſiſtat teſtes ſin minus inſons exorſq; criminis pronuncietur, formæ magnum imperium eſt, nec ad exorandum potentior orator, oris pulchritudine, vrunt oculi, faſcinant, feriunt lethalius quocumque telo, quoties Tonantem Iouem Io, Europa, Læda, & quæ inter mortales formoſiſſimæ placarunt, cœlo auulſum in feras mutarunt, ſic Rex qui nec Ioue pugnacior in Cupidinem, Vernoliam reſcripto expiat, abſoluit, aulæ honoribus reſtituit, ſummumque cognitorem in poſterum querulum & vindicem vetat, nec habet victoria laudem fœminea in pœna, condonatam noxam Regis clementia, ſub inuolucro patrocinii Cupidinis eo ipſo tempore carmine adumbraui, quod ſubiicere non iniucundum putaui. 1605.

Vos quibus arma Themis, ſed inermia porrigit arma,
Arma fori, miſeris valitura clientibus arma,
Pitho ſuas veneres, quibus & ſua mella loquendi
Ille dat Antoni, dat & Atticus ille Philippi
Hoſtis, vterque potens lingua, atque forenſibus armis,
En veſtra ille puer, nunc induit arma Cupido, Amor patronus.
Ille togam, faſcibus poſitis, arcu atque pharetra,
Qui puer ales erat, talaris in veſte patronus
Fit nouus, & ſenior iam non ſe agnoſcit amorem:
Hunc Iouis offenſi, rea pulchra Caliſto patronum
Poſcit, & in Nemeſim rogat inſultare patronam.
Iuppiter irarum memor, audacisque puellæ,
Phlegræoſque ſuis auſos ſe attollere fratres
Sedibus, vrgebat ſontes, iam dicta reuinctis.
Atra dies, miſeratus amor, cum fata vicemque,
Heu: vincta, heu? quantum mutata fata Caliſtus,
Tunc puer, Atlantis facundior ille nepote,
Ille togatus amor, iam tela triſulca parantem
Audet adire Iouem; & placido hunc ſic ore ſerenat:
Quam cito inermis eris, quam te cito fulmina anhelum Amoris oratio.
Deficiant, commiſſa paras ſi cuncta ſeuerus
Vlciſci & pœnam properas muliebribus auſis?
Si te oculis, ſi crine vnquam, formoſa Caliſto,
Vſſit & implicuit, ferro vſque tenacius omni,
Per caput atq; oculos, per dulcia vincula crines,

Digitized by Google

1605.

Per thalamum, & ſumpti libamina prima pudoris,
Perque arcana, leui mihi nec vulganda ſuſurro,
Iuppiter eſſe ſinas ſaluam, intactamque ſecuri,
Si toties tibi tela manu ſi ſuſtulit iras,
Si ſemel impreſſo tibi fulmen ademit ocello,
Hanc habeat veniam, quam ſæpe nocentibus vna
Exorauit, habet nec enim Iouis vltio laudem
Fœminea in pœna, quam ſexus amorq; decorque,
Et tua flamma vetus, qua illam dignata cubili es,
Innocuam magis efficiant, veniaque piandam:
Vix ea fatus erat, rugas & nubila frontis
Temperat, oblitus noxa muliebris, amoris
Iuppiter antiqui memor, & iam prolis adulta,
Annuit Idalio iuueni, & dat lite potiri,
Ille ego, qui quondam regno in mea ſceptra rebelli
Ignoui, cui Mars paucos, Clementia plures
Vicit, an imbellis cupiam certare puella?
Imbellis & bella, quamuis mihi bella pararet,
Viuat ait meliore fide, & leuitate moueri
Deſinat, & nimium celſis ſe attollere rebus.

Obeliſcus Palatinus

Ignatianis poſtliminio reuerſis, nihil ad priſtinum ſtatum obſtabat, quam palatinus ille obeliſcus, litterato marmore, Iambis eos deuouentibus, quod obſtructa ora tacebant, ſaxa loquebantur, quamque Edicta loquentibus vocem auferebant, in marmore perennis erat. At quam paucis mutatis, Virgilianum illud apte vſurpabant:

Heu hac in noſtros fabricata eſt machina mores.

In vrbe, ſalua fama morari non licebat, niſi ſubmoto publico illo teſte, & obliterata ſaxea pagina, non ariete, non baliſtis, ſed ſenſim laneo ictu, monumentum illud ſempiterni dedecoris concutiunt, impellunt, & tandem vt funditus euellatur impetrant. Mironi Prætori vrbano Rex dat in mandatis, vt per fabros & artifices, alta ſtrues ſolo adæquetur, & quia metus erat à fremente vulgo, euertentibus adhibitum ſatellitium, inani opera, quandoquidem nemo contra hiſcere auſus eſt, & velle regis ſuprema lex fuit. Sic olim ſub Carolo IX. ſimulachrum crucis, vulgo *de Gaſtine* quod ad contumeliam nouatores poſitum dicerent, ſublatum, ſed fremente populo, iamque ſæuituro, niſi coercitus ab armatis copiis, quæ late compita obſidebant.

Paſſim tota Gallia, inſolenti ſcaturigine exorientibus medicatis fontibus, explorandorum ſummam præfecturam Riuerio Archiatro Rex attribuit, tabulis idibus maii, quæ in Prætoriani Senatus monumenta relatæ ſunt, nec poſtrema illa cura eſt, ſpeculari quæ noxiæ, vel ſalutares aquæ, potu balneo, limo, quæ quibuſue

buſu: morbis medcātur,ſunt quæ capi i,aluo, neruis, vlceribus edaci pruritu inſanabilibus medentur, ita vt nec ſuccis & graminibus, natura iuuare mortales, ſed aquarum vi abdita voluit,ſunt tamen lethales, & quæ morbos generant, vt quæ ex Alpinis iugis fluunt, quia per a'g dæ in faucibus tumorum faciunt, hinc accolæ plures gutturoſi ſunt etiam quæ præſens venenum habeant, vt iuxta Nonacrim Arcadiæ, aqua eſt nec odore nec colore aliis differens, quæ epota illico necat, illa in vngula mulæ allata (nam quæcumq; æris, Calybis, auri argentiq; vaſa erodebat, nec aliter ferri potuit) ſublatum Alexandrum Magnum ferunt, in Beroſo Taurorum colle tres ſunt fontes ſine remedio, ſine dolore mortiferi, ſed in Gallia, pene omnes medicati & ſalutares. 1605 *Plinius hiſto. natur.*

Superiore anno, in tranſmarina Britannia, Betici Oratores fædus pacis pepigerunt, quę retuliſſe pro inani labore duxi: nam quid aliud iſta concinunt, quam quod in omnium animis eſt quod toties ab omni æuo factum, nempe vt vtraque gens, quæ viciſſim ſe fæderat, ſibi ſuiſque ampliſſime cautum velit, iſto anno vero in Aula valdoletana, Anglo-Britanni Oratores fæderi publico ſacramento ſe addicunt, excepti in Hiſpania grauiter & ex dignitate, ſpectaculis, pugilatu, gymnicis certaminibus, ferarum mutuo laniatu recreati, habeo penes me, quidquid ſerium, abditum, ludicrum in iſta legatione peractum, ſed vt nebulæ quia luxus abit, quid iuuat hæc ſignare notis?

Vt procera arbos, fibras multiplices, altaſq; habet radices, ſic capite minutus Bironius, ſua pice inquinatos non paucos reliquit non pauci ſceleris eandem tundunt incudem, ac imperfectum perficere conantur, efficerentque ni renaſcenti hydræ, ipſe qui primam ſecuit Hercules, eam diligentiam roburque adhibeat: Bironius, ad Lemouices, Petrogorios, Cadurcos, Aquitanos, vt latifundia, caſtella, oppida, & faſtigium ſui patriciatus habebat, ſic multos ibi ambactos & clientes, quodammodo reſtinctus ignis, ſed ſub cinere doloſo ſcintillæ & fulgetra latebant, coniurati Agatopolim, Narbonem, Biterras, intercipere moliebantur, in Vaſconia tacitis pactis plures quam mille ſe fœderauerant, in dies conſortium inualeſcebat, & ſenſim ſe effundens factio vires capiebat. *Semina relicta coniurationis Bironianæ.* *Agathopolis Agde.*

Vaſco erat interritus, non poſtremus inter coniuratos, qui Themineum apud Cadurcos proregem, quod ſceleri iret obuiam, ex inſidiis necare animo conceperat, iamque peractum fuiſſet, ni vt vltro faſſus eſt, Deus vim ſceleſtam inhibuiſſet, ille facti pœnitens, Regem adit, præfatus de venia, omnem ſeriem flagitii aperit, & Gracchos illos factioni antiquum fucum prætendere, nempe plæbis, nobiliumque exhauſtorum leuamentum, vectigalium & portoriorum moderationem, & ſimilia, quibus in Ludou. XI. tentratum bellum obducebatur: Rex non ſolum venia admiſſorum, ſed non deſpicabili donatiuo Bellum ſibi obſtringit, remittit ad fœderatos, vt arcana totius molitionis præripiat, paulo poſt reuertitur, Regemque commonefacit, viginti circiter in Bironiano caſtro ſe tueri, quod ſi erratorum venia indulgeatur, non ſolum cœptis nefariis abſiſtent, ſed ab ouo rem exploratam facient. Themineus, in ſpeciem deprecantibus, reſcriptum quo noxæ omnes abolentur, obtulit, reſpuunt illi, cauſſat

non

Digitized by Google

1605. non eſſe vniuerſum, pro conſortibus in Aruernia & Aquitania. Vt induratos Rex vidit, claſſem iuridicorum capitaliũ, ex Lutetiano & Burdegalenſi Senatu, Ratiaſcum Lemouicum tranſmiſit, territi aduentu rogatorum, acrius quam caſtrorum, compagem nequitiæ diſſoluunt, ſoluto grege, ſinguli pœnæ ſe ſubducunt, obſequio illi, fuga alii, tamen in ſecurim incidere Baro de Calueytas Caducus, Griſpelcus Lemouix, Chaſainus & Machelinus, qui omnes ſumma capitis minutione affecti ſunt, plures picta tabula incruentas pœnas dedere, quos nunc aula media, Comis aureiſque phaleris fulgurantes demiramur, forte quos non innocentia, ſed fuga vitæ optima cuſtos, corui ſubduxit, ſic paucorum ſupplicio cæteri deterriti, coniuratio maiori metu, quam damno regnum affecit, quod tamen ignis, vel à prima ſcintilla metuendus in fumum & cinerem abiit, numinis prouidentiæ tribuendum, cuius auſpiciis, Henric. IIII. toties meditata facinora eluſit, inque ſuos authores exitium retorſit. Diximus paulo antea ex decreto ſynodali nouatorum habito Abloni, (vt exteri ſciant vim vocabuli, ſuburbanum eſt mancipium agri Lutetiani vbi nouatores ſua ſacra peragunt) indicta comitia Caſtelorodi, ad Vigenam fluuium, in agro Pictonico, ad huiuſmodi conſeſſus proceres, Mauricius Naſſouuius Batauorum Achilles, tam notus vt tuba mea exili indigeat, deprecatur, vt Phillippo Naſouuio fratri, Arauſienſi principi fas ſit, & cum bona illorum venia, ſuam arcem vrbemque libere poſſidere, ac vice fratris fideiubet, nihil quidquam, quas vocant reformatis Eccleſiis, nec ciuium & vicanorum ſecuritati detracturum, quinimo in arce quæ munitiſſima eſt, eum habiturum vicarium, qui acceptiſſimus ſit: indignũ facinus, vt à ſubditis & vectigalib. vel aliis deprecatoribus, ſupremus Dynaſta res ſuas depoſcat, vindicetque ab improbis poſſeſſoribus, Iacob. 6. vel ab Imp. Byſantino à Chriſtianiſſ. Rege, ab Iberis etiam de piratica ſuorum non vno mari grauiſſimas expoſtulationes acceperat, Eliſabetha enim odio gentis Beticæ, Drachium Tiphim, Comitem Eſſexæ Iaſonem ſuum, ad diripiendas naues, occupanda littora, inuadendas arces, quæ ad maria ſunt concitauerat, vt prædæ aſſueti homines, rem fœdam ſed ſpoliis ſuauem vix relinquere potuerint, nam vbi flagitiis adiunctum lucrum, atque impune eſt vix à ſcelere receditur, Iacob. 6. cum Iberis fœdere inito. Pompeii magni gloriam æquauit, qui maria latrociniis ſæuiora, quam procellis perpurgauit, recluſit, Piratas ipſos, Rom. imperio multitudine & immanitate terribiles compeſcuit, captoſque cruce affecit.

Ratiaſcum Limoges.

Plutarch. in Pompeio.

Iacob. Edicto ſuis diſtricte pyraticam inhibuit, neue qui Batauis exteriſque principibus militant, prædas neceſſitate militiæ excuſarent, quamprimum à promulgatione programmatis, Anglo-britannos Scotoſque ſuos domum reuocat, pignorationes Clarigationeſque, quas vulgus repreſalias vocat, amouet & prohibet, neue in Anglicos portus, nauarcho & naucleris profugientibus, vis vlla fiat, littorum cuſtodes iuridicoſque rei maritimæ deſignat, qui huiuſmodi prædones, pro more gentis pœnis conſuetis coerceant.

Edictum Iacob. 6. in piratas.

Indictum etiam vt ſi Piratas, de repente coactis nauibus, pro rerum opportunitate excurriatur, è quæ illorum faucibus, mercatores exiguati, eripiantur, inte-

que

que illis omnes præſidio, vt iſtis exitio, quod ſi tempeſtatibus actæ naues bellicæ exterorum principum, Anglicanos portus ſubeant, ibi quieſcere ac tuto eſſe liceat, omni vi inhibita, accolis littorum oppidorumque, quæ pelago contermina ſunt, ſeueriſſime interdictum, ne à Piratis & prædonibus, res vi & latrociniis ablatas emant, recipiant, occultent. 1605.

Illo Edicto non ſolum flagitia cohibeatur, ſed quæ eſt medulla, cor, & ſaginatio regnorum mercatura, reſtituitur, & mari à latronibus vacuo, fit vberior.

Accedit proxime ad id quod iuſſum vetitumque ab Impp. Conſtant. & Iuliano l. 3. de nauiculariis: *Nullam vim oportet naucleros ſuſtinere, ſpecies annonarias deferentes, nec concuſſiones perpeti, nec aliquod genus incommodi, ſed venientes & remeantes, omni ſecuritate potiri decem librarum auri mulcta proponenda his, qui eos inquietare tentauerint*, atque altera quæ ſequitur lege ab Impp. Arcad. & Honor. ſic naucleris proſpectum.

Ab his qui in naucleros prædas egerunt, volumus eorum commodis ſatisfieri, & ideo ne creſcat in poſterum eorum audacia, ſancimus, vt quicunque in rapinis fuerit deprehenſus, pœna quadrupli teneatur.

Spinola, vt quæ ad Rhenum ſunt oppida interciperet, Comitem Bucoium, cum dimidia parte caſtrorum in Vbios præmiſerat, ille Batauorum naues Hollendicas, quæ vadum fluminis præpediebant profligat, ac libero ſibi facto aditu, Rhenum non longe ab Agripina tranſmittit, ac vtrumq; littus tumultuario opere excitatis arcib. præmunitit. *Res Belgicæ.*

Aliunde per Mænapios, Spinola aciem traducit, ac cum Buquoio coniunctis caſtris, Oldenſelam obſidione cingit, indeſinenter machinis quatit & expugnat, Linga mox obſidetur, parique celeritate ac vi adhibita, Batauis ad ſuppetias oſcitantibus, deditionem facit, qui Lingæ imperabat, præſidiariique aliquot milites, exauthoratione, ignauiæ pœnas dederunt. Mauricius, Spinolæ ad proſperos rerum euentus coercendos, progreditur, vtrique Rheni littoralibus oppidis proſpiceret, Groningæ potiſſimum, de qua tuenda vt plurimum erat ſollicitus: ille ergo ad Couerdam finitimum oppidum ſtatiua ponit, ſed dum totus in hanc partem eſt, Buquoius, Marte æque propitio, Vvachtenduncum, improuiſa obſidione cingit, quatit machinis, vrget oppidanos, irruptione cruenta per hiantem murum adeo conſternit. vt celerius omnium expectatione expugnauerit. Aliunde Terralius, qui à Gallia in Belgium defecerat, inſidiis nocturnis, tuborumq; creperorum vi ſulphurea, Bergopſomam aggreditur, tam fœlicibus initiis, vt ille cum Hiſpano-bellis, media vrbe iam ſuperior, vltra irrumperet, ſed oppidanis præſidiariiſq; coeuntibus, verſa alia Martis deturbatus ſit. *Spinola cum Bucoio fœliciter præliatur.*

Tunc temporis, Mauricianæ cohortes circa Ruram fluuium pabulantes, Hiſpanobelgas adoriuntur, ſumma vi vtrinque pugnatum, nam velitatio accreuit ad ſuorum ſubſidium anteſignanos, Spinola laborantibus illis adfuit, ipſis Mauricius, illorum præſentia acrius certamen audacia creuit, caſtigata ignauia, ſtrages maxima, deſideratis hinc Theodoro Triuultio Inſubre viro Heroici ſpiritus, (vt gens Triuultia bellicis facinoribus ſemper inclita fuit, & noſtra ate

1605. hiſtoria nominatiſſima eſt) illinc Domatuillæo contribuli meo, Chiliar. ſto Batauorum fidentiſſimo, captiui non pauci digni pagina, Nicolaus Doria Ligur, Spinolæ conciuis gentiliſque, ex Mauricianis Laſalius, Pigotius, Rateleſius, permutati viciſſim ſine auro, & ab vtraque parte, virtute bellica æſtimatione adæquati ſunt.

Tumultus in Brunſuicenſi ducatu.

Circa Rhenum dum immoror, audio in Brunſuicenſi Ducatu tumultuati, qui genti præeſt Dynaſta, quaſi precarium haberet imperium, nec pro nutu ſuo res ageret, oppidani ad Cæſarem toties, & ex antiquo quiritantur, non huius eſt æui controuerſia, At dum in cæſareo tribunali, lis nimium veteraſcit, ecce Octobri menſe, milites negotiatorum veſtibus perſonati, theda vulgari veredariorum vecti, vrbis liminare ſeptum ſubeunt, detracta perſona, dum primores vrbis in funere alicuius primæ notæ occupati ſunt, ingentque mortuum vltra irrumpere conantur, detectis inſidiis, intermiſſo funere ciues, ad depellendum hoſtem coacervantur, ad veſperam vſque acriter pugnatum, noctis interuentu tantillum motus conquieuit, ſed quod miramur, Octobri medio ferunt, eam vim fuiſſe frigoris, vt tantum facinus auſi milites, gelu diriguerint, & vecordiores facti parte vrbis occupata deiecti ſint. Dux ſpe ſua lapſus, ſuorumque oppidanorum odio exaſperatus, vel repugnante Bruma expugnare molitur, gentiles fœderatoſque ſuos aduocat, Regem Daniæ, Erneſtum Naſſouuium, pluresque è Belgio & Germania quorum coitione ciuibus metuendam aciem effecit.

Cæſar Rodo. medium ſe interponit rem foro, nō ferro, decernendam indicit in detrectantes minatus proſcriptionem, Dux vero iura negat ſibi nata, armis ſuos vectigales premit, in caſque anguſtias coniicit, vt Ocertræ fluuii alueo per ſulcos in vrbem immiſſo, aggeribuſque ruptis, defrenato tota vrbs ſumma illuuie infeſtaretur quæ contrariis alueis nec vna porta data flumini, magis terruit quam nocuit. Interea vrgentibus à Cæſare fecialibus, Dux fide data ſibi de contumacia ſatisfactum iri, ab vrbe caſtra dimouit.

Sed quid tandiu alienis malis immoramur? quos propria & domeſtica tantopere premunt, Turennium Mareſcallum, ad gentilem ſuum Rheni Palatinum Comitem profugum diximus, in ſua Turenenſi Dynaſtia, relicto præſidio veteranorum addictiſſimorumque, qui regiis vicariis minus obtemperantes, arces munitiſſimas, maiori inſania quam robore propugnare, ineluctabili propoſito conſtituerant, fruſtra tentati erratorum venia, illecebris ſtipendiorum, perſtant in fide Turrenii, Rex ad ingraueſcentis mali vim ſiſtendam qui per vicarios legatoſq;, inſanientes ad mentem reducere non potuit, præſens vi & ferro ſubigere, illuc proficiſci decreuit, ratus quod euentus monſtrauit, non aliis opus eſſe machinis, quam aduentus ſui fama: nec mora, cohortes ſui ſatellitii, equitatum leuis armaturæ, qui nunquam diſſoluitur, & perpetuo ſtipendia facit, præmittit, Aulicos nobileſque Pictonicos, Lemouices, Petragorios, ad ſigna vocat, remotioribus otia facit, vt qui crederet aduerſus paucos prouinciales, ab obſequio deuios, non niſi prouincialibus opus eſſe, nec eum ſua fefellit expectatio, vix enim ille Ratiaſcum deuenerat, cum manus illa perditorum diſſoluitur, deditione

Digitized by Google

1605.

ne vltronea cruces & quæcunq; extrema anteuertunt Vni mihi, ad Lemouices militaris illa profectio feralis, clade quam nulla dies ſolabitur: ex pluribus mihi frater erat iunior non illiteratus, ſed qui ad res aulicas procliuior eſſet, à pluribus annis in Domini Lomenii, lararii regii ab interioribus arcanis, familiam accitus fuerat, obſequio, calami politiſſimis notis ingenio ad aulam nato, ita ſibi non modo Lomenium, ſed regii comitatus quoſcunque proceres & adminiſtros deuinxerat, vt omnibus innoteſceret, iamque ad altiora ſibi aditum faciebat, cum ille iuſſus Lutetiæ ſubſiſtere, poſt confecta negotia vno comite tantum citis itineribus Retiaſcum, vbi tunc Rex agebat contendit, Mirabelli latrones duos, in diuerſorio peſſimo fato offendit, cum illis epulatur, pernoctat, vtque vel in ignotos non ſatis caute, comis erat & effuſus, vtriuſque viaticum perſoluit, illi de ſpoliando & necando, nocte ipſa nefarium conſilium ineunt, feſtinanti ad aulam, itineris compendium ſuadent, fidos comites ſe pollicentur, credulus annuit, comitem quod ſegnius iter faceret dimittit, credit ſeagnus lupis, in auias ſyluas, ſaltuſque inacceſſos abductum immaniter trucidant, aurum, gemmas, quæ non minimi præcii equum auferunt, quas deferebat intimi arcani tabellas, diplomata lacerant, & ſparſim abiiciunt. Lomenius abſentem tandiu deſiderat, ego de illo anxius, cum ab eius profectione ne verbulum accepiſſem, fati præſcius, quod verum erat ominor, incidiſſe in latrones, aula reuertitur, adeo Lomenium, de fratre inquiro, ille me viciſſim de illo, vbi gentium & terrarum ſe abdiderit, fruſtra cogitamus, cæſum omnes diffitebantur, quod tota illa publica via nulla cædis veſtigia extarent, nec vllus rumor, illico veredarii qua iter fecerat, mittuntur, de cæde nuncium referunt. Rex, qui quotidianum in larario, de vultu & opera nouerat, præfectis, Latrunculatoribus regionatim imperat, vt ſicarios conquirant, vinctoſque Luparam abducant, vrgeo opus, ſumptibus non parco, ſceleris caput erat perditus quidam falſo nobilis (nec enim clari ortu, ad latrocinia & meditatas cædes animum adiiciunt) ab omni vicinia cõuincitur, cæſi fuiſſe comitem, ille cum equo, gemmis & horologio fabertime facto, è Pictonibus Nannetes aufugit fugientem perſequor, conilcitur in vincula, ſed cuſtodiæ adhibiti, corrupti auro effugio dant aditum, eos ad pœnam poſco, vt ſiſtant fugitiuum damnatos facio, abhinc mihi agunt, vigilant, excubant, venantur feram, ni faciant, pro noxio capite proprium daturi ſunt, hoc metu impulſi, magis quam cura & ſedulitate qui publici muneris eam adhibent operam & diligentiam, vt deterrimum latronem, media nocte in gentilis domo, per murum hiatu facto ianuis effractis intercipiunt, vtque noxam penſarent, ad Regis conſpectum ſiſtunt, nec mora, ex equo, horologii indiciis reus peractus, membra ferro quati, ſecarique in fruſta damnatur, eaque victima fratris manibus parentaui, ſolamen acerbum, ad tantam iacturam erepti fratris, qui Regi, & cui ad arcanas ſcriptiones operam dabat domino Lomenio acceptiſſimus, ad aulæ non poſtremos gradus, ſibi aditum faciebat. Illi heredem fuiſſe non ex opibus glorior, ſed ex monumentis ſcriptionibuſque rerum aulicarum, quas in pugillaribus, dietim annotabat, vnde his ego commentariis veriſſimam rerum narrationem, magna ex parte deſumpſi. ſed vt Dædalo, nati

Ioha Boterei fratris mei qui domini Lomenii ammanuenſis fuit, nefandiſſima cædes.

1605. lapſum & naufragium exaranti, toties manus ceciderunt, ſic mihi calamus, nec tam atramento, quam lachrymis hæc funebria interſero. At fas ſit mihi, Catullianis his næniis, illum ſic affari:

Hoc te poſtremo, nunc dono munere mortis,
Alloquor & mutum frater ego cinerem,
Quandoquidem fortuna mihi, te te abſtulit ipſum,
Heu! miſer, indignè frater adempte mihi.
Omne mihi ſtudium, luctu fraterna mihi mors
Abſtulit, hei miſero frater adempte mihi.
Tu mea, tu moriens fregiſti commoda frater,
Tecum vna, tota eſt noſtra ſepulta domus.
Accipe fraterno multum hæc manantia fletu,
Atque in perpetuum frater aue, atque vale.

Eclypſis maxima. 3. Octobris, circa primam à meridie, Sol tanta defectione laborauit, vt ruptis naturæ legibus, turbata rerũ vice dies prope in noctem verſa ſit, nam per ſeſquihoram, tam denſa caligo cælum obduxit, Lutetiæ potiſſimũ, vbi rei inſolentiam oculatiſſime obſtupui & ſum demiratus, vt qui ſunt circa Boſphorum Cimerii, minus caligantes eſſe putem, iam prodigioſo Solis defectu, numinis iras, regnorum mutationes, & feralia huiuſcemodi excidia portendi, omnes coniiciebant, inani tamen formidine, cum illa eclypſis, nihil auet ſum à conſueto ordine habuerit, quemadmodum illa, quæ Dionyſium Areopagitam, aſtrorum inſpectorem ſolertiſſimum, tanto ſtupore affecit, vt vel DEVM pati, vel machinam ruituram publice Athenis profeſſus fuerit, niſi forte Geneuates Solis defectum hunc, tribuant fato Theod. Bezæ, quo ſublato tanquam luce limpidiſſima priuati fuerint, ille enim paulo poſt, Geneuæ moritur, vir tota Europa, Gallia potiſſimum, longo bello tum ciuilium æſtu, ſacrarum ædium incendiis, & pluſquam Vandelica vaſtitate notiſſimus.

Ille enim, poſt exceſſum Henrici II. ſub filiis impuberibus, Franc. II. Caro. 9. inflatis buccis, nouitate religionis nuperæ, tuba & fax belli fuit, in Piſiacenſi conſeſſu indicto, ad componendos de illa motus, flammis oleum inſtillauit, gladio vt dicunt, ignem fodit, illo enim alloquio nedum ſedari animi, ſed acrius exaſperati Bezæ tribunitiis concionibus ita, vt vere & argute aliquis de illo colloquio dixerit, *ſoluta hac nunc, multum erit luti.* Polotrotius, dum illi capitale iudicium diceretur ad veterani Guiſii cædem, à Beza, propoſita ſpe immortalitatis addictum fuiſſe, non ſemel confeſſus ſit.

Ego qui vitia & virtutes tegere, inuidere non ſum ſolitus, Theodori ſingularẽ eruditionem, in manſuetioribus muſis, non poſſum non prædicare, ille mira venuſtate & mundicie verſus fundebat, arguriis ſalibus conditos, & qui cum deſinerent, legenti aculeum relinquerent, ſibi & patriæ ſummo ornamento fuiſſet, ſi è Latio, Athenis, Helicone, & Pindi fontibus. Lauſanam primum, mox ad Lemani lacunas non abiiſſet, ac illotis manibus, (certe bonus poeta) ad ſacra quæ non nouerat, in ludicris tamdiu tamque operoſe occupatus, non tranſiiſſet.

Nam

Nam ea fuit ad Poëticen Romanam facilitate & elegantia, vt qui ſe iactabant Itali, trans Alpes incluſiſſe Muſas, ab vno Beza in Galliam accitas, vltro faterentur: ſeu aris à puero deuotus fuiſſet, opimo primatu Longi-Iumelli monaſtico, fiducia commendæ affectus fuerat, ſed ſpecie eiurationis, collecta pecunia, qui de fide dubius publicos rogos metuebat, ad Latobriges diuertit, atque ibi in ludo literario, decennio exacto, Caluino iam ſeneſcente, ſecundus ab illo Geneuam migrauit: natus eſt Vezeliis, oppido Sequanis finitimo, Quintili MDXIX. Nicolai Bezæ conſcripti Senatoris, impenſis liberaliter educatus, non ad eas res quas poſtea molitus eſt, defecta illi ſenectus, vt qui 23. Octobris migrauerit.

1605.

Latobrigi teux de Lanzanne.

Anglia ſemper aliquid monſtri alit: detectam & condonatam ſupra proditionem diximus, ecce ſæuior & capitalior in regem, regnique proceres, tectiſſime & dolo inſolenti ſtruitur. Iacob. 6. ad Veſti-monaſterium, publica regni comitia indixerat. Catſebius & Percius, duo Anglici primores Catholici, cum de meliori ſtatu religionis, ſub Iacobo deſperarent, qui nuper Ignarianos, myſticoſque regno eiectos fecerat, quem obſequiis demereri, & otthodoxis propitium facere debuerant, ſummo ſcelere tollere moliuntur, de regia nece conſilia ineunt, Percius, vi aperta & ferro, ſeu alter Decius vel Sceuola, ſibi necandum conſtituerat, Catſebius ſedatior, ſecurius putat, ſi inſidiis res ardua tentaretur, ac ille pactus ſilentii religionem, mentem aperit, hippogæa quæ triclinio vbi comitia haberentur ſubiacent, ſulphure, puluere tormentario, ramalibus virgultorum, faſciculis complenda, vt furtim accenſo fomite, & ſubrepente ad pabulum, conuulſo tabulato Rex cum proceribus, laceri & vſtulati necarentur, Catſebii tecna Percio placuit, cogitata aggrediuntur, pirio puluere fornicem complent, facinus alioquin tectiſſimum, ſed quid numinis cura non prodit? ſic euulgatur: Baroni Montaquileo priſcæ religionis cultori, ſed pacatis moribus, quietis politicæ ſtudioſo, ad comitia cum reliquis proceribus dies erat dicta, cui cum timerent inſidiarum conſcii, epiſtolio monitum faciunt, ſi ſe ſaluum vellet, conſeſſu illo abſtineret, ab ignoto delatæ literæ, quas vbi Montaquileus, ſine elogio & nomine à quo ſcriptæ eſſent legit, illico ad Saliſberienſem comitem detulit, ille ad Regem, quibus viſum aliquod ingens flagitium quod immineret, ſignificari, quid rei ſiet latet omnes, excidium litteræ manabantur, ſed quo diximus dolo, vix vllus ſuſpicari poterat, adeo à communibus inſidiis, proditionibuſque alienus eſt, nihilominus ſeu virgula diuina, regi venit in mentem, occultam pyrotecniam deſignari, audierat his artibus, ab exitio, non longe abfuſuiſſe Eſpernonium: ille ergo hippogea, ſub fornice ſubterranea loca excuti iubet, prima indagine fraus omnino non patuit, vt quæ abdita erat ſtrue lignorum ſuperiecta.

In regẽ Anglicanum altera & capitalior coniuratio.

Proditio occultiſſima diuinitus detegitur.

Arrienſis iuſſus explicare, cuius tanta eſſet ligni coaceruatio, reſpondet Thomæ Perceii: Montaquileus adiicit, ſuſpicari eius manu exaratas litteras, lux maior affulſit, noctu homine intercepto Percii famulo, rogatus de nomine & ſtatu alium ſe finxit, excutitur, in ſemoralibus calybs cum ſilice inuentus, cuius attritu ſcintillæ excitantur, farrago illa ligni, vbi dimota, illico omne ferale

Digitized by Google

1605. machinamentum recluditur, triginta ſex pulueris tormentarii capſæ inuentæ ſunt.

Incendiarius ille vltro, ſine eculeo ſcelus omne aperit, dolere infectum, nec ad incendium facem intuliſſe, cum ſtrues ligni loco dimoueretur, flagitii nullos habere ſocios, vt perageret cælitus admonitum, dæmonem vt orthodoxæ religionis reditum, ſic peractum facinus inuidiſſe, clarum eſſe natalib. alienum nomen ſibi acciuiſſe, ſed vero & gentilitio Vidum Faukium nuncupari. At, qui perfacte conſortes negauerat, exquiſitiſſima pœna fidicularum conſternatus, omnes prodit, pyrotecniæ artes illas in Flandria didiciſſe, cum Roberto Catſebio, & Thoma Percio conſilium participaſſe, ab illo proximas ædes palatio comitiorum conductas, ad aras omnes iuraſſe ſilentium, nocturnis effoſſionibus hiatum feciſſe, quo in hippogæum triclinio comitiorum ſuppoſitum aditus eſſet, vtque opportunius eſſet, Percium ab Atienſi ſubterraneam cellam conduxiſſe, ad congerendum carbonem foſſilem, comitia toties dilata, rei bene gerendæ opportunitatem diſtuliſſe, plura homo piacularis euulgauit, quem vt conſcii interceptum audierunt, extemplo fuga ſe ſubducunt, coeunt omnes, atque vbi dolus non ſucceſſit, armis ſe tueri, & impunitatem conſequi ſatagunt, perditum quemque ſibi aſciſcunt, copias conſcribunt, armis tutandæ religionis Orthodoxæ fucum obducunt, vix dementiæ aſtipulatores centum habuere, diſpalantes per agros, vrbibus & municipiis eiecti, tantillum pœnas procraſtinant, à præfectis prouincialibus exagitantur, & cum agris iam nos illis eſſet ſecurum, in arcem profugiunt, obſidetur, ferro & igne paſſim immiſſo, cum premerentur portis refractis, per globos militum ſe dant præcipites, Catſebius ſcolpo necatur, Percius grauiſſime cæſus, vulneri medellam reſpuit, ac triduo poſt moritur, ceteri Londinum vincti abducuntur, fremebat vulgus in eos, qui Orthodoxæ religionis tacite inſimulati erant, ac exterorum principum labe illa legatos aſpergebant, quam Iacob. eluit, ac publico programmate ab illis noxam longe auertit, Catſebii & Percii cadauera, per lutulenta volutabra tracta ad ſcalas Gemonias, & ſi quis ſenſus fato functis, pœnas dedere, cæteri Anglicano more, ſecta ceruice, cæſis reuulſiſq; precordiis, cruciabilem mortem perpeſſi ſunt meritiſſima vltione.

Quamuis enim Orthodoxæ religionis reuocandæ, pium ſit propoſitum, tamē rem ſanctiſſimam, ſummo ſcelere tentari non oportuit, pubeſcentes Chriſtiani, non Ethnicis Cæſaribus inſidiati ſunt, non in eos aperta aut occulta bella concitarunt: quinimo Plinius iunior, ad ſuum Traianum, de illis hoc tulit elogium, vt innoxie viuerent, non Tribunitii eſſent, non fures, qui depoſitum non abnegabant, illis militabant, in caſtris fidentiſſimi, dummodo in colendo numine nulla vis fieret, ad omnia obſequia & miniſteria propenſiſſimi. At qui volunt excuſatos, Orthodoxæ religionis cultum vetitum cauſſantur in Anglia, ad inſtaurandum talia auſos, abſit vt cædibus aræ & adyta reficiantur, nam vt Ethnicus ille,

Non bene cæleſtes dextra cruenta colit.

Auerſatur DEVS ſanguineos, hinc à Dauide cædib. contaminato, DEVS ſibi Solymis

Digitized by Google

Solymis delubrum auguſtiſſimum cōſtrui noluit: ſed filiis Salomonis puris manibus, operis gloriam reſeruauit. 1605.

Bothkaius, cum Cæſarem ferre nollet, maluit pati Byſantinum, nouello Achmat ſe fœderat & adiungit, fidem caduco imperio mutat, barbarorum fultus robore, ſe Tranſyluaniæ Vayuodam, atque in citeriore Pannonia Othomanidæ vicariū publicis elogiis ſe iactare non erubeſcebat, ille præfectum habebat Lippayum, vt ad inuidiam pronæ ſunt aures principum, Bothkaio æmuli inſuſurrant, Lippayum moliri res nouas, & cum Cæſare in gratiam deditione Caſſouiæ redire velle, homo ſuſpicax, & ad omnem aurem credulus, vel quod falſum verum ratus, vt ſe hoc metu liberum faceret, Lippayum ſecuri percutit, ac quinque centuriones ſimilis pœnæ ſocios facit. Georgius Baſtius, in Pannonia non tam Cæſaris ſuppremo vicariatu, quam conſtanti fide, immortalibuſque factis in rem Chriſtianam notiſſimus, Bothkaium monitum facit, vt à Turcico fœdere diſcedat, ille non detrectat, legibus à ſe præſcriptis, nempe vt Tranſyluaniæ, & Pannoniæ ſuperioris, ſumma præfectura concedatur, vt præſidiariis, niſi Vngarus & indigena anteſignanus ſit, vt Galli, Vuallones, Itali, denique vt exteri omnes finibus Vngaricis faceſcant, vt dietim militibus ſtipendium perſoluatur, vt non niſi ad Pannonios, regni faſces, præfecturæ togatæ & militares deueniant, vt religionis cultus promiſcue feratur, vt dedantur, qui motus tantos in Pannonia concitarint, quo de illis patriis legibus ſupplicium ſumatur, vt Cæſar Rodol. non per vicarios, ſed præſens Vngaricis comitiis, arbiter & ſummus moderator interſit, vt Germanici milites, in ſtatiuis ſe contineant, neue in poſterum diſpalantes, pabulatione, & frumentatione incolas fatigent. Baſtius quod ab æquo & deſiderio pacis, pacta huiuſcemodi aliena eſſent, deſpexit.

Res Tranſyluanica & Vngarica.

Bothkaius cum Turca fœderatus.

Bothkaius ſuos ſupplicio afficit.

Bothkaius nimium ſibi arrogare vult pactis.

Interea Bothkaius vires capit, inualeſcit Turcicis auxiliis, perditorum eiuratorumque Chriſtianorum factionibus, in ſua verba iurare vrbes adigit, illas Cæſaris obſequio, tum pollicitationib. tum vi ipſa ſubducit, Baſtius vt in fide contineat, nihil non agit, Vayuodam Rudolphum ſibi adiungit, nobiles Pannonios, à ſemi-orbiculari luna, ad Aquilas publico programmate (Bannum vocant) reuocat, Bothkaius, ad incendia & vaſtitates Barbaros immittit, Coccoram è regione Strigonii, intercipiunt, expilant, Germanicos præſidiarios ſocordius excubantes, ad vnum iugulant, ſed dum illi iuſſa à Bothkayo ſcelera exequuntur, Vaiuoda Radulphus, munitiſſimam arcem illi ſubripit. Achmat laboranti Bothkayo, millia decem armatorum auxilio mittit, Baſcias Hali anteſignano, Nouiogradum, Vacciam, & quæ in confinio ſunt oppida, aggrediuntur, Stiriam Thraces, denſius quam ſata locuſtæ depaſcuntur, ſubeunt, incendunt & perditam faciunt.

Qui nunc Imperat. Turcis Achmat vocatur.

Achmat præmiſſos iactat, ſubſequi illum ad Viennæ expugnationem, Baſtius non deſinebat vrgere Bothkaium, ad obſequium Cæſaris, ille annuere finxit. ſi quæ prius recenſita, pacta concedantur, æmulum habebat vulgo Colonits, quo cum exorientibus diſſidiis, quos potuit commilitones, in ſuas partes traxit, detrectantes expugnat & concidit, Bothkaius hanc iniuriā nō ferens, in fines Coloni-

Digitized by Google

1605. lonitii, prædones incendiarioſq; immittit, ille magis ad nocendum quam pugnãdum, natos homines excipit, palantes concidit, ſuoque ſanguine ſuccenſas faces reſtinguit, at qui ferales ſunt, ſolis Chriſtianis ignes, geniales ſunt Turcis & Thracibus, qui non niſi noſtris diſſidiis irroborant, ſed à luctuoſa Panonia tantiſper domum reuertamur.

Lhoſtæi domeſtica proditione, infœlici ſuo exitu nihil deterritus, Phocenſis prouinciæ nobilis Meiargus, non diſſimilis flagitii conſortium, cum oratore Hiſpano inibat. Ille à prouinciæ ordinibus, vt patriis rebus conſuleret, ad Regem mittitur, longe antea ad colloquium intimum admiſſus, Regi ſuaſum fecerat, vt geminas triremes conſuetis adderet, quibus, ex vbitoriis circa Maſſiliam, à piratis tutior eſſet nauigatio, poſtulanti Rex annuit, ille in triremibus mancipium habebat, perſpicaci ingenio & maritimi latrocinii apprime gnaro, quo monitore à naucleris tectiſſime opima ſpolia corradebat, vbi Meiargus artes quæſtuoſas expertus eſt, ratus fidum & ſilentii tenacem, aperto pectore arcana effundit, videlicet de Maſſilia Hiſpano dedenda conſilium, per triremes rem non infactu difficilem, cum illarum acceſſu & ſtatione in portu, facinoris nulla ſuſpicio oriri poſſit, vtque opportunius meditata perficeret, ad conſequendam ædilitatem vrbis, ſeu vicariatum populari verbo *Viguerie*, multorum redempta habere ſuffragia, qua præfectura, penes illum Maſſiliæ ſupremum imperium futurum ſit: Vinctus ille vt libertatem demereretur, illecebra percontandi blandiendique, à Mairarguo arcana omnia ex intimo pectore ſuffuratur, vbi ille à primo filo exorſam telam ſciuit, Guiſio inſuſurrat, ſi compedes excutere velit, conſcium eſſe rerum, quæ ſi neſciantur, regni Regiſque ſummo exitio futura ſint, quod ſi fallat, & dictis veritas abſit, nedum cupitæ libertati renunciare, ſed vltro ſe exquiſitiſſimis cruciatibus deuouere.

Guiſius Regem monitum facit, ille Guiſio reſcribit, vt rem abditam exploratam faciat, vinctum ſoluit, ille precium libertatis ſoluit, enunciatione arcanorum, qua conſtitit quotannis Hiſpanum, triremium duarum impenſam omnem, ſtipendia militum & remigum ſoluere, indicta à Rege Chriſtia. Mairarguo ad priuatum quæſtum cedere. Guiſius ita ſuſpenſo gradu altoque ſilentio rem confecerat, vt Mairargus nihil ſubolfeciſſet, Lutetiam ille venit, adhibiti domi foriſque, qui obſeruarent conſortia, colloquia, ſodalitates, ab emiſſariis perſpectum, Legati Hiſpanici ammanuenſem Belgicum, quotidianis itionibus Mairargum inuiſere, in multam noctem longos tacitoſque ſermones trahere, Varaneus aulicorum notiſſimus, Defontius ſuccinctus in vrbe quæſitor, prima noctis vigilia, Mairargui diuerſorium adeunt, famulos de colloquio interpellant, illi non oportune adire reſpondent, quod in larario de arduis negotiis ageret, nihilominus coercitis famulis, ſenſim cubiculum ingrediuntur, ad parietem ergaſtuli aures admouent, de proditione confabulari audiunt, perſtant in excubiis, vbi colloquii ſatietas vtrumque cœpit, egredientem Mairargum Defontius corripit, ille voce facinus prodidit, vt qui palam ſe morti addictum exclamaret, quod ſi Rex veniam impertiri dignaretur, euulgaturum, quæ eius regnique ſummo bono cederent: amanuenſis Hiſpanici oratoris, ſtricto mu-

crone

Digitized by Google

trone ſibi viam facere nititur, ſed à ſatellitio coercitus, Caſtelleto, Mairargus ar- 1605.
ce Antoniana includitur: tum in ſcrinio Mairargui, tum ſub tibialibus amma-
nuenſis, ſcriptiones erutæ nocentem vtrumq; peragebant, Rex Duci Monpen-
ſerio, & Ioieuſæ, Cardinali renunciat, Mairargui noxam cōdonare, quod eius v-
xor vtrumque gentilitate contingeret, illi contra rogant, vt non inultum ſinat,
non modo Mairarguo oblatam gratiam auerſati, ſed vltionem flagitare, Regis
regniq; incolumitatem, omni aſſinitate ſibi chariorem, deprecari vt legib. ſum-
mum ſcelus vindicetur, ergo capitalis iudicii ſormula, à iuridicis de vtroque de-
cernitur, Orator Hiſpanicus, ius gentium violatum conqueritur, quod amma- *Expoſtulatio Oratoris Hiſpanici.*
nuenſis, Gallicis legibus ſolutus, vinctus ſit, & ex vinculis cauſam dicat, à Mai-
rarguo tentatum & abductum, exterorum principum Legatos, conſortes & fa-
mulos, in alienas domos facile pellici, quidquid egerint, collocuti ſint, ad ſuo-
rum principum res protrahendas, vel cum diſpendio eorum ad quos miſſi ſunt,
alieno foro non ſubiici, mitti illos vt rebus ſuis, non alienis caueant, eorum do-
micilia, vt Deorum aras & delubra ſacra eſſe, denique omnia illa, quæ Rupopo-
tius, in temeratores legationis domuſque ſuæ in Hiſpanos cauſſabatur, nec apte
nec ad ſimilem caſum regerebat, Hiſpanus de Gallorum tacitis molitionibus in
Aſturia, regno Granatenſi non ita conqueſtum, & acerbiora ſutdaure præteri-
iſſe, Borderium in Belgio res gallicas procurantem, conatum Archiducum ob- *Recriminatio Legati Hiſpanici.*
ſequio, Comites Vandembergenſes, eorumq; ammanuenſem ſubducere, con-
niuentib. palpebris, Hiſpanum & Archiduces introſpexiſſe, diſſimulaſſe, cum v-
biq; gentium res ſuas agere, legatis liberum ſit, Belgicum illum ammanuenſem,
cum Mairarguo hoc vnum negotii habuiſſe, vt ad militiæ ſtipendia Archidu-
cum, in Batauos pelliceret, vt ſua ſimiliumque Gallorum bellica virtute, cum
Mauricianis fœderatos Gallos & ſociales retunderent.

Ad hæc & plura Rex de Borderii cum Comitibus colloquio, nihil reſciuiſſe
penitus, Germanos eſſe non Belgas illos, & Archiducum imperio ſolutos qui ad *Pietas vrbis Venetæ.*
res bellicas maioribus ſtipendiis, vt cæteri huius gentis conduci, de conſuetudi-
ne glorioſum habuerint, vetuiſſe repetito programmate, ne ad Batauos Galli
tranſirent, calcatis edictis aſſuetos bello homines, in otio inopes, nullius artis
gnaros, adactos præliari ad mercedem, non paucos ad Archiduces tranſiiſſe, at-
que ipſum Tertalium, deſpecta Delphinalis cohortis equeſtri præfectura, fuiſſe
tranſfugam, de ſubducto ſibi non fuiſſe conqueſtum, in Belgium, Batauiam, vt
in Vngariam, Gallus pro nutu ſuo ferri, ad lituum & tubam cogi milites, vt ma-
ne ad operas addicti glebæ conducuntur, præterii ſſe illum, multa quæ nequiter
contra Veruineum fœdus, in gentem Gallicam ſtructa fuerant, conſtare omni-
bus, quantis illecebris præmiſque, Hiſpanus cum Heluetiis Rhætiſque fœdus
conuellere enixus ſit, Fuentium, vt ad id inuitos compelleret, arcem conter mi-
nam condidiſſe, præſidio firmaſſe, quo eos in annonæ ſummas anguſtias coa-
ctos, fœderi Gallico renunciare cogeret, Bironium non alio faſcino, à patri &
gentilibus auerſum-Lhoſteum recenti memoria corruptum, Hiſpanum, nedum
Gallos in ſuis ditionibus aduenas & receptos obſequio ſubducere, ſed in Gal-
lia imo in principe vrbe, in ipſa Lupara Gallos hamo aureo expiſcari. At vero

1605. Rex (concitatius vocem attollens) legatorum certe ſancto & neutiquam violabili iure, fas erit extero homini, ſupremum exitium moliri, omnia ferro, flammis & cædibus miſcere & architectum tot flagitiorum, contrectare nefas erit? perinde iſtud, ac ſi quis è ſinu ſcorpionem excutere, à pectore ſtrictum mucronem, à tecto flammas propulſare prohibebitur? Legatus aliquis, ſi in via gregarium aliquem pulſauerit, occiderit, num impune erit? quia legatus, quinimo iure gentium, legibus patriis, vbi degit obnoxius eſt, quod ſi gregarii cæſi heredes, iuſte pœnas depoſcunt, quid ſtatui oportet de Legato, qui vno vulnere Galliam iugulare deterrime, & per inſidias nititur? Legatus, (pace tanti viri dictum ſit) inofficioſe, ne irreuerenter dicam, Henri. 4. dicto exaſperauit.

Legati repetita oratio ad Regem. Anglobritannus Rex (inquit) quamquam diſpar is cultus, promiſſis ſtat tenacius: apud noſtrates in pa œmia eſt, aliquem alicui comparari, numquam eſſe citra odium & inuidiam; Rex Chriſtianiſſ. ad animum, quæ prælicenter nimium Legatus effutierat accepit, tam iuſte quam ſeuere caſtigat. Anglus (inquit) meo exemplo de fide Hiſpanica iudicium faciet, at mihi tutandæ pacis, & mens & fides immota eſt cum Rege Catholico (ſic Legatum alloquebatur) ſi rumpendæ cauſas non præbeat, ſin minus rupta illa, ad bellum imparatum neque inermem non experietur.

Supplicium Mairargui. Interea de ammanuenſis ſcelere, per iuridicos quæſitores, vbi certior factus ero, quid noxæ fiet, manifeſtum tibi faciam, quod ſi commiſſa probaueris, quid è re mea fiet, apud me & cum meis conſtituam, lite diſcuſſa, quamuis more maiorum nedum Gallicis legibus, ſed iure gentium & ciuili, de ammanuenſi poſſet ſupplicium ſumi, Rex tamen, qua eſt in omnes exteros fide & clementia, impune eſſe voluit, vindicatum duorum, facinus in vno Merargao, damnatus ille ad ſecurim, caput Maſſiliam delatum, præfixumque conto in ſpeculis prætoriæ portæ elatum, quadrifariam ſecti cadaueris, ad quadriuia fruſta affixa ſunt, bona quæ lariſſima poſſidebat, addicta fiſco, quorum nihilominus Rex viduæ gratiam fecit, ex re ampla quæ illi fuit, ſcelus ingraueſcit, quid enim homo nobilis, duarum triremium præfectus, inter prouinciales ſuos ortu, affinitate, opibus, amicitiis inclytus, qui Maſſiliæ ædilitatem proxime erat conſecutus, egebat auro Hiſpanico? illoque corruptus, quanto ſcelere ſe obſtringebat? qui patriam, parentes, & liberos, alieno imperio, impotentiæ & feritati ſubiiciebat? Mairargus, de ſe veram vocem illam Senecæ prodidit, *Naturæ pauca, auaritiæ omnia deſunt*: quam longe illi, nunc qui vrbes, arces, propugnacula oſtia, fluminum, aliaque regni munimenta negotiantur à Romana fide, conſtantia & frugalitate abſunt Fabricii illius, qui Samnitibus magnam vim auri offerentib. ad foculum oleta conquoquens reſpondit, *Donec ori, auribus, cæteriſque corporis partibus imperaret, nihil oblatis indigere*: Sed vt ſtoicæ ſeueritatis ſcriptor, Auari ſic diuitias habent, quomodo habere dicimur febrem, cum illa nos habeat, è contrario dicere debemus, febris illum tenet, ſic dicendum eſt, diuitiæ illum tenent.

In

In Mairargui enucleanda proditione, Ianini Præſidis, & Lomenii ſumma prudentia emicuit, ita vt eorum blando affatu, præmonitionibus, plura faſſus ſit quam ſi equuleorum ſumma vis adhibita fuiſſet, puduit enim hominem alioquin ingenuum & ſtrenuum, negare & diffiteri illis, quæ tormentis non fuiſſet negaturus, nec maiori flagello, quam conſcientia tortus fuit, nam vt priſci æui ſapiens, conſcientia eſt animi pædagogus. 1604.

Strigonium, altero anno fœliciter & fortiter propugnatum diximus, iſto amiſſum, ignauiter Germanicorum militum ſocordia dolemus, toties illud Martis aleam viceſque inſtabiles expertum eſt, inſulis Archipræſulatus celeberrima eſt metropolis, vt ad Strigonienſes Antiſtites, Epiſtolæ & decreta Pontificum crebra ſint, at non puduit vinoſos & ſomnolentos cuſtodes, ad conſpectum auxiliantium caſtrorum, Pannoniæ præcipuum munimentum, barbaris dediſſe aut prodidiſſe verius: ſi rediuiuus eſſet qui poſt tot annos recepit, quam amiſſum turpiter doleret magnus ille Mansfeltius, quod eſſet mitiſſimum ſub iugum mitteret omnes, vel decimum quemque ſortitione necaret, & tamen ita ignauiæ aſſuetum eſt, vt in bello eſſe degenerem, pene omnibus impune ſit, vnde res Chriſtianorum in peius ruunt & dilabuntur, Turcicæ ſeueritates vlciſcendi creſcunt, neruus enim militiæ caſtigatio eſt: qui in filium ſecuri ſæuus fuit Torquatus, in poſterum Romanis aliiſque caſtrenſem diſciplinam ſtabiliendam docuit.

Lauallæus, primæ nobilitatis adoleſcens, vt qui ad duces Armoricæ, Arragonios ſummoſque principes, patrios exteroſque referret, de fide catholica apprime edoctus, à nouatoribus deficit, vtque bellicæ virtutis primitias Chriſto dedicaret, ac de re Chriſtiana egregie promereretur, cum delectu Gallorum nobilium in *Pannoniam* abit, in Cæſaris caſtris magnifice exceptus, præclara facinora edidit, priuatis velitationibus Barbaros ſummis cladibus affecit, lenocinium victoriæ victoris fuit exitium, nam dum ille audentius & feruore gallico, quamquã ſuis dehortantib. Turcas diſpalantes inſequitur, ne cladis ad ſuos nunciũ relinqueret, ſclopo circa vmbilicũ traiicitur, nec tunc ſe ille cæſum ſenſit, animoſius inſtat, ſed poſt æſtum pugnæ vbi lorica exuitur, ex hianti vulnere ſanguine erũpenti, indomabili fluxu moritur, priuſquam excederet, cruore rubicantibus notis caſtrenſe teſtamentum ſcripſit, quodã ſuis nec vna linea heredibus, magna procella fori impetitum, num Lauallæus, in puberi æuo in caſtris, ſub pellibus, de non caſtrenſi peculio, ſed Gallicis ditionibus municipiiſq; (prædia non enumero quod illa vulgi ſint & popularium) ſtatuere potuerit, non ad clepſydras, vt in centumuiralibus cauſis dictum, ſed quatriduana actione, teſtamento in modum Hippoliti lacerato, mox refecto & ferruminato ambigente Senatu, altiori indagini rem commiſerint.

Elogium & obitus Lauallai.

Teſtamentum a Laual conſcriptum exagitatur.

Carolum, Sueciæ prodominum relictum, à nepote Sarmatarumque rege diximus, toties abiecto vicariatu, rupta fide regni Sueciæ titulos ſibi arrogaſſe, inuaſiſſe vrbes, fudiſſe non ſemel Sarmatas, altiuſque progreſſus in Liuoniam, Rigam metropolim obſidione cingit, oppidani, Caroli vt fœdifragi imperium detrectant, pro Sarmata vrbem propugnant, intus foriſq; ſtrenue agunt, obſidionem

Carolus Sueciæ vicarius à Sarmataru Regeſuſus.

 trahunt,

1605. trahunt, dum illis Polonus auxilia maturat, nec ſua ſpe lapſos facit, quandoquidem hinc Chodkieuicius, quamuis exilibus copiis, illinc Fredericus dux Churlandiæ, Carolum in caſtris inopinantē adoriuntur, profligant, fugant, concidunt nouē millia cæſa ferunt, cum Sarmatæ auxiliares tria millia vix excederent, ægre Carolus cum paucis commilitonib. tanta internecione dilapſus, in naues ſe recipit, ſic DEVS impia arma vlciſcitur, eoq; auſpice, vnde ius eſt, victoria inclinat nec tamen toties victus Carolus, victorem patitur, in Suecia vbi ille ſuperior, militem conſcribit, vires eliſas reſarcinat, & denuo periclitari ſtatuit, tanto deteriori nequitia, quod auunculus nepoti, vicarius domino, regnum auitū patrumq; auferre moliatur, ſed Nemeſis claudo pede vltimum agmen perduellis inſequitur, ſi iure ciuili res dirimatur, quis Carolum ſummo ſcelere immunē dicat? cum colonus, inquilinus, vicarius, depoſitarius, fideicommiſſarius, & cæteri quib. res concreditæ cuſtodia traditur, ſi rem non æque bonam liberam & ſaluam reſtituant, tanto facinoroſius ſi auferant, ſuamq; faciant, inficiati depoſiti, eiuratæ fidei infamia aſperguntur, nam vt Fabius probe & ad rem, cum aliquis dixit depoſui apud te, ſcis ipſe, quid aliud videtur aduocare quam DEOS teſtes? In re priuata, qui rem depoſitam ſciens prudensq; in vſus ſuos conuertit, furti tenetur, in publica re, regniq; commiſſa adminiſtratione, qui ſibi faſces & imperium vindicat ſacrilegium eſt, & omnium prædonum crudelitatem ſuperat, Byſantinus quantumuis barbarus & exlex, Romanis gentilib. Chriſtianisq; ſeueritate vlciſcendi æquior eſt, ille enim tantillam res nouas molientem vicarium, non ſolum vicariatu, ſed capite minuit, at vt anguis ſectus, fragmenta colligit, ferruminat & reſuit, ſic auunculus aduerſus nepotem, collapſas vires inſtaurat, ea pertinacia vt veriſimile ſit non niſi cum vita regnandi deſiderium depoſiturum.

Iſid. poſt. §. ſi et quid. C. ad. depoſ.

Turrenius Mareſcallus, propter illas quas ſupra delibauimus cauſas, è Gallia profugus, vt certis veriſq; rumorib. audit, proximo vere regiam obſidionem Sedano parari, vrbem arcemq; quæ ſuperemiñet, milite, annona, ſupellectile militari, foſſa, vallo inſtruit. Longe antea ſupremi dynaſtæ, domini de la *Mark* aduerſus Carolum 5. Cæſarem inſiſtentem, quod partes Gallicas ſequerentur, egregie munierant, ſed vt noſtro æuo obſidendi expugnandiq; artes, longe aliæ ſunt, quā illis temporib. multo ampliora munimenta adiecit Turrenius, quanquam inani labore & opera, cum Sedanum nedum machinas, ſed nec Regis aſpectum tulerit, & ſupremum excidium vltronea deditione, quibus poſtea narrabitur pactis anteuerterit, nam qui Sedanum breui gyro conſtrictum oppidum, illius vim ferret? qui regnum vniuerſum vnus ſubegit, vindicauitque tam diutino bello, vt non tam auito iure & beneficio Salicæ legis, quam vi bellica partum poſſidere videatur? quin cum Henoticis, ſociali bello iuncti Iberi, atq; Laudunum & Ambiani non tulerunt, ſed pro ratione temporum, ad res geſtas temperanda oratio cum hirundine prima, rem futuram expectabimus.

Diſſidium inter Paul. 5. & Venetos.

Audio Italiam tantiſper commoueri, ad Pauli 5. anathemata, quibus Venetos ipſo die natali Seruatoris, à ſacro epulo cœtuq; Chriſtianorum ſubmouet, quod eorum leges politicæ, ſacris & myſticis ac ſacerdotio aduerſæ eſſent, Venetos potiſſimum exaſperauit, anathematis indictio, tam auguſto & ſolenni die ſub ipſa

hora,

Digitized by Google

hora, qua ſacra ſynaxis ſumitur, quamuis enim cauſa non ſubeſſet, tamē inſolens factum pias & meticuloſas mentes, non parum commoueret. Veneti legationibus repetitis, ſcriptionibuſq; Theologorum anteceſſorum aſſertionib. immerēnter hoc ſibi ne ſe affectos q; irritantur, hoc vno potiſſimum, quod Reſpub. Veneta, pene coæua ſit monarchiæ Franciæ, in ſubditos de rebus politicis & ſecularib. ſummum ius habuerit. nulli eſſe vectigalem, quinimo inſulas plurimas & vrbes ſolo ſaloq; ſibi ſubditas habere, in Albania & Sclauonia Dirrachium, ſiue Epidamum, Corcyram nunc Corfuam, Pharum, Vincentiam, Veronam, Ticinum, Aquiliam, forum Iulii, Teruiſiam pluresq; olim & nunc inclyti nominis. In ſecularib. vni DEO addictam eſſe Rempub. ducemque Venetum, hinc hoc ſibi vindicare elogium, vt DEI gratia creatus nuncupetur, Pontif. Maximum rogat, ne priſcam libertatem inuideat aut imminutam velit, vix tota Europa vrbem eſſe imo prouinciam, quæ plura monumenta pietatis, diuorum ſacra pignora contineat, gloriari Diui Marci corpore, quod proaui tanta impenſa ex Alexandria Venetias aduehi anno 810. curarunt, cui tanquam tutelari numini, ſi quod aliud toto orbe eſt auguſtiſſimum delubrum, cōdiderunt, nam in inerti illo maris ambitu, paræciæ ſunt 62. monaſteria 41. ſuoq; æuo Commineus, dum pro Lud. XI. oratorem ageret, apud Venetos monachorum & dedicatarum, vel ad ſtuporem plures fuiſſe centurias recenſet, nihilominus S. Pontif. immotus perſtat, leges Clero minus propitias abrogari petit, ni Veneti dicto audientes ſint, Petri fulmē non reuocaturum. Eunt redeuntq; Legati Romam, inani opera, primum colloquiis, diſſertationib. apologeticis, ſcriptionib. res agitur, mox lacertis & ſtrictis mucronib. nam vt liquet, qui ſcribendo & loquendo valent, tantū abeſt vt animos ad concordiam leniuerint, quin ad ſummam internecionē irritarunt, hinc animis ſæuientib. vtrinq; ſibi proſpiciunt, Paulus 5. Reges principeſq; Chriſtia. Veneti eos ipſos, ac priuatim ſibi fœderatos, ad ſociale bellum pelliciunt, vtque Romanorum ſcriptiones retundant, ad reſcribendum ſuos acuunt, exterorum operas & calamum præmiis demerentur, denique magni fremitus, vt proximo anno narrabitur.

1605.

Dux Venetiarū Dei gratia ſe Ducem profitetur.

Digitized by Google

RODOLPHI BOTEREI IN MAGNO FRANCIÆ CONSILIO ADVOCATI,

COMMENTARIORVM DE REBVS TOTO PENE ORBE GESTIS,

Liber Decimus tertius.

HOc anno, inter Paulum V. & Venetos, metu quidem, tumore & apparatu ingens bellum exarſit, quod tamen magis acerbitate ſcribentium, calamo & verbis potius, quam verberibus & ferro geſtum eſt, quodque viciſſim relangueſcentibus odiis defer buit: cauſas recenſere ſuperfluum, cum interdicto Pontificio quod attexere placuit, latiſſime contineantur.

Paulus Papa V. venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, per vniuerſum dominium Reipublicæ Venetorum conſtitutis, & dilectis filiis eorum vicariis, in ſpiritualibus generalibus, necnon vniuerſis Abbatibus, Prioribus, Primiceriis, Præpoſitis, Archidiaconis, Archipreſbyteris, Decanis, Plebanis, & Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, aliiſque perſonis, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, in eodem dominio exiſtentibus, tam ſecularib. quam quorumuis Ordinum & Inſtitutorum regularib. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Superioribus menſibus, ad noſtram, & Apoſtolicæ Sedis audientiam peruenit, Ducem, & Senatum Reipublicæ Venetorum, annis elapſis, in eorum Conſiliis plura, ac diuerſa decreta, tum Sedis Apoſtolicę authoritati, & Eccleſiaſticæ libertati, ac immunitati contraria, tum generalibus Conſiliis, & ſacris Canonibus, necnon Romanorum Pontificum conſtitutionibus repugnantia ſtatuiſſe: & inter cætera ſub die 23. menſis Maii anni 1597. ſumpta occaſione, ex quadam lite, ſeu controuerſia, inter doctorē Franciſcum Zabarellā, ex vna, & Monachos Monaſterii de Praglia, nuncupatos Ordinis ſancti Benedicti Congregationis Caſſinenſis alias ſanctæ Iuſtinæ de Padua, in Diœceſi Paduana ex altera, partibus vertente,

Digitized by Google

 1606

tente, in eorum conſilio ſtatuiſſe, non ſolum vt dicti monachi tunc, aut deinceps vllo vnquam tempore, actionem, per quam ſub quouis titulo, aut colore in bonis Eccleſiaſticis Emphiteoticis à laicis poſſeſſis præferrentur, prætendeſe, ac etiam iure prælationis, ſeu conſolidationis directæ cum vtili dominio, aut extinctionis lineæ in primis inueſtituræ comprehenſæ, aut alia quauis cauſa bonorum prædictorum, proprietatem ſibi vendicare minime poſſent, ſed tantummodo ius directi dominii illis præſeruatum eſſet; verum etiam vt idipſum, quoad cæteras omnes perſonas Eccleſiaſticas ſæculares & regulares, Monaſteria Monialium, Hoſpitalia, & alia loca pia, in eorum temporali dominio exiſtentia, declaratum, & firmiter deliberatum cenſeretur.

Et ſub die decima Ianuarii 1603. ad ſuperiora quædam Conſilia ab eorum Maioribus, vt etiam aſſerebant, habita reſpicientes, quibus cauebatur, ne quiſquam ſiue ſæcularis, ſiue Eccleſiaſticus in vrbe Venetiarum, Eccleſias, Monaſteria, Hoſpitalia, atque alias religioſas Domos, & pia loca, ſine eorum ſpeciali licentia fundaret, & erigeret, in Conſilio Rogatorum congregatos iterum decreuiſſe, vt id eandem in omnibus iuriſdictionis eorum locis vim obtineret, & præterea exilii, ac perpetui carceris, & publicationis fundi, venditionisque ædificii, contra ſecus facientes pœnam edixiſſe: vlterius eoſdem Ducem & Senatum, die 26. menſis Martii anni 1605. inhærentes alteri decreto ab eodem Senatu facto, in quo (vt aſſerebant erat expreſſe prohibitum, ne quis ſub certis in illo contentis pœnis, in vrbe Venetiarum, eiuſque Ducatu, bona immobilia ad pias cauſas teſtamento, ſeu donatione inter viuos relinqueret, aut alio quouis titulo alienaret, ſiue ad earum fauorem vltra certum tunc expreſſum tempus obligaret, (quod in illum vſque diem, vt ibi etiam dicebatur, vſu receptum & obſeruatum non fuerat:) non modo iterum id vetuiſſe, ſed expreſſe etiam prohibuiſſe, ne bonorum eiuſmodi immobilium alienationes, in fauorem perſonarum Eccleſiaſticarum, ſine Senatus prædicti licentia, fierent; ac inſuper decretum ipſum, & pœnas in eo contentas per vniuerſum eorum dominium extendiſſe, & per Rectores, & Poteſtates Ciuitatum, & locorum ſui dominii, promulgari feciſſe, atque bona immobilia omnia, quæ contra præmiſſorum formam vendi, aut quouis modo alienari contingeret, vltra nullitatis pœnam, publicari & vendi, eorumque pretium inter Rempublicam ipſam, Magiſtratum exequentem & eius miniſtros, ipſumque denuntiatorem diuidi mandaſſe, & alias, prout in decretis, & mandatis Ducis & Senatus prædictorum, latius dicitur contineri, A præterea eoſdem Ducem & Senatum, Scipionem Saracenum Canonicum Vicentinum, & Brandolinum Valdemarinum Foroiulienſem Abbatem Monaſterii, ſeu Abbatiæ de Neruesa Taruiſinæ Diocæſis, perſonam in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutam, ob quædam prætenſa crimina in ciuitate Vicentina, & alibi per illos (vt dicebatur) commiſſa, carceri mancipaſſe, & mancipatos detinuiſſe, ſub prætextu, quod eis hæc facere liceret, inter alia ob quædam, ipſis Duci & Reipublicæ, à quibuſdam Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris conceſſa (vt aſſerebant) priuilegia, Cumque præmiſſa, in aliquibus Eccleſiarum iura etiam ex contractibus initis, ipſis Eccleſiis compe-

1606. competentia auferant, ac præterea in illis, & aliis, Sedis Apoſtolicæ ac Noſtræ auctoritati, & Eccleſiarum iuribus, & perſonarum Eccleſiaſticarum priuilegiis præiudicium inferant, ipſamq; libertatem, ac immunitatem Eccleſiaſticam tollant.

Ac ea omnia in ipſorum Ducis & Senatus animarum perniciem, & ſcandalum plurimorum tendant. Et cum ii, qui ſupradicta, ac ſimilia edere, & promulgare, illiſque vti auſi ſunt, in cenſuras Eccleſiaſticas à ſacris Canonibus, generalium Conciliorum decretis, & Romanorum pontificum conſtitutionibus inflictas, nec non etiam priuationis feudorum, & bonorum ſi quæ ab Eccleſiis obtinent, poenam, eo ipſo incurrerint, à quibus cenſuris, & pœnis, nonniſi à Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente, abſolui, & liberari poſſint, ac præterea inhabiles, & incapaces ſint, qui abſolutionis, & liberationis beneficium conſequantur, donec editas leges, nouis edictis atque decretis ſuſtulerint, omniaq; inde ſequuta, re ipſa in priſtinum ſtatum reintegrauerint: Cumque etiam Dux & Senatus prædicti, poſt plures paternas noſtras monitiones, à multis menſibus citra eis factas, adhuc decreta, & edicta præfata non reuocauerint, ac eoſdem Canonicum Saracenum, & Abbatem Brandolinum carceratos detineant, & illos venerabili fratri Horatio Epiſcopo Hieracenſi, noſtro & Apoſtolicæ Sedis apud eos Nuncio, vt debebant, non conſignauerint; Nos, qui nullo pacto ferre debemus, vt Eccleſiaſtica libertas, & immunitas, Noſtraque & Sedis Apoſtolicæ auctoritas violetur, & condemnatur, Inherentes plurium generalium Conciliorum decretis, ac veſtigiis Re. me. Innocentii III. Gregorii IX. Alexandri IIII. Clementis IV. & Martini etiam IIII. Bonifacii VIII. Bonifacii IX. Martini V. & Nicolai V. & aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, quorum aliqui ſimilia ſtatuta, alias contra libertatem Eccleſiaſticam edita, tanquam ipſo iure nulla, inualida, & irrita reuocarunt, ac nulla, inualida, & irrita eſſe decreuerunt, & declararunt, & aliqui contra ſimilium edictorum ſtatutarios, & alios ad excommunicationis promulgationem, necnon ad alia infra ſcripta ſeu eorum aliqua deuenerunt; habita cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus matura conſultatione, de ipſorum conſilio, & aſſenſu, licet ſupradicta decreta, edita, & mandata ipſo iure nulla, inualida, & irrita ſint, ea nihilominus, ipſo iure adhuc de nouo nulla, inualida & irrita, nulliuſque roboris, & momenti fuiſſe, & eſſe, & neminem ad illorum obſeruantiam teneri, per præſentes decernimus, & declaramus. Et inſuper auctoritate omnipotentis DEI, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtol. eius ac Noſtra, niſi Dux & Senatus prædict. intra viginti quatuor dies, à die publicationis præſentium, in hac Alma vrbe faciendæ computandos, quorum primos octo pro primo, octo pro ſecundo, & reliquos octo pro tertio & vltimo, ac peremptorio termino, & pro monitione canonica illis aſſignauimus, prædicta decreta omnia, & in illis contenta, & inde ſequuta quæcunque, omni prorſus exceptione & excuſatione ceſſante publice reuocauerint, & ex eorum Archiuis, ſeu Capitularibus locis, aut libris, in quib. decreta eiuſmodi annotata reperiuntur, deleri, & caſſari, & in locis eiuſdem domi-

Digitized by Google

dominii, vbi promulgata fuerunt, reuocata, deleta, & caſſa eſſe, nemineque ad illorum obſeruantiam teneri publice nunciari, ac omnia inde ſecuta in priſtinũ ſtatum reſtitui fecerint, & vlterius niſi à ſimilibus decretis contra libertatem, immunitatem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam, ac Noſtram & Sedis Apoſtolicæ auctoritatem, vt præfertur, facientibus, edendis, & reſpectiue faciendis in poſterum cauere, & penitus abſtinere promiſerint, ac Nos de reuocatione, deletione, caſſatione, nunciatione, reſtitutione, ac promiſſione prædictis certiores reddiderint, & niſi etiam prædictos Scipionem Canonicum, & Brandolinum Abbatem prædicto Horatio Epiſcopo & Nuncio cum effectu conſignauerint, ſeu conſignari fecerint, ipſos tunc & pro tempore exiſtentem Ducem & Senatum Reipublicæ Venetorum, ſtatutarios, & eorum fautores, conſultores & adhærentes, & eorum quemlibet, etiamſi non ſint ſpecialiter nominati, quorum tamen ſingulorum nomina & cognomina præſentibus pro expreſſis haberi volumus, ex nunc prout ex tunc, & è contra excommunicamus, & excommunicatos nunciamus, & declaramus: A qua excommunicationis ſententia, præterquam in mortis articulo conſtituti, ab alio, quam à nobis, & Romano Pontifice pro tempore exiſtente, etiam prætextu cuiuſcumque facultatis, eis & cuilibet eorum tam in genere quam in ſpecie pro tempore deſuper conceſſæ, ſeu concedendæ, nequeant abſolutionis beneficium obtinere: Et ſi quempiam eorum tanquam in tali periculo conſtitutum ab eiuſmodi excommunicationis ſententia abſolui contigerit, qui poſtmodum conualuerit, is in eandem ſententiam reincidat eo ipſo, niſi mandatis noſtris, quantum in ſe erit, paruerit: Et nihilominus ſi obierit, poſt obtentam huiuſmodi abſolutionem, Eccleſiaſtica careat ſepultura, donec mandatis noſtris paritum fuerit: Et ſi dicti Dux & Senatus per tres dies, poſt lapſum dictorum viginti quatuor dierum, excommunicationis ſententiam animo (quod abſit) ſuſtinuerint indurato, ſeu etiam ipſam aggrauantes, ex nunc pariter prout ex tunc ciuitatem Venetiarum, & alias Ciuitates, Terras, Oppida, Caſtra, & loca quæcunque, ac vniuerſum temporale dominium dictæ Reipublicæ, Eccleſiaſtico interdicto ſupponimus, illamque & illud ſuppoſita eſſe nunciamus, & declaramus, quo durante in dicta ciuitate Venetiarum & aliis quibuſcunque dicti Dominii Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Caſtris & locis illorumque Eccleſiis, ac locis piis, & Oratoriis etiam priuatis, & domeſticis Capellis, nec publice nec priuatim, Miſſæ tam ſolemnes, quam non ſolemnes aliaque diuina Officia celebrari poſſint, præterquam in caſibus à iure permiſſis, & tunc in Eccleſiis tantum, & non alibi, & in illis etiam ianuis clauſis, non pulſatis campanis, ac excommunicatis & interdictis prorſus excluſis, neque altier quæcumque indulta, & priuilegia Apoſtolica; quod ad hoc quibuſcunque tam ſæcularibus quam regularibus Eccleſiis, etiam quantumcunque exemptis, & Apoſtolicæ Sedi immediate ſubiectis, etiamſi de ipſorum Ducis, & Senatus iure patronatus, etiam ex fundatione & dotatione, aut etiam ex priuilegio Apoſtolico exiſtant, ac etiam ſi tales ſint, quæ ſub generali diſpoſitione non comprehendantur, ſed de illis ſpecialis, & indiuidua mentio habenda ſit, Monaſteriis, Ordinibus etiam Mendicantium, aut in- 1606.

Iii ſtitutis

1606. ſtitutis Regularibus, eorumque Primiceriis, Prælatis, Superioribus, & aliis quibuſcumque etiam particularibus perſonis, aut piis locis, & oratoriis etiam domeſticis, ac Capellis priuatis, vt præfertur, in genere, vel in ſpecie, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis hactenus conceſſa, & in poſterum concedenda vllatenus ſuffragentur: Ac vlterius eoſdem Ducem & Senatum, & quemlibet eorum non ſolum Reipublicæ, ſed etiam priuato nomine, ſi aliqua bona Eccleſiaſtica in feudum, ſeu alias quouis modo à Romana, aut veſtris, ſeu aliis Eccleſiis conceſſa obtineant, illis feudis, & bonis, nec non etiam omnibus, & quibuſcumque priuilegiis, & indultis, in genere vel in ſpecie, quibuſdam videlicet caſibus & delictis, contra Clericos procedenti, illorumque cauſas, certa forma præſcripta, cognoſcendi à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus, noſtris forſan quomodolibet conceſſis, ex nunc ſimiliter, prout ex tunc, & è contra priuamus, ac priuatos fore, & eſſe nunciamus, & decernimus. Et nihilominus ſi ipſi Dux, Senatus in eorum contumacia diutius perſtiterint indurati, cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas contra illos, eiſque adhærentes, in præmiſſis quouis modo fauentes, aut auxilium, conſilium & fauorem præſtantes, etiam iteratis vicibus aggrauandi, & reaggrauandi, aliaſque etiam pœnas contra ipſos Ducem & Senatum declarandi, & ad alia opportuna remedia, iuxta ſacrorum Canonum diſpoſitionem, contra eos procedendi facultatem, nobis & Romanis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris nominatim & in ſpecie reſeruamus. Non obſtantib. quibuſuis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non priuilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Duci & Senatui, aut quibuſuis aliis perſonis in genere vel in ſpecie, præſertim quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, ac alias ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, & cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, ac in ſpecie cum facultatibus abſoluendi in caſibus nobis, & Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, illis quouis modo per quoſcunque Romanus Pontifices, ac nos, & Sedem Apoſtolicam in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & approbatis: Quibus omnibus & ſingulis, & aliis ſupra expreſſis, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Vt autem præſentes Noſtræ litteræ ad omnium maiorem notitiam deducantur, Vobis & cuilibet veſtrum per eaſdem præſentes committimus, & in virtute ſanctæ obedientię, & ſub diuini interminatione iudicii, nec non ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac ſuſpenſionis à Pontificalium exercitio, ac fructuum Menſarum Patriarchalium, Archiepiſcopalium & Epiſcopalium perceptione, quoad vos, Fratres Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ac etiam priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque, quæ obtinueritis, ac etiam vocis actiuę & paſſiuæ, ac inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda quoad vos filii vicarii, & alii ſupradicti, eo ipſo incurrendis, aliiſque arbitrio noſtro infligendis pœnis diſtricte præcipiendo mandamus, vt per

vos

Digitized by Google

1606.

vos, vel alium ſeu alios, præſentes litteras, poſtquam eas receperitis, ſeu earum notitiam habueritis, in veſtris quiſque Eccleſiis, dum maior in eis populi multitudo ad diuina conuenerint, ad maiorem cautelam, ſolemniter publicetis, & ad Chriſti fidelium notitiam deducatis, nec non ad earundē Eccleſiarum veſtrarum valuas affigi, & affixas dimitti faciatis.

Et vlterius volumus, vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides vbique habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ, quodque eædem præſentes, ſiue illarum exempla, etiam vt præfertur impreſſa ad Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ noſtræ Apoſtolicæ valuas, & in acie *Campi floræ* vt moris eſt affixæ, & publicatæ eoſdem Ducem & Senatum, ac alios quoſcunque prædictos, voſque etiam vniuerſos, & ſingulos, reſpectiue perinde afficiant, ac ſi eorum ac veſtrum cuilibet perſonaliter directæ, intimatæ & præſentatæ fuiſſent. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 17. Aprilis 1606. Pontificatus noſtri anno Primo.

Veneti, vt audiuere tota Italia ſe deuotos, cætuque Chriſtianorum publico programmate exemptos, cogunt Senatum, ab anathemate, tanquam iniuſto & irrito prouocandum, vtque prouinciales & ſubditi ditionis Venetæ, in obſequio & fide contineant, in hunc ſenſum litteras vicatim, oppidatimque celerrime ſub titulo & elogio, Ducis ſui tranſmiſerunt.

Leonardus Donatus, Dei gratia Dux Venetiarum, Reuerendiſ. Patriarchis, Archiep. Epiſcoporum vicariis, Abbatibus, Prioribus, Rectoribuſque parochialium Eccleſiarum, atque vniuerſo Clero noſtri Dominii. Perlatum eſt ad nos 17. Aprilis ex mandato ſanctiſſimi patris Pauli V. Romæ per tubicines publicatum, atque ad limina & compita præfixum diploma interdicti, in nos Senatum dominiumque Venetum, vobiſque tranſmiſſum. Cum vero muneris noſtri ſit, vt cui præſidemus, regimen cælitus conceſſum, quietum paccatumque maneat, vtque noſtrum principumque ſupremum imperium, quod in ſæcularium rerum moderatione, nulli præterquam ſoli numini obnoxium eſt, aſſeramus vindicemuſque, Deum homineſque, hac noſtra pagina obteſtamur, nihil à nobis prætermiſſum, quo ſua Sanctitas, validiſſimis noſtris conſiliis & rationibus acquieſceret. *Litteræ Ducis Venetorum.*

Nobis cum placatum facere, primo per noſtrum, qui illi de more aſſidet oratorem enixi ſumus, adiecimus, litteras, quæ interdicti inuidiam, à nobis immerentibus æquanimiter depellebant: Poſtremo Oratorem alium; qui naſcentes motus comprimeret, miſimus.

At cum ille nobis cauſam dictu is, aures obſtruxerit, atque interdictum nulla via rationis & æqui, contra ſacrorum canonum ritus, orthodoxorum patrum decreta, rerum ſecularium à Deo datam poteſtatem, Veneti imperii libertatem, quiete & poſſeſſione noſtrorum ſubditorum grauiſſime perculſa, & perturbata, cum omnium graui offenſa publicandum præfigendumq; curauerit, Iam nos ipſi neutiquam dubitamus habere, pronunciare, anathema huiuſce-

Digitized by Google

1606. modi pro nullo, iniuſto, irritoque, quod precere nere & imme enter in nos, nullo iuris ordine ſeruato, emiſſum ſit viſumque nobis, aduerſus hoc brutum fulmen, maiorum noſtrorum, aliorumque principum temporalium præſidia & munimenta vſurpare, quibus olim aduerſus huiuſcemodi deuotiones, imprecationeſque ſe protexerunt, ſi quando extra recti ſemitam, à paterno affectu deuii Pontifices, aberrarunt, nec dubitamus, quin à vobis fidelibuſque noſtris ſubditis, ac toto orbe tale habitum iri huiuſcemodi interdictum; cumque apud nos conſtet recta fides veſtra, propenſus animus in Deum, & ſolers cura in paſtorali officio, ac numinis cultu, (qui in Veneta dominatione ſincere, & vt plurimum viget) ſperamus, in eo obſeruando, vos in poſterum non fore remiſſiores, obteſtamurque in fide Catholica & Apoſtolica, ac veneratione Sanctæ Romanæ Eccleſię, quam habuere Maiores noſtri, ab ipſis cunabulis exorientis imperii, mentem perpetuo habituros. iubemuſque ad omnium notitiam, in triuiis, compitiſque non modo vrbis noſtræ, ſed cæterarum quæ nobis ſubiacent, has noſtras litteras præfigi, vt ad omnium quos interdicti fama affecit, aures perueniant, atque ad ipſum Pontificem, cui à Deo hanc mentem precamur, vt tandem agnoſcat, quam præceps & iniuſta ſit in nos ſit deuotio, nobiſque colendæ Sedis Pontificiæ ſtudium increſcat, cuius nos & maiores noſtri fuere, erimuſq; ſemper obſeruantiſſimi. Datum in noſtro Palatio Ducali 6. Maii, indictione quarta 1606. Iacobus Girardus Secretarius.

Alia littera. Diuina ordinatione, ad regimen mortalium, & ciuilis politiæ fulcrum & columen, principes quaſi Dei vicarii & æmulatores dati ſint: vt enim æternus ille pater, creator ſoſpitatorque omnium, incredibili ſua bonitate & inexhauſta ſapientia, omnibus opitulatur & proſpicit, ſic illi ſubditos conſilio, prudentia, ac legum fræno regunt, protegunt & tuentur: In hanc curam incumbit Reſpublica Veneta, nec modo ſibi, ſed cæteris minoribus, quæ ſubiacent ciuitatibus æque propenſo animo cautum & proſpectum eſſe cupit, illas legum, decretorum & politicæ ordinationis participes eſſe voluit.

At vero à multis ſæculis in vrbe veneta & Ducatu prohibitum, ne bona quæ ſoli ſunt, vt fundi & prædia emptione aut alio alienationis titulo, ad Eccleſiaſticos transferantur, ne forte ingenti ac inexplebili acquirēdi ſtudio, latifundiis è manu Laicorum in ſe accitis, ſenſim ad eos vniuerſitas, vel ſaltem pars maxima bonorum deueniret, graui detrimento ciuium, ad quos tributorum indictionumque perſonalium & publicarum moles, bello & pace, domi foriſque recidit, qui opibus fundiſque exhauſti, malis farciendis depellendiſque patriæ laborantis, præ egeſtate eſſent impares: quod cum in dies Reſpubli. maiori quam antea ſuo incommodo, tum Venetiis tum alibi fieri experiatur, neue in poſterum mali labes, in Venetæ ditionis partibus ingraueſcat, Eccleſiaſticorum lenociniis, quibus ad rem diuinam propenſiores, ſimpliceſque ineſcant, & hoc hamo bona expiſcantur, quadrans vel triens fundorum ad eos deuenerit, æquum credidit qua late patet Venetum imperium, legem hanc vt iuſtam, ſubditorumque bono cōducibilem ſeruari, atque haud æquum eſſe putauit, vt cum ciues & populi omnia onera ſubeunt, impleant perſoluantque, iſti nulla in Rempub. vel ſaltem

exigua

exig ta bonorum operarumque erogatione, partis maiorum veſtrorum ſudore & ſanguine bonis, deſides & in otio fruantur, nec iſtud peculiare inſtitutum eſt Venetorũ, in hoc æmulamur exteros principes, qui id ipſum ſubditis obſeruandum impetant. 1606.

Lex hæc priuatim dicta eſt Laicis, boniſque quæ foro ſæculari ſubſunt, iuri immunitatibuſque Eccleſiarum, nihil Lex illa prorſus inuida, quibus liberrimum nunc vt prius, aurum, argentum, vaſa, ſuppellectilem, & quidquid eſt peculii & gaſæ mobilis, congerere, ac etiam fundos reſque omnes à Senatu moderamine præſcripto, quæ quidem opes Eccleſiaſticæ, ſynodorum Pontificumque decreti. Reipubl. laborarii, rebuſque pace & bello gerendis, pro quiete publica merito & religioſe obſtrictæ ſunt.

Accidit vero ſæpius, vt ſpecie religionis, in vrbem & vicina oppida alienigenæ ſubrepant, qui conditis ſodalitiis, cœnobiis, oratoriis, vel in locis minime ſecuritati publicæ opportunis, peregrinos mores auerſoſque à gentilitiis inuehant.

Vnde nonnihil mali exoritur, ne ſuccreſcentib. tot examinibus nouellorum, piæ erogationes antiquis ordinibus religioſorum, quorum precibus res Veneta vſque in hunc diem excreuit & ſtat incolumis, non ſufficiant, adeo exoticorum hominum mole laboratur, vt veterani Religioſi ſedibus ſuis migrare, & recentibus cedere propemodum cogantur.

A maioribus noſtris, prouide & politice inſtitutum, ne inconſulto Senatu huiuſcemodi nouæ propagines hoſpiteſque ſuſciperentur, nouas ſedes, aras, & adyta ponerent, non vt à nobis piæ conſtructiones inhibeantur, quæ nullibi frequentiores operoſioreſue ſunt, quam in Veneta ditione, ſed quia publica ſecuritas, & coercitio nouitatis potiſſimum conducit, cumque maiorum decreta, incuria & deſuetudine exoleſcerent, publicæ ſaluti conducibile viſum eſt, ea renouari publicarique, vt Deo tuto & ſincere ablegata prorſus omni nouitate, ſeruiatur, & Reſpubl. Veneta, in priſca quiete conquieſcat.

Ad Senatum autem pertinet promiſcue, in omnes ſubditos ius dicere, potiſſimum in proteruos, qui publicæ quieti inſidiantur, inter quos ſæpe regulares ſæculareſque Eccleſiaſtici, non pauci deprehenduntur, qui numero, potentia opum, otio & deſidia inſoleſcunt, inſultantque ciuibus, eorumque vitæ, honori, opibus non modo forenſibus cauillis & tricis, ſed veneno & ferro inhiant.

At genus hoc hominum, quamuis immerito ſe religioſorum nomine venditet, via iuris & legum, maioribus noſtris, (qui probe & catholice hanc Rempub. rexere) ad Dei & decus Eccleſiæ, bonorumque leuamen publice pœnas dedit, quod non ſemel pii Pontifices, ſuis reſcriptis laudarunt, ideoque nos veteris politiæ legumque ſanctiſſimarum cultores, eas more maiorum in homines, grauioribus noxis inquinatos quas recenſuimus, animaduertendum putauimus.

At vero Paulus 5. Pontifex Max. à publicæ quietis hoſtibus aſſentatoribuſque deluſus, priſcas ſanctiones noſtras, longæuaſque conſuetudines conuellere-

Digitized by Google

1606. conſtituit, quod nulla vis & humana poteſtas, duodecim labentibus ſæculis, vnquã moliri, nec ius legum ferendarũ vobis ô fidiſſimi ciues, & chariſſimi filii præpedire, nec in illarum violatores, pœnas decernendi auſa fuit: quod ſi ciuile ius eſt tanto æquius, id ipſum poteſt ad veſtrum omnium cuſtodiam & præſidium à DEO condita Reſpub. quique nobis præeſt liber & nulli addictus princeps, qui ob collatas in Sedem Romanam opes, fuſumque ciuium pro eius vindicus & ſalute ſanguinem, non modo gloriam eſt prometitus, ſed vt ab illa, illius imperium augeretur. Cum autem per Legatum noſtrum, Pontificis æquiorem mentem, cum intimi obſequii & ſingularis obſeruantiæ obteſtatione deprecaremur, noſtri propoſiti validiſſimis rationib. nõ ſemel enuntiatis, ille noſtrum hunc de illo benemerendi candorem (ipſo die natalis Chriſti, cum ad ſacram ſynaxim tota vrbe accederetur) anathemate & à ſacris abdicatione penſauit, cumque immerito de nobis cum in purpuratorũ ſuorum conſiſtorio, tum apud cæteros principes conqueſtus eſſet, nihilominus ab obſequio neutiquam defecimus, vtq, in eum mens noſtra & fides teſtatior foret, nouam & inſolitam legationem ad eum direximus qua nihilo manſuetior factus, nihil de rigore & inclementia remiſit, quin imo exaſperatis animis, maleuolorum conſilio exagitatus, anathemata, & quæ illi peculiaria ſunt arma, in nos iniuſte vibrare conſtituit, quæ apud DEVM, nos recte conſcii, retundere haud dubitamus; Ideoque pro noſtro in vos amore & paterno affectu, de huiuſcemodi rebus, vos eſſe monitos volumus, vt vobis conſtet, id ipſum pro veſtra omniumq; ſalute, ſine diſpendio Eccleſiæ & diuini cultus, id à nobis factum & ordinatum, vt ſtatus Venetorum cõmunem, & veſtram priuatam tueamini. Hæc Veneti: ſed vt vtraq; aure & gemino obtutu, vna eademque pagina, poſteri audiant legantque qui melius ſentiant nobis ideo opportune viſum fuit, ſi epiſtolæ duorum I. C Italiæ adderentur.

Contra Edictum inquiſitionis Romanæ.

La: Gu: Co: Gr: I: *V: D:*

Beatiſſime pater: Nunquid & oculi tui carnei ſunt: & tu vides ſicut videt homo? Pateris noua fulmina contra legentes literas Sereniſſimi Principis Veneti, quibus ſe Catholicum, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Romanæ obſeruantiſſimum profitetur: Bone DEVS? Benediceres ne ſi contraria audires? Repetam alias dicta, vt eo magis Edicti Romanæ Inquiſitionis infirmitas detegatur.

Suo iure vtitur ſereniſſima Reſpublica, cum leges dat ſubditis, ac publicum ius, & ſubditorum facultates tuetur. Ad hoc Principes à DEO conſtituti ſunt. Quin non modo bonis, ſed & diſcolis Petrus (Epiſt. 1. cap. 2.) cuius tu ſucceſſor es, & vices tenes, iubet populis ſubiectionem, & obedientiam. Diſcordant iſta à doctrina Petri, authoris tui. Manus Domini fecerunt eos, & ſic repente fulminas? Pergis & conſilium impiorum adiuuas, nouiſſimeque Edicto publico, ſub vinculo Anathematis, curaſti prohiberi, ne literæ Sereniſſimi huius Principis, tum ad communitates Subditas, tum ad Patriarchas, & alios Prælatos, nec alia quæcumque ſimilem materiam continentia, legantur, retineantur,

tur, vel quouis prætextu communicentur, Audi in primis, quid Pontifices Prædeceſſores, de legibus Principum Sæcularium, dixerint. Leo quartus & Gelaſius ſcribunt, *Quis leges Principum dicat debere contemni?* quæ irrefragabiliter ſunt cuſtodiendæ: Et ſi quis aliter dixerit, vel nobis dicturus fuerit, ſciatis eum mendacem: Et leges, quæ hactenus vigere abſque procellis, & pro nullius perſona hominis vllius reminiſcitur eſſe corruptas, nunc & in æuum, robur ſuum, propriumque vigorem, obtinere volumus. 1606.

Tu ſanctiſſime Præſul, longe ambulas à voto Prædeceſſorum tuorum, qui vis leges, conſuetudineſque Dominorum Venetorum obſtruere, irritaſque facere. Hæc ſunt ſigna irati animi.

Oſtende mihi cur ita iudices? Queris in congregato quorundam Cardinalium Senatu, ac Conſiſtorio, de legibus Venetis, ſuper bonis emphiteuticis latis.

Attende, non Cardinalium, ſed Pontificum, & ſanctorum Patrum votum. Alexander III *Quia non ad Eccleſiam pertinet de poſſeſſionib. iudicare, ideo Regi, poſſeſſionum iudicium relinquatis, & de cauſa matrimoniali cognoſcatis:* D. Auguſtinus tradit, & eſt in ſacris canonibus regiſtratum, *Quo iure defendis Villas Eccleſia, iure humano? quia per Rectores ſeculi, Deus eas diſtribuit humano generi. Si autem vt teneantur iſta ab hominibus, iura Regum fecerunt, vultis vt reticeamus leges, vt gaudeatis? Dixiſti, quid mihi & Regi? ſed quid tibi & poſſeſſioni; qui ea poſſides iure Regum. Noli ergo dicere poſſeſſiones tuas, quia iura humana renunciaſti.*

Hæc Auguſtinus, Ex quibus prudentes inferunt, Conſtitutiones Principum Secularium, ligare bona Eccleſiarum, in eorum territorio exiſtentia. Impugnas decretum dominorum Venetorum, quod ſine licentia Eccleſiæ ædificari non poſſint. Licentia requiritur ante conſtructionem, quo tempore, & ſitus, & materia, & omnia ſunt temporalia. & in temporalibus nulla auctoritas Pontificum. Poteſtates enim ſunt diſtinctæ à Deo, vnde terminos non tranſgreditur Decretum. Doles de lege, quod bona Eccleſiaſticis non alienentur, Intellige Præſul ſancte, votum ſuper hoc, Ambroſii, Hieronymi, & Auguſtini, nec vota Cardinalium conferas cum ſententiis horum ſanctorum Patrum. Primus, nullam, per ſimilem Legem, ſuo tempore editam, Clericis iniuriam afferre atteſtatur. Secundus eam Legem prouidam appellat. Tertius atteſtatur Eccleſiæ non relinquendum, vbi ſunt ſui heredes. Tandem accuſas iudicia Sæcularium in Clericos; Vſus Reipublicæ talis eſt, per tot ſæcula approbatus, à Prædeceſſorib. Pontificibus. Nunc contradicere, eſt iura per Reges quæſita, tollere; quod neque contra priuatos ſolet Eccleſia.

Vltimo, hæc omnia ſunt introducta ob publicum intereſſe, & ius publicum præfertur iuri Eccleſiaſtico, ex Peritorum, & Pontificum ſententia.

Iſta non leuia, (vt quidem Senatores tui notarunt) ſed maximi ponderis, debuiſſent animaduerti, & ſuper his & aliis circa hæc, oratores etiam expreſſe audiri: Attamen, voto ſuſcepto, à quibuſdam tuis Cardinalibus, in tuo Senatu vocatis, poſt ſententiam tuam iam firmatam, & typis datam, quod notorium eſt, hi inter ſpem, & metum, captiuantes eorum intellectum, votarunt pergendum.

Digitized by Google

1606. dum. Fulminaſti Cenſuras in Sereniſſimum Principem, & Excellentiſſimum Senatum Venetum, & interdixiſti eorum Dominium. Quidnam in hoc diſcrimine, Pater Sancte, agendum per Religioſiſſimum Principem, niſi quod tumet feciſſe dicis? Conſulere Peritos, & conuocare Senatum ſuum. Id actum eſt. Hinc vrgebat propenſum obſequium erga ſanctitatem veſtram, Illinc iura & libertas Reipublicæ, ac facultates, nec non publica quies ſubditorum. Re diſcuſſa in Senatu, trecentorum pene virorum, ſummæ doctrinæ, præſtantiæ, & probitatis, concurſu ſancitum eſt: Non obtemperandum præcepto, quo euertebantur libertas, & vſus Reipublicæ, ac ſubditorum bona & quies. Docuerunt hæc ſtas Patres, & decreta Pontificum Prædeceſſorum. Qui apertis verbis pluribus locis ex Sacris literis affirmant, Non parendum Præſidi Eccleſiæ, cum mala iubet & illicita, & irrationabilia; & ſic hac de cauſa ad Cenſuras deueniat, non eſſe obediendum: quia non ligant, nec apud DEVM, nec apud Eccleſiam. Quod autem ſint illicita, & irrationabilia, quæ præcipiuntur, alio loco oſtendimus. Nouum & nuſquam hac ætate auditum, vulgatur in ſubditos nuncium huius interdicti, & Cenſurarum inſolitus, ignotus, & improuiſus ſonus huius Tonitrui. non vt putabas, diſperſit, ſed ſub alis Piæ Matris conſeuit, & vniuit. Pietas, & Religio Sereniſſimi Principis Veneti, literis conſolatur Communitates ſubditas. Rem declarat, & quæ ſaluti ſtatus Serenitatis ſuæ viſa ſunt opportuna ſcribit.

Hæ literæ, non adeo imprudenter per Miniſtros diuulgatæ fuerunt, vt earum tenor potuerit Romam vſq; côuolare, Quod ſi hac occaſione confictæ ſunt aliæ literæ, è vicu allatæ, hic eſt partus ſuppoſitus; nec ſatis competenter, (parcant Illuſtriſſimi Domini Inquiſitores,) fuerunt de literis prædictis edocti.

Et hoc vnum, Senatus Veneti reſiſtentia non obſtante, toti orbi innoteſceret, nil detractum continuatæ obſeruantiæ huius Sereniſſimi Dominii erga ſanctam Roma. Sedem; propterea decreuit Reſpublica, literas patentes affigi, quibus declarata cauſa reſiſtentiæ, proteſtatur Sereniſſimus Princeps Religionem ſuam his prægnantibus verbis.

Cum nobis decretum conſtitutumque ſit, in ſancta fide Catholica, & Apoſtolica, atq; in obſeruantia erga Sanctam Romam Eccleſiam perſiſtere, quam maiores noſtri, à prima Ciuitatis origine, hucuſque, diuina comitante gratia, & ſine vlla intermiſſione, coluerunt.

Sanctitas veſtra in Côſiſtorio, ac Senatu ſuo, dixit ſe audiuiſſe homines doctos, voluitq; etiam votum aliquorum Cardinalium in eo congregatorum, qui eam vrgebant ad fulmina, vt ſupra.

Sereniſſimus Venetus Princeps, quamplures Theologos & iuris tum Pontificii, tum Cæſarei, peritos conſuluit, & votum non aliquorum, ſed trecentorum Senator. ſine ſpe vel metu, nemine contradicente, ad reſiſtendum Cenſuris, habuit: Quod te latere non debet, verior & communior ſenſus Sereniſſimi Principis Veneti, longe maiori numero peritorum ſuffultus, probandus erat.

Nouum tamen fulmen vibras contra legentes, tenentes, & communicantes literas

literas prædictas, & ſcripturas in hac materia noſti, quod Sereniſſimus Princeps, 1606.
litteris tenuit in officio ſubditos ſuos, quos alii ſeducere, & diuidere ſtudebant: ſubditi qui Principem ſuum naturalem audiunt, & intelligunt; & cui diuino mandato obligantur, merentur ex hoc ipſo feriri anathemate? Bone Deus, quomodo intra terminos modeſtiæ continebimur? Regnum à Deo eſt, (*Per me Reges regnant*) ſi populi ſubuertantur, & ſeducantur, quibus regnabit & imperabit Rex? Paſtor congregat oues, non diſgregat. Iubentur Apoſtoli, quorum tu ſucceſſor es non diſperdere ſed vnire: ſi in officio ſubditi tenentur, hoc eſt Præceptum Dei, iſtud tamen prohibetur & damnatur, & Cenſuræ fulminantur, vt hæc officia abſcondantur & lateant? hæc ſunt ſigna irati animi: *oſtende mihi cur ita iudices?*

Multo minus, patentes literæ affixæ debent hoc Anathemate impediri, ſi pelliriue. Finis earum eſt, vt ſe Princeps declaret, & proteſtetur Catholicum & obſeruantiſſimum ſanctæ Eccleſiæ Romanæ, vt anteceſſores ſui. Quando operib. viribus, & præſentia ſe talem declarauit Princeps Venetus, annuerunt Pontifices, gratias Princip. benemerenti habuerunt.

Talis ſemper continuauit, talem ſe adhuc exhibet, & proteſtatur. Lætatur vniuerſa Eccleſia his officiis, & muneribus. Paulus autem V. Pontifex damnat, & anathemate ferit, qui diplomata hæc Chriſtianiſſima legunt, & memoriæ tradunt, & ea conatur obliuioni mandare. Cogor dicere cum ſancto viro Iob, *Cur faciem tuam abſcondis? & arbitraris me inimicum tuum? & ſcribis contra me amaritudines?* Sed quid iſta officium inquiſitorum hæreticæ prauitatis? Hæreſis eſt crimen contra fidem Chriſtianam. Nos, in noſtris litteris, & expreſſe Chriſti fidem Catholicam Romanam ſequimur, & eam profitemur & proteſtamur. Habent Inquiſitores Iuriſdictionem attributam, conditione exiſtente; vnde neque poſſunt cognoſcere, an aliquis ſapiat manifeſte hæreſim, vt dicunt Prudentes. (C. *Accuſatus ſane. & ibi G o in verbo Manifeſte. de hæreticis. in 6*) Quid vero dicam de titulis datis in Edicto, litteris, & ſcripturis noſtris; vbi aſſeritur, eas prohiberi, quia continent multa temeraria calumnioſa, ſcandaloſa, ſeditioſa, erronea? Omnino non pertinent ad Inquiſitores hæreticæ prauitatis iſta. Idcirco, ſicut primæ Cenſuræ, tanquam nullæ, & inualidæ, ſeruatæ non fuerunt; ita prohibitio, & Edictum iſtud, vti extra Iuriſdictionem Inquiſitorum, ſpernetur, & vosmet detrahitis dignitati Eccleſiaſticæ, qui præcipitis, non præcipienda. Cautius eſſet agendum, maxime in negotio Cenſurarum, & eo magis contra Principes ſupremos & Catholicos: quia qui male iubet, non bene obauditur.

Non pateris ſcripturas in hac materia. Noluiſti iura Reipublicæ ab Oratoribus percipere; recuſas eas ſcripturis ab aliis intelligi. Quid eſt hoc, niſi defenſiones omnino negare, quæ de iure Diuino ſunt? Audi Melchiadem Pontificem Prædeceſſorem tuum. *Primo ſemper ante omnia diligenter inquirite, vt cum iuſtitia & charitate diffiniatis, neminem condemnetis, ante verum & iuſtum iudicium, Nullum iudicetis ſuſpicionis arbitrio:* Sed primum probate, & poſtea charitatiuam ſententiam proferte. Et quod non vultis fieri vobis, alteri facere nolite.

1606. Cogita, Pater Sancte, ſi in tuis ſententiis, has Prædeceſſorum tuorum ſeruaſti regulas; Iſta debent Pontifices Secularibus poteſtatibus: Nos autem cogimur hæcmet Paulo Quinto Pontifici inſinuare, & errata Magiſtrò indicare: Quod tibi diſpliceret, aliis ne facito: Cenſebuntur oculi tui carnei, cum ea non ſeruaueris: fertur iis mediis Eccleſiaſticos affectaſſe Monarchiam, & Poteſtatem à Deo diſtinctam, totam ad ſuum Tribunal vnire, quod eſſet admodum tyrannicum, & contra expreſſam mentem Diuinam: Videte ne his vaſtis prætenſionibus, Claues vim perdant, & rubiginem inducant, & menti recondite, *Quod cum res reducitur ad affectum, omne perit iudicium.*

Vide, Pater Sancte, quæ Sathanas mala femina ſpargat, hac occaſione? Audiſtin quæ dicuntur de auctoritate Pontificis, de diuiſione Poteſtatum? Vtinam non incidiſſemus in hæc tempora, nec conſilia mala præualuiſſent: Reſpublica nunquam deficiet à Religione Catholica, & à communione ſanctæ Eccleſiæ Apoſtolicæ Romanæ: Sed nec vnquam patietur libertatem ſuam, vſuſq; ſuos, facultateſque Subditorum ſuberti.

Stant ſimul, reſiſtere præcepto Pontificis iſt turbanti, & non deſerere communionem Eccleſiæ Romanæ, & Catholicam Religionem: Meminetis exempli Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitanti, qui anathemate iniuſto vulneratus à Ioanne Pontifice Octauo, non paruit.

Mortuus nihilominus miraculis claruit, & in numerum Sanctorum fuit relatus. Audi quæ nupertimo hoc proximo anno, docuerunt Patres illi Societatis *Ieſu*, ſcribentes librum typis datum, ad Henricum 4. Francorum Regem, in his verbis: *Si adeo iratum Numen haberemus, vt ad ſe Clementem accerſeret, & Bonifatios Octauos, Benedictos XIII. & Iulios Secundos induceret, quid ageremus: Nempe, breui dicam, quod in illo tempore probos & bonos Francos, quod moderatos, ac frugi Eccleſiaſticos, cum Rege Philippo Pulchro, cum Ludouico XII. accepimus feciſſe. Qui ius ſuum, ac Regni, cum mordicus tuerentur, contra dictos Pontifices infeſtos, nunquam propterea à Sancta Sede Apoſtolica deſciuerunt.*

Recognouerunt in ſpirituali *Dominatione Pontificem, officii Chriſtiani potiſſimas partes deſeruere nunquam, Chriſti vicarium Maieſtatem ſunt omni ſtudio, omni fide, omni obſequio proſequuti: de quo, ne dubitandi ſuboriri poſſet vlla ſuſpitio, fecit Philippi Pulchri Regis à Tilletio ſcripta, atque in poſteritatem tranſmiſſa, reſponſio.*

Iſtud idem exemplum, ac Conſilium Chriſtianiſſimorum Regum, ſequitur Reſpublica. Nec paruit, ſed reſiſtit Cenſuris inualidis. Nec ſe ſeparat ab Eccleſia Romana, nec officia potiſſima Chriſtiana vult in ſuo dominio prætermitti: de qua in fidem Catholicam. & Sedem Romanam perſeuerantia, ne ſuboriri poſſet vlla ſuſpitio, fecerunt Sereniſſimi Principis Veneti litteræ affixæ publice, ſicut & Philippi Regis reſponſio, vt ſupra. Malo ingenio audis iſta (Beatiſſime Pater) ſiſte gradum, tolle fulmina, quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nos, nil noui agimus, vtimur antiquo iure noſtro, *& qui iure ſuo vtitur, nemini iniuriam facit.* Res aliter agitur cum Principibus, manu, viribus, & Poteſtate ſupremis.

Dominos Venetos, alia via, vel in tuam trahe ſententiam, ſi potes; vel melius conſul-

conſultus, tu in eorum intres opinionem. *Si pergas*, noſti quod non obedieris, Abyſſus Abyſſum inuocabit, dettahetur gloriæ Sedis tuæ, abſque Dominorum Venetorum culpa, qui iura publica, & ſubditorum tenentur cuſtodire, & tunc non in emendationem, ſed in deſtructionem perges, contra præcepta Patrum, & tuorum Prædeceſſorum.

Nam ad hoc inductæ ſunt Cenſuræ, *vt conſtruant, non vt deſtruant.* Quod ſi forte putaſti, vt iſtud poſſes euincere, non ſuccedet, quia res eſt cum prudente, potente, & benemerito Principe: Et tu Sedem, & ſubditos tuos, ſine fructu deplumabis. Sed interim, quæ deſolatio populorum & totius Italiæ? In quo diſcrimine ſedem tuam conſtitues? Spumant ora Luporum, exſpectant vt hæc agantur, omnes hereſes Italiam inuadent, deturbabitur ſanctiſſima Sedes, in caput tuum, Pater Sancte, tota faba cudetur.

Igitur, ne tè Præſule, mala iſta eueniant, muta ſententiam, præcidenda eſt occaſio tam grauis incendij, habes in Sacris literis, *Quod non poſſumus ſuperare, tollerare debemus.* Retia Domini rumpenda non ſunt, nec deſerendus grex Domini.

Si ita egeris, habebis hanc Chriſtianitatis fortiſſimam Columnã obſequentiſſimam. Dominus tecum erit; Longitudine dierum replebit te; & oſtendet tibi ſalutare ſuum.

Ad Summum Pontificem.

Al. Li. Atq Ve. I.V.D.

Admiratus valde ſum Summe Pontifex, Legem à te latam, qua omnes, qui pro Veneta Republica ſcribunt, diris execrationibus proſequeris, ac deteſtaris. Hæc enim remoue quæſo, dum pauca humiliter, ac pie, perinde ac ſi Deum Optimum Maximum alloquerer, propono authoritatem, & rem ipſam tene: cum omnia circa diuina poſſis, vere non potes: Vris, cædis, lancinas, & viſcera dignitatis, decoris, libertatis Reipublicæ, ſæuiſſime, ne dicam crudeliſſime, & ingratiſſime differs, & ſilentium indicis? vocem comprimis? ora obſtruis? extrema minaris? Ne DEI Optimi Maximi opem implorare audeat, prohibes? Virginem decoram, pudibundam, honeſtiſſimis, ac modeſtiſſimis moribus præditam, non fuco illitam nec calamiſtris inuſtam, ſed viuo ſanguine & præclaro, ac ſplendidiſſimo pulchritudinis flore perfuſam, & mirifice nitentem, & ab incunabilis ad hæc vſque tempora caſte & liberali cuſtodia ſeptam, & conſeruatam, & admirandam in totius orbis veluti Theatro, tanquam impudentiſſimum, & turpiſſimum ſcortum exponis, producis & quam maximis potes vocibus & clamoribus, ac veluti maximarum tubarum clangoribus proclamas, & vocem vt contineat, iubes? non potes, Pater, non potes, fac velit, nec ipſa poteſt. Cum dolet acriter, lachrymæ excutiuntur, vox dolentis exprimitur, & erumpit naturæ vi cogente.

Cæde puerum, aut ſeruulum, clamabit, ſtatim vociferabitur; iube ſileat, non patebit, altius clamabit, & maximas contumelias, & turpiſſima ingeret iurgia. Naturæ ius, & vis, & lex eſt, vt quis quacumque ope poteſt, vim ſibi illatam re-

1606. pellere, & decus ſuum tueri conetur, & ſaltem dolere queat. Hinc tu tollere ſeu immutare nunquā poteris. Altius tuo, natu æ ... ium, & tu parere cogeris: Hæc vero te docere poſſunt, hominem eſſe non DEVM. Si vera ſunt quæ dicuntur, quid doles? Corrige, abſtine, imitare veterum Romanorum Principum morem, & prudentiam, quin & Græcorum.

In libera Ciuitate, liberas eſſe linguas non vis? nec hoc potes Pater: nam etſi eas euelleres, ſpiritu ipſo & clamoribus libertatem, vita longe chariorem, libera hæc ingenia præ ſe ferrent, ac profiterentur, & nutibus oſtenderent, ac ſignificarent.

Non poſſunt enim ferre cum contumelia damnum. Non legis, aut Pontificis contemptus hic eſt: Maiorum mores, veterum inſtituta verentur Veneti, ne quid immutetur proſpiciunt, & ſummopere cauent. Si aliam in gerenda Republica, & in eius adminiſtratione, viam inire cogerentur, omnia ruitura exiſtimarent. Proinde inuiis obſiſtendum cenſent. Nimis attente, ais, libertatis ſuæ habenas continent.

Quid tum? Sed quid pro Sepulchro CHRISTI egerunt, quid pro Leone nono, quid pro Nicolao ſecundo, quid pro Gelaſio ſecundo, quid pro Alexandro Tertio, quid denique pro Pio V. cogita. Humilliime, Pater Sancte, te obteſtor, vt ad omnia oculos circumferas, ad ſalutem Italiæ imprimis, & totius Chriſtiani orbis, ad vetus Venetæ Reipublicæ, cum Apoſtolica Sede coniunctionis vinculum, ad labores, ad ſumptus, ad ſanguinem Ciuium Venetorum, pro Apoſtolica Sede effuſum, ad Barbatorum terrorem, ac vim, necnon & ad eorum gaudium & exultationem. Maximus es, & excelſus, maior eris, ſi pace & concordia, tibi nihil potius erit, aut antiquius.

Glorioſum erit ſupremo Principi, à quo pietatis exempla ſumuntur, ſi grauitati ac ſæueritati ſuæ, lenitatis & bonitatis ſimul ſuæ guttam aſperſerit. Iucundiora, lætiora, auſpicatiora omnia Principatus tui erunt. Quod enim holocauſtum maius, aut gratius diuinæ poteſt offerri Maieſtati & Bonitati, quam Pax, & obſequentiſſimæ Ciuitatis conſeruata libertas? Non enim Reſpublica nouarum rerum cupida, non aliena appetit; libertas tantum & mos maiorum, altiſſimo tanquā cuiuſdam neceſſitatis lex tradita, & ſibi impoſita, animo inſidet; ſi quicquam immutaretur, omnia funditus euerſum iri arbitrarentur. Cur igitur Pater iraſcatur? excandeſcat, & furias cum ardentibus tædis immittat? & ad furorem filiam impellat, vt vaſtitas Italiæ & ſtrages, & eluuies, ac rerum omnium perturbatio, ac confuſio conſequatur? Pacem igitur, Sancte Pater, cæteris omnibus omiſſis, benedictione tua conſtitue: quod ſi ſponte, & non rogatus feceris ſummæ virtutis, & veræ Chriſtianæ pietatis, & laudis, & gloriæ columen ac faſtigium, omnibus coronis, & triumphis excelſus, aſſecuturum & omnium denique virtutum numeros impleturum te exiſtima, & certo ſcias. Ne vero totus Venetus eſſe dicar, iam me profiteor Pontificium, atq; alteram paginam aduerſarius concionibus liberam facio.

Sententia Baronii Cardinalis, ſuper excommunicatione Venetorum.

Duplex eſt, Beate Pater, miniſterium Petri *Paſcere & occidere*: Dixit enim ad eum

um

Digitized by Google

um Dominus: *Paſce oues meas*: audiuit è cœlo vocem, *occide & manduca.* Paſcere 1606.
oues eſt, curam gerere obſequentium fidelium Chriſtianorũ, manſuetudine, humilitate, ac pietate oues & agnos præ ſe ferentium. Cum vero, non cum ouibus, ſed refractariis & aduerſantibus agendum eſt, iubetur Petrus eos occidere; obſiſtere ſcilicet, pugnare & expugnare, ne tales ſint penitus. Sed quod huiuſmodi occiſio non eſſe debeat, niſi ex ſumma charitate, quod occidit præcipitur manducare; nempe per Chriſtianam charitatem, intra ſua viſcera recondere; in ſeipſum condere, vt ſimus vnum & idem in Chriſto: Quod dicebat Apoſtolus, *Cupio vos in viſceribus Ieſu Chriſti*: Sic igitur non eſt occiſio iſta, crudelitas, ſed pietas atque ſinceritas, cum ſic occidendo ſaluatur, quod eo modo viuendo vere periiat. Eſt, vt Nicolaus 1. docet, *Excommunicatio, nõ ad occidendum venenum, ſed ad ſanandum optatum medicamentum.* Sic & videmus Patrem amare vincula, quibus à Medico filius ligatur phrænitide laborans, ſperantem poſſe curari. Perge igitur, Sancte Pater, quod cœpiſti, in quo te nemo redarguere poteſt nimiæ feſtinationis, quod dicat Paulus ad Chriſtianos fratres ſcribens, *Eccleſiam in promptu habere vlciſci omnem inobedientiam*: in promptu hoc illi faciendum præcepit. Tua vero Sanctitas, in his diutius eſt immorata, ſcribens, dilationemque iterans in hunc vſque diem.

Ego, vt ingenue fatear, exulto ſpiritu, dicam cum Apoſtolo, ſuperabundo gaudio: videor videre, in Sede Petri Gregorium, ſiue Alexandrum, has ſcilicet præcipuas radices collapſæ penitus Eccleſiæ libertatis, ambos ex Senenſi Metropoli, (vnde V. S. originem ducit) vocatos ad Cathedram Petri, quorum alter expugnauit Henricum peruerſiſſimum Imperatorem, alter vero, mira conſtantia reſiſtens, Fredericum penitus ſuperauit. Idem tibi certamen ineundum, modo ruinæ hæ in manu tua. Dicam cum Eſaia: *Erige collapſam, proſtratam Eccleſiaſticam libertatem, certa paratam victoriam.* Etenim nobiſcum DEVS, Verbum CHRISTI eſt. Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Poſitus es in Eccleſia ſucceſſor Petri, in promiſſione ipſi facta, præueniunt & firmentur de petra. Et quod Hieremiæ, ibi dictum eſt, *Poſui te in columnam ferream, & murum abeneum.* Memor eſto te in Eccleſia poſitum eſſe in petram, in quam omnes qui offendunt, confringentur. Tu vero permanebis illæſus, coniunctus Chriſto, qui pro te pugnabit & vincet.

Sententia Cardinalis Columnæ.

Obſiſtere parentibus impium. Eam vero matrem oppugnare, cuius Clementia in vna ſuorum filiorum curanda ſalute, defigitur, plane deteſtabile: eoque magis, quo pluribus nominibus in eam maiorum obſequium declaratur. Satis cuique notum, quantum in ætatem hanc, Romana Sedes Reipublicæ Venetæ commodi fuerit ſtudioſa, quantum illa ſe pariter erga illam Sedem, obſequentem, gratamque præbuerit: illam nunc ab huius regionis obſeruantia, noſtra tempeſtate deficere, & contra libertatem Eccleſiaſticam iniquas ferre leges, nemini ferendum.

Remedio eſt opus Sãtitã B V diuturnum conceſſum ad reſipiſcendum tempus. Decreta Patrum, Conciliorum Canones, illis declarari, Euangeliumque

1606. docuit obſeruandum : ne maiorum ſuorum religionis Reſp. Veneta oblita, firmius in ſuo errore perſiſtat, flagellis compeſcenda potius, quam lenitate inuitanda: forſan qui tantæ Benignitatis indulgentia obduruere pœnæ ſeueritate miteſcent, & qui nunc nihil timere videntur incommodi, deſtituti paterno præſidio, uiribus *Eccleſiaſticis excitati, reſipiſcent* : Pro Venetis aduerſus pontificias imprecationes ſcripſere Anthonius Quirinius Senator Venetus, Frater Paulus ordinis ſeruorum Monachus, Ioannes Marſilius, omnes vernacule & populari lingua.

Pontificiis vero quotquot ſunt eruditi ſacerdotes, præcones vindiceſque fuere, inter quos antesignani Belarminus, Baronius, & Columna Cardinales; ex Gallis non plures quam duo, quod ſciam *Francophylus* vnus, alter anonymus edito opuſculo titulo *Conſultationis*, certauitque Reipublica Veneta (quod illi peculiare eſt) torquibus aureis, aliiſque opimis muneribus, tum gentilitios tum exteros ſcriptores demereri, amarulentis illis ſcriptionibus, non aliter quam flamma infuſo oleo fit acrior: viciſſim odia exaſperantur & deſæuiunt, vndique miles legitur, fremit armis Italia, vicini Heluetii Pontifici, alii & Rhæti fœderati Venetis operas locant, in partes ſuas vtrique ad ſociale bellum Principes pertrahere, legationibus nituntur, res ad internecionem progreſſura videbatur, vtroq; hoſte opibus, ferro, amicitiis, clientelisq; potenti, pertinacia q; ac neſcio ubi inuicem cedere. Rex Chriſtianiſſ. alieniſſimus ab eorum improbitate, qui belli fomitem flatu diſcordiæ alunt, animis æſtuantibus moderationem adhibet, cunctatione iras frangit, receptui vt canant, ſuadet, atque ita mora leniſceſcere cogit, vt incendium illud, quo ne tota Italia arderet, timebatur, in fumum & cinerem abierit. Cardinalis à Ioieuſa, ſedandi motus primarius & irrequietus arbiter, ire, redire, monere, vrgere pacem, non prius deſtitit, quam exorauerit, totius Europæ incredibili lætitia, cui ex bello Italico tantum mali imminebat, quantum rei Chriſtianæ hoſtibus incrementi.

Rex Chriſtianiſſ. ſedandis armis medium ſe probat.

At ſinamus tantiſper Italiam commoueri, arma expediri, bellum adornari maiori metu, quam damno. Lingua enim magis quam manu, ſtilo potius quam ferro pugnatum eſt. Delibauimus ſupra, ab eo tempore quo Bironiana coniuratio detecta fuit, Mareſcalum Turenium maleuolorum inuidia & ſuo etiam nonnihil aſpertum, ſibi aula abſtinendum decreuiſſe, è Gallia in Germaniam, mox Sedanum ſuæ dynaſtiæ primarium oppidum profugiſſe, illo ſe continebat, atq; ad regiam obſidionem arduis molitionib. ſe parabat : ſunt qui velut Ilium, non niſi poſt decennium expugnandum iactarent, tantæ molis eſſe Sedanum, vt tota Gallia expugnando inferior eſſet.

Rex tamen qui res bellicas vulgi & imperitorum arbitrio non agit non molitur vt mendaciis reos faciat nihilq; concordis Galliæ viribus ineluctabile, dum martio Brumæ miteſcit, nō regionatim militem, annonam foſſoreſq; imperat, ſed ſatellitii ſui cohortibus equitatu leuioris armaturæ cataphractiſque aliquot ſignis & comitatu aulico ſeptus atque ipſa Auguſta Sedanum obſeſſurus proficiſcitur. Ab omnibus imperia audite Diui Pauli ſacrum dogma. *Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubiecta ſit* : Vix Sedani fines prodromi attigerant, cum Oppidanorum

1606.

danorum audacia, minæ, moſitiones, & in decennium iurata peruicacia concidunt, Turrenius, qua ſumma eſt cautione & prudentia, quo nemo melius, Regis ingenium & robur nouit, caſtris iam metandis obuiam eundum, ac obſequio & deprecatione, ſummum exitium ſibi præuertendum ſecurum putauit, dum Tribuni militum metandis caſtris dant operam, ſtatiua deſignant ad cingendũ oppidum, opportuna loca aditusque ſpeculantur, Rex Doncherio oppidulo ad Moſam, non longè à Sedano, quam ſeſquihoræ equeſtri itinere ſubſidebat, cum ecce, de pace, colloquuntur Netancurtius Regem adit, deprecatur, Turrenii intimum obſequium pollicetur, ac tandem ad æquas conditiones impellit, quibus viciſſim admiſſis, à bello incruente, ſine ictu arietis diſceſſum eſt. à Villaregio primicerio quatuor amanuenſium, & Dinteuillæo Campaniæ præfecto, in hunc modum ſancitæ ſunt: Vt Turrenius, in poſterum cum regis regnique hoſtibus, omni fœderi renunciaret, vt Arcem Sedanenſem, ſequeſtro cuſtodiendam, ſuo tamen milite & ſumptu in quadriennium permitteret, quo peracto, ille liberam & ſuo nutu, vt prius regendam reciperet. Quod ſi rebus nouis Turrenius ſtuderet, auferendi dominii, inque alium transferendi ius penes regem eſſet, vbi de pactis viciſſim habita fides, placuit vt Turrenius, diluculo Regem & Auguſtam adhuc decumbentes ſalutaret, quod opportune præſtitit, cui Rex sereniter arridens, profitetur tam arduam profectionem, non deſiderio Sedani expugnandi adornaſſe, ſed potius Turrenii reuocandi ad gratiam, obſequium & ſummas præfecturas, quibus à puero veteranum commilitonem, poſthabitis plurimis inſigniuerat, tantum recreari tranquillo illo exitu, quantum ſi marte fuiſſet decernendum, doluiſſet: hæc vbi dicta dedit, eo ipſo die, Rex cum Auguſta, Sedanum ingreditur, plauſu, ouationibus, ignibus Compitalibus, tormentorum bombis, publica lætitia ſignificatur, Arx Netancurio, ſequeſtra cuſtodia, vice depoſiti ex pactis concreditur, hocque fulgetro belli non anxie ſedato, militum ſoluti ordines, atque Aula citius omnium expectatione Lutetiam reuertitur.

Rex ad Sedani obſidionem proficiſcitur.

Turrenius cum Rege in gratiam redit.

Verba Regis ad Turrenium.

Venit in ſuſpicionem ſulphureæ & Anglicanæ coniurationis quam ſupra exagitauimus, neſcio an odio eius quam profeſſus erat Ignatianæ ſocietatis præſbyter Henri. Garnetus è latebra erutus, ille ad ſupplicium depoſcitur, reus peragitur, quod cruenta mente, ſicca manu proditorum conſilium perſenſiſſet: nam ſedatus homo ſulphureis illis artib. non ſe admiſcuerat, ille autem falſo delatus longe à ſe crimen dimouet, obteſtatus palam nihil reſciuiſſe inſidiarum Cæterùm iam in arcanis conſcientiæ detexiſſe quidquam, ſibi in animo eſſe, quod religionem iuuaret, ſed nihil prorſus de nece regia ſibi ab illo fuiſſe enunciatum, cætera fide ſacerdotii & ſigillo confeſſionis ſibi perenniter eſſe reticenda; nihilominus homo prudens & cordatus, ad furcam deducitur interritus, quinimo exporrecta fronte, & multo lætiori quam in carcere fuiſſet, obteſtatur plurimum gaudere, quod die ſacra inuentæ Cruci (3. enim Maii qua eius memoria recolitur Garnetus paſſus eſt) ipſe crucem inueniſſet, quæ illi ad immortalitatem aditum reſeraret, omneſque cruces ærumnaſque ſæculi finiret, percuſſere, vt pro omnibus Catholicis pœnas vnus daret, & ſua morte in poſte-

Henr. Garnetus Ieſuita ob ſulphuream conſpirationem ad ſupplicium rapitur.

Digitized by Google

1606. poſterum quietem illis impetraret. De imperio, bellicis virtutibus, cruenta & proditoria nece Demetrii Ioannidæ Moſcorum Magni Ducis, Germanici ſcriptores multa ſcripſere, quæ cum mihi ignota & figmentis propiora, quam vera ſint, alieni mendacii ex parum fido relatu pœnas luere nolui.

Renatus Choppinus, obitu ſæuo inter ſectorum manus, dum eruere ingenitum lapidem conantur, Senatum omneſque litteratos mœrore compleuit, ille inter fori ſymphlegadas, fax fuit ad rectam ſemitam veri, & multiiugæ eruditionis, ex illo fonte vberrimo haurire abdita & meliora priſci æui, vetuſtatis amantes ſolebant, homo totus in chartis, diurna nocturnaque manu rudera ſæculorum, gentium rerumque omnium excutiebat, vnde gemmas erueret, quibus opera ſua vbique ſcintillant, ſolitus ille medullam ſcrutari potius, quam inauratum corticem, nec enim vt qui ad ſimilitudinem parietum extrinſecus culti ſunt, florem dicendi ita ſecutus eſt, vt intimum fructum decerperet; at quid calamo intactum reliquit? iura fiſci & coronæ Franciçę non paucis membranis complexus eſt, operi titulum fecit *de Domanio*, ſuorum municipum conſuetudinem commentario illuſtrauit, Lutetianam longe ampliori & fœcundiori pagina quam Molinæus, iamque ſerior, ad ea quæ ad pietatem propius accedunt fori ſtudia, ſe accingit, nempe ad iuris Pontificii, ſacerdotiorumq; lites explicandas, quæ vt ancipites ſunt & flexuoſæ, paucos habent noſtro æuo, qui nodum Gordiacum quibus innexę ſunt, diſſoluant, Choppinus filum Ariadnæ texuit, cuius ſequaces ex antro alioquin irremeabili, impliciti ſe euadant, atque opus nuncupauit *ſacram Politiam*, tandem nouiſſimus illi labor *Monaſticōn*, pium opus varium, teſſulatum, quo veterem monaſticem collapſam dolet, noſtri æui ſolutam & elumbatam caſtigat, quomodo reſarcienda ſit docet, vix vllus ordo, & cœnobiũ quorum elogia, diplomata, immunitates, non recenſeat, ita vt ſua primordia, origines conditores, largitores, cognitos vni Choppino debeant: congregatio Benedictinorum ſanctæ Iuſtinæ Paduenſis, (cui aſcripta ſunt quinq; cœnobia huius regni, quæ vulgo nuncupantur de caza Benedicti) indictione generalis capituli, Choppinum vt tutelarem præconem ſuum, ſuis liturgiis, ſacrificiis, indulgentiiſque conceſſis participauit: Henri. III mille aureis ſolaribus, opus de Domanio offerentem proſecutus eſt, Deus cœlorum æternitate, Orbis totus perennitate nominis & famæ beauit, ille enim exegit monumentum ære perennius, ego veterano meo veteris cultus & obſeruantię pignus, non ſiccis genis has notas ad huius tumulum flens adhuc & pullatus exaraui quas ad teſtimonium meæ erga illum obſeruantiæ adiiciendas putaui.

Opera varia Choppini.

De Domanio in conſuetud. Andeg. & Pariſienſ.

Sacra politia.

Monaſticōn.

Choppini ſumma felicitas.

Lugete quotquot Togati eſtis Ordines, vos dignitatum Apices ſupremi, purpurati patres qui ius dicitis: Vos qui ius docetis & explicatis, ad purpuram ſi voltis educati & expectati: Lugete, Pan magnus Oraculorũ forenſium occidit, *Choppinus* ille, ſcrinium legum, canonum ſacrarum, lux iuris Gallici, fax municipiis, ad ſuarum conſuetudinum Symphlegadas, Praxis beneficiariæ ex meliore ſeculo reliquiæ, & vnum pectus, Orator cauſarum pius, verus, elegans, mirabilis, operum immortalium ſcriptor perdius & pernox, qui, quod niſi fato fauentis contingit, in foro ſe dubiarum quæſtionum citari interpretem, & arbitrum viuus vidit, fa-

Ad Renati Choppini Patroni clariſſimi cineres, lachrumæ.

Digitized by Google

dit, famæ æternitatem anteueniens. Iacet ille *Choppinus* (fallor vſu ſepulchralis verbi) non iacet, qui viuus per ora litteratorum volat: Heu? mortalium ſors deterior, quam ſtirpium & graminum, illa caſa è ſurculis renaſcuntur, ac noua propagine ſenium reparant, homines autem humanitus ſublati, æternum abeunt, vnde, nulli redeunt, puluis & vmbra, vltio magni faſtus: At *Choppinus*, poſtquam viuere deſiit, ſecum artis beneficiariæ peritiam abſtulit, condiditq; ſepulchro, ni tu *Buteleri*, cum paucis commilitonibus, rediuiuam ſaluamq; facias: ſed parcius temetipſo vtere, ſerua te, explicandis, ſecandis ſanandiſq; litibus, vt morbis peritos medicos longæuos eſſe, publicæ ſalutis intereſt. At quiſquis ad Togæ decus anhelat, non aliud ſpeculū typumve, ſibi proponat, hoc noſtra ſcit Ætas, ſciet poſtera, dum leges & iura eruūt. 1607.

ALIVD.

Cæſarei iuris diffuſa ſcientia in omnes,
Prætoris qui Edicta, itidem Conſulta Senatus,
Et plebis qui ſcita ſciens, enarret acute.
Inuenias multos, & tota Lutetia in hoc eſt:
Actus Pontificum, Decretaque & addita nuper
Decretis, Techna & quidquid Romana forenſis
Curia habet varia & Rota quæ vertigine lites
Voluit Siſyphio rurſuſque labore reuoluit,
Inque ſacerdotiis quæ Regia iura, potens ſit
Quæ conferre, velut Rex myſticus vnctus & Aris,
Ad quæ duntaxat, quos nominat ille patronus
Principi Apoſtolicæ ſedi, quæ iura ſupremus
Indulſit ſocius fulgente rubentibus Oſtro,
Felſinea & Paulus quæ indulſit tertius vrbe
Patribus, exercet quæ iura vicarius illis,
Cætera quæque fori non Sphinx ænigmata ſoluat,
Talia qui faciat vulgata, velore loquatur,
Exaret aut calamo, nunc rarior, alta videntur
Iſta etenim, paucorum animis arcana recondi:
Antiſtes doctrinæ huius, Coryphæus & Artis,
Buteleri, *vos Conſilii qui Oracula magni,*
Quos ſua fama ſatis notos facit, indice nullo
Nominis, hæc arcana diu ſeruate, nepotes
Vtque ſciant, tacitis ne condite auariter illa
Pectoribus, Choppini *inſtar ſed ſpargite in Orbem,*
Immortali operum charta, calamoque perenni.

ALIVD.

Ter magnus Choppinus *erat, tria dona Palati*
Egit, in officiis conſenuitque tribus,

LII *Eloquio*

1606. tuum condiuit, imo rediuiuum fecit, opuſculo omnib. ſuauiis deoſculando, quē Lipſii vitam, à puero ad deliquium, puro & puto ſtilo cō-innauit, ego vero myrtino ſuffitu illo condire hanc pagellam, & plumbo meo aliquos inde ſelectas gemmas intexere pium & aptum putaui: *Morienti Lipſio præter domeſticos adfuere tres è ſocietate Ieſu ſacerdotes, & vnus è ſodalibus Franciſcanis, oculoſque amici clauſit. Nicolaus Oudardus Canonicus & Officialis Mechlinienſis, mediocri pompa, vt qua erat modeſtia iuſſerat, elatus eſt pridie paſcatis, 8. Kal. Aprilis, hora poſt meridiem quarta, humeris vniuerſa vt ſic dicam Academiæ, certantibus inter ſe ſtudioſis, vt extremum illud præceptori optimo, pietatis officium impenderent, elatus eſt autem cœlo admodum pluuio, vt id ipſum in lachrimas ſolui videretur, inſequuti biduo poſt venti ab hominum memoria vehementiſsimi, & quales nunquam flauerant, viuo Lipſio, ventoſæ ambitionis ac vanitatis domitore, conditus iacet, vt tabulis mandarat, in æde ſacra Franciſcanorum ſodalium, ante Virginis Deiparæ aram, ad quam preces quotidie fundere ſolitus erat voluit, nimirum & à funere, iſtud ſui in Virginem cultus, ſempiternum apud poſteros extare monumentum, inſcriptionem vero philoſophicam, tumulo appendendam paucis ipſe verſibus, biennio antea complexus fuerat.*

Ex vita Lipſi Aubo. Mirai aliquot pagella.

Quis hic ſepultus, quæris? ipſe edixeram.
Nuper locutus, & ſtylo & lingua fui;
Nunc altero licebit, ego ſum Lipſius,
Cui litteræ dant nomen, & tuus fauor:
Sed nomen, ipſe abiui: abibit hoc quoque:
Et nihil hic orbis quod perennet, poſsidet.
Vis altiore voce, me tecum loqui?
Humana cuncta *fumus, vmbra, vanitas,*
Et ſcenæ imago & verbo vt abſoluam, Nihil.
Extremum hoc te alloquor:
Aeternum vt gaudeam, tu apprecare.
I. Lipſius *vixit annos* LVIII. *menſes* V.
Obiit anno Chriſtiano CIↃ. IↃCVI. X *Kal. April.*

Marmoreum tumulum vna cum ſtatua, ære ſuo vidua excitauit: Senatus vero Populuſq; Antuerpienſis, virum de vrbe ac ciuibus optime meritum, quique peculiari quodam adfectu, & illam præ cæteris Belgicæ dilexit, & cum pleriſque iſtorum, ſingulari familiaritate coniunctus fuit, ſarcophago itidem marmoreo complecti voluit; hac epigraphe addita:

IVSTI LIPSI
QVOD CLAVDI POTVIT.
HIC IACET.
S.P.Q. ANTVERP.
INCLVTI VIRI
FAMÆ ORBI NOTÆ
VIRTVTI CÆLO RECEPTÆ.
H. M. P.

Cæterum iuſta Iuſto perſoluta ſunt III. *Kal. Aprilis, in primaria vrbis baſilica, D. Petro,*

Petro Apoſtolici cœtus principi ſacra. Defunctum pro funere laudauit Gerardus Corſelius Anteceſſor clariſſimus, quem ſecuti alii poſtea amici, variis clariſſimæ memoriæ virum epicediis, laudationibus, epitaphiiſque editis certatim ſunt proſecuti. Vt auo ſuo Titus ſic noſtro Lipſius vere delicium generis humani fuit.

Hunc namque Pontifices, Reges, Principes coluerunt: hunc Itali Hiſpani, Galli, Germani, Britanni Pannonij, ipſi denique Daci ac Sarmatæ venerati ſunt: huius denique amicitiam eruditi omnium gentium, omnium ordinum homines expetiuerunt, atque ambierunt. Teſtes ſunt Epiſtolarum editarum Centuriæ decem, teſtes ſexcentæ virorum doctrina illuſtrium ad ipſum Epiſtolæ, ex quibus Centurias duas à Vvouerio ſeligendas auide expectamus. Itaque bonos & eruditos amauit, laudauit, & de iis magnifice ſemper, cum publice tum priuatim, diſſeruit: adeo quidem benigne ac candide, vt nimia in alienas laudes facilitas à quibuſdam notaretur. Viciſſim ipſe, ab aduerſariarum etiam religione partium ſtudioſis, amatus, laudatus fuit, vix ab vno alteroue negatore aut ſycophanta (quem malignitas ſiue cæcitas abripuit) calumnioſe traductus.

In Diſpunctione Notarum Cod. Mirand. ad Tacitum.

Atque ex iis ipſis ſcio, Domannum poſtea, Antuerpiæ cum eſſet, pœnitentiam apud Vvouerium ſponte ſua profeſſum. Sed & Tomſonus, quanquam à Scoticis Miniſtris, (quos ſulphureo eſſe ingenio Iacobus VI. Britaniæ Rex dictitare ſolet) eductus (cum forte Lugdunum Batauorum ad ſe venientem hominem pro acerbitate, quam in ſuo ſcilicet Vindice veritatis profitetur, Ioſephus Scaliger caſtigaſſet) non negauit, ſe oblitum humanitatis, ſeque impetu ſcribendi abreptum, ab hac violentia calamum temperare non potuiſſe. Sic & ab aliis vel inuitis Tempus ac veritas meliorem mentem expriment. Carmini funereo quod Cygnea voce moriens Lipſius ſibi cecinit, attexere hoc inconditum magis ad officium quam ad elegantiam volui.

Scaliger epiſt. ad Fr. Svvertium 12 May 1606. data.

Belgica Bellonæ lacrimabilis area tellus,
Belgica ciuili non tantum attrita duello,
Nec tot funeribus vexato, viramque decumque,
Vrbibus æquatiſque ſolo, & raro auſpice Martis
Alea & Oſtendæ exili pugnacis arena,
Cladibus & variis, quas intulit acer Iberi
Ille ſolo, ille ſalo, fœlix Mauricius vltor,
Quantum morte tua iuſtiſſime Iuſte: parentat.
Non tibi ſola parens tua Belgica, at axis vterque
Qui coquit ardentem Lybiam, ſuppoſtaque Cancro
Littora, qui allegentes ſub ſæuo Aquilone Gelonos
Vrit perpetuis cælo indignante pruinis:
Pindi innuptæ cohors daphneæ fronde virentes,
Quæ iuga Parnaſſi, Eurotæque fluenta tenetis,
Humentes laniate genas, laniate capillum,
Inque ſepulchrales laurum mutate cupreſſos,
Areſcat nunc Caſtalius quique Entheus humor,
In lachrymas ſeſe ille latex toto amne reſoluat,
Cinthius & citharam, compactaque dentibus Indis

1606. dum. Fulminaſti Cenſuras in Sereniſſimum Principem, & Excellentiſſimum Senatum Venetum, & interdixiſti eorum Dominium. Quidnam in hoc diſcrimine, Pater Sancte, agendum per Religioſiſſimum Principem, niſi quod tumet feciſſe dicis? Conſulere Peritos, & conuocare Senatum ſuum. Id actum eſt. Hinc vrgebat propenſum obſequium erga ſanctitatem veſtram, Illinc iura & libertas Reipublicæ, ac facultates, nec non publica quies ſubditorum. Re diſcuſſa in Senatu, trecentorum pene virorum, ſummæ doctrinæ, præſtantiæ, & probitatis, concurſu ſancitum eſt: Non obtemperandum præcepto, quo euertebantur libertas, & vſus Reipublicæ, ac ſubditorum bona & quies. Docuerunt hæc ſancti Patres, & decreta Pontificum Prædeceſſorum. Qui apertis verbis pluribus locis ex Sacris literis affirmant, Non parendum Præſidi Eccleſiæ, cum mala iubet & illicita, & irrationabilia; & ſic hac de cauſa ad Cenſuras deueniat, non eſſe obediendum: quia non ligant, nec apud DEVM, nec apud Eccleſiam. Quod autem ſint illicita, & irrationabilia, quæ præcipiuntur, alio loco oſtendimus. Nouum & nuſquam hac ætate auditum, vulgatur in ſubditos nuncium huius interdicti, & Cenſurarum inſolitus, ignotus, & improuiſus ſonus huius Tonitrui, non vt putabas, diſperſit, ſed ſub alis Piæ Matris conſeuit, & viuit. Pietas, & Religio Sereniſſimi Principis Veneti, literis conſolatur Communitates ſubditas. Rem declarat, & quæ ſaluti ſtatus Serenitatis ſuæ viſa ſunt opportuna ſcribit.

Hæ literæ, non adeo imprudenter per Miniſtros diuulgatæ fuerunt, vt earum tenor potuerit Romam vſq; conuolare. Quod ſi hac occaſione confictæ ſint aliæ literæ, è vicu allatæ, hic eſt partus ſuppoſitus; nec ſatis competenter, (parcant Illuſtriſſimi Domini Inquiſitores,) fuerunt de literis prædictis edocti.

Et hoc vnum, Senatus Veneti reſiſtentia non obſtante, toti orbi innoteſceret, nil detractum continuatæ obſeruantiæ huius Sereniſſimi Dominii erga ſanctam Roma. Sedem; propterea decreuit Reſpublica, literas patentes affigi, quibus declarata cauſa reſiſtentiæ, proteſtatur Sereniſſimus Princeps Religionem ſuam his prægnantibus verbis.

Cum nobis decretum conſtitutumque ſit, in ſancta fide Catholica, & Apoſtolica, atq; in obſeruantia erga Sanctam Romam Eccleſiam perſiſtere, quam maiores noſtri, à prima Ciuitatis origine, hucuſque, diuina comitante gratia, & ſine vlla intermiſſione, coluerunt.

Sanctitas veſtra in Cōſiſtorio, ac Senatu ſuo, dixit ſe audiuiſſe homines doctos, voluitq; etiam votum aliquorum Cardinalium in eo congregatorum, qui eam vrgebant ad fulmina, vt ſupra.

Sereniſſimus Venetus Princeps, quamplures Theologos & iuris tum Pontificii, tum Cæſarei, peritos conſuluit, & votum non aliquorum, ſed trecentorum Senator. ſine ſpe vel metu, nemine contradicente, ad reſiſtendum Cenſuris, habuit: Quod te latere non debet, verior & communior ſenſus Sereniſſimi Principis Veneti, longe maiori numero peritorum ſuffultus, probandus erat.

Nouum tamen fulmen vibras contra legentes, tenentes, & communicantes literas

literas prædictas,& ſcripturas in hac materia noſti,quod Sereniſſimus Princeps, 1606.
litteris tenuit in officio ſubditos ſuos, quos alij ſeducere, & diuidere ſtudebant: ſubditi qui Principem ſuum naturalem audiunt, & intelligunt; & cui diuino mandato obligantur,merentur ex hoc ipſo feriri anathemate?Bone Deus, quomodo in ra terminos modeſtiæ continebimini? Regnum à Deo eſt, (*Per me Reges regnant*) ſi populi ſubuertantur,& ſeducantur,quibus regnabit & imperabit Rex? Paſtor congregat oues, non diſgregat. Iubentur Apoſtoli, quorum tu ſucceſſor es non diſperdere ſed vnire: ſi in officio ſubditi tenentur, hoc eſt Præceptum Dei, iſtud tamen prohibetur & damnatur, & Cenſuræ fulminantur, vt hæc officia abſcondantur & lateant? hæc ſunt ſigna irati animi: *oſtende mihi cur ita iudices?*

Multo minus, patentes literæ affixæ debent hoc Anathemate impediri,& peliriue. Finis earum eſt,vt ſe Princeps declaret, & proteſtetur Catholicum & obſeruantiſſimum ſanctæ Eccleſiæ Romanæ, vt anteceſſores ſui. Quando operibus, & præſentia ſe talem declarauit Princeps Venetus, annuerunt Pontifices,gratias Princip.benemerenti habuerunt.

Talis ſemper continuauit,talem ſe adhuc exhibet, & proteſtatur. Lætatur vniuerſa Eccleſia his officiis,& muneribus. Paulus autem V.Pontifex damnat, & anathemate ferit, qui diplomata hæc Chriſtianiſſima legunt, & memoriæ tradunt,& ea conatur obliuioni mandare. Cogor dicere cum ſancto viro Iob, *Cur faciem tuam abſcondis? & arbitraris me inimicum tuum? & ſcribis contra me amaritudines?* Sed quid iſta officium inquiſitorum hæreticæ prauitatis? Hæreſis eſt crimen contra fidem Chriſtianam. Nos,in noſtris litteris, & expreſſe Chriſti fidem Catholicam Romanam ſequimur, & eam profitemur & proteſtamur. Habent Inquiſitores Iuriſdictionem attributam,conditione exiſtente; vnde neque poſſunt cognoſcere, an aliquis ſapiat manifeſte hæreſim, vt dicunt Prudentes. (C. *Accuſatus ſane.& ibi G o in verbo Manifeſte. de hæreticis.in 6*)Quid vero dicam de titulis datis in Edicto,litteris,& ſcripturis noſtris; vbi aſſeritur, eas prohiberi, quia continent multa temeraria calumnioſa, ſcandaloſa,ſeditioſa, erronea? Omnino non pertinent ad Inquiſitores hæreticæ prauitatis iſta. Idcirco, ſicut primæ Cenſuræ, tanquam nullæ, & inualidæ, ſeruatæ non fuerunt; ita prohibitio, & Edictum iſtud, vti extra Iuriſdictionem Inquiſitorum, ſpernetur, & voſmet detrahitis dignitati Eccleſiaſticæ, qui præcipitis, non præcipienda. Cautius eſſet agendum, maxime in negotio Cenſurarum, & eo magis contra Principes ſupremos & Catholicos: quia qui male iubet, non bene obauditur.

Non pateris ſcripturas in hac materia. Noluiſti iura Reipublicæ ab Oratoribus percipere; recuſas eas ſcripturis ab aliis intelligi. Quid eſt hoc, niſi defenſiones omnino negare, quæ de iure Diuino ſunt? Audi Melchiadem Pontificem Præceſſorem tuum. *Primo ſemper ante omnia diligenter inquirite, vt cum iuſtitia & charitate diffiniatis, neminem condemnetis, ante verum & iuſtum iudicium, Nullum iudicetis ſuſpicionis arbitrio:* Sed primum probate, & poſtea charitatiuam ſententiam proferte. Et quod non vultis fieri vobis, alteri facere nolite.

1606. Cogita, Pater Sancte, ſi in tuis ſententiis, has Prædeceſſorum tuorum ſeruaſti regulas; Iſta debent Pontifices Secularibus poteſtatibus: Nos autem cogimur hæcmet Paulo Quinto Pontifici inſinuare, & errata Magiſtrô indicare: Quod tibi diſpliceret, aliis ne facito: Cenſebuntur oculi tui carnei, cum ea non ſeruaueris: fertur iis mediis Eccleſiaſticos affectaſſe Monarchiam, & Poteſtatem à Deo diſtinctam, totam ad ſuum Tribunal vnire, quod eſſet admodum tyrannicum, & contra expreſſam mentem Diuinam: Videte ne his vaſtis prætenſionibus, Claues vim perdant, & rubiginem inducant, & menti recondite, *Quod cum res reducitur ad affectum, omne perit iudicium.*

Vide, Pater Sancte, quæ Sathanas mala femina ſpargat, hac occaſione? Audiſtin quæ dicuntur de auctoritate Pontificis, de diuiſione Poteſtatum? Vtinam non incidiſſemus in hæc tempora, nec conſilia mala præualuiſſent: Reſpublica nunquam deficiet à Religione Catholica, & à communione ſanctæ Eccleſiæ Apoſtolicæ Romanæ: Sed nec vnquam patietur libertatem ſuam, vſuſq; ſuos, facultateſque Subditorum ſubuerti.

Stant ſimul, reſiſtere præcepto Pontificis iſt turbanti, & non deſerere communionem Eccleſiæ Romanæ, & Catholicam Religionem: Memineris exempli Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui anathemate iniuſto vulneratus à Ioanne Pontifice Octauo, non paruit.

Mortuus nihilominus miraculis claruit, & in numerum Sanctorum fuit relatus. Audi quæ nupertimo hoc proximo anno, docuerunt Patres illi Societatis *Ieſu*, ſcribentes librum typis datum, ad Henricum 4. Francorum Regem, in his verbis: *Si adeo iratum Numen haberemus, vt ad ſe Clementem accerſeret, & Bonifacios Octauos, Benedictos XIII. & Iulios Secundos induceret, quid ageremus? Nempe, breui dicam, quod in illo tempore probos & bonos Francos, quod moderatos, ac frugi Eccleſiaſticos, cum Rege Philippo Pulchro, cum Ludouico XII. accepimus feciſſe. Qui ius ſuum, ac Regni, cum mordicus tuerentur, contra dictos Pontifices infeſtos, nunquam propterea à Sancta Sede Apoſtolica deſciuerunt.*

Recognouerunt in ſpirituali *Dominatione Pontificem, officii Chriſtiani potiſſimas partes deſeruere nunquam, Chriſti vicarium Maieſtatem ſunt omni ſtudio, omni fide, omni obſequio proſequuti: de quo, ne dubitandi ſuboriri poſſet vlla ſuſpicio, fecit Philippi Pulchri Regis à Tilletio ſcripta, atque in poſteritatem tranſmiſſa, reſponſio.*

Iſtud idem exemplum, ac Conſilium Chriſtianiſſimorum Regum, ſequitur Reſpublica. Nec paruit, ſed reſiſtit Cenſuris inualidis. Nec ſe ſeparat ab Eccleſia Romana, nec officia potiſſima Chriſtiana vult in ſuo dominio prætermitti: de qua in fidem Catholicam, & Sedem Romanam perſeuerantia, ne ſuboriri poſſet vlla ſuſpitio, fecerunt Sereniſſimi Principis Veneti litteræ affixæ publice, ſicut & Philippi Regis reſponſio, vt ſupra. Malo ingenio audis iſta (Beatiſſime Pater) ſiſte gradum, tolle fulmina, quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nos, nil noui agimus, vtimur antiquo iure noſtro, *& qui iure ſuo vtitur, nemini iniuriam facit.* Res aliter agitur cum Principibus, manu, viribus, & Poteſtate ſupremis.

Dominos Venetos, alia via, vel in tuam trahe ſententiam, ſi potes; vel melius conſul-

conſultus, tu in eorum intres opinionem. Si pergas, noſti quod non obedieris, 1606.
Abyſſus Abyſſum inuocabit, detrahetur gloriæ Sedis tuæ, abſque Dominorum Venetorum culpa, qui iura publica, & ſubditorum tenentur cuſtodire, & tunc non in emendationem, ſed in deſtructionem perges, contra præcepta Patrum, & tuorum Prædeceſſorum.

Nam ad hoc inductæ ſunt Cenſuræ, *vt conſtruant, non vt deſtruant.* Quod ſi forte putaſti, vt iſtud poſſes euincere, non ſuccedet, quia res eſt cum prudente, potente, & benemerito Principe: Et tu Sedem, & ſubditos tuos, ſine fructu deplumabis. Sed interim, quæ de ſolatio populorum & totius Italiæ? In quo diſcrimine ſedem tuam conſtitues? Spumant ora Luporum, expectant vt hæc agantur, omnes hæreſes Italiam inuadent, deturbabitur ſanctiſſima Sedes, in caput tuum, Pater Sancte, tota faba cudetur.

Igitur, ne te Præſule, mala iſta eueniant, muta ſententiam, præcidenda eſt occaſio tam grauis incendij: habes in Sacris literis, *Quod non poſſumus ſuperare, tollerare debemus.* Retia Domini rumpenda non ſunt, nec deſerendus grex Domini.

Si ita egeris, habebis hanc Chriſtianitatis fortiſſimam Columnã obſequentiſſimam. Dominus tecum erit; Longitudine dierum replebit te; & oſtendet tibi ſalutare ſuum.

Ad Summum Pontificem.

Al. Li. Atq. Ve. I. V. D.

Admiratus valde ſum ſumme Pontifex, Legem à te latam, qua omnes, qui pro Veneta Republica ſcribunt, diris execrationibus proſequeris, ac deteſtaris. Hæc enim remoue quæſo, dum pauca humiliter, ac pie, perinde ac ſi Deum Optimum Maximum alloquerer, propono authoritatem, & rem ipſam tene: cum omnia circa diuina poſſis, vere non potes: Vris, cædis, lancinas, & viſcera dignitatis, decoris, libertatis Reipublicæ, ſæuiſſime, ne dicam crudeliſſime, & ingratiſſime differs, & ſilentium indicis? vocem comprimis? ora obſtruis? extrema minaris? Ne Dei Optimi Maximi opem implorare audeat, prohibes? Virginem decoram, pudibundam, honeſtiſſimis, ac modeſtiſſimis moribus præditam, non fuco illitam nec calamiſtris inuſtam, ſed viuo ſanguine & præclaro, ac ſplendidiſſimo pulchritudinis flore perfuſam, & mirifice nitentem, & ab incunabilis ad hæc vſque tempora caſte & liberali cuſtodia ſeptam, & conſeruatam, & admirandam in totius orbis veluti Theatro, tanquam impudentiſſimum, & turpiſſimum ſcortum exponis, producis & quam maximis potes vocibus & clamoribus, ac veluti maximarum tubarum clangoribus proclamas, & vocem vt contineat, iubes? non potes, Pater, non potes, fac velit, nec ipſa poteſt. Cum dolet acriter, lachrymæ excutiuntur, vox dolentis exprimitur, & erumpit naturæ vi cogente.

Cæde puerum, aut ſeruulum, clamabit, ſtatim vociferabitur; iube ſileat, non parebit, altius clamabit, & maximas contumelias, & turpiſſima ingeret iurgia. Naturæ ius, & vis, & lex eſt, vt quis quacumque ope poteſt, vim ſibi illatam re-

1606. pellere, & decus ſuum tueri conetur, & ſaltem dolere queat. Hinc tu tollere
ſeu immutare nunquam poteris. Altius tuo, nam [illegible] ſolium, & tu parere cogeris:
Hæc vero te docere poſſunt, hominem eſſe non DEVM. Si vera ſunt quæ dicuntur, quid doles? Corrige, abſtine, imitare veterum Romanorum Principum morem, & prudentiam, quin & Græcorum.

In libera Ciuitate, liberas eſſe linguas non vis? nec hoc potes Pater: nam etſi eas euelleres, ſpiritu ipſo & clamoribus libertatem, vita longe chariorem, libera hæc ingenia præ ſe ferrent, ac profiterentur, & nutibus oſtenderent, ac ſignificarent.

Non poſſunt enim ferre cum contumelia damnum. Non legis, aut Pontificis contemptus hic eſt: Maiorum mores, veterum inſtituta verentur Veneti, ne quid immutetur proſpiciunt, & ſummopere cauent. Si aliam in gerenda Republica, & in eius adminiſtratione, viam inire cogerentur, omnia ruitura exiſtimarent. Proinde initiis obſiſtendum cenſent. Nimis attente, ais, libertatis ſuæ habenas continent.

Quid tum? Sed quid pro Sepulchro CHRISTI egerunt, quid pro Leone nono, quid pro Nicolao ſecundo, quid pro Gelaſio ſecundo, quid pro Alexandro Tertio, quid denique pro Pio V. cogita. Humillime, Pater Sancte, te obteſtor, vt ad omnia oculos circumferas, ad ſalutem Italiæ imprimis, & totius Chriſtiani orbis, ad vetus Venetæ Reipublicæ, cum Apoſtolica Sede coniunctionis vinculum, ad labores, ad ſumptus, ad ſanguinem Ciuium Venetorum, pro Apoſtolica Sede effuſum, ad Barbarorum terrorem, ac vim, necnon & ad eorum gaudium & exultationem. Maximus es, & excelſus, maior eris, ſi pace & concordia, tibi nihil potius erit, aut antiquius.

Glorioſum erit ſupremo Principi, à quo pietatis exempla ſumuntur, ſi grauitati ac ſæueritati ſuæ, lenitatis & bonitatis ſimul ſuæ guttam aſperſerit. Iucundiora, lætiora, auſpicatiora omnia Principatus tui erunt. Quod enim holocauſtum maius, aut gratius diuinæ poteſt offerri Maieſtati & Bonitati, quam Pax, & obſequentiſſimæ Ciuitatis conſeruata libertas? Non enim Reſpublica nouarum rerum cupida, non aliena appetit; libertas tantum & mos maiorum, altiſſimo tanquam cuiuſdam neceſſitatis lex tradita, & ſibi impoſita, animo inſidet; ſi quicquam immutaretur, omnia funditus euerſum iri arbitrarentur. Cur igitur Pater iraſcatur? excandeſcat, & furias cum ardentibus tædis immittat? & ad furorem filiam impellat, vt vaſtitas Italiæ & ſtrages, & eluuies, ac rerum omnium perturbatio, ac confuſio conſequatur? Pacem igitur, Sancte Pater, cæteris omnibus omiſſis, benedictione tua conſtitue: quod ſi ſponte, & non rogatus feceris ſummæ virtutis, & veræ Chriſtianæ pietatis, & laudis, & gloriæ columen ac faſtigium, omnibus coronis, & triumphis excelſus, aſſecuturum & omnium denique virtutum numeros impleturum te exiſtima, & certo ſcias. Ne vero totus Venetus eſſe dicar, iam me profiteor Pontificium, atq; alteram paginam aduerſarijs concionibus liberam facio.

Sententia Baronii Cardinalis, ſuper excommunicatione Venetorum:

Duplex eſt, Beate Pater, miniſterium Petri *Paſcere & occidere*: Dixit enim ad eum

um Dominus: *Paſce oues meas*: audiuit è cœlo vocem, *occide & manduca*. Paſcere 1606.
oues eſt, curam gerere obſequentium fidelium Chriſtianorũ, manſuetudine, humilitate, ac pietate oues & agnos præ ſe ferentium. Cum vero, non cum ouibus, ſed refractariis & aduerſantibus agendum eſt, iubetur Petrus eos occidere; obſiſtere ſcilicet, pugnare & expugnare, ne tales ſint penitus. Sed quod huiuſmodi occiſio non eſſe debeat, niſi ex ſumma charitate, quod occidit præcipitur manducare; nempe per Chriſtianam charitatem, intra ſua viſcera recondere; in ſeipſum condere, vt ſimus vnum & idem in Chriſto: Quod dicebat Apoſtolus, *Cupio vos in viſceribus Ieſu Chriſti*: Sic igitur non eſt occiſio iſta, crudelitas, ſed pietas atque ſinceritas, cum ſic occidendo ſaluatur, quod eo modo viuendo vere periret. Eſt, vt Nicolaus I. docet, *Excommunicatio, nõ ad occidendum venenum, ſed ad ſanandum optatum medicamentum*. Sic & videmus Patrem amare vincula, quibus à Medico filius ligatur phrænitide laborans, ſperantem poſſe curari. Perge igitur, Sancte Pater, quod cœpiſti, in quo te nemo redarguere poteſt nimiæ feſtinationis, quod dicat Paulus ad Chriſtianos fratres ſcribens, *Eccleſiam in promptu habere vlciſci omnem inobedientiam*: in promptu hoc illi faciendum præcepit. Tua vero Sanctitas, in his diutius eſt immorata, ſcribens, dilationemque iterans in hunc vſque diem.

Ego, vt ingenue fatear, exulto ſpiritu, dicam cum Apoſtolo, ſuperabundo gaudio: videor videre, in Sede Petri Gregorium, ſiue Alexandrum, has ſcilicet præcipuas radices collapſæ penitus Eccleſiæ libertatis, ambos ex Senenſi Metropoli, (vnde V. S. originem ducit) vocatos ad Cathedram Petri, quorum alter expugnauit Henricum peruerſiſſimum Imperatorem, alter vero, mira conſtantia reſiſtens, Fredericum penitus ſuperauit. Idem tibi certamen ineundum, modo ruinæ hæ in manu tua. Dicam cum Eſaia: *Erige collapſam, proſtratam Eccleſiaſticam libertatem, certa paratam victoriam*. Etenim nobiſcum DEVS, Verbum CHRISTI eſt Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Poſitus es in Eccleſia ſucceſſor Petri, in promiſſione ipſi facta, præueniunt & firmentur de petra. Et quod Hieremiæ, tibi dictum eſt, *Poſui te in columnam ferream, & murum æneum*. Memor eſto te in Eccleſia poſitum eſſe in petram, in quam omnes qui offendunt, confringentur. Tu vero permanebis illæſus, coniunctus Chriſto, qui pro te pugnabit & vincet.

Sententia Cardinalis Columnæ.

Obſiſtere parentibus impium. Eam vero matrem oppugnare, cuius Clementia in vna ſuorum filiorum curanda ſalute, defigitur, plane deteſtabile: eoque magis, quo pluribus nominibus in eam maiorum obſequium declaratur. Satis cuique notum, quantum in ætatem hanc, Romana Sedes Reipublicæ Venetæ commodi fuerit ſtudioſa, quantum illa ſe pariter erga illam Sedem, obſequentem, gratamque præbuerit: illam nunc ab huius religionis obſeruantia, noſtra tempeſtate deficere, & contra libertatem Eccleſiaſticam iniquas ferre leges, nemini ferendum.

Remedio eſt opus Sanctitate B. V. diuturnum conceſſum ad reſipiſcendum tempus. Decreta Patrum, Conciliorum Canones, illis declarati, Euangeliumque

1606. docuit obſeruandum : ne maiorum ſuorum religionis Reſp. Veneta oblita, firmius in ſuo errore perſiſtat, flagellis corripienda potius, quam lenitate inuitanda: forſan qui tantæ Benignitatis indulgentia obduruere, pœnæ ſeueritate miteſcent, & qui nunc nihil timere videntur incommodi, deſtituti paterno præſidio, iuribus *Eccleſiaſticis excitati, reſipiſcent* : Pro Venetis aduerſus pontificias imprecationes ſcripſere Anthonius Quirinius Senator Venetus, Frater Paulus ordinis ſeruorum Monachus, Ioannes Marſilius, omnes vernacule & populari lingua.

Pontificiis vero quotquot ſunt eruditi ſacerdotes, præcones vindiceſque fuere, inter quos antesignani Belarminus, Baronius, & Columna Cardinales; ex Gallis non plures quam duo, quod ſciam *Francophilus* vnus, alter anonymus edito opuſculo titulo *Conſultationis*, certauitque Reipublica Veneta (quod illi peculiare eſt) torquibus aureis, aliiſque opimis muneribus, tum gentilitios tum exteros ſcriptores demereri, amarulentis illis ſcriptionibus, non aliter quam flamma infuſo oleo fit acrior: viciſſim odia exaſperantur & deſæuiunt, vndique miles legitur, fremit armis Italia, vicini Heluetii Pontifici, alii & Rhæti fœderati Venetis operas locant, in partes ſuas vtrique ad ſociale bellum Principes pertrahere, legationibus nituntur, res ad internecionem progreſſura videbatur, vtroq; hoſte opibus, ferro, amicitiis, clientelisq; potenti, pertinaciq; ac neſcio ubi nunccam cedere. Rex Chriſtianiſſ. alieniſſimus ab eorum improbitate, qui belli fomitem flatu diſcordiæ alunt, animis æſtuantibus moderationem adhibet, cunctatione iras frangit, receptui vt canant, ſuadet, atque ita mora leteſcere cogit, vt incendium illud, quo ne tota Italia arderet, timebatur, in fumum & cinerem abierit. Cardinalis à Ioieuſa, ſedandi motus primarius & irrequietus arbiter, ire, redire, monere, vrgere pacem, non prius deſtitit, quam exorauerit, totius Europæ incredibili lætitia, cui ex bello Italico tantum mali imminebat, quantum rei Chriſtianæ hoſtibus incrementi.

Rex Chriſtianiſſ. ſedãdis animis medium ſe præbet.

At ſinamus tantiſper Italiam commoueri, arma expediri, bellum adornari maiori metu, quam damno. Lingua enim magis quam manu, ſtilo potius quam ferro pugnatum eſt. Delibauimus ſupra, ab eo tempore quo Bironiana coniuratio detecta fuit, Mareſcalum Turrenium maleuolorum inuidia & liuore nonnihil aſpertum, ſibi aula abſtinendum decreuiſſe, è Gallia in Germaniam, mox Sedanum ſuæ dynaſtiæ primarium oppidum profugiſſe, illo ſe continebat, atq; ad regiam obſidionem arduis molitionib. ſe parabat: fuit qui velut Ilium, non niſi poſt decennium expugnandum iactarent, tãtæ molis eſſe Sedanum, vt tota Gallia expugnando inferior eſſet.

Rex tamen qui res bellicas vulgi & imperitorum arbitrio non agit non molitur ve mendaces reos faciat nihilq; concordis Galliæ virib. inelũctabile, dũ martio Bruma miteſcit, nõ regionatim militem, annonam foſſoreſq; imperat, ſed ſatellitii ſui cohortibus equitum leuioris armaturæ cataphractiſque aliquot ſignis & comitatu aulico ſeptus atque ipſa Auguſta Sedanum obſeſſurus proficiſcitur. A ô amor imperia audite Diui Pauli ſacrum dogma. *Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubiecta ſit* : Vix Sedani fines prodromi attigerant, cum Oppidanorum

Digitized by Google

1606.

Rex ad Sedani obſidionem proficiſcitur.

danorum audacia, minæ, molitiones, & in decennium iurata peruicacia concidunt, Turrenius, qua ſumma eſt cautione & prudentia, quo nemo melius, Regis ingenium & robur nouit, caſtris iam metandis obuiam eundum, ac obſequio & deprecatione, ſummum exitium ſibi præuertendum ſecutum putauit, dum Tribuni militum metandis caſtris dant operam, ſtatiua deſignant ad cingendũ oppidum, opportuna loca aditusque ſpeculantur, Rex Doncherio oppidulo ad Moſam, non longiùs à Sedano, quam ſeſquihoræ equeſtri itinere ſubſidebat, cum ecce, de pace, colloquutor Netancurius Regem adit, deprecatur, Turrenii intimum obſequium pollicetur, ac tandem ad æquas conditiones impellit, quibus viciſſim admiſſis, à bello incruente, ſine ictu arietis diſceſſum eſt. à Villaregio primicerio quatuor amanuenſium, & Dinteuillæo Campaniæ præfecto, in hunc modum ſancitæ ſunt: Vt Turrenius, in poſterum cum regis regnique hoſtibus, omni fœderi renunciaret, vt Arcem Sedanenſem, ſequeſtro cuſtodiendam, ſuo tamen milite & ſumptu in quadriennium permitteret, quo peracto, ille liberam & ſuo nutu, vt prius regendam reciperet. Quod ſi rebus nouis Turrenius ſtuderet, auferendi dominii, inque alium transferendi ius penes regem eſſet, vbi de pactis viciſſim habita fides, placuit vt Turrenius, diluculo Regem & Auguſtam adhuc decumbentes ſalutaret, quod opportune præſtitit, cui Rex ſereniter arridens, profitetur tam arduam profectionem, non deſiderio Sedani expugnandi adornaſſe, ſed potius Turrenii reuocandi ad gratiam, obſequium & ſummas præfecturas, quibus à puero veteranum commilitonem, poſthabitis plurimis inſigniuerat, tantum recreari tranquillo illo exitu, quantum ſi marte fuiſſet decernendum, doluiſſet: hæc vbi dicta dedit, eo ipſo die, Rex cum Auguſta, Sedanum ingreditur, plauſu, ouationibus, ignibus Compitalibus, tormentorum bombis, publica lætitia ſignificatur, Arx Netancurio, ſequeſtra cuſtodia, vice depoſiti ex pactis concreditur, hocque fulgetro belli non anxie ſedato, militum ſoluti ordines, atque Aula citius omnium expectatione Lutetiam reuertitur.

Turrenius cum Rege in gratiam redit.

Verba Regis ad Turrenium.

Henr. Garnetus Ieſuita ob ſulphuream conſpirationem ad ſupplicium rapitur.

Venit in ſuſpicionem ſulphureæ & Anglicanæ coniurationis quam ſupra excogitauimus, neſcio an odio eius quam profeſſus erat Ignatianæ ſocietatis præſbyter Henri. Garnetus è latebra erutus, ille ad ſupplicium depoſcitur, reus peragitur, quod cruenta mente, ſicca manu proditorum conſilium perſenſiſſet: nam ſedatus homo ſulphureis illis artib. non ſe admiſcuerat, ille autem falſo delatus longe à ſe crimen dimouet, obteſtatus palam nihil reſciuiſſe inſidiarum. Cæteſ tam in arcanis conſcientiæ detexiſſe quidquam, ſibi in animo eſſe, quod religionem iuuaret, ſed nihil prorſus de nece regia ſibi ab illo fuiſſe enunciatum, cætera fide ſacerdotii & ſigillo confeſſionis ſibi perenniter eſſe reticenda; nihilominus homo prudens & cordatus, ad furcam deducitur interritus, quinimo exporrecta fronte, & multo lætiori quam in carcere fuiſſet, obteſtatur plurimum gaudere, quod die ſacra inuentæ Cruci (3. enim Maii qua eius memoria recolitur Garnetus paſſus eſt) ipſe crucem inueniſſet, quæ illi ad immortalitatem aditum reſeraret, omneſque cruces ærumnaſque ſæculi finiret, percupere, vt pro omnibus Catholicis pœnas vnus daret, & ſua morte in

poſte-

1606. poſterum quietem illis impetraret. De imperio, bellicis virtutibus, cruenta & proditoria nece Demetrii Ioannidæ Moſcorum Magni Ducis, Germanici ſcriptores multa ſcripſere, quæ cum mihi ignota & figmentis propiora, quam vera ſint, alieni mendacii ex parum fido relatu pœnas luere nolui.

Renatus Choppinus, obitu ſæuo inter ſectorum manus, dum eruere ingenitum lapidem conantur, Senatum omneſque litteratos mœrore compleuit, ille inter fori ſymphlegadas, fax fuit ad rectam ſemitam veri, & multiiugæ eruditionis, ex illo fonte vberrimo haurire abdita & meliora priſci æui, vetuſtatis amantes ſolebant, homo totus in chartis, diurna nocturnaque manu rudera ſæculorum, gentium rerumque omnium excutiebat, vnde gemmas erueret, quibus opera ſua vbique ſcintillant, ſolitus ille medullam ſcrutari potius, quam inauratum corticem, nec enim vt qui ad ſimilitudinem parietum extrinſecus culti

Opera varia Choppini.

ſunt, florem dicendi ita ſecutus eſt, vt intimum fructum decerpere; at quid calamo intactum reliquit? iura fiſci & coronæ Franciçæ non paucis membranis complexus eſt, operi titulum fecit *de Domanio*, ſuorum municipum conſuetudinem commentario illuſtrauit, Lutetianam longe ampliori & fœcundiori pagina quam Molinæus, iamque ſerior, ad ea quæ ad pietatem propius accedunt fori ſtudia, ſe accingit, nempe ad iuris Pontificii, ſacerdotiorumq; lites explicandas, quæ vt ancipites ſunt & flexuoſæ, paucos habent noſtro æuo, qui nodum Gordiacum quibus innexę ſunt, diſſoluant, Choppinus filum Ariadnæ texuit, cuius ſequaces ex antro alioquin irremeabili, impliciti ſe eruant, atque opus nuncupauit *ſacram Politiam*; tandem nouiſſimus illi labor *Monaſticōn*, pium opus varium, teſſulatum, quo veterem monaſticem collapſam dolet, noſtri æui ſolutam & elumbatam caſtigat, quomodo reſarcienda ſit docet, vix vllus ordo, & cœnobiũ quorum elogia, diplomata, immunitates, non recenſeat, ita vt ſua primordia, origines conditores, largitores, cognitos vni Choppino debeant: congregatio Benedictinorum ſanctæ Iuſtinæ Paduenſis, (cui aſcripta ſunt quinq; cœnobia huius regni, quæ vulgo nuncupantur de caza Benedicti) indictione generalis capituli, Choppinum vt tutelarem præconem ſuum, ſuis liturgiis, ſacrificiis, indulgentiiſque conceſſis participauit: Henri. III mille aureis ſolaribus, opus de Domanio offerentem proſecutus eſt, Deus cœlorum æternitate, Orbis totus perennitate nominis & famæ beauit, ille enim exegit monumentum ære perennius, ego veterano meo veteris cultus & obſeruantię pignus, non ſiccis genis has notas ad huius tumulum flens adhuc & pullatus exaraui quas ad teſtimonium meæ erga illum obſeruantiæ adiiciendas putaui.

De Domanio in conſuetud. Andeg. & Pariſienſ.

Sacra politia.

Monaſticōn.

Choppini ſumma ſalicitas.

Lugete quotquot Togati eſtis Ordines, vos dignitatum Apices ſupremi, purpurati patres qui ius dicitis: Vos qui ius docetis & explicatis, ad purpuram ſi voltis educati & expectati: Lugete, Pan magnus Oraculorũ forenſium occidit, *Choppinus* ille, ſcrinium legum, canonum ſacrarium, lux iuris Gallici, fax municipiis, ad ſuarum conſuetudinum Symphlegadas; Praxis beneficiariæ ex meliore ſeculo reliquiæ, & vnum pectus; Orator cauſarum pius, verus, elegans, mirabilis, operum immortalium ſcriptor perdius & pernox, qui, quod niſi fato functis contingit, in foro ſe dubiarum quæſtionum certum interpretem, & arbitrum viuus vidit, fa-

Ad Renati Choppini Patroni clariſſimi cineres, lachrumæ.

dit, famæ æternitatem anteueniens. Iacet ille *Choppinus* (fallor vſu ſepulchralis verbi) non iacet, qui viuus per ora litteratorum volat: Heu mortalium ſors deterior, quam ſtirpium & graminum, illa cæſa è ſurculis renaſcuntur, ac noua propagine ſenium reparant, homines autem humanitus ſublati, æternum abeunt, vnde, nulli redeunt, puluis & vmbra, vltio magni faſtus: At *Choppinus*, poſtquam viuere deſiit, ſecum artis beneficiariæ peritiam abſtulit, condiditq; ſepulchro, ni tu *Buteleri*, cum paucis commilitonibus, rediuiuam ſaluamq; facias: ſed parcius temetipſo vtere, ſerua te, explicandis, ſecandis ſanandiſq; litibus, vt morbis peritos medicos longæuos eſſe, publicæ ſalutis intereſt. At quiſquis ad Togæ decus anhelat, non aliud ſpeculū typumve, ſibi proponat, hoc noſtra ſcit Ætas, ſciet poſteritas, dum leges & iura eruūt. 1607.

ALIVD.

Cæſarei iuris diffuſa ſcientia in omnes,
Prætoris qui Edicta, itidem Conſulta Senatus,
Et plebis qui ſcita ſciens, enarret acute.
Inuenias multos, & tota Lutetia in hoc eſt:
Ataus Pontificum, Decretaque, & addita nuper
Decretis, Techna & quidquid Romana forenſis
Curia habet varia & Rota quæ vertigine lites
Voluit Siſypheo rurſuſque labore reuoluit,
Inque ſacerdotis quæ Regia iura, potens ſit
Quæ conferre, velut Rex myſticus vnctus & Aris,
Ad quæduntaxat, quos nominat ille patronus
Principi Apoſtolicæ ſedi, quæ iura ſupremus
Indulſit ſociis fulgente rubentibus Oſtro,
Felſinea & Paulus quæ indulſit tertius vrbe
Patribus, exercet quæ iura vicarius illis,
Cætera quæque fori non Sphinx ænigmata ſoluat,
Talia qui faciat vulgata, velo re loquatur,
Exaret aut calamo, nunc rarior, alta videntur
Iſta etenim, paucorum animis arcana recondi:
Antiſtes doctrinæ huius, Coryphæus & Artis,
Buteleri, *vos Conſilii qui Oracula magni,*
Quos ſua fama ſatis notos facit, indice nullo
Nominis, hæc arcana diu ſeruate, nepotes
Vtque ſciant, tacitis ne condite auariter illa
Pectoribus, Choppini *inſtar ſed ſpargite in Orbem,*
Immortali operum charta, calamoque perenni.

ALIVD.

Ter magnus Choppinus *erat, tria dona Palati*
Egit, in officiis conſenuitque tribus,

Digitized by Google

1606.

Eloquio ille ſuos iuuit calamoque clientes,
Eloquio, Argiui quale Periclis erat,
Hoſtis & Antoni, fuit hoſtis quale Philippi,
Roma & Cecropidæ quod ſtupuere viri.
Inducias linguæ & calamo, ſed ſerior ætas
Fecit vbi, Neſtor conſilio alter erat,
Reſpondet, veluti de iure Quiritibus olim
Scæuola, & Aſtrea Papinianus honos.
Poſcere vt à Delphis Oracula, ſueuerat error
Ethnicus, ad Phœbi fatidici antra frequens,
Ad Choppini ædes ſic litigioſa ruebat
Turba, laboranti dum ſibi poſcit opem:
Vt quanto magis hauritur, fit purior vnda
Et vena exundans vberiore fluit.
Sic nihil imminuit Choppino, aſt verius addit,
Dum bibit ex huius Dogmata fonte cliens,
Quos Arar & Ligeris, quos alluit vnda Garumna,
Agmine ſeu facto conſuluere virum,
Vitro incluſa fluens, horas numerabat arena,
Pulſus ab vrgenti ſæpe cliente cliens,
Non audita prius, melioribus abdita libris,
Quæque ſinu in priſco clauſit auara dies,
Eruta promebat quæ litibus apta, nocerent
Quæ contra, in ſimili iudicia acta modo:
Cauſæ fata cliens, præſago ex ore ſciebat,
An foret hic victor, victus an ille foret.
Otia quæ potuit furari à litibus, illa
Non dedit hic nugis, non dedit illa pilæ.
Non ebori trino, Regumque icone notatis
Chartis, conteritur tempus inane quibus,
Sed lucrum faciens ſibi tempus, auariter inſtat
Libris, & veras quærit anhelus opes,
Dum tamen hic nimius ſtudio incubat, interit, & cui
Dant vitam æternam, fata dedere libri.

ALIVD.

Cauſidicis indicta triplex eſt functio, dicunt,
Scribunt, reſpondent de iure, aſt addita quarta
Choppino, tribus his, opera immortalia ſcripſit.
Sacra ſacerdotum, ruralia iura colonos,
Andes & patrios gentilia iura ſimulque,
Sequanicis docuit, Fiſcique & iura Coronæ
Maius opus ſcabro liuore & dente maligno,
Quodq; Typi toties ad feruida prela repoſcunt.

Digitized by Google

1606.

Nundina & hinc vicibus redeunt quæ ſæpius anni
Ad Mœnum, non parua iſtis commercia libris
Exercent, Ty'eris potorque binominis Iſtri,
Viſtula & algentis quique vltimus accola Thyles,
Choppini *æternos mirantur emuntque labores.*
Si patriam quæris, cunabula vindicat Andes,
Septem vrbes Graia veluti cunabula Homeri,
Mantua Virgilii, & qui viculus adiacet Andes
Pulcher Olorifero qua Mincius amne ſuperbit:
Nec tantum Bacchi Cereriſque, nec vbere frugum
Cunctarum fœtu, ſed fertilis Andia magnis
Ingeniis, quæ educta ſinu & tranſmiſſa palati
Ad ſtudia ingentis, clareſcunt luce forenſi.
Teſtis erit viridi Botreus *ademptus in æuo,*
Spirans alta ſonans quo Tullius ore Pericles
Fulmine quo, veteres olim impellebat Athenas:
Ergo atrata tuo propera nunc funus alumno,
Andia, non poſt hac ſimilem genitura Patronum,
Non etenim tanti communia ſemina fœtus,
Amplius hoc ce luto, nec figit pectora Titan.

Diræ in ſectores ad calculi morbum.

Ah! male ſit vobis, audax ô Turba ſecandi,
Vrinæ obductos qui ferro aperire meatus
Qui lumbos artuſque, vno haud mucrone ſoletis
Rimari, ingenitos ſcopulos natiuaque ſaxa,
Qui cæci dubio per vulnera quæritis auſu,
Quam male Choppinus *veſtra tractatus ab arte?*
Ferrum inter, ſæuaſque manus, & dira cruenti
Tela miniſterii, fato meliore necatur
Dignus, tranquilla qui vita & mitibus annis
Vixerat innocuo morum candore verendus.
At nihil ille truci perterritus arte, ſecandum
Scæuola vti flammis dextram, ſe præbuit vltro.
Sed nihil immitis iuuat illum ſectio, vita
Per ſtillicidium vrinæ pugnacis adempta eſt.

Sed me recentem à funere Choppini, rurſus ad feralia vocat Belgium, dum enim hæc barbarus ſcribo, audio cecidiſſe ſæculi noſtri Varronē Lipſium, addere laudibus inſanientis ſit, vt qui Soli radios Oceano fluctus adiicere voluerit, vt ille fluminibus non intumeſcit, ſic nec iſte alienis præconiis, tam excelſo loco fama collocata, vt liuor qui degener & ſemper pronus humi ſerpit, quo eſt obliquo obtutu apicem illum ſuſpicere & contueri non poſſit, Ioſeph. Scaliger, alterum lumen litterarum, ſociuſq; glorioſi laboris, palæſtritam ſummū immortali carmine defleuit; Aubertus Miræus Canoni. Antuerp. Myrrhinis odoribus mor-

Digitized by Google

1606. tuum condiuit, imo rediuiuum fecit, opuſculo omnib. ſuauiis deoſculando, qui Lipſii vitam, à puero ad deliquium, puro & puto ſtilo concinnauit, ego vero myrtino ſuffitu illo condire hanc pagellam, & plumbo meo aliquos inde ſelectas gemmas intexere pium & aptum putaui: *Morienti Lipſio præter domeſticos adfuere tres e ſocietate Ieſu ſacerdotes, & vnus è ſodalibus Franciſcanis, oculoſque amici clauſit. Nicolaus Ondardus Canonicus & Officialis Mechlinienſis, mediocri pompa, vt qua erat modeſtia ſuſſerat, elatus eſt pridie paſcatis, 8. Kal. Aprilis, hora poſt meridiem quarta, humeris vniuerſa vt ſic dicam Academia, certantibus inter ſe ſtudioſis, vt extremum illud præceptori optimo, pietatis officium impenderent, elatus eſt autem cœlo admodum pluuio, vt id ipſum in lachrimas ſolui videretur, inſequuti biduo poſt venti ab hominum memoria vehementiſsimi, & quales nunquam flauerant, viuo Lipſio, ventoſæ ambitionis ac vanitatis domitore, conditus iacet, vt tabulis mandarat, in æde ſacra Franciſcanorum ſodalium, ante Virginis Deiparæ aram, ad quam preces quotidie fundere ſolitus erat voluit, nimirum & à funere, iſtud ſui in Virginem cultus, ſempiternum apud poſteros extare monumentum, inſcriptionem vero philoſophicam, tumulo appendendam paucis ipſe verſibus, biennio antea complexus fuerat.*

Ex vita Lipſi Aubo. Miræi aliquot pagella.

Quis hic ſepultus, quæris? ipſe edixeram.
Nuper locutus, & ſtylo & lingua fui;
Nunc altero licebit, ego ſum Lipſius,
Cui littera dant nomen, & tuus fauor:
Sed nomen, ipſe abiui: abibit hoc quoque:
Et nihil hic orbis, quod perennet, poſsidet.
Vis altiore voce, me tecum loqui?
Humana cuncta *fumus, vmbra, vanitas,*
Et ſcenæ imago & verbo vt abſoluam, Nihil.
Extremum hoc te alloquor:
Aeternum vt gaudeam, tu apprecare.
I. Lipſius *vixit annos* LVIII. *menſes* V.
Obiit anno Chriſtiano CIƆ. IƆCVI. X *Kal. April.*

Marmoreum tumulum vna cum ſtatua, ære ſuo vidua excitauit: Senatus vero Populuſq; Antuerpienſis, virum de vrbe ac ciuibus optime meritum, qui que peculiari quodam adfectu, & illam præ cæteris Belgicæ dilexit, & cum pleriſque iſtorum, ſingulari familiaritate coniunctus fuit, ſarcophago itidem marmoreo complecti voluit; hac epigraphe addita:

IVSTI LIPSI
QVOD CLAVDI POTVIT.
HIC IACET.
S.P.Q. ANTVERP.
INCLVTI VIRI
FAMÆ ORBI NOTÆ
VIRTVTI CÆLO RECEPTÆ
H. M. P.

Cæterum iuſta Iuſto perſoluta ſunt III. Kal. Aprilis; in primaria vrbis baſilica, D.

Petro

1606.

Petro Apoſtolici cœtus principi ſacra. D. functum pro funere laudauit Gerardus Corſelius Anteceſſor clariſsimus, quem ſecuti alii poſtea amici, variis clariſsima memoria virum epicediis, laudationibus, epitaphiiſque editis certatim ſunt proſecuti. Vt auo ſuo Titus ſic noſtro Lipſius vere delicium generis humani fuit.

Hunc namque Pontifices, Reges, Principes coluerunt: hunc Itali Hiſpani, Galli, Germani, Britanni Pannonii? ipſi denique Daci ac Sarmatæ venerati ſunt: huius denique amicitiam eruditi omnium gentium, omnium ordinum homines expetiuerunt, atque ambierunt. Teſtes ſunt Epiſtolarum editarum Centuriæ decem, teſtes ſexcentæ virorum doctrina illuſtrium ad ipſum Epiſtolæ, ex quibus Centurias duas à Vvouerio ſeligendas auide expectamus Itaque bonos & eruditos amauit, laudauit, & de iis magnifice ſemper, cum publice tum priuatim, diſſeruit: adeo quidem benigne ac candide, vt nimia in alienas laudes facilitas à quibuſdam notaretur. Viciſſim ipſe, ab aduerſariarum etiam religione partium ſtudioſis, amatus, laudatus fuit, vix ab vno alteroue nugatore aut ſycophanta (quem malignitas ſiue cæcitas abripuit) calumnioſe traductus.

In Diſputatione Notarum Cod. Mirand. ad Tacitum.

Atque ex iis ipſis ſcio, Domannum poſtea, Antuerpiæ cum eſſet, pœnitentiam apud Vvouerium ſponte ſua profeſſum. Sed & Tomſonus, quanquam à Scoticis Miniſtris, (quos ſulphureo eſſe ingenio Iacobus VI. Britaniæ Rex dictitare ſolet) aductus (cum forte Lugdunum Batauorum ad ſe venientem hominem pro acerbitate, quam in ſuo ſcilicet Vindice veritatis profitetur, Ioſephus Scaliger caſtigaſſet) non negauit, ſe oblitum humanitatis, ſeque impetu ſcribendi abreptum, ab hac violentia calamum temperare non potuiſſe. Sic & ab aliis vel inuitis Tempus ac veritas meliorem mentem exprimnent. Carmini funereo quod Cygnea voce moriens Lipſius ſibi cecinit, attexere hoc inconditum magis ad officium quam ad elegantiam volui.

Scaliger epiſt. ad Fr. Svvertium 12 Maij 1606. data.

Belgica Bellonæ lachrimabilis area tellus,
Belgica ciuili non tantum attrita duello,
Nec tot funeribus vexata, viramq; decumque,
Vrbibus æquatiſq; ſolo, & raro auſpice Martis
Alea: & Oſtendæ exili pugnacis arena,
Cladibus & variis, quas intulit acer Iberi
Ille ſolo, ille ſalo, fœlix Mauricius vltor,
Quantum morte tua iuſtiſsime Iuſte: parentat.
Non tibi ſola parens tua Belgica, at axis vterq;
Qui coquit ardentem Lybiam, ſuppoſtaq; Cancro
Littora, qui allegentes ſub ſæuo Aquilone Gelonos
Vrit perpetuis cælo indignante pruinis:
Pindi innuptæ cohors daphnea fronde virentes,
Quæ iuga Parnaſsi, Eurotæque fluenta tenetis,
Humentes laniate genas, laniate capillum,
Inque ſepulchrales laurum mutate cupreſſos,
Areſcat nunc Caſtalius quique Entheus humor,
In lachrymas ſe ſe ille latex toto amne reſoluat,
Cinthius & citharam, compactaq; dentibus Indis

1606.

Plectra dolore ferox abrumpat, mentis inopſque
Exululet, veluti cum Mænades Orgia ſæua
Exercent, tollit qua vitifer alta Citheron
Culmina, & Ægei qua littoris Inſula Naxos
Frondea pampineo nemore, atque rubentibus vuis:
Flet Tacitus, Seneca, authores melioris & æui,
Reſtituit priſco Lipſi quos cura nitori,
Quorum ſolerti fragmenta retexuit arte,
Hippoliti, at laceros artus Latonia virgo;
Phœbus, Muſa, Charis, Latiumque & Achaia ademptum
Lugent, amiſſo quod par ſit nemo futurus,
Noſtra nec æqualem, nec ſæcla datura nepotum,
Amplius hocce luto, nec figit pectora Titan,
Parcite at inculto violati carmine manes,
Verſibus hiſce malis, nec oportuit oſſa grauari,
Magnus at exilis non deſpicit ille Rodolphi
Iuſtus iuſta, licet cineri non æqua verendo.

In Gallia & Belgio, neſcio an in remotioribus prouinciis, peruigiliis feriiſque Paſchalibus, tanta vis ventorum & turbinum bacchata eſt, vt ædium disiecta culmina, non paucos Lutetiæ lethaliter attriuerint, ita vt vix tuto per compita iretur: Ruri autem annoſæ arbores, alto ſolo turbinibus auulſæ: ſed, quamquam hominum, tectorum, ſyluarumque ingens edita ſit ſtrages, mitius tamen actum ſolo, quam ſalo, quo ob impotentiam procellarum crebra naufragia contigere: Menſe maio, cum Sequana repentinis imbribus intumuiſſet, Rex cum Auguſta, dum à fano Germani reuertitur, Rheda admiſſa in cimbam onerariam cum applicuiſſet ripæ, deſultu equorum repulſa, in profundum rheda delabitur, aulici ad ſummum diſcrimen depellendum vltro ruunt, celerius fœliciuſque omnibus Caſtenerius, eques nobiliſſimus, qui qua potuit Auguſtam fluctibus eripit, atque in littus exportat, liberatorem ſuum inſigni gemmarum aurique cælatura donauit: Æſtas autem ſolito nimboſior, ſatis & vitibus plurimum nocuit, Gallia enim quæ Borealior, inque imbres ſolutior, torridos ſoles exigit quamuis in Belgio, iugibus pluuiis grauius multo laboratum ſit, ita vt non niſi prouecto Iulio, Spinola alter Parmenſis, ad præliandum & obſidendum copias eduxerit, ſero quidem ſed ſatis opportune, nec enim Bataui minus in ſicco, ille vero Lochum oppidum, ad coercendas Hollandicorum infeſtationes, otioſe expugnauit, hinc Grollam progreſſus, corona cingit vallo & foſſa aduerſus Mauricianos caſtra præmunit, his ſepimentis tutus, omnibus machinis concutit, ſubterraneis effoſſionibus ad vallum vſque prorepit peditum viginti cohortes, ad præſidium relictæ Spinolam fortiter excipiunt, propulſant, ac poſtico egreſſæ in caſtris adoriuntur, non ſine damno, ille cautius præcluſo omni tramire in arctum cogit, auxilii omnem ſpem præripit, ac tandem decumano impetu inuadere minatur, oppidani cum præſidiariis, Mauricii ſeri auxiliatoris morã non ferentes, xix. Sextiis, non iniquis pactis Spinolæ ſe permittunt, ille in celeritate ſummum lucrum

Summa vis ventorum Lutetia.

Auguſta ſummum diſcrimen.

Caſtenerius Reginam fluctibus eripit.

Spinolæ præclara facinora.

Grolla dedita.

ratus,

ratus, qui iuxta parœmiam dum incaleſcit ferrum tundendum putaret, ne blandiens fortuna ſi neglecta, vultum mutaret, è veſtigio caſtra ad Rimbergam promouet, illam ad oſtium Rheni (nos ſupra à Mauritio expugnatam, omnibuſque bellicis artibus munimentiſque inſtructam diximus) atque ad illius tutius præſidium, in aduerſo Rheni littore ac inſula, Mauricius propugnaculum conſtruxerat, Spinola ne caſtris haberet vicinum hoſtem, expugnat, ac Batauos ab inſula longe depellit, vnde libera ſuis pabulatio, hoc potiſſimum menſe, quo gramina falce ſecari ſolent, præſidiarii non ſolum intus egregie ſe tuentur, ſed eruptionibus non infœliciter tentatis, Spinolam in horas infeſtabant. 1606.

Mauricius, qui non longe caſtra habebat, fiducia auxilii propugnantibus animos adiiciebat, ſed quaſi ætate ipſa Martem improſperum haberet: ad ſuppetias tam diuturnus morator fuit, vt obſeſſi non ferentes vim machinarum, & cunicularias ſuffoſſiones, cum Hiſpano-belgæ pene in vrbe pedem haberent, primũ de Rimberga dedenda Agrippinenſi Epiſcopo, colloquiũ fecerint, quod cum Spinola auerſaretur, vt qui altero venari feram nollet, vi ingraueſcente, inclinantibuſq; oppidanis Rimberga deditur. *Spinola Rimbergam recipit.*

Terralius qui ad Albertum defecerat, vir manu audax, vrbiumq; expugnandarum peritus, Scluſas inuadendas conſtituit, cum per exploratores audiiſſet, portam quæ ad ortum ſpectat, indiligentius cuſtodiri, murumque ea parte, ita humilem & deiectum, vt facile aſcendi deſcendiq; poſſet, Terralius, vndique ad inuadendum ſpargit militem, vt dum oppidani, nõ vno loco exagitantur, ipſam tormento cubitali portam commodius effringeret, nec conatibus proſpera fortuna defuit; ipſa deiecta, ducibuſque ſublicus pontibus, ſed ignaui commilitones, vltra progreſſuro defuere, viget tamen, per ſilentium noctis morantes aditumque facit per pontem, oppidani ſomno diſcuſſo proſiliunt, inque Hiſpano-belgas impetum faciunt, qui degeneres, loco & porta vrbe turpiter diſcedunt, quod quibuſdam non impune fuit, de quibus Bruxellæ publice ſumptum ſupplicium 19. Iunii, vt in poſterum reliqui cordatiores eſſe diſcant.

Menſe Iulio, Princeps Contius, ſecundas nuptias fecit, cum Catharina Lotharingia, Guiſiani Ducis & Catharinæ Cliuenſis filia, Borboniorum Lotharingorumque beneuola conſpiratione, animorumque conſenſu, nec vana fide in poſterum vtramque domum, reiecta omni ſimultate coniunctiorem fore nec enim arctiori vinculo, magnatum familiæ colligantur, quam coniugiis & quæ ex his naſcitur promiſcua prole.

Hoc anno Byſantinus Impera. ſuorum defectione & domeſticis ſeditionibus vt plurimum laborauit, præſertim Baſciæ Alepienſis, cuius coercendæ libidini opprimendiſq; conatibus, mature occurrendum putauit, atque ad compeſcendum Baſciam Tripolitanqm & Damaſcenum, ſociis viribus concitauit: illi vero vt naſcentem Tyrannidem opprimerent, cum acie ſexaginta millium equitum, peditumq; rectà Alepum progrediuntur.

Alepienſis vero de eorum progreſſu factus certior, maturo occurſu eorum obſidionem anteuertit, atque impari exercitu cum eis congreſſus, tam opportune, vt vnus Tyrann. viratum Turcicum profligauerit, ſortus proſperæ nõ eo lenocinio

Digitized by Google

1606. nocinio contentus, Tripolim obſidet vnde Baſſias, ablata omni gaſa cum familia Cyprum aufugit, ſicque Alepienſis, vacuam præfecto & præſidio vrbem, non ægre admodum ſuam fecit, neue mora, victoriæ amplioris ſeriem interturbaret, victor ouanſq; Damaſcum pergit & obſidet, cui laborantí Tripolitanus reſtaurato exercitu, dum it auxilium, iterum aduerſo marte conflixit, & priori fugæ alteram addidit. Vrbs quæ totius Syriæ princeps eſt, auxiliari exercitu profligato, impar obſidioni diutius ferendæ. Alepienſis poteſtati vltro ſe permittit, qui laureatus, tumenſque victorum ſpoliis, non dubitauit totius oræ ſibi imperium arrogare, expilato ærario, quod Byſantinum proxime euehendum fuerat. Addidit ſertibus victis ſocium non melioris fortunę Belgibergius Myſiæ ſeu Æolidis, qui vt Alepienſem recenti dominatu deturbaret, ad eum oppugnandum cum ingenti exercitu feſtinabat, ſed Alepienſis; de more ſuo occurrit, dilapſumque in inſidias Belgibergium, ſuorum magna ſtrage in fugam vertit.

Alepienſis Baſſhi de pluribus ingentes & repetita victoria.

Tot victoriarū audito rumore Perſarum Rex, odio gentis Turcicæ, Alepienſi cum exoticis exquiſitiſſimiſque muneribus gratulatum mittit, interpellatque nouum Syriæ dominum, vt ſociis viribus Byſantinum Imperium peſſumdarent. His cladibus attritus Turca, à Chriſtianis pacem deprecatur, quæ inuicem coaluit, vtque ſit Reipub. Chriſtianæ vſui & commodo, barbarorum excidio, Deum obnixe rogo.

Perſarum Rex cum Alepienſi ſe ſociat.

Valetudinarium erat, in ſuburbiis Diui Marcelli, ab Henrico III. ſuſcipiendis hoſpitandiſque debilitatis emeritiſque militibus poſitum, ſed nullo addito prouentu, vacuæ & neglectæ ædes præterita tempeſtate bellorum ciuilium, pene corruerant; Henricus IIII. tum ſua, tum militum ſingulari fortitudine tot bellis exhauſtis, inopum militum, truncatorum debiliumque ſortem miſeratus, publico edicto ſanxit, vt Noſocomiorum, hoſpitalium, atque huiuſcemodi piarum ædium, quod de prouentu ſupereſt, diſcuſſiſque exactorum rationibus, quod ſuperfuerit in alimoniam huiuſcemodi emeritorum militum erogaretur, inſtituto Conſeſſu Iuridicorum, titulo Cameræ Charitatis Chriſtianæ, qui hoc pium opus procurarent, monumentum eximiæ pietatis, quouis ære perennius, cuiuis æmulandi exemplum, Ethnici Chriſtianis reliquerunt; ſiquidem Epheſi, nedum artifices operarioſque, qui viceno opere delubrum Dianæ, orbis ſeptimum miraculum conſummauerant, ſed etiam mulos onerarios & iumenta, quæ trabes, cæmenta, lapides & id genus deuexerant, poſt ſenium feriaſque laborum publico ſumptu aluerunt. Piſiſtratus Athenis edixerat, vt qui in bello miles debilitatus fuiſſet, ciuium ærario aleretur, nam vt glorioſum eſt ſanguine patriam tueri, hoſtem profligare, vulneribuſque fortitudinem teſtari (ea enim apte vocat Caſſiodorus, *fine aſſertore præconium & propriam linguam virtutis*) ſic miſerrimum eſt militem effætum, lacerum, toto corpore ſectum egere & ad ſtipem redigi.

Iuillet 1606. Erectio Cameræ iuridic. vulgo de la charite Chreſtienne.

Lib. 8 Rex Athal.

Appetente Iulio, Chriſtianus Daniæ & Noruægiæ Rex, ad Iacobum Scotiæ & Angliæ Regem, apparatu regio appulit, Britannus venienti, cum Auguſta ſorore Regis Danici, & prole regia occurrit, poſt oſcula & amplexus, nullum genus beneuolentiæ, lautitiæ, voluptatis prætermiſſum eſt, comeſſationibus, choreis

choreis,venationibus,ac omni genere ſpectaculorum, Anglicus gentilem ſuum per menſem integrum excepit, donec rerum genialium Regem Daniæ ſatietas, ſuique regni repetendi deſiderium, ad ſuos remigare ſub finem Auguſti compulit.

Luſtrica ſolemnia regiorum liberorum Lutetiæ,in æde primatia virginis, dū ſtupendo apparatu & luxu adornantur, ecce Sextili menſe lues tabifica tota vrbe deſæuit,eamque gloriam primatiæ vrbi inuidit,mali tanta vis,vt iuſtitium indixerit,ciueſque magna ex parte in prædia emigrauerint,vnde non parua ſolitudo vrbis,& artificum calamitas, quos lues & inopia ceſſantibus opificiis nō mediocriter afflixit.

Dephini & Regiæ prolis ſacra ablutio.

Ergo tingendis liberis,Regia fontis Bellæi deligitur, quo principes, Magnates,Primarii coronæ officiales,exterorum Principum Legati,cantores,tibicines, pictores,ſtatuarii, voluptatumque huiuſcemodi artifices, & vt verbo dicam,ipſa Lutetia portis ſeſe effundens emigrarunt.

Contagio Lutetia Luſtricam pompam ad Regiam Fōtecbellei tranſtulit.

Luſtralis pompæ, hic ordo fuit. Pro Auguſtulæ Regiæ minoris inauguratione,Baro Caſtreus vrceolum, Montigniacus peluim ferebat, Ruppipotius puluinar,Chameraldus cereum, Liencurtius infulas chriſmales, Feruacus ſal, Boſcodelphinus Mareſcallus, infantulam in vlnis molliter deferebat, Dux Lotharingiæ,& filia Chriſtiana magni Ducis Ehruriæ vxor,cuius vices obibat Ianus Medicæus,in ſacro lauacro ſponſores erant, atque puellula *Chriſtiana* nuncupatur. In maioris Auguſtulæ inauguratione,Mareſcallus Lauardinus vrceolum,Caſtręus Mareſcallus peluim, Dux Sullius puluinar, Dux Monbazoneus cereum, Eſpernonius infulas chriſmales,Aguilloneus Salinum, Ioinuillæus princeps Auguſtulam collo innixam geſtabat, heros Rhoana, paludamenti liliati fluentes fimbrias attollebat Duciſſa Engoliſmenſis, Yſabellæ,Claræ, Eugeniæ Archiduchiſſæ Belgii,vices obibat, ſola ſine conſorte, tinctæ nomen imponitur *Iſabellæ*. In Delphini inauguratione,Dux Valdemontius cereum, Vindocinenſis Rhodius eques infulas, Dux Vindocinenſis Salinum, Dux Montpenſerius vrceolum, peluim Comes Sueſſionenſis, puluinar Princeps Contius, Condeus Delphinum geſtabat, Guiſius paludamenti extremum attollebat. Pauli V. ſponſoris vices obibat Cardinalis à Ioieuſa, Duciſſa Mantuana ſacræ fideiuſſionis conſors, tincto Ludouici nomen imponitur,Delphinus ipſe, Gondio Cardinali operanti, ad poſtulata ore rotundo reſpondebat, cum enim ſciſcitaretur, quid in tam celebri & myſtico apparatu depoſceret, reſpondet baptiſmatis Chriſtianos ritus: Rogatus an tinctus fuiſſet, ita factum iampridem numinis gratia reſpondet, orationem dominicam, Angelicam ſalutationem, ſymbolum Apoſtolicum memoriter, nullo præeunte vel inſufflante, ſtupentibus turbis pronunciauit. Peractis ſacris,quæ in multam diem porrecta ſunt,Rex omni genere deliciarum, lucis huius fauſtitatem proſequutus eſt, viſus eſt omnibus ſolito hilarior hac ſua prole iuueneſcere, faxit Deus, vt illa munimenta Imperii Gallici, aulæ ſubſidia & columina,longæuitate,fortitudine patria cæteriſque virtutibus, Galliam fulciant, atque ipſe Ludouicus 13 noni proaui ſui æmulator, non modo Thunetem & Algierum omnemque illam oram vbi quondam Carthago,quod iterum,

Ceremoniæ ſi quæ aliæ inſigniter notabiles atq; ipſa verba rem notant.

Natu minor Chriſtiana vocatur.

Iſabellæ natu maior nūcupatur.

Dum tingitur Delphi. ad præſulis rogantis poſtulata reſpondet concinne.

Digitized by Google

1606. iterum, ſed minus feliciter tentauit ille indiges liliorum, ſed vniuerſum imperium Turcicum funditus peſſundet, impleatque vaticinia, quæ barbaris à Gallo Principe excidium minantur.

Paulus V Vicario ſuo in hac luſtrica celebritate, trimeſtrem legationem attribuit, cui cum Senatus calculum adieciſſet, mirum eſt vt in comitatu ſuo Romam translatitiam fecerit.

Poſtridie luſtricorum ſolennium, equeſtribus haſtiludiis in ſtadio atque huiuſcemodi ludicris certaminibus pugnatum, dehinc Rhoſnius, tormentorum ſummus præfectus, per ſuos pyrotecniæ Architectos, arcis (vt videbatur) ad obſidendū & inuadendum arduæ ſimulachrum, ſulphureo puluere, bombis creperis iaculiſque igneſcentibus ſuffartum, expugnandum exhibuit, vt ſpectaculum luculentius, igniſq; conſpectior foret, nō niſi fuſca nocte tentatum & incenſum vbi primus fomes iniectus, ecce tota machina derepente in ſubitas flammas, & tonitrua diſploditur, putes Ætnam ad momentum ſpectaculi huc translatum, tantus fulgor fragorque ac vis ignium.

Pauli V. bellum cum Venetis ardere incipit. At ipſe Paulus V. non modo Petri claues ex theſauris Eccleſiæ depromit, ſed Pauli gladiū vagina diripit & ſtringit, Veneti contra Diui Marci ſui numinis tutelam opes & robur omne explicant, ingenſque belli ſtrues adornatur, ſed lente & cunctatione Italica, cumq; æſtas præteriiſſet, recurrente bruma, belligerare iam nimis ſerum erat, & mora, aſperoſq; animos mediis amicis lenientibus odia ſeneſcebāt, Ignatiani & Capuſſini patres, qui ſtrictius Pontifici Maximo addicti ſunt, ſacris operari, vetante ſupremo moderatore, nefas putarunt, ideoq; vel iniuſſi exceſſerunt aris aditiſq; interea belli claſſicum, qui bello ſemper abſtinent ſcriptores, concinebant, ita vt nulla alia cote gladii magis exaſperati ſint, prætermiſſa facio quæ hinc Pontificii, illinc Veneti vtriq; felle Lycābeo, & mutuis deuotionibus ſcripſerunt, piaculum vero crediti, epiſtolam Zeririeli Thomaſſii Bouii Veronenſis prætermitti, hominis, vt liquet longæui, & apud Italos Neſtoris, cuius conſiliis vaticiniiſque magna ſemper fides habita, at ſenem audiamus ſic loquentem.

Pater ſancte, finis præceptorū eſt charitas, ex puro corde & conſcientia bona, & fide non ficta, hoc igne ſuccenſus, ſæpius ad Cæſares, Reges Epiſcopos, Cardinales & ad Pontifices Max. per 80. annos ſcripſi, atq; ipſamet charitas, ad T. S. vt nunc ſcriberem, me impulit.

Magnates omnes qui conſiliis meis acquieuerunt, gloriam & honorem, qui vero nihili duxerunt, neglecti conſilii pœnas damnum & dedecus retulerunt, vt Achabo contigit, ob deſpectum Micheæ conſilium: contra Dauidi, fœliciter & ad ſalutem ceſſit, cum Nathano monenti audiens fuiſſet, Clemens VIII. iucundæ recordationis Pontifex, mihi non iampridem de abſoluendo, atiſque reſtituendo Rege Chriſtianiſſimo, morem geſſit vltroque Epiſcopatum obtulit, cuius onus detrectaui, animo ſæpius reuoluens, quod Petrus de natalib. Dominicanus, Epiſcopus Equilinus in faſtis Diuorum ſcribit, videlicet Leonem 2. Pontif. Max. in quotidiano miſſæ ſacrificio, nuncupatim Diuum Petrum interpellaſſe, vt apud Deum deprecator exoratorque eſſet erratorum, tandem die quadrageſimo,

Petrum

Petrum Leoni ſe conſpicuum feciſſe, ac talia locutum: *exoraſſe quidem à nimia veniam delictorum tantummodo, obſtrictum tamen manere rationibus reddendis de manuum impoſitione*, ſic ego huiuſcemodi oſtento territus, cuilibet præfecturæ Eccleſiaſticæ repudium miſi. 1606.

Ideoque ſanctitas veſtra, ſæpius ſedulo cogitet & mente reuoluat hanc meam Epiſtolam, lectam releget, dehinc quod aura diuini flaminis aſpirauerit, peragat, vt antequam ad ſcribendum me accingerem, ab ipſo patre luminum, mihi Epiſtolam dictari deprecatus ſum: Omnis noſtra fides Catholica, ſeu columnis & fulcris innixa eſt Euangeliſtarum, ac Diui Pauli preconis Apoſtoli & Doctoris gentium ſcriptis, & dogmatibus, de Seruatore Chriſto Dei filio, & virginis Mariæ, concepto de ſancto ſpiritu, qui regnabit in æternum, ſuper domum Iſrael, & regni eius non erit finis, ſic Lucas: ſubdidit q; Mat hæus, ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum, nec refert diſquirere, an regnum ſuum ſpirituale, an temporale fuerit, cum Dei conditoris moderatoriſque rerum omnium vnigenitus fuerit Ille enim qui ipſa eſt veritas, ſacro affatu & vocis ſuæ oraculo præfatur. *Regnum meum non eſt de hoc mundo*, cumque Apoſtolis de illo prædicaret, ſic ad eos: *vos qui in tentationibus meis manſiſtis mecum, at ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi regnum meum pater meus vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos duodecim iudicantes tribus Iſrael.*

Apud Lucam vnus heredipeta dominum interpellat, vt fratrem ad paternæ ſubſtantiæ diuiſionem cogeret: *quis, inquit, conſtituit me iudicem ſuper vos*? Diuus Ioannes ita præfatur.

Sic Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam? non enim miſit filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſeruetur mundus per ipſum. Atque ille ipſe ſeruator in Diuo Ioanne ſic præcipit: Si quis verba mea audierit, & non crediderit, ego non iudico eum; non enim veni vt iudicem mundum, ſed vt ſeruem mundum.

Iacobus & Ioannes, cum inſtar Eliæ cœlo ignem & fulmina elicere, & eiaculari in ciuitatem Samariæ, quæ viaticum negauerat à Deo precibus contendiſſent, Seruator dixit, filius hominis non venie, ad perdendas animas hominum. ſed ſaluandas.

Atque in Marco addit, *filius hominis non venit vt ſibi miniſtretur, ſed vt miniſtraret, & daret animam ſuam pro multis*. Atque id ipſum Petro ſatagenti de rebus ſæcularibus, comminatus eſt. *Abi poſt me Sathanas, quia ſapis ea, quæ ſunt hominum, non Dei*. Cumque vt in Ioanne recenſetur, quinq; millia populorum, quinq; panibus tribuſq; piſciculis ad faſtidium vſque ſatiaſſet, cum turbæ de illo creando Rege cogitarent, ſeceſſit in montem ſolus: ſic Chriſtus in hoc mundo regnare ſemper auerſus eſt, vtque Regi æterno eſſet morigerus, paſſus eſt ſe in cruce configi: lato in eum falſo teſtimonio, quod ſe Regem nuncupaſſet, ſiue falſi elogii occaſione ſumpta, vt Hebræorũ libidini obtemperaret, Pontius Cruci addixit iniquæ ſententiæ velum hoc obducens, *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*, hinc à Romano Cæſare iniquitatis pœnas tulit.

Digitized by Google

1606. Ergo nec ſe Regem Chriſtus profeſſus eſt, nec regibus in populari regimine coercendis vnquam ſe immiſcuit, quin potius percontanti, num indictiones & vectigalia Cæſari penſitanda de iure eſſent? Inſidiantes verbo, hac voce deluſit, *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, quæ ſunt Dei Deo.* Et quamuis omnis poteſtas, omne imperium deſurſum ſit à Deo, tamẽ ille ſtipem publicano conductori vectigalium ſoluit.

Ille autem cum neutiquam ſe Regem profeſſus eſſet, nec tantillum ſæcularibus negotiis ſe immiſcuiſſet, Apoſtolis hoc præceptũ reliquit, quæ ſurſum ſapite, non quæ ſunt deorſum.

Atque Petro dictum, repetitum, & tertio adiectum, Paſce agnos meos, paſce oues meas: Non eam illi indulſit poteſtatem, quam ipſemet ſibi eiurauit, quamque non exercuit, vt pote qui apud Iohannem dixerit. Non eſt ſeruus maior Domino ſuo, nec legatus maior eo qui legauit eum, Dixitque qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat crucem & ſequatur me, & alibi quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis, dixitque Apoſtolis & Petro, quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt & ligata in cœlis, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Præcepit etiam Apoſtolis, *modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus*, adiicitque, *Si frater tuus peccauerit in te, vade & corripe eum*, cumque ille caſtigationem auerſatus fuerit, adiungit, *ſit tibi tanquam Ethnicus & publicanus*: D. Paulus ad Titum hoc dat præceptum, Hæreticum hominem poſt vnam aut alteram denunciationem deuita. Nec tamen Chriſtus, vaſque electionis Paulus, hominem anathemate percutiendum, reſcindendum, perdendumue præcipiunt. Cur autem, nos tibi addictos clienteſq; nullius in Eccleſiam offenſionis conſcios, ſic nos perdere eniteris; Euangelicus paſtor, inuenta oue quæ à grege aberrauerat, tantopere exultat, & contra tua ſanctitas tot inſontes populos peſſundare capis, non aliam ob cauſam quam quod à Deo datis principibus obſequuntur; ſic ad obſequium cohortante ſapientia, *data eſt à Domino poteſtas vobis*: & D. Paulus, *Omnis anima poteſtatibus præcellentibus ſubdita ſit*: Itidem Hieremias ca. 23 *væ paſtoribus qui perdunt, diſperdunt pecudes paſcuæ meæ dicit Dominus*, Ideo ſic dicit Dominus, Deus Iſrael, ad paſtores qui paſcunt populum meum, *vos diſperſiſtis pecudes meas & eieciſtis, nec viſitaſtis eas, ecce viſito ſuper vos malitiam operum veſtrorum, dicit Dominus.*

Pater Sancte, inuitus dico, imo non ipſe dico, ſed Seruator Ieſus Chriſtus & Diuus Matthæus reperit, atque ipſe ſpiritu bono ſcribo, *qui ſcandaliſauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris, væ mundo à ſcandalis, neceſſe eſt vt veniant ſcandala, væ ab illi per quem ſcandalum venerit.*

Tua illa molimina in Venetos, ſuamque gentem, non quidem ſunt contra vnum de puſillis, ſed in omne genus Chriſtianum, & forte in vniuerſum orbem. plura fuſius ſcribendi cauſa ſuppetebat, ſed quia cum intelligente verba facio, ſatis ſuperq; ſcriptum, interea cum omni veneratione, tuos ſanctos pedes exoſculor. veni ſancte Spiritus.

Sextili cum æſtu lues tabifica, quæ prioribus menſibus latere ac furtiuis cæ-

lari

Digitized by Google

1606.

tari funeribus, de more ſolebat, graſſari effuſe & ſæuire acrius cœpit, ac ſub Autumno ingraueſcit: qui curiæ addicti ſunt, quibuſque otia faciunt quotannis induciæ, in ſua & aliena prædia emigrant. At nos qui in Senatu Prætoriano irrequietam vitam agimus, meſſis & Vindemia quibus nullas dat ferias, deterriti mali ſæuitia, foro & libitinæ nos ſubducimus. valetudinarium, in toto illo compendio orbis, anguſtum nimis, vim mali auxit, cum illud contactu & promiſcuo conuictu maxime contrahitur: afflicti enim cellis non diſcreti inuicem ſe inquinabant, quod ab Ædilibus ſedulo proſpectum. & cum in extremo angulo ad Iacobea ſuburbia eſſet, qui in aduerſa vrbis parte laborabant, nõ ferentes tam longinquam euectionem expirabant, ac pene ſpirantes à veſpilionibus pro conclamatis, habiti, in mortuorum peculio deputabantur.

Lutetia contagio.

At vero ne in eo rerum his anguſtiis laboraretur, cœpit cogitari de admirandi operis valetudinario, in longe aduerſa vrbis parte, cuius extructioni ſuo loco non ingloriam paginam pollicemur. mitius tamen lues ſæuiit, quam anno 1596. nec adeo peruicax vt quæ primis frigoribus conquieuerit, at qui vrbis libitinariæ ſtragem fugiunt, ruri locisque ſalubertimis inſequens fatum ſubeunt. Philippus enim Portæus, (nam niſi fama inclitos memoro) in cœnobio Ciſtercienſi boni portus, commendæ titulo ſibi concredito, moritur, & funeratur inter vernaculos Poetas cultiſſimus, cui venuſtas in pangendis amoribus populari metro ad Aulam penitiſſime aditum fecit, ita vt fauore, gratia, ſacerdotiorum infulatorum fiduciariis titulis, Ronſardum & grauioris cothurni ſcriptores longe ſuperaret, illo Henri. III non modo ad luſus poeticos deliciaſque ingenii, ſed ad res ſerias & intima conſilia vtebatur, tam impenſe vt regni ſummas præfecturas non niſi ex Portæi arbitrio & delectu conferret, quo vno teſtimonio quantus eſſet poſteris Rex indicauit.

Obitus & elogium Philippi Portæi.

Adoleſcens leuiter tinctus erat bonis artibus, ſed ingenio fuit tam appoſito & procliui ad Muſas, vt vere ad poeticem à natura effictus videretur, cumque ab æmulis ob literaturæ reconditioris defectum deſpiceretur, domeſtico ſtudio ampliſſime conſecutus eſt quod puer in ſcholis delibauerat: vt vero ſciant Itali, quorum ingenia & vernaculam poeſim præcipue demiror, quis quantuſque apud nos fuerit Portæus, certum habeant, tanti fuiſſe, quanti apud proauos Quirites Naſo, Tibullus, Propertius, apud recentiores Naugerius, Arioſtus, fuit enim tanta ſcribendi mundicie, ſtilo adeo puro & puto, vt Petrarchæ & Taſſo grauioribus conferre aptum non putarim. At tamdiu ſepulchri expers erit fama Portæi, quamdiu Gallica facundia, rythmi numerique vernaculi in deliciis erunt.

Eodem menſe abiit quo Portæus, Reginaldus Belneus Archiep. Sennonenſis magnus Franciæ Eleemoſynarius, Gallicanorum Antiſtitum litteratiſſimus, facundia in comitiis, legationibus, aulicisque negotiis incomparabili, gemino illo funere ingentia & opima ſacerdotia caduca facta ſunt, opportune ad Cardi. Peronii cohoneſtandam purpuram, qui ex Belnæi exuuiis, infulas Senonenſes & Aulæ Antiſtitium, hoc eſt, magni eleemoſynarii dignitatem conſecutus eſt.

Pyramidem teterrimi facinoris æternam ad poſteros (vt putabatur) nunciam

1606. ſublatam diximus, at in huius vicem Franciſ. Myro vrbis Prætor, Ædilium Decurionumque præfectus, fontem capriuis vndis vberrimum, patrio marmore ſculptura egregia inſignem ſuffecit, illum conditorem, nouumque opus ſic ego verſibus ſignaui.

Fons in vicem Pyramidis ſublatæ ſuffectus.

Hic vbi erant ſceleris monumenta excelſa nefandi,
Qui lauet horrendum, proſilit ecce latex:
Porrige, at illi mes populus ſitientibus vndas,
Nunquam & captiua deſinat humor aquæ,
Dumque ò pure latex fluxu labere perenni,
Sit quoque ſic nomen Myro perenne tuum.

Quantum Ignatiani antea patientia, nunc potentia valeant, alternæ rerum vices ſuaque ſors ex atra in albam conuerſa, atque ipſius pyramidis euerſio, ſatis indicant, non ſolũ publicæ infamiæ ob litterata monumenta, priſca libertas, opes, muſæa reſtituta, ſed longe ampliora addita prioribus, diximus antiquis penatibus redditos, Flexianam Regiam, in Athenæum Ignatianum conuerſum, ſed poſtliminio reuerſi latius ſe effuderunt, largitore illo, quem oſorem profligatoremque ſummum & acerrimum fere omnes crediderant: nam tabulis in prætoriani Senatus monumenta relatis, prioratus monachorum Biterris, in Ignatianam ſodalitatem immuratus, nec noſtro æuo quantumuis ab auita probitate degeneri non infrequentes ſunt, huiuſcemodi conuerſiones, nec minus pium creditur, eiectis ignauis maliſque poſſeſſoribus, meliores ſufficere, quam cænobia poſuiſſe, latifundia erogaſſe. Sic & hoc ipſo anno ad Diuionenſium, Ædilium & decurionum poſtulationem, Henr. IIII. his nouis facinoribus Chriſtianiſſ. prioratum Vallis minoris Caullium, vbi titulus caducus factus fuerit, ſororibus de Carmelo, ex Iberia nuper accitis aſſignauit, ſic ab improbis poſſeſſoribus res ſacras vindicat, & ad ſuum primæuum vſum reducit, facitque ne à prætereuntibus obiiciatur vetus illud dictum: ò Antiqua domus, quam diſpatibus ſeruis dominis! miſerrimum enim eſt, vt eleemoſyna vnius, fiat peccatum alterius, hoc eſt, vt ad officia vſuſque pietatis tantæ opes errogatæ, in luxus aulicos, aucupia, venationes alioſque nequitiæ vſus conuertantur.

Rex Poloniæ, non modo externis bellis laborauit, in Suecia & Liuonia potiſſimum, ſed nobiliũ Sarmatarum factionib. domeſticis exagitatus eſt, cauſſantibus illis, quod Regni inconſultis ordinibus, nuptias & cum gente Auſtria clam fœdus contraxiſſet. Adiiciebant, contra ius Regni, Brandeburgico Pruſſiæ inueſtituram, poſthabitis Sarmatarum primoribus, in eorum contumeliam concreditam fuiſſe. Plura bello ſerendo prætexebant, comitia ineunt diemque Regi certo loco, vt ſe ſiſteret, dicunt.

Res Polonicæ.

Ille moras nectere, conniuere, & tempus trahere, illis blandiri, hos terrere, comitia taciris ſuſurris ſuffragiiſque turbare ſtuder, donec ad perdomandos, exercitum conſcripſiſſet, nihilominus efferati nobiles, eo veſaniæ prorupuerunt, vt niſi ad certum diem ſe ſiſteret, regno abdicaturos, inque eius vicem alium ſuffecturos minarentur.

Ille faſtum non vltra ferens, qui ratione componi detrectabant, ferro in ordinem

dinem cogendos ſtatuit, in eos totis caſtris progreditur, qui vt ſe tantis conatibus impares agnouerunt, quem indigne exaſperauerant, demulcent, fide data in poſterum nihil in regiam dignitatem auſuros, facturoſque, quæcumque proximis comitiis imperarentur, ſic domi incruente, prudentia grauiſſimos motus compoſuiſſe, Regi laudabile fuit, niſi poſtea lenitas damno eſſet, iiſdem nobilibus inteſtinam ſeditionem redintegrantibus, quod priorem audaciam impunitas, quæ eſt illecebra peccandi, fouiſſet. 1606.

Nobilis Allobrox nuncupatus de Charmette, menſe Septemb. cum de more in proximam ſyluam ad venandas conficiendaſque feras, longiore catapulta & pugione armatus, vno comite & propugnatore acerrimo cane, de genere moloſſorum, qui loro vincti naribus feras inquirunt, & ſpellæa monſtrant, abiiſſet, peragrato ſaltu poſt longam indaginem deuius à ſemita, longis erroribus ſyluæ actus, tandem anxie in viam rediit, iam dubia luce, ac non longe progreſſus, in latrones incidit, qui ſtricto mucrone ex improuiſo inuadunt, ille venatorio procinctu imparatis, protinus herili voce, in pugnæ ſocietatem canem aduocat vrgetque, atque ſclopi globo vnum ex latronibus ſternit, premitur à tribus, iamque ille de fuga cogitans, moloſſus alterum ex latronibus ingulo appetitum mordicus cohibet, illi ſic cum cane implicito nobilis Allobrox gladium diripit, quo factus audacior reliquos fugit, fidus comes ſparſos latratibus vrget, atque pertinacius inſectatur, ni herus illum armo percuſſum, & vulnere debilem à ſociali certamine reuocaſſet, hoc graſſatorum repentino inſultu ereptus Allobrox in vicinum municipium vulgo, *Sainct Albain*, abit, ſortem narrat, tum ſua tum canis vulnera oſtentat, iuridicum & vicanos ad conquirendos latrones excitat, nec mora, effuſi in ſyluam veſtigia relegentes ad inueſtigationem feruide ruunt, vt qui eorum latrociniis antea impetiti fuerant, nec diu latere potuerunt, quandoquidem in auio diuerſorio receptatorum, tres inuenti ex quibus alter ex vulnere transfixi brachii reus peractus eſt, ac omnes illi Camberiacum deducti, cædium latrociniorumque quaſſatis artubus membris & oſſibus, rotæ ſemineces alligati pœnas dedere, veritatem gloriamque caninæ fidei, tum priſci, tum noſtri Annales aſtruunt, ſed nullum aptius teſtimonium quam principis ſcriptorum in hiſtoria naturali, ſic ille ad rem noſtram: pugnaſſe aduerſus latrones canem pro domino accepimus, confectumque plagis à corpore non receſſiſſe, volucres & feras abigentem, ab alio in Epiro agnitum, in conuentu percuſſorem domini, laniatu & latratu coactum fateri ſcelus, Garamantum Regem canes ducenti ab exilio reduxerunt, præliati contra reſiſtentes, propter bella Colophonii, itemque Caſtabalenſes, cohortes canum habuere, eæ primæ dimicabant in acie nunquam detrectantes, hæc erant fidiſſima auxilia, nec ſtipendiorum indiga: paulo poſt ad caſum Allobrogis adiicit: memoratur apud nos, Volcatium nobilem, qui Ceſelium ius ciuile docuit Aſturone è ſuburbano redeuntem, cum aduesperauiſſet, canis à graſſatore defendit, item Cælium Senatorum ægrum Placentiæ ab armatis oppreſſum, nec prius ille vulneratus eſt, quam cane interempto: in Montiſargenſi, Caſtro non diſſimilis caninæ fidei & ſtrenuitatis vetus pictura eſt

Fides caninarum & inſigne exemplum.

Plinius Cap. 40. lib. 8.

Digitized by Google

1606. ra eſt alterius qui Phy ri non ſegnior cane, domini percuſſorem agnitũ iuſſumq; pugnare, herilis necis vltor, multis plagis confecit. Iſta ad vanitatis & mendacii probrum adiicere neceſſe putaui, ne quis me portenta fingere & fabulas comminiſci arguat, vrite, ſecate mortales, intemperiis veſtris publicam quietem, vel à fundamentis orbem vniuerſum conuellite, ecce qui nuper tantas turbas ciebat, Botkaius tota Pannonia & Tranſyluania, qui ſi non eiurator, ſaltem proditor & flagellum Chriſtianæ fidei, qui toties Turcæ ſe fœderauit, qui Lypayum ſub præfectum, Cancellarium alioſque plures, vt ſumma capita papauerum demeſſuit, tot ille cædium, incendiorum conſcius, Caſſouiæ moritur, ſub fatali hora in hoc fœlix quod facti pænitens, ſuarum partiũ Pannonios Tranſyluanoſque, ad Cæſaris fidem & obſequium, Turcici fœderis repudium nouiſſimis verbis, cohortatus eſt, doluit tot ab illo nequiter & diriter commiſſa, non longiorem exoptare vitam profitebatur, quam vt tantillo ſpatio noxas & flagitia melioribus factis expiaret & penſaret, cum hora ſuprema vrgeat, lugere hoc vnum quod præſtare ſe meliorem, ſibi negetur. Sic homo turbidus & ferox, morte ſ a Tranſyluaniam paccatiorem reliquit. Paulo poſt Prouinciales Sigiſmundum Ragotſium, in publicis Comitiis, Cæſaris nutu & ſuffragiis non expectatis, ſummum præfectum, ſibi deligunt, excuſantque factum, quod remotioris prouinciæ res anguſtæ, moram longiorem non ferrent, & ad ſedandos tumultus, coercenduóq; qui Botkai Tyrannidẽ æmulari conabantur, celeritate opus fuiſſe, ac neceſſitate adactos, vt ſibi principem in demortui locum quam mature ſufficerent.

Botkaii obitus & pœnitentia.

RODOL-

Digitized by Google

RODOLPHI BOTEREI
IN MAGNO FRANCIÆ CONSILIO ADVOCATI,
COMMENTARIORVM DE REBVS TOTO PENE ORBE GESTIS,
Liber Decimus quartus.

SVPERIORIBVS annis, Britanniam tranſmarinam, lue primum tabifica, deb nefactionibus, diriſque in Regem ſuum, & vt verba ſua vſurpem, ſulphureis molitionibus, vt plurimum exagitatam diximus, at nunc quaſi ſatis pœnarum non dederit, ſubito incremento fluminum tanta illuuies defrenata per agros, municipia & oppida ſe effudit, vt accolæ armenta cum mapalibus, torrente fluctu auulſa ſint, vim omnem deprehendi fati, ſubita quæcunque auxilia & repagula, vortices ſuperauerint, quid tot ſimul adglomeratæ clades portendant, non eſt meum conijcere, ſatis eſt monuiſſe poſteros. *In Anglia extrema illuuies.*

Bataui de more ſuo, cum ingentem claſſem ad præripiendum aurum Indicum adornaſſent, quamuis inter eos & Belgas, iam præuiis induciis, de pace eſſet colloquium, nihilominus qui mare liberum, nulliſque Imperiorum terminis diſtinctum crederent, dant vela ventis, ſummo Nauarcho Iacobo Hemskerkio: At vero vt qui feras venatum eunt, ſyluas, ſaltus, latibula, ſpælea excutiunt, ſic Bataui tota Luſitania, oppoſita littora ſpeculantur, eunt, redeunt, excubant ad prædam, Hiſpani præmoniti per epiſcopias celoces, tutis littoribus inſiſtentes, diutina expectatione hiantes, Hollandicos fruſtrantur, illi longioribus pelagi procelliſque attriti, vltra moram non ferentes, in Gaditani freti ſpeculatorias naues vindicandum ſtatuunt, nec mora Bataui Hiſpanicas adoriuntur, Aluares d' Auilla Architalaſſus, arcis præſidio, potuſque ſtationi muniſſimæ nimium fidens, inſultantes pro deſpectu habuit, quod illi impari claſſe, ſuo ſolo & ſalo impetere auderent, nihilominus fit pugna atrox & anceps, & vt plærumq; *Claſſis Hollandica.* *Pugna Naualis in littore Gaditano.*

Nam hoſtis

Digitized by Google

1607. hoſtis contemptus fit pugnacior, Bataui fiunt ſuperiores, facibuſque iniectis ali-quot naues Ibericas incendunt, in ipſo æſtu d'Auila necatus, Hiſpanos inclinantes facit, nec ſors melior Hanskerkio, qui cæſus ipſo loco, nec Hollandicis præter vindictam aliud lucrum fuit, quam quod mortui cadauer, odoribus conditum ad familiare ſepulchrum retulerunt.

Initium colloquii de pace ſeu induciis inter Archiduces & Batauos.

Verum eſſe vſu experimur, nullum tam acre odium, quod non longinquitas temporis minuat atque molliat. Ineunte Martio, prima ſemita ad Inducias calcari cœpit, inter Archiduces & Batauos, Ioannes Naius primus glaciem ſecuit, negotioſo operi, ſi quod vllum à pluribus annis extitit, ſe accingit, Hollandici, omne cum illo detrectant colloquium, ni prius Archiduces, Ordines fœderataſque vrbes & prouincias, pro liberis habuerint, ab hoc præuio elogio ſibi incipiendum, vt ſui iuris dominiique cenſeantur, atque in omni conſeſſu & colloquio vt paſſim hoc titulo prænotentur, illo ſibi arrogato, Imperiũ ſuum vi & armis partum, hoc præiudicio plurimum fulciebatur. Naius inſolentiam tituli, non modo non exhorruit, ſed ſpem fecit probatum iri, ſpe induciarum quæ ad pacem præuiæ eſſe ſolent, nec grauate Archiduces annuunt, vt Naius & ſocii legationis, cum Batauorum Ordinibus ſocialibuſque prouinciis, tanquam liberis, vel in quas nullum ius & Imperium ſibi vendicent, de pace vel induciis in plures annos agant peragantque.

Hollandici ordines & fœderatæ prouinciæ pro liberis haberi volunt.

Interea dum colloquiis negotium trahitur, vtrique partium res ſuæ ſaluæ maneant, ab omni vi dolo & inſidiis abſtineatur, vtque ad pacem vel longas inducias, tractatio liberior ſit, octo menſium ineuntur, quid per has inducias, vel etiam illas quæ prorogatæ ſunt, hoc loco vel ſparſim & hiulce referre abſtineo, cum vna ſerie, ardui ſane negotii ſumma capita quæ ſcire poſteros perquam neceſſe eſt, mihi exſcribenda propoſuerim, non illa quidem ex vulgi rumoribus, aut nugacibus libellis, ſed ex priuata annotatione Domini Præſidis Ianini, qui mihi gemmas ſuas plumbo, purpuram centonibus meis inſuendam dedit.

Octo menſium induciæ.

Dux Aurelianus naſcitur.

Naſcitur Regi alter filius, magnum Galliæ incrementum, lilia enim, nunquam prole præſertim maſcula laborant, ſecuris eſt domeſticarum ſeditionum, legis Salicæ perpetuum fulcimentum, recens edito Ducis Aureliani titulus imponitur, illo enim alter à Delphino inſignitur, nec enim toto regno luculentior ducatus.

Aurelianæ enim vrbis ad Ligerim, vetus eſt celebritas, quanta fuerit ſub Iulio Cæſare non excutio, ſed poſt agnitum Chriſtum, Oecumenicis Conciliis nominatiſſima eſt, atque Pontificum decretis & Annalibus, olim regnum fuit, nam poſt Clodouæi obitum, filii trifariam paternum imparium ſecuerunt, ac Clodomiro ceſſit Aurelia, anno 516 Dehinc huiuſcemodi laciniæ coiere ſimul, ſed rurſus diuulſæ, quas cum Glotharius retexuiſſet, illo functo vniuerſa regni compages, quadrifariam diſſoluta, Childeberto regnum Pariſiorum, Chilperico Sueſſionenſe, Metenſe Sigeberto, Guntrano Aurelianenſe tributum, teſtibus Agathia, & Gregor. Turonenſi. Nil mirum ergo, ſi poſtnatus regius, hoc titulo nuncupetur.

Quam antiqua ſit Aurelia.

Hymnis

Hymnis ad ſuperos, genialibus flammis, machinarum bombis publica ouatione, Aureliani Ducis exornata natalitia, Caſtori Pollucem additum, tot. Gallia exultauit, vt quæ nouellis his propaginibus, ſeneſcentem arborem iuueneſcere videat, ſub quarum vmbra, in æſtu, pluuio & procelloſo cœlo, perfugium habeat. 1607.

Vt in caſtris, tubicines loco tuto ſepoſiti, nihil aliud ſciunt quam ære ciere viros Martemque accendere cantu, ſic aculeatis quos attigimus libellis hinc Pontificii, illinc Venetianimos acuunt, exaſperant, & vt dicitur oleum flammis inſtillant, ita vt ex delectu militum, & ad militiam apparatu, proxima æſtate Italia ingens bellum perhorreſceret, cum Rex Chriſtianiſ. ea qua Francici Reges, in S. Apoſtolicæ obſeruantia, fuere inque Venetos beneuolo & vere regio animo, iam congreſſuris arma excutit, nec enim conquieuit Cardinalis à Ioieuſa, ire Romam, redire Venetias, rurſus ad illam, mox ad illas recurrere, rogare, monere, belli ancipitis exitus, certiſſimam vaſtitatem totius Italiæ oſtentare, ex huiuſcemodi inteſtino bello, hinc Turcas, illinc hæreticos plurimum recreari, altos ducere ſpiritus, ac in rem ſuam bellum verti, hoſtium Eccleſiæ impiam hanc lætitiam pace comprimendam, nec vtriſque grauiorem moleſtiam creari, quam ſi Pontif. Max. cum Venetis priſtinam concordiam redintegrarit.

Itali bene monentibus, præ cæteris mortalium, non anxie credunt, atque vbi ſine armis ſibi abunde conſultum eſt, facile à bello diſcedunt, ſic Paulo V. Veneti de poſtulatis annuunt, ſic ille anathematis vinculum reſoluit ariſque reſtituit. Romæ & Venetiis, numini aguntur gratiæ, Cardin. Gallus, penes quem gloria pacis compoſitæ ad aram primariam Diui Marci ſolennem Liturgiam egit. Leonard Donatus., Dux Venetiarum, qui in illo frubuſculo non ponebat rumores ante ſalutem, quique impenſe Pontificem, ad paternum affectum, literis tum priuatis tum publicis impulit, Ioieuſam ambabus vlnis, vel hedera tenacius conſtrinxit, quod ille fecialis, tantam belli molem compoſuiſſet, hinc Adria, illinc Tyberis genialibus bombis perſonuerunt. *Concordia pontif Max. cum Venetis procurante illam Card. à Ioieuſa.*

Cæſar Baronius, hoc anno in cœlum abiit, Eccleſiæ dum vixit magnum lumē & columen, æternum victurus, immortali opera & ſtupendæ molis Annalium, quibus naſcentis Eccleſiæ cunabula, pubeſcentes annos, adoleſcentes, indigetum vitas miracula Pontificum, Cæſarumque facinora, illibata & caſtigata fide recenſuit, Centuriatorū Magdeburgenſium luminib. non modo offecit, ſed mēdacia, figmenta, ludicra, confictas fabulas, & in re ſeria ſycophantiā ſcurrilem profligauit. *Obitus & elogiū Card. Baronii.*

Opus multorum ſæculorum, Baronio pluſquam ſecularem vitam exigebat, ſed emeritum militem ærumnis ſæculi ſoluit, qui ſcriptores ſuos æternitate beat.

At vix vlla ætas, ad ſeriem & conſummationem operis, parem dabit, vt enim poſt Apellem, nemo extitit qui imperfectam Venerem abſolueret, ſic vix alius poſt Baronium, hoc rerum & ſæculorum pelagus ingredietur, vt non niſi ab illo Cæſare res inchoari, ſic nec perfici potuit.

Digitized by Google

1607. Superiore anno, diximus Regis Poloniæ lenitatem damno ſibi futuram, nec: dicti hoc anno fides aberit, quandoquidem Sarmatica nobilitas, fide violata nouos motus ac ſolito vehementiores concitauit, Rex ſibi & totius regni principi ciuitati Cracouiæ metuens, raptim legit militem, de quibus fides erat, nobiles & aulicos aduocat, præſidio & annona Cracouiam inſtruit armis perduelles compeſcit, ac naſcenti malo mature & prudenter occurrit, atque ille menſe Iunio, Varſouiæ comitia indicit, vt firmandæ paci conſilia exquirantur, nihilominus ferocientes illi, deſpecto programmate turbas non intermittunt, perſtant in armis, quibus ſi Regem opprimere nequeant, ſaltem in eas anguſtias coniiciendi ſibi ſpem faciunt, vt victum minoremque ſuas pati leges cogant. Ille cordatus, & vt ſæpius contigit bello non infœlix, perduellibus non cedit, ſed contra audentius in eos fertur: ille circa Varſouiam caſtra ordinauerat; perduelles (voce populari Rokoſchanos nuncupant) fidentes maioribus copiis, regiam aciem adoriuntur, fit pugna Diis vindicibus, quib. placuit ſterni, concidi fugarique qui impia arma ſumpſerant: Aliunde Carolus Suecus, Regi Sarmatæ, in Liuonia belli quod conquieuerat, nouam telam orditur, pugnat, expugnat, & eum nullum habere ius ſibi facit in armis.

Res Polonica.

Henricus 4. cum etiam Regulum Nauarræ ageret, auitis patriiſque ditionibus, apud Vaſcones, Aquitanos, Vindocines, & ne ſim nomenclator nimius, ſparſim non ſolum in regno, ſed in Belgio, exteriſq; aliis finibus ſtupendos prouentus habebat, ad longe amplius fortunatiuſq; regnum iure Gallico & gentilitio euocatus, tabulis edictal. b. April. 1592. Nauarricum alioſq; priuatos cenſus ſuos, ſeorſum & diſcriminatim haberi & cenſeri voluit, pia & accurata ratione vt ſorori vnicæ, cuius erat amantiſſimus, creditoribuſq; ante regnum adeptum ſuis proſpiceret, res enim Nauarricas, peculiari nexu hypothecæ oppignoratas habebant, ideoq; priuſquam æs illud diſſolueretur, regno Gallicano coaleſcere, haud æquum putauit. Cognitor publicus, in Regis votum obluctatur, cauſſatus legibus Francicis, omnia quæ Regum fuerant, del batione ipſa liliorum, regno coaleſcere & promiſcue fieri, non aliter quam minora flumina maioribus, illa Oceano obruuntur, famam & nomen amittunt. Senatus interceſſioni cognitoris fiſci aſtipulatur, tabuliſque aſſenſum negauit, ſic vt olim de veterum claſſe ſapiens aliquis, appoſite dicebat, *optime pareri iuſſis principum, ſi ſtatim non pareatur.*

Rerum Nauarricarum cum Francicis confuſio.

Vbi autem Rex ſine prole mortuam ſororem deſiderauit, poſt luitionem æris alieni, menſe Quintili hoc anno edixit, à ſuis in regnum Gallicum auſpiciis, res Nauarricas cæteraſque ditiones, quę priuatim auitis patriſque titulis poſſidebat, ſic Gallicis accreuiſſe, eoq; nexu & copula adglutinatas, vt in poſterum diuelli nequeant, hinc Nauarricorum officialium ſublata nomina & munia.

Vindicati contemptus à Cæſare exemplum, haud reticendum putaui. Donauerda oppidum eſt ad Iſtrum, Caroli V. bello cum proteſtantibus ſatis notum, quod vel eo tempore Lutheri nouitatem hauſiſſet, quam mordicus retinuit, nihilominus orthodoxis auita religio ſalua manebat, ita vt publice & in omnium conſpectu ſuos ritus agere fas eſſet, ac illos quos abitione ab vna ſacra æde ad alteram,

Donauerda vexillata Orthodoxis.

Digitized by Google

teram, proceſſiones vocant: ſanctæ Crucis Cœnobitæ religionis ergo in publi- 1607.
cum progredientes, à plebecula dicacius & proterue accipiuntur. Cœnobiarcha nequicquam apud vrbanos iuridicos de iniuriis expoſtulat, qui in poſterum vulgi proteruitatē haud coerceri poſſe dicunt, niſi ab huiuſcemodi ceremoniis ceſſetur, ille de repulſa apud Cæſarem conqueritur, rogatq; vt ex decretis cameræ imperialis, religionis orthodoxæ colendæ ius liberum ſibi ſit, nec ſurda aure accepta quiritatio, quandoquidem ciuibus diſtricte, & ſub graui mulctarum indictione imperatum, vt Abbatem & Cœnobitas, ſua ſacra agere innoxie ſine conuitiis & ludibrio ſinerent.

Nihilominus Cæſareo mandato minus audiens Senatus, plæbem ferocientem à dicacitate & nequitia non continuit, & cum in dies inſoleſceret, repetita indictione Cæſar oppidanis, vt quiete & moderate in Catholicos ſe gerant mandat, neue iuſſiones vt antea contemptui eſſent, miſſi etiam à Duce Boiorum ad Rhenum, qui Senatum & ciues quietos facerent, ſed nec Cæſaris mandato, nec Bauari dynaſtæ monitoribus Legatis manſuetiores facti ſunt, quin efferatiores, cœnobitis ac etiam ipſis legatis ſi in ſacro comitatu ſint, extrema minantur, nec ore tantum procaces, ſed & manu malefici, duos orthodoxos ad cœnobiū progredientes, immaniter cæſos ſemineces ſternunt, vulgus furens in diuerſorium legatorum Bauari Ducis abit, ad cædem conquirit, vbi audiit in cænobio intereſſe ſacris, illuc profugit irrumpere nititur, vimque intuliſſet niſi portis obſtructis tunc coercita væſania.

Orthodoxi laborantes ſeditione populi, Senatum vt ſiſtat, & domum reuocet rogat, ille non opis eſſe ſuæ furentem compeſcere reſpondet, indignitate facti, Rodol. Cæſar vehementer admodum exaſperatus, Bauariæ Duci mandat, vt quandoquidem monitis non potuit, ferro & armis Douerdanos ad ſanitatem reducat. Iterum monentur, vt verbo & opere, monaſtico ſodalitio & orthodoxis iniurii non ſint, pollicentur quidem, ſed rurſus in ſimiles contumelias prolabuntur, cumque peruicacia non niſi ferro curanda videretur, Bauarus Cæſ. vicarius collecto quam citiſſime exercitu, admotis machinis Douerdam obſidet & concutit.

Plebs illa, in paucos Orthodoxos nuper adeo furens, eo ignauiæ redacta eſt, vt obiectis armis, relicto vrbis præſidio, quatriduanas inducias ad capiendum conſilium pecierit, quas, cum negaſſet Bauarus vel etiam biduum, vim & impetum redintegrat, quem non ferentes Douerdani, Bauari poteſtati ſe permittunt, ille vrbem præſidiis firmat, à ciuibus tamen vim omnem prohibet, res turbidas componit, atque in poſterum orthodoxis vt ſecure ſit proſpexit. Rebus ex voto fœliciter geſtis, Bauarus perſoluto ſtipendio copias diſſoluit, ſic illa ciuium ceruicoſitas, ſtrenue vix menſtruo bello domita, reliquos imperialium vrbium Cæſari obſequentiores faciet.

Qui Cyprum inſulam accolunt, Turcicam ſeruitutem pertæſi, tacita conſilia cum Ethruſcis naucleris inierant. Illi Carpathio mari, incertis littoribus inter Ciliciam & Syriam, Paphon, Cithetam & Salamina, cum oberraſſent, Famaguſtam patrum memoria Venetis ereptam adoriuntur, ſed peſſime accepti à Tur- *Ethruſca Claſſis.*

Digitized by Google

1607. cis, re infecta multis deſideratis, ad triremes ſe recipiunt. Cyprii, omni immanitate ſuppliciorum in Chriſtianos incolas proditionem vlciſcuntur, ita vt vix vnquam Inſularum pulcherrimam, & ab vbertate olim Macariam, hoc eſt, beatam dictam, quæ regni olim ſedes fuit, Veneti cum Etruſcis recipient.

Cyprus à fertilitate dicta olim Macaria.

Comes Fuentius prorex Inſubriæ, de limitibus cum Rhætis habitam controuerſiam non niſi arbitro Marte dirimere voluit, inopinantes inuadere mens erat, cum conſcriptas copias ad bellum Pontificium cum Venetis iactaret, ſed quas in Rhætiam propediem educturus eſſet, venere in ſuſpicionem proditionis, cum Fuentio quinq; viri qui cæſo capite pœnas dedere. Tandem Rege Chriſtianiſſ. Heluetiis, Venetiſque ad pacem ſuaſoribus, terminalis controuerſia ſedata eſt.

Fuentius cũ Rhætis de limitibus contendit.

Pannonii, (quos voce populari Haidducos vocant) cum Chriſtianam fidem & mentem exuiſſent, ad alendam diutius veſaniam, Turcas ſibi adiungunt, Cæſarem pro Rege detrectant, peculiarem ac Prouincialem ſibi depoſcunt, regnum Hungaricum exoculatum eſſe, qui Regis ſui aſpectu & præſentia non recreatur, non aliunde turbida ingenia & ciuiles motus, vel in priuatis ædibus ſi paterfamilias abſit, liberos famuloſque tumultuari ac nequiter agere, Cauſſati iſta ac longe plura, de rege ſibi deligendo conſilia ineunt, turbas concitant, quas vt compeſceret Archidux Mathias, Preſſeburgi publica comitia cogit, Haiddurorum diſſidia dum excutiuntur & ſanantur, acceſſit de promiſcuo cultu religionum, vulgi & procerum poſtulatio, qua niſi conceſſa qui tunc grauiſſimi motus erant componi haud potuere.

Motus in Vngaria & Sarmatia.

In Sarmatia itidem perduelles ipſi quos ſupra Roskanos diximus, exhauſti domeſticis præſidiis, à Ratgoſio Tranſyluaniæ Nouello Dynaſta, ſuppetias depoſcunt, quas perfracte negauit vt qui inter Chriſtianos, alere diſcordias ſummum ſcelus putaret, ne Roskanis auxiliator ſit, tum amicitia & vicinitate Poloni, tum ſuo in Cæſarem obſequio, qui illi affinitate coniunctus ſit prohiberi, iniuſtis armis iuſta auxilia merito negari, pari nequitiæ infamia exæquandos eſſe, qui in patriam ſuumque principem pugnant, & qui impie ſic præliantibus auxiliantur.

Denique non ſatis laudata probitate, Roskanos Ratgoſius miſſos facit, ſuiſque finibus ablegat, qui quanquam ſpe ſua, non autem animo lapſi, in Pannoniam hac ipſa de cauſa ſuppetiarum abeunt, ſed cum Archidux ferocientibus Haiducis arma excuſſiſſet, repulſam paſſi domum redeunt, & domita ceruice in regis gratiam recipiuntur. Inualuit vt omnium ſacerdotiorum, penes Max. Pontifi. Ius ſupremum ſit, fruſtra Quiritantibus ordinariis in meſſem ſuam falſam immitti, Ita vt quæcumque vel eiurata in fauorem vel morte caduca, poſthabitis collatoribus, qua eſt plenitudine poteſtatis concedat, tantum circa Cardinales ius iſtud temperatum, videlicet vt Rom. Pont. ſuæ collationis beneficiis, intra ſex vel octo meſes abſtineat, hac lege, vt Cardinalitii candidati reſcriptum Pontificium adiiciant, Enimuero cum illa Gratia ſacræ purpuræ vnice peculiaris ſit (illam in Prætoriano Senatu verbo forenſi indultum vocamus) nihilominus Carolus Borbonius Regis Chriſtia. frater naturalis, vbi maioris monaſterii & D. Floren-

Indultũ Caroli Borbonii Canobiarcha Maioris monaſterii.

Florentii vtroque opimo Cænobio ad ligerim, titulo commendæ affectus fuit, 1607.
pari reſcripto cum purpuratis adæquatus eſt, atque vnus ille primus quod ſciam huiuſcemodi gratiæ cum illis conſortium habuit, priuato intuitu regiæ cognationis Carolo hoc tributum: Pontifex max illo reſcripto ſibi præſcripſit, vt illius collationis beneficia intra tempus præſtitum conferre non valeat, adiecta clauſula ſi inſcius fecerit, gratiam pro ſubrepta & irrita habendam, nō leuis momenti reſcriptum, quo Pontificiæ præuentiones coercentur, & priſca libertas iuris primæui & Ordinarii reſtituitur, quandoquidem Canones & decreta Synodalia, Epiſcopis Cænobiarchis præſulibuſque aliis in ſuæ dioceſis & præfecturæ Baſilicas ius omne & imperium ac coercitionem liberrimam eſſe voluerunt, nam vt ſcite & ad politiam Eccleſiaſticam D. Cyprianus: *Scire debet Epiſcopum eſſe in Eccleſia, & Eccleſiam in Epiſcopo* ac pene in hunc ſenſum D. Ignatius: *nec Epiſcopus ſine Eccleſia, nec illa ſine Epiſcopo conſiſtere poteſt* Et Gregorius ille ſic ad ſcindentes Eccleſiam, exclamabat. *Si ſua iuriſdictio Epiſcopo non ſeruetur, quid aliud agimus niſi vt diſciplina Eccleſiaſtica, quæ à nobis ſeruari debuit confundatur?* Sic ille non tam apice ſupremi Pontificatus, quam eruditione & ſanctitate, quę illi magni cognomen peperit, inclitus terminos quos poſuerant antiqui patres egredi noluit, ſed eo præcepto intra ſuos cancellos vnumquemque coerceri voluit, Igitur hoc genus reſcripti, non tam vt quidem volunt nupera eſt indictio, quā ad ius priſcum & ordinarium reductio, quandoquidem facile ſuapte & ſponte omnia ad primæuum ſtatum redeunt, ſic potentiores liberati obductos caſſes rumpunt, exiles ſua imbecillitate retibus implicantur.

Epiſto. de detrectator.

Supra Anglicanam coniurationem, & machinamentum ſulphureum ac cuniculatium exagitauimus, ſed puluis ille non modo Angliam crepitu & fragore concuſſit, altiora tonitrua concitauit, viſum enim Iacob. Regi & ordinibus, ad continendos in fide & obſequio latentes pontificios, quorum in Anglia non exilem eſſe numerum perhibent, & à regio capite auertenda exitia, iuriſiurandi concepta formula, quaſi nouo religionis vinculo, omnium mentes conſtrictas tenere, ſed Regem loquentem citemus, ſic ille monitoria Epiſtola, ad Cæſarem Rodolph. *Horrenda illa & prodigioſa coniuratio, quæ per tormentarii pulueris impetum deſtinabatur, de cuius flagitii immanitate, nulla vnquam ætas conticeſcet, non in me tantum meoſque poſteros inſita, ſed publicos etiam regni ordines euertere ac delere, inſtituerat, nec alii tanti facinoris auctores, quam Papiſtæ aliquot, prepoſtero ſuæ religione ſubuehendæ zelo, ad hanc immanitatem inducti, ex his nonnulli tanta pertinacia obſtinauerant ſcelus, vt nec in ſupremo vitæ articulo, deteſtarentur ſuum crimen, ſupremiſque verbis, & pene ſupereminente morte præciſis, reos ſe vllius flagitii confiteri abnuerent, aut petere cogitati facinoris veniam, niſi prius Rom. Eccleſia, hoc tantæ coniurationis conſilium damnauiſſet, nec multo poſt innotuit, non paucos ex meorum ſubditorum numero, qui Roma. religionem profitentur, omnis conditionis atque ſexus, alios domi, alios foris, & apud gentes exteras, confuſa & obſcura ſignificatione, reſciuiſſe magnum aliquid, quo Romana Eccleſia vtilitas promoueretur, in id coeuntium ordinum tempus comparari, quanquam illis, ne vulgata res omne ſecretum perderet, deſtinatæ rei modus, ac conſiliorum ratio, nequaquam proderetur. Sed & certa precationum formula concepta, & à multis vſurpata, quibus proſperos re-*

Digitized by Google

1607. rum ſeceſſus, tanto & tam graui negotio præerant, ipſi quoque coniurationis auctores atque architecti, in conſtantiæ ſuæ pignus, & ſilentii auctoramentum, ſæpius & multorum ſacerdotum miniſterio, Euchariſtiæ ſacramento ſumpto, animos ſuos ad flagitium obfirmarunt, hæc tanta & tam atrox coniuratio tot circumſtantiis infamis, verum illis regni ordinibus, in quorum exitium conflata fuerat, iuſtam occaſionem præbuerit, vt cum primum deinde conueniſſent magno ardentique animo, omnes vias quærerent inuenirentque, quibus poſſet deprehendi, an adhuc reſtarent hic aliqui, qui cum coniuratis in tam immani ſcelere ſentirent, id vero veſtri iudicii ſit, quos Deus, præcipuos ſibi in terris vicarios, in adminiſtratione iuſtitiæ eſſe iuſſit, inter cætera, quæ ad hanc rem facere videbantur, hoc etiam fidelitatis iuſiurandum, quod hodie tam indigne ab iniquis æſtimatorib. carpitur, ſancitum & in publica Ordinum decreta relatum eſt: quod ſi tunc leges aliquæ triſtiores ſunt latæ, in papiſtas, qui tamen receptis his antea legibus minus audientes erant ſane temporis locique & hominum denique ratio, qui eas ferebant, vobis omnem, ſeu mirandi ſeu indignandi anſam præripiet, cum hæc omnia ſeueritatem illam legum non tam ſuaſerint, quam extorſerint.

Ea pars publicorum Ordinum, quæ in inferiore Curia continetur, (inferiorem domum parlamenti vocant) cum primum conciperetur iuriſiurandi formula, illi clauſulam inſeruerat, qua Pontifici excommunicandi mei poteſtas adimebatur, ſed hanc clauſulam induci prorſus ac deleri volui, vt vis alia huius iuriſiurandi non eſſet, quam excommunicationem Pontificis, iuſtam ac legitimam cauſam meis ſubditis miniſtrare non poſſe vt qui quam apertis aut clandeſtinis conſiliis in me, meumque imperium moliantur, qui abdicandorum Regum ius, nullo legitimo modo Pontifici quæſitum eſſe cenſeam, & hanc iniuſtam Papatum vſurpationem, & violentiam ſæcularem excommunicationis quæ ſpiritualis cenſura eſt, fines longe lateque excedere arbitrer, tanto ſtudio tantaque ſollicitudine cauebam, ne quicquam hoc iureiurando contineretur, præter fidelitatis illius, ciuilis & temporalis obedientiæ profeſſionem. quam ipſa natura omnibus ſub regno naſcentibus præſcribit. addita ſponſione qua opem & auxilium, contra omnem vim debita aduerſam à ſubditis ſtipulabar.

Hoc igitur iuſiurandum, tantis tamque iuſtis rationibus ſubnixum tam æqua tamque moderata formula conceptum, cuius vnus ille finis erat, vt Pontificii nequaquam turbulenti, cæterique boni ciues, ab eis dignoſcerentur, quorum animis opiniones illæ factioſæ & ſanguinariæ inhæſerant, quæ coniurationem nitrati pulueris pepererunt, hoc inquam iuſiurandum, cum promulgatum eſſet poſitumque iam in vſu, tantum turbarum, in Pontificis Clerique pontificii animis conciuit, vt inſtar vndarum ſuperuenientium, breuia in Angliam certatim aduolarent, quibus interdicebatur Catholicis, ne ſe illius ſacramenti religione obligarent, rem eſſe fidei contrariam, quamque ipſi ſine iactura animarum, admittere non poſſent, Cardinalis quoque Bellarmini litteræ ad Blakuellum allatæ ſunt, in eandem ſententiam quidem ſcriptæ, ſed quibus prolixius de hoc iureiurando diſſerebatur.

Hic ego tam æqui iuriſiurandi, tamque legitimi tam iniuſtam oppugnationem perpendere, hinc metuere, ne Sophiſtarum illorum calumniis & argutiis, rudes ſimplicioris vulgi animi, religionis & conſcientiæ obtentu, in fraudem inducerentur, viſum itaque è re eſſe, vt huius iuriſiurandi Apologiam ederem, in qua ſuſcipiebam probandum, nihil in eo contineri, niſi quod ad obedientiam mere ciuilem ac temporalem ſpectat, qualis ſummis principibus à ſubditis debetur, huic autem æquiſſimæ legi controuerſiam, non aliunde eſſe motam, quam ab ambitioſa Pontificis tyrannide, quam illi contra authoritatem ſcripturarum, contra Conciliorum

antiquo-

antiquorumque patrum mentem, ſibi in temporalia Regum iura iniuſte vſurparunt, in qua quidem Regum auctoritate aſſerenda totam meam Apologiam impendi.

Iſta Iacobus præfatur apud Cæſarem, Reges principeſque, ſed vt ipſe non diffitetur, vbi noui ſacramenti religio prætergreſſa Oceanum, & Romam allata, ibi peſſime accepta, exagitata, diſcuſſa, deuota, & damnata, vt quæ non ad fulcienda imperia, ſubditoſque in fide continendos ſcripta eſſet, ſed viſum Orthodoxis illo iureiurando vim fieri religioni, neue Catholicorum Anglicorum, mentes illo impellerentur, & ab auita fide tantillum deflecterent, Apoſtolico diplomate ſeu breui ſicillos Paulus 5. præmonet.

CATHOLICIS ANGLIS PAVLVS PP. *Quintus.*

Dilecti filii Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Magno animi mœrore nos ſemper affecerunt tribulationes & calamitates, quas pro retinenda Catholica fide iugiter ſuſtinuiſtis. *Primum breue tenoris iſtius datum 10 Cal. Oct. 1606.*

*S*ed cum intelligamus omnia hoc tempore magis exacerbari, afflictio noſtra mirum in modum aucta eſt: Accepimus namque compelli vos grauiſſimis pœnis propoſitis, Templa hæreticorum adire, cœtus eorum frequentare, concionibus illorum intereſſe: profecto credimus proculdubio eos qui tanta conſtantia atque fortitudine atrociſſimas perſecutiones, infinitas propemodum miſerias hactenus perpeſſi ſunt, vt immaculate ambularent in lege Domini, nunquam cõmiſſuros eſſe, vt coinquinentur communione deſertorum Diuinæ legis. Nihilominus zelo Paſtoralis officii noſtri impulſi, & pro Paterna ſollicitudine qua de ſalute animarum veſtrarum aſſidue laboramus; cogimur monere vos atque obteſtari, vt nullo pacto ad hæreticorum Templa accedatis, aut eorum Conciones audiatis, vel cum ipſis, in ritibus communicetis, ne Dei iram incurratis. Non enim licet vobis hæc facere ſine detrimento Diuini cultus, ac veſtræ ſalutis. Quemadmodum etiam non poteſtis abſque euidentiſſima grauiſſimaque diuini honoris iniuria, obligare vos iuramento, quod ſimiliter maximo cum cordis noſtri dolore audiuimus propoſitum vobis fuiſſe, præſtandum, infra ſcripti tenoris; videlicet;

Ego A.B. vere & ſyncere agnoſco, profiteor, teſtificor & declaro in conſcientia mea, coram Deo & mundo, quod ſupremus Dominus noſter Rex Iacobus, eſt legitimus & verus Rex huius regni, & omnium aliorum Maieſtatis ſuæ Dominiorum & terrarum: Et quod Papa nec per ſeipſum, nec per vllam aliam auctoritatem Eccleſiæ vel ſedis Romanæ, vel per vlla media, cum quibuſcunque aliis aliquam poteſtatem, nec auctoritatem habeat Regem deponendi, vel aliquorum Maieſtatis ſuæ Dominiorum vel Regnorum diſponendi, vel alicui Principi extraneo ipſum damnificare, aut terras ſuas inuadere auctoritatem concedendi, vel vllos ſubditorum ſuorum ab eorum ſua Maieſtatu obedientia & ſubiectione exonerandi, aut vllis eorum licentiam dare, arma contra ipſum gerendi, tumultus ſeminandi, aut aliquam violentiam aut damnum Maieſtatis ſuæ Perſonæ, Statui, vel Regimini vel ali-

1607. *quibus ſuis ſubditis infra ſua Dominia offerendo. Item, iuro ex corde: quod non obſtante aliqua declaratione, vel ſententia Excommunicationis, aut depriuationis facta vel conceſſa, aut fienda vel concedenda, per Papam vel ſucceſſores ſuos, vel per quamcumque auctoritatem deriuatam vel deriuari prætenſam ab illo, ſeu à ſua ſede contra dictum Regem, heredes aut ſucceſſores ſuos, vel quacumque abſolutione dictorum ſubditorum ab eorum obedientia; fidelitatem tamen, & veram obedientiam ſuæ Maieſtati, heredibus & ſucceſſoribus ſuis præſtabo; ipſumque & ipſos totis meis viribus contra omnes conſpirationes & attentata quæcumque, vel contra Perſonam illius vel illorum eorumq; Coronam & dignitatem, ratione vel colore alicuius ſententiæ vel declarationis aut alias facta fuerint, defendam: omnemque operam impendam reuelare, & manifeſtum facere ſuæ Maieſtati, heredibus & ſucceſſoribus ſuis omnes proditiones & proditorias conſpirationes quæ contra illum aut aliquos illorum ad notitiam, vel auditum meum peruenerint. Præterea iuro, quod ex corde abhorreo, deteſtor, & abiuro tanquam impiam & hæreticam, hanc damnabilem doctrinam & propoſitionem, Quod Principes per Papam excommunicati vel depriuari poſſunt per ſuos ſubditos, vel aliquos alios quoſcumq; deponi, aut occidi. Vlterius credo, & in conſcientia mea reſoluor, quod nec Papa, nec alius quicumque poteſtatem habet, nec ab hoc Iuramento, aut aliqua eius parte abſoluendi, quod Iuramentum agnoſco recta ac plena auctoritate eſſe mihi legitime miniſtratum, omnibuſque indulgentiis ac diſpenſationibus in contrarium renuncio.*

Hæcque omnia plane ac ſyncere agnoſco & iuro iuxta expreſſa verba per me hic prolata, & iuxta planum ac communem ſenſum & intellectum eorundem verborum, abſq; vlla æquiuocatione, aut mentali euaſione, vel ſecreta reſeruatione quacumque. Hancq; recognitionem & agnitionem facio cordialiter voluntarie, & vere, in vera fide Chriſtiani viri, Sic me Deus adiuuet.

Quæ cũ ita ſunt, vobis ex verbis ipſis perſpicuum eſſe debet, quod huiuſmodi iuramentum, ſalua fide Catholica, & ſalute animarum veſtrarũ, præſtari non poteſt, cum multa contineat quæ fidei ac ſaluti aperte aduerſantur. Propterea admonemus vos, vt ab hoc, atque ſimilibus iuramentis præſtandis omnino caueatis: quod quidem eo acrius exigimus à vobis, quia experti veſtræ fidei conſtantiam, quæ tanquam aurum in fornace perpetuæ tribulationis igne probata eſt, pro cõperto habemus, vos alacri animo ſubituros eſſe quæcumq; atrociora tormenta, ac mortem deniq; ipſam conſtanter appetituros, potius quam Dei Maieſtatem vlla in re lædatis. Et fiducia noſtra confirmatur ex literis, quæ quotidie nobis afferuntur de egregia virtute atq; fortitudine, quæ non ſecus ac in Eccleſiæ primordiis, reſplendent nouiſſimis hiſce temporibus in martyribus veſtris. State ergo, ſuccincti lumbos & induti loricam iuſtitiæ, ſumentes ſcutum fidei, confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius, nec quicquam vos detineat.

Ipſe autem, qui coronaturus vos certamina veſtra in cœlo intuetur, bonum opus quod in vobis cœpit, peficiet.

Noſtis quia diſcipulis ſuis pollicitus eſt, ſe nunquam eos relicturum eſſe orphanos: fidelis enim eſt qui repromiſit. Retinete igitur diſciplinam eius, hoc eſt, radicati & fundati in charitate, quicquid agitis, quicquid conamini, in ſimplicitate cordis & in comitate ſpiritus, ſine murmuratione aut hæſitatione vnanimes facite.

Siqui-

Digitized by Google

Siquidem in hoc cognoſcunt omnes, quia diſcipuli Chriſti ſumus, ſi dilectionẽ ad inuicem habuerimus. 1607.

Quæ quidem charitas cum ſit omnibus Chriſti fidelib. maxime appetenda, vobis certe, dilectiſſimi filii, prorſus neceſſaria eſt. Hac enim veſtra charitate diaboli potentia infringitur, qui nunc aduerſus vos tãtopere inſurgit, cum ipſa contentionibus atque diſſidiis noſtrorum filiorum præcipue nitatur.

Hortamur itaque vos per viſcera Domini Ieſu Chriſti, cuius charitate è faucibus æternæ mortis erepti ſumus, vt ante omnia, mutuam inter vos charitatem habeatis.

Præſcripſit ſane vobis præcepta maxime vtilia de fraterna charitate viciſſim exercenda, fœlicis recordationis Clemens Papa octauus, ſuis literis in forma Breuis ad dilectum filium *Magiſtrum Georgium Archi presbyterum Regni Angliæ*, datis die quinta menſis Octobris 1604. Ea igitur diligenter exequimini, & ne vlla difficultate aut ambiguitate remoremini. Præcipimus vobis, vt illarum literarum verba ad amuſſim ſeruetis; & ſimpliciter, prout ſonant & iacent, accipiatis & intelligatis, ſublata omni facultate aliter illa interpretandi.

Iterim nos numquam ceſſabimus Deum Patrem miſericordiarum precari, vt afflictiones & labores veſtros clementer reſpiciat, ac vos continua protectione cuſtodiat atque defendat: quos Apoſtolica benedictione noſtra clementer impertimur. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, ſub annullo Piſcatoris, Decimo Calend. Octob. 1606. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Secundum Breue Pontificium datũ decimo Cal. Sept. 1607.

Dilecti filii, Salutem & Apoſtolicam benedictionem, Renunciatum eſt nobis, reperiri nonnullos apud vos, qui cum ſatis declarauerimus per literas noſtras anno ſuperiore, decimo Calend. Octobr. in forma Breuis datas, vos tuta conſcientia præſtare non poſſe Iuramentum, quod à vobis tunc exigebatur; & præterea ſtricte præcepetimus, ne vllo modo illud præſtaretis: Nunc dicere audent huiuſmodi literas de prohibitione iuramenti, non ex animi noſtri ſententia, noſtraque propria voluntate ſcriptas fuiſſe, ſed potius aliorum intuitu atque induſtria: eaq; de cauſa iidem perſuadere nituntur, mandata noſtra dictis literis non eſſe attendenda. Perturbauit ſane nos hic nuncius, eoque magis, quia experti obedientiam veſtram (filii noſtri vnice dilecti) qui vt huic ſanctæ ſedi obediretis, opes, facultates, dignitatem, libertatem, vitam denique ipſam pie ac generoſe nihili feciſtis, nunquam ſuſpicari eſſemus potuiſſe vocari apud vos in dubium fidem literarum noſtrarum Apoſtolicarum, vt hoc prætextu vos ex mandatis noſtris eximeretis. Verum, agnoſcimus Verſutiam atque fraudem aduerſarii humanæ ſalutis, eique potius quam veſtræ voluntati tribuimus hanc renitentiam.

Ea propter iterum ad vos ſcribere decreuimus, ac denuo vobis ſignificare, literas noſtras Apoſtolicas anno præterito decimo Calend. Octobr. datas de prohibitione iuramenti, non ſolum motu proprio & ex certe noſtra ſcientia, verumetiam poſt longam & grauem deliberationem de omnibus quæ in illis continentur adhibitam, fuiſſe ſcriptas, & ob id, teneri vos illas omnino obſeruare omni interpretatione ſecus ſuadente reiecta.

Digitized by Google

1607. Hæc autem eſt mera, pura, integraq; voluntas noſtra, qui de veſtra ſalute ſollici i, ſemper cogitamus ea quæ magis vobis expediunt, & vt cogitationes ac conſilia noſtra illuminet is, à quo Chriſtiano gregi cuſtodiendo noſtra fuit præpoſita humilitas, indeſinenter oramus: quem etiam iugiter precamur vt in vobis filiis noſtris ſummopere dilectis, fidem, conſtantiam, mutuamque inter vos charitatem & pacem augeat. Quibus omnibus, cum omni charitatis affectu, peramanter benedicimus.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo piſcatoris decimo Calend. Septembr. 1607. Pontificatus noſtri anno tertio.

Petrus Stroza.

In Anglia veteranus eſt ſacerdos Blakuellus cuius meminit Iacob. qui ſuos prouinciales clandeſtinis lithurgiis & concionibus in auita religione confirmabat, atq; ille ob id ipſum Archiflamen nuncupabatur, illum iuriſiurandi formulam nō exhorruiſſe ferunt, vt quæ tota ad ſæculare obſequium regibus præſtandum concinnata eſſet, nihil illo animis & conſcientiæ detrahi, adieciſſe calculum iuriiurando atque exemplo ſuo Orthodoxis probatum fuiſſe. Bellarminus improbitate facti deterritus, ſic ad veteranum ſodalem ſcripſit.

Admodum Reuerendo Domino D. Georgio Blakuello Archipresbytero Angliæ.
Robertus S. R. E. Cardinalis Bellarminus, S. D.

Venerabilis in Chriſto Domine frater, Anni ſunt fere quadraginta, quod inuicem non vidimus: ſed ego tamen veteris noſtræ conſuetudinis nunquam oblitus ſum, teque in vinea Domini ſtrenue laborantem, quando aliter non potui, orationibus Deo commendare non deſtiti: me quoque in tua memoria toto hoc tempore vixiſſe, & in tuis orationibus ad Altare Domini locum aliquem habuiſſe non dubito.

Ita igitur ad hoc vſque tempus non verbis, aut literis, ſed opere, & veritate vt Sanctus Ioannes loquitur, alter in alterius dilectione permanſimus. Sed hoc ſilentium rumpere coegit nuncius, qui diebus iſtis de tuis vinculis & carcere ad nos venit.

Qui quidem nuncius, etſi triſtis videri poterat ob iacturam paſtoralis tuæ ſollicitudinis, quam Eccleſia iſta fecit: tamen lætus quoque videbatur, quoniam ad Martyrii gloriam, quo dono Dei nullum eſt fœlicius, propinquabas, vt qui tot annis gregem tuum verbo, & doctrina pauiſſes, nunc exemplo patientiæ glorioſius paſceres.

Verum hanc lætitiam non mediocriter interturbauit, ac fere corrupit triſtis alius nuncius, qui de cōſtantia tua in recuſando illicito iuramento ab aduerſariis tentata,

1607.

tentata, forte etiam labefactata, & proſtrata ſucceſſit. Neque enim frater chariſſime, iuramentum illud ideo licitum eſſe potuit, quod aliquo modo temperatum, & modificatum offerebatur: Scis enim eiuſmodi modificationes nihil eſſe aliud, quam Satanæ dolos, atque verſutias, vt fides Catholica de primatu ſedis Apoſtolicæ vel aperte, vel obſcure petatur: pro qua fide tot inclyti Martyres in iſta ipſa Anglia ad ſanguinem vſque pugnarunt. Certe enim quibuſcumque verbis iuramentum ab aduerſariis fidei concipiatur in Regno iſto, eo tendit, vt auctoritas capitis Eccleſiæ à ſucceſſore Sancti *Petri* ad ſucceſſorem *Henrici* octaui in *Anglia*, transferatur. Quod enim obtenditur periculo vitæ Regis, ſi ſummus Pontifex eam in *Anglia* poteſtatem habeat, quam in aliis omnibus Chriſtianis Regnis habet; inane prorſus eſſe, omnes qui ſunt aliqua prudentia prædıti facile vident.

Neque enim auditum eſt vnquam ab initio naſcentis Eccleſiæ, vſque ad hæc noſtra tempora, quod vllus Pontifex Maximus Principem vllum, quamuis hæreticum, quamuis ethnicum, quamuis perſecutorem cædi mandauerit, aut cædem forte ab aliquo patratam probauerit. Et cur quæſo, vnus Rex *Angliæ* timet, quod ex tot Chriſtianis principibus nullus timet, nullus timuit? Sed, vt dixi, vani iſti prætextus decipulæ ſunt, & ſtratagemata Satanæ. Qualia non pauca in Hiſtoriis veterum temporum inueniuntur, quæ facile referre poſſem, ſi non Epiſtolam, ſed librum integrum ſcribendum ſuſcepiſſem: vnum tantum, exempli gratia, ad memoriam tibi reuocabo. Scribit Sanctus *Gregorius Nazianzenus* in prima oratione in *Iulianum* Imperatorem, illum vt ſimplicibus Chriſtianis imponeret, in imaginibus Imperatoriis, quas Romanis ciuili quodam genere honoris pro more adorabant, imagines Deorum falſorum admiſcuiſſe, vt nemo poſſet Imperatoris imaginem adorare, quin ſimul Deorum ſimulachris cultum adhiberet. Hinc nimirum fiebat, vt plurimi deciperentur, & ſi qui forte fraudē ſubodorati, Imperatoris imaginē venerari recuſarent, ii grauiſſime punirentur, vt qui Cæſarem in ſua imagine contempſiſſent. Tale aliquid in Iuramento vobis oblato mihi videre videor, quod ea fraude compoſitum eſt, vt nemo poſſit proditionem in Regem deteſtari, ciuilemque ſubiectionem profiteri, quin primatum ſedis Apoſtolicæ perfide abnegare cogatur. Sed Chriſti ſerui, ac præſertim primarii Domini Sacerdotes, vbi periculum Fidei ſubeſſe poſſit, tantum abeſſe debent à ſuſceptione illiciti iuramenti, vt ab omni etiam ſuſpicione ſimulationis præſtiti iuramenti cauere debeant, ne fidelibus populis vllum præuaricationis exemplum reliquiſſe videantur.

Quod egregie præſtitit inſignis ille Eleazarus, qui neque porcinas carnes comedere, neque ſimulare comnedi ſſe voluit, quamuis grauiſſima tormenta ſibi cerneret imminere: ne, vt ipſe ait, in ſecundo libro Macchabæorum, multi iuuenum per eam ſimulationem ad Legis præuaricationem animarentur. Neque minus fortiter Magnus Baſilius, & exemplo ad res noſtras magis accommodato, cum Valente Imperatore ſe geſſit.

Nam vt in hiſtoria ſcribit Theodoritus, cum Præfectus imperatoris hæretici ſhortaretur Sanctum Baſilium, vt non vellet propter paruam dogmatum

Digitized by Google

1607. ſubtilitatem imperatori reſiſtere; reſpondit vir ille ſanctiſſimus, & prudentiſſimus non eſſe ferendum, vt de Diuinis dogmatibus vel vna ſyllaba corrumpatur, ſed potius pro eorum defenſione omne genus ſupplicii amplectendum. Equidem arbitror non deeſſe apud vos, qui dogmatum ſubtilitatem eſſe dicant, quæ in iuramento Catholicis hominibus propoſito continentur: & non eſſe propter rem tam paruam Regis imperio reluctandum. Sed non deerunt etiam viri ſancti, ac magno Baſilio ſimiles, qui palam affirmabunt, non eſſe de Diuinis dogmatibus, vel minimam aliquam ſyllabam corrumpendam, etiamſi tormenta & mors ipſa toleranda proponatur.

Inter hos vnum, vel potius horum principem atque anteſignanum, te eſſe par eſt.

Et quamuis vel inopinata comprehenſio, vel acerbitas perſequutionis, vel ſenectutis imbecillitas, vel quid aliud in cauſa fuerit, vt conſtantia titubauerit; confidimus tamen de Domini pietate, & de diuturna tua virtute, fore, vt qui Sancti Petri & Sancti Marcellini caſum aliqua ex parte imitatus videris, eorundem fortitudinem, in reparandis viribus & veritate aſſerenda fœliciter imiteris.

Nam ſi rem totam diligenter apud te cogitare volueris, videbis profecto non eſſe rem paruam, quæ ob iuramentum iſtud, in diſcrimen adducitur, ſed vnum ex præcipuis Fidei noſtræ capitibus, ac religionis Catholicæ fundamentis. Audi enim quid Apoſtolus veſter magnus Gregorius, in Epiſtola quadrageſima ſecunda, libri vndecimi ſcribat; *Apoſtolicæ ſedis reuerentia, nullius præſumptione turbetur. tunc enim membrorum ſtatus integer perſeuerat, ſi caput Fidei nulla pulſetur iniuria.* Itaque Sancto Gregorio teſte, cum de primatu ſedis Apoſtolicæ vel turbando, vel minuendo, vel tollendo ſatagitur, de ipſo capite Fidei amputando, ac de totius corporis, omniumque membrorum ſtatu diſſipando ſatagitur. Quod ipſum Sanctus Leo confirmat, in ſermone tertio de aſſumptione ſua ad Pontificatum, cum ait, *Specialis cura Petri à Domino ſuſcipitur, & pro fide Petri propriè ſupplicantur, tanquam aliorum ſtatus certior ſit futurus, ſi mens Principis victa non fuerit.*

Ex quo idem ipſe in Epiſtola ad Epiſcopus *Viennenſis* prouinciæ affirmare non dubitat, *neceſſe eſſe exortem illum myſterii eſſe Diuini, qui auſus fuerit à Petri ſoliditate exedere.* Qui rurſum ait, *Quiſquis huic ſedi principatum exiſtimat denegandum, illius quidem nullo modo poteſt minuere dignitatem, ſed inflatus ſpiritu ſuperbiæ ſuæ, ſemetipſum in inferna demergit.*

Atque hoc quidem, & alia eiuſdem generis multa tibi notiſſima eſſe certo ſcio, qui præter cæteros libros, viſibilem monarchiam Sanderi tui, ſcriptoris diligentiſſimi, & de Eccleſia Anglicana optime meriti, ſæpe legiſti: quique ignorare non potes, ſanctiſſimos viros, eoſdemque doctiſſimos, *Ioannem Roffenſem, & Thomam Morum* pro hoc vno grauiſſimo dogmate duces ad Martyrium plurimis aliis, cum ingenti Anglicæ nationis gloria, noſtra memoria fuiſſe. Sed ad memoriam tibi reuocare volui, vt colligas te, & magnitudinem rei conſideraps, non tuo iudicio nimium fidas, neque plus ſapias quam oportet ſapere; & ſi forte

Digitized by Google

ſi forte lapſus tuus non ex in conſideratione, ſed ex infirmitate humana ex metu carceris & ſuppliciorum, profectus eſt, non antepenas libertatem temporalem libertati gloriæ filiorum Dei: neque ob momentaneam, & leuem tribulationem fugiendam, amittere velis æternum gloriæ pondus, quod ipſa tribulatio operatur in te. Bonum certamen diu certaſti, curſum ferme conſummaſti, fidem tot annis ſeruaſti; noli igitur tantorum laborum præmia tam facile perdere, noli corona iuſtitiæ, quæ tibi iamdudum paratur, te ipſum priuare; noli tot patrum & filiorum tuorum vultus confundere. 1607.

In te ſunt hoc tempore coniecti oculi totius Eccleſiæ; quin etiam ſpectaculum factus es mundo, Angelis & hominibus, noli in extremo actu ita te gerere, vt & tuis luctum, & gaudium hoſtibus relinquas. Sed contra potius, quod omnino ſperamus, & pro quo ad DEVM noſtrum aſſidue preces fundimus, vexillum Fidei glorioſe erigas, & quam contriſtaueras, lætam facias Eccleſiam: nec iam ſolum veniam merearis à Domino, ſed coronam. Vale viriliter age, & confortetur cor tuum. Romæ, die 28. Septembris, 1607.

Reuerendæ admodum D. V. frater & ſeruus in Chriſto, Robertus Cardinalis Bellarminus.

Epiſtola monitoria Iacobi magnæ Britanniæ Regis.

Iacobus, vt Sacramentum regiæ fidelitatis, non vno telo ſed omnibus machinis appeti videt, apologetico opuſculo propugnat atque in conſortium Cæſarem Reges principeſque orbis Chriſtiani, Epiſtola monitoria aduocat, in oppugnatione illius iuriſiurandi, cauſam communem verſari omnium, ſi feratur vniuerſorum imperia & dominicalia iura penitus conuelli, ab obſequio & fide ſubditorum mentes ſolui, ad mutuam ergo diſſentionem omnes quaſi claſſico concitat: Ex regia Epiſtola liquet, qui in Iacobum ſacramenti aſſertorem, calami mucronem acerbe & virulentius, quam eius ferret dignitas (vt conqueritur) ſtrinxerint.

Sed cum id operis emiſiſſem, ecce tibi exortos ſubito duos Cenſores, qui non tam argumentis in librum, quam in me conuitiis certauerunt; vt impudentiam hominum omnes merito mirentur.

Cum enim librum Anglico ſermone conſcripſiſſem, qui pro argumento iuriſiurandi Anglicani patrocinium complecteretur, totaque res Anglos meos potiſſimum tangeret; & mox aliqui, faciliorem illi viam ad exteras gentes ſterni cupientes, eundem latinitate donaſſent, rediit ad me non multo poſt male mulctatus, & vtroq; idiomate vapulans. Atque equidem credo, ſi tot tamque variis linguis prodiiſſet, quotquot erant in illa confuſione Babylonica, vexatum illis omnibus fuiſſe rediturum; ex quo intelligas, quam impiger ſit Diabolus, & quam in omnes occaſiones intentus, quo venenatas ſuas merces extrudat. Sed illorum malam mentem, vel hoc ipſum liquido arguam, quod me ſtatim gemina cõfutatione exceperint: Blakvvelli autem Archipreſbyteri libro (quo ille huius iuriſiurandi æquitatem, & ius Regum in rebus ciuilibus innumeris Scholaſticorum Pontificiorum teſtimoniis, tuetur) ne verbo quidem reſponderint.

Quod ad iſtum, qui mihi Anglice reſpondit, fugitiuum illum meum, & officiorum quæ mihi iure naturæ debuit, eiuratorem; neque ſacras veſtras aures vio-

Digitized by Google

1607. lari, neque ſtylum meum fœdari patiar, in eo homuncione depingendo, qui nō erubuit, immo non exhorruit debacchari, atque acerbitatis ſuæ virus in Reginam recentis fœliciſque memoriæ euomere, Subditumne Principi naturali maledicere; Virum fœminæ, eique Heroinæ conuitiari? Hominem pium, externa ſaltem profeſſione, in demortuam impie inſultare; Denique Radamanthi munus inuadere, ſedere, atque agere iudicem apud Inferos? Hic illum cruciat ſcilicet; hinc omnis illius furor & rabies, quod ferre non poteſt, vel me ſucceſſorem vel quenquam ex eius miniſtris, quicquam honorifice de ea prædicare.

οὐχ ὁσιον φθιμένοισι λοιδορεῖν.

Maledictus, qui maledicit vncto Domini: pereatque interitu Core, qui peccauit in contradictione Core: foras eiuſmodi canes, porcique eiiciantur, extra cœleſtem, dico, Hieruſalem.

Venio nunc ad illum, qui Latine in me ſcripſit. Sane de homine ipſo quod dicam, non habeo: ex ſubditis meis non eſt, Domino ſuo ſtat, vel cadit. hoc tamen mihi conſtat, vtrumque eorum iecisſe ſortem ſuper libro meo, quem diuidere non poterant.

Fugitiuo meo obtigit, vt defunctæ Reginæ memoriam, cōuitiis oneraret; ſed non alia re, quam reſte refellenda ſunt huius Rabulæ mendacia. Alteri externo, vt me meamque Apologiam petulantius laceſſeret, quod & videbatur maiori cum audacia facturus, & reuera confidentius præſtitit: ſed quam iuſte, ſiue ipſam materiam, ſiue tractandi modum ſpectes, nunc videndum.

Primum quidem, quis illi libro auctor ſit, tantū ex coniecturis augurari poſſum, id nominis ſibi adſcripſit. *Matthæus Tortus Cardinalis Bellarmini à ſacellis*; diſtortus ſane Doctor, tortuoſa Matheologia imbutus; auctor obſcurus, mihi quidem prorſus incognitus, & parum vt opinior, ex vllis ſuis operibus orbi notus. Quid non igitur perditum nebulonem arbitretur, qui non in refutando tantum Regem, ſed etiam calumniis onerando, prima artis ſuæ rudimenta poſuerit? Verum quiſquis totius libri ſeriem accurate perpenderit, quam elato ſpiritu ſtiloq; decurrat, vt nec toti Regum ordini, nec mihi nominatim ipſi pepercerit, quanto denique faſtu & ſupercilio, hæc & ſimilia in eo ſcribantur.

Deuotiones huiuſcemodi Anglicani iuriſiurandi, Iacobo 6. ſtomachum concitarunt, vt temperare à calamo, vel Rex & is certe maximus, belli & pacis muniis inclytus, non potuerit: doleo tamen acerbius quam Regia ferret dignitas appetitum, æſtus ille ſcribendi comprimi, & ad illum monita ad regias aures accommodari ex præcepto illius, qui non niſi Bombycinis verbis hoc eſt mollibus & blandis, Reges demulcendos dixit, Sed dum ille Apologetica Epiſtola ſe vlciſcitur, Romæ Bellarminus, nec Lutetiæ plures in ea incude retundenda conquieſcunt, ne ſilentio Victorem Regem agnoſcant, At ſinamus eos ad lucernam in biennium viſino more ſuos partus lambere, nam laceſſiti vix talione abſtinebunt.

Pomponius Bellæureus Galliæ Cancellarius, noſtri æui Neſtor, ex huius mūdi ſalo in cœlum emigrauit, patrio & Grationopolitano Senatui pubeſcentes gloriæ primitias dedicauit, ſed cum Accuſianus eum non caperet, ad maiorem

lucem

Digitized by Google

lucem Lutetiani euocatus, propius regibus innotuit, cumq; Aulæ intimis conſiliis arduiſque regni negociis, quam Curiæ forenſibus nodis, procliuiorem ſe agnoſceret quamuis ille non ſolum purpuratus, ſed pileatus præſes principem ſedem apud togatos teneret, ſecutus genium, ad regias legationes animum adiecit, quas luculentiſſimas fortunate admodum peregit, quique orator ad omnes gentes iuerat, exorator rediit, præterquam è maiori Britannia, quo miſſus, vt deprecatorib. Henrico III. & Catharina Medicea, Mariæ Stuartæ caput, liliato ſuoque & auito diademate olim inſigni um, à ſecuri redimeret, ab Elizabetha immaniter repulſam paſſus eſt, nihil immanſuetum muliebre ingenium, hominis facundia mouit: illi enim hoſpitii & cognationis ius violatum ſcite admodum & acute exprobrauit, acroemate Ethnici, in cuius ſinum cum ſe paſſer ab accipitre appetitus abdidiſſet, impellenti vt eiiceret ad prædam, reſpondet, *non eſſe prodendos hoſpites noſtros*: his aureis Ethnicis quidem, ſed vere Chriſtianis verbis, Marpeſia illa cautes non magis mota eſt, quam ſuæ inſulæ ſcopuli inſultantibus procellis, Bellæureo, imo toti Orbi Chriſtiano negauit Eliſabetha, quod Othomanidæ, minorum principum legato non negarent, ſed vt indignatio vel facit vel elicit verſum.

1607. *Olim & Elogium Pompon Bellæurei Fran. Cancell.*

Bellæureus miſſus ad Elizabetham ſaluū caput Reginæ olim Franciæ & Scotorū ſalutem non fecit.

Abſtulit hæc habeat ſecum ſeruetque ſepulchro.

Redeo ad inferias, Bellæureus admodum illuſtribus elatus eſt, longus ordo funeris, pullatorum, tædiferorum, æneatorum, Pontifices multi, Torquatæ militiæ equites, vniuerſus Senatus, vis dicam luce illa tota atrata Lutetia, Fænollius Agathopolis deſignatus Epiſcopus, mortuum funebri laudatione proſecutus eſt, monumento marmoreo quod aſcribimus Epitaphium aureis notis inciſum eſt.

D. O. MA.

POMPONIO BELLÆVREO, FRANCIÆ CANCELLARIO, VIRO PIETATE, DOCTRINA, MAGNITVDINE ANIMI SVMMA IN PRINCIPEM FIDE CLARISSIMO, QVI SVBV. REGIBVS, HONORIBVS AMPLISSIMIS, AC VARIIS LABORIOSISSIMISQVE LEGATIONIBVS PRO REP. GESTIS, PACE DOMI FORISQVE, CONFECTA, LEGIBVS ET SIGILLO PRINCIPIS INTEGERRIME PRÆFVISSET, GLORIA NON OPIBVS CVMVLATVS OBIIT, ANNO SALV. CIↃ IↃC. VII. V. EID. SEPTEM. ÆTATIS LXXVIII. MARTIA PRVNERIA LIBERIQVE MÆSTI POS.

In Gallia, vt fieri aſſolet, genus eſt hominum, quorum parentes nec de nomine noti vnquam fuere, vbi vncinis manib. ad publicum regiumque ærarium acceſſere, repente fiunt aurei, toto ſe Pactolo proluunt, menſa, veſte, famulitio, palatiis vel ſummos dynaſtas ſuperant, quam recte plures dubitant quam impune ſciunt omnes, terrentur tamen Trieterio Edicto, ſed quaſi fulmine bruto, vbi enim de ingenti præda vectigal tantillum perſoluerunt, quaſi omnibus flagitiis abſoluti ad peculatum audentius & edacius ſe adii iunt, ad comprimendam ſpongiam, hoc anno delegati iuridici, re vera ad vindicanda publica latrocinia inexorati, iamque nimiæ opes poſſidentibus exitio erant, nec aliunde

In conſcios peculatus iuridici capitales dati.

Digitized by Google

1607. teſtibus opus erat, quam ortus, patrimonii & rerum partarum, ſeu verius raptarum indagatione, capitales controuerſiæ non erant operoſi negotii, res erat in expedito, cum qui ſacrum aurum côtrectarunt, conſortio facto ad vniuerſorum redemptionē, vlciſcendi ſeueritatem irritam, auroq; ſe liberos faciunt, illo victa Nemeſis faſces ſubmittit, nam vt ille,

Aurum omnes pictâ nunc pietate colunt.

Comitia Cleri Gallicani Lutetiæ longanimus.

Clerus Gallicanus, hoc anno Lutetiæ comitia habuit, de myſticis æq; ac profanis, ſacra non attingo, quod illa nondum euulgata, & religione ſilentii, parietibus triclinii comitiorum incluſa ſint, de ſæcularibus audio, de diſpungendis rationibus quæſtorum, multum anxios fuiſſe, credo inani opera, nam dum primores Cleri, à prouinciis miſſi de accubitu & ſedendi prærogatiuis nimium diſputant, & forte inania terunt pene annus exigitur, ita vt ſumptus fructum deuoret, quandoquidem Antiſtitum, & aſſidentium opima & diutina ſtipendia (ſunt enim qui duodecim ſolaribus aureis, dietim copiam ſui faciebant) magno & intolerabili diſpendio gregarios ſacerdotes mulctarunt, ferunt in huiuſmodi comitiis, multa ad diſciplinæ Eccleſiaſticæ inſtaurationem decreta fuiſſe, quod de more eſt, ſed membranis illa eximie ſcripta, vix vnquam ſtrenuo opere clareſcunt, ſic vere Ethnicus:

——pietas laudatur & alget.

vt addidit

Protinus at cenſum de moribus vltima fiet
Quæſtio

Ex omnibus decretis vnum ſe dedit foras & erupit, nempe vt fas ſit Clero, venia Pontificis diſtracta prædia, ab anno quadrageſimo quarto ab emptoribus recipere, cui Rex ſuum & Prætorianus Senatus calculum addidit, vt fuſius ſuo loco dicetur.

Cædes proditoria domini Halotii.

Marchio Allaigreus, ciuili bello Halloti um inermem & diſcinctum, ſpecie ſalutandi armatus ipſe & cum ſatellitio domeſticorum, ex inſidiis Vetonæ ad Sequanam necauerat, illico à regiis partibus quarum tenaciſſimus fuerat, ad fœderatos deficit & per expeditos equos aufugit, vt vero ſibi primū ac conſciis nefandæ cædis impune eſſet, per adoleſcentem qui illi ad aulicum miniſterium erat, feretrum ſeu capſam Diui Romani non ſine ambitu & æmulatione æq; facinoroſorum, publica traductione efferendam impetrauit, quotquot lanienæ conſortes fuerant capitalib. eremodiciis in prætorio Senatu, picta tabula damnati fuerāt, quotquot vero intercipi potuere ſupplicio affecti, ſuperſtes enim côiux impenſarū vix æſtimabili diſpendio, ſanguine nocentium, vel eorū qui ſiccamariu ac inſidiarum neſcii ſpectaculo interfuerant, litauit, poſt irrequietes animoſæ vxoris indignationes Motæus ille tandem in caſſes incidit, ex vinculis cauſam dixit in Prætorio Senatu, ætatis teneritudine, obſequio in dominum, manibus incruentis, vt qui gladiolum impubes non diſtrinxiſſet, ſe inſontem profitebatur, ſi reus ſit oculis fuiſſe qui viderit quod auertere nequierit, leges nō damnare niſi illos qui cum prohibere poſſent noluerint, oſcitantibus côniuentibuſq; ad vim illatā

De Capſa Diui Romani Rothomag. Antiſtitis luculenta controuerſia.

eſſe

1607.

eſſe probro, non his qui depellendæ vi impares ſint, & qui tacendi quieſcendiq; neceſſitatem habent. Piſo ad comilitones exitium ſuum ſpectantes inclamabat, *quieſcendo commune crimen facitis*, & apud Poetam transformationum, alius oculorum crimen ſic expiabat.

Lib. 7. Methamor.

Cur ego nunc ſpecto pereuntem, oculiſque videndo
Conſcelero.

Adiicebat Moræi patronus, in longe diſſimili fuiſſe conditione ab ea, quam ſic Ioannes Papa ad Ludo. Imper. noxæ deputat: *Facientis culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare*: nihilominus Moræus de capite anceps, qui non tam conceptæ de innocentia opinioni fidendum putaret, ad diuales aras & adyta cõfugit, quaſi illa nequitiæ præſidia ſint, vt de ſuo Aſylo Romulus voluit, propoſita hac liminari epigraphe,

Romulus vt ſaxo lucum circundedit alto,
Quilibet huc dixit, confuge, tutus eris.

Litiſe offerunt Archiep. & canonici Rothomagenſes.

Dum capiti ſuo iudicium dicitur, Diuum Romanum vindicem aſſertoremq; condonatę noxæ interpellat, Archipræſulem Ioieuſam, & flamines Rhothomagenſes, ad tutelaris ſui numinis vindicias, ſolemni quiritatione & ad litis contortum impellit, ſi reus ſit peccaſſe oculis, vt qui puras à cæde manus habuerit, nihilominus quantumuis piacularis, omniumq; cædium carnificina cõtaminatiſſimus fuiſſet, vna feretri publica geſtatione, cõdonata delicta, nec iam renouãda flagitia, ſi exquirantur, Neuſtrię priſcas immunitates & priuilegia conuelli, gẽtili Diuo vim & contumeliam inferri, à multis ſæculis inualuiſſe conſuetudinẽ: non inſolens neq; nuperum inuentum, cũ lege Hebræa, quotannis ante Paſchalia ſolemnia, nocentẽ eximi vinculis de more eſſet, necà Romuli Aſylo diſſimiles fuiſſe in Palæſtina aliquot ciuitates, quæ ad perfugiũ nocentiũ conditæ fuerant: Gregoriũ Turonenſem, ſparſim in annalibus ſuis fidem facere, quantæ venerationi, aræ, puluinaria, delubra reliquiæ Diuorum fuerint, quanti hominum noxiorum, diuerticulo illo ſecures & præſentes pœnas declinauerint, nec ſanguine ſolo crimina dilui, cũ pœnitentia, ad exorandũ numen nulla ſit efficacior medela, & quã acceptiſſima ſit docuiſſe Seruatorem, cum ille adulteram iam ad grandinẽ lapidum, ex ſeueritate legis Hebrææ deligatam indamnatã reliquerit, quamdiu apud mortales egerit; non ſolũ damnaſſe neminem, quantumuis ſceleſtum, ſed piaculares, qui antea ſæua & immania ſpirauerant vt Paulũ qui poſt lux gentium Publicanos vt Matthæũ, focarias vt Magdalenem, & contaminatiſſimum quẽque conſortio & conuictu beauit, recutitorũ inſultantiũ toties probra diluit, vt qui palam profiteretur, non veniſſe niſi vt immundos curaret, quandoquidem bene valentibus medico opus non ſit, dum Romani, de immani hydra quæ Neuſtriam infeſtabat necata, non eſſe figmentum, vt Alcidis de Lærneo & ſeptiiciti angue, Romanũ illum ſæuientem belluam ex antro erutam, quaſi cicurатam & manſuefactam, ſtola quaſi loro vinctam, ad publicum rogum media vrbe, piaculari homine adhibito duxiſſe: longa catena ſæculorum morem inualuiſſe, vt quotannis maleficus carcere ſolutus, vita donetur, magno proteſte eſſe

1607. vetuſtatem, plura eſſe quæ membranis nulliſue notis ſignata & exarata credantur fluxiſſe ad poſteros quaſi per traduces, in aſſertione miraculorum, fidem antiquitatis omnibus monumentis antiquiorem eſſe.

Sic Auguſtinus, vt miraculorum fidem aſtrueret, hęc ambigentibus ſcribebat: *Chriſtum qui viſus eſt & apparuit non vidi, & eos qui illum viderunt non vidi, ſed credidi gentium confirmata opinioni, & famæ admodum celeberrimæ, hac eſt prudentia vera religionis hoc iuſſum diuinitus hoc à maioribus traditum, hoc ad nos vſque ſeruatum hoc perturbare velle atque peruertere, nihil aliud eſt quam ad religionem ſacrilegam viam quærere.*

Inualuiſſe ab omni æuo, vt priuato intuitu numinis, nocentes pœnæ eximerentur, Ninum primum ſtatuiſſe ſtatuas, ad quas impunitatis cauſa confugeretur, Belo patri ad eius ſimilitudinem ſimulachrum poſuiſſe, quod vbi contrectaſſent malefici, à ſcelere & pœna immunes pronunciabantur, aram Miſericordiæ Athenienſes collocaſſe, Epheſios in Delubro Dianæ, nocentibus perfugium tribuiſſe, Oſyrim Ægyptiis, Aſſyriis Apollinem, Iliacenſibus Iouem, Mineruam Lacedemoniis, diuos tutelares fuiſſe, denique gentiles falſo tribuiſſe dæmonibus, quod vero numini, à Chriſtianis tribui ſolet. Non diffitemur frequenti latronum & ſicariorum ad Deorum aras fœde lapſum, ſed iam pridē quæ & à Gregorio Turonenſi Aſyla memorantur, ſublata penitus, quæ tamen ad monumentum non fictæ pietatis ſunt, viuaciora omnibus edictis perſtant: Romæ pridie aſſumptionis virgineæ, duo ſontes pœnæ ſubducuntur, hoc virgini tributum, quę totius manſuetudinis exempla æmulanda reliquit: pridie Floraliorum è Caſtelleti Lutetiani carcere vinctus educitur. Vindocini in ſanctæ Triadis æde monaſtica, maleficus poſtquam nudus & tæda feſteſti collo innexa, præeunte Clero vrbem luſtrauit, admonitus per præconem de meliore vita, non ſolum compedibus eximitur, ſed optimo epulo recreatus, libertatem conſequitur. Nouellus Antiſtes Aurelianus, hominum noxiorum centurias, primo in vrbem aditu auſpiciiſque pontificatus abſoluit, hoc datum numini, non vt illecebra impunitatis nocentes audentiores fiant, ſed vt Deo vitam non adeptam, denuo acceptam referant, quis putet tot ſæculis ſapientiſſimos patres, præſtigiis (vt volunt maleuoli) ludificatos, tandem impoſturam paſſos? quaſi ſola hæc ætas, quę nouercata vetuſtatis, in hæreſes degenerauit, fucum & laruam detexerit; At nos proles vitioſior, auis & patribus, non mente, non fide, ſed oculis ſapimus, vt non tantum viſa ſed niſi contrectata & compreſſa manibus credamus, cum tamen fides ſit de auditu. At nulla alia virtute, homines propius ad Deum accedunt, quam miſericordia, quæ in eo præcipua eſt, vt ferrum & ſecures adimat, nam vt ſapiens Ethnicus, *periret totus orbis niſi miſericordia iram finiret*: ſic Theodoricus apud Caſſiodorum: *ſacris diebus in pietatis domicilium iure deflectimus, vt ad redemptorē omnium, remiſſionis itinere peruenire poſſimus, qui propter tormenta damnamus, pœnas abdicamus, & tunc vere iudices ſumus: macte indulgentia, quæ ſolum & præſules, tu patrona generis humani, tu afflictis rebus medicina ſingularis, quis tuo non egeat munere, cui commune ſit peccare? quapropter abſtine noxiam lictor ſecurim*, cauſſantur maleuoli, (qui nihil aliud ſciunt quam Diuis ipſis oppedere) non ſolū qui humeris ſacrum pignus geſtauerit bipedū nequiſſimum abſolui, ſed conſcios conſorteſq;, etiā ſi plures facinus inquinat, nec vllum poſt geſtatio-

Exempla Aſylorum quæ immunitatē tribuunt.

Seneca

Lib. 11. variar.

Digitized by Google

geſtationem meliorem factum, atque ideo rem ſacram peſſimo vſu deprauatam, ac vere omnium ſcelerum eſſe ſentinam. Non diffitemur vſu inualuiſſe, vt qui nocentiſſimus ſit & caput flagitii, vt noxa ſocios obligauit, ſic venia participare illos, ſed quid aliud cœlitibus indulgetur, quam quod ſibi reges principeſque merito tribuunt, nec illi ſolum ſed non vno loco vicarii, vt Neapoli & Auenioni, qui ſontibus noxam remittunt, atque etiam in pontificiis vrbibus, de more eſt vt ſi dum ad carcerem vel crucem quis rapitur, obuius factus ſit Cardinalis lictore ablegato vincula feralia relaxet, & e faucibus lethi hominem vitæ reſtituat, ſic olim occurſu Veſtalis, homo iam coruis addictus, vita donabatur, hoc Deo & religioni, non fouendis hominum nequitiis indulgebatur, atque vſu compertum ignominioſa traductione affectos homines, indictæ pœnitentiæ memores, in bonos viros euaſiſſe, vt enim egregia initia glorioſæ vitæ peſſimo exitu fœdantur, ſic intemperata adoleſcentia, decoro progreſſu firmatur & laudabili fine clauditur, exempla ſint quinquennium Neronis, quo exacto nemo mortalium facinoroſior fuit, Fabius Gurges & L. Lentulus, qui repetundarum accuſatus fuit, ambo intemperatæ vitæ ætate prouectiores vbi cenſores facti ſunt, priora flagitia virtutum ampliſſimo cumulo extinxerunt. Plura hinc Motæi, illinc Rothomagenſis capituli patroni, ad longæui priuilegii aſſerendas immunitates adiiciebant. Contra Halotii atrata coniunx, cædis nefandiſſimæ implacata vltrix, multa acerbe effundebat, Deorum aras hac colluuie facinoroſorum, vt plurimum inquinari, caſtitate & mundicia potius, quam victimis illos delectati, hinc priſci moris fuiſſe, vt præco ante ſacrificia inclamaret, *procul ò procul eſte profani*, atque ipſi gentiles delubra à Diis præſentibus incoli credidere, ſic enim ex illis non incelebris: *Vis dedicationis illa eſt, quæ Deum induxit, quæ ſedi deſtinata locat, hoc ideo facere non cuique permittitur, niſi caſtæ manus, niſi familiaris ſacris animus acceſſerit.* Valer. Max. Quintili declam. CCC. 33.

Alius quamquam Ethnicus ſit, vt ita dicam Chriſtiane: *Animaduerto Deos ipſos, non tam accuratis adorantium precibus quam innocentia & ſanctitate lætari, gratioremque exiſtimari, qui coram delubris puram caſtamque mentem, quam qui meditatum carmen attulerit.* Item alius ex eadem claſſe.

——pura cum mente Venite,

Et manibus puris ſumite fontis aquam.

Nam vt eodem afflatu alius cecinit, quo ſicarium ab aris excluderet.

Tolle Deos, & quæ tangendo ſacra profanas,

Non bene cœleſtes impia dextra colit.

At quis ferat, deorum puluinaria, homicidarum latronum deterrimorum, qui contactu omnia fœdant, vel ipſo halitu contaminari inceſtarique, quam rectius, veteris Galliæ ſacerdotes Druidæ, piaculares homines ſacris longe ſubmouebant. *Si quis priuatus aut publicus (inquit Cæſar) eorum decreto non ſteterit, ſacrificiis interdicunt, quæ pœna apud eos eſt grauiſſima, quibus ita eſt interdictum, ii in numero impiorum ac ſceleratorum habentur, ab iis omnes abſcedunt, adytum ſermonemque diffugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant.*

Nonne illi ſuperis iniuriam faciunt, qui ſcelerum impunitate recreari credunt

1607.

Digitized by Google

1607. ac rite illis litari, ſi mortalium nequiſſimi, ad ſua adyta profugi, lictoribus ſecuribuſque ſubducantur, vt efferatiores ad omnem immanitatem, illecebra alterius veniæ effundantur, de Diis illi male ſentiunt, quandoquidem

Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis.

Nec gratior illis victima cedit, quã ſceleſtus, at qui quæſtuariæ immunitati patrocinantur, ad fulciendum morem barbaricum, Ethnicorum, Hæbreorum, Chriſtianorumque exempla citant, perperam illa, cum omnia Aſyla, non niſi ad perfugium illorum, qui fortuitæ cædis & incogitati flagitii rei eſſent. ſicenim præcipiebat vltor Deus, *Si quis odio habens proximum ſuum, inſidiatus fuerit vitæ eius, fugienſque percuſſerit illum, & mortuus fuerit, fugeritque ad vnam de ſupradictis vrbibus, mittent ſeniores & arripient eum, tradentque in manus proximi, cuius ſanguis effuſus eſt, & morietur.*

Nec Eccleſiarum priſco æuo inconcuſſa ſecuritas. Cum enim Merouęus Fredegondæ nouercalibus odiis exagitatus, ad Baſilicam Diui Martini, (quæ vna ſtupenda religione ab omnibus colebatur) profugiſſet, Chilpericus pater ſanguinariæ mulieri nimium indulgens, & cui Rex ancillabatur, ſic ad Gregorium Turonenſem, iracunde & minaciter ſcribebat: *Eiice Apoſtatam de Baſilica, ſin autem totam regionem igni ſuccendam* Cæſares, non niſi oppreſſis, inuidia & potentia inimicorum laborantibus, ſua ſimulachra auxilio eſſe voluerunt. Lucius 3. ab a-
L. vnica. C. qui ad ſtat. ris publicos latrones nocturnoſque depopulatores agrorum, qui itinera & publicas vias obſident, auelli atque illis Eccleſiæ immunitatem negandam iubet. Vidus Papæ, Gallici iuris lucerna, ſuo æuo cum Delphinalem Senatorem ageret, duos ſicarios inſidiatores ab aris ad pœnam raptos memorat: Ioannes Faber, æque celebris iurium interpres S. Conſultum recenſet, quo cædis meditatæ reus, è Baſilica ad reſtim perductus eſt. Petrus Ferarienſis Tranſalpinus Anteceſſor, in ſua rerum capitalium praxi, pontificiorum nimiam lenitatem arguit, atque huiuſcemodi Aſylorum frequentiam, his verbis inſectatur: *Hæc introducta ſunt ad placitum, & contra rationem, imo contra ius diuinum quo cautum eſt, Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem ſpeluncam latronum feciſtis.*

Honorius Imperat. his verbis legem tulit, *addictos ſupplicio & pro criminum immunitate damnatos, nulli clericorum vel monachorum, eorum etiam quos Cœnobitas vocant, per vim atque vſurpationem vindicare liceat ac tenere, & reos ad locum pœnæ ſub proſecutione pergentis, nullus teneat aut deſudat.*

Tacitus, gentilium delubra hac colluuie hominum inquinata ſic perhibet: *Complebantur* (inquit) *templa peſſimis ſeruitiorum, eodem ſubſidio obærati aduerſus creditores, ſuſpectique capitalem ſententiam receptabantur, nec vllum ſatis erat validum imperium coercendis ſeditionibus populi, hominum flagitia ceremoniis protegentibus*, veteres quidem non male aram miſericordiæ vocarunt, ad quam fortunæ indignantis procellis deiectus, impar æs alieno, vel qui incogitanter percuſſit, aut in aliam fortuitam noxam incidit confugiebant non ereta illa vt Caci, Polyphemi, Læſtrigones, & ceteri immanioris alium, publicam ibi vindictam fruſtrarentur. nec enim

enim venialia reſcripta, (abolitiones dicimus) indulta niſi incogitatæ cædis reis, cum enim Conſtantinus magnus, ob natalitia liberorum Criſpi & Helenæ, hoc genus reſcriptorum conceſſiſſet, ab illa gratiâ, ficarios, graſſatores, veneficos, adulteroſque excluſit: qui Diui Romani portentum aſtruunt, non ex membranis & Annalibus, ſed ſolius antiquitatis vocali præconio fidem ſibi arrogant, abſoluendi malefici, ſub priſcis regibus morem inualuiſſe, miraculum anguſtius fore creditum ſi minus commune haberetur, & populum ad illius celebritatem memori pectore quotannis recolendam, vehementius inflammatum iri, cum quod ageretur ſcriptis non contineri, intelligeret, indeque fore maius ſtudium, annuas religiones ſpectandi, quas legendi non eſſet copia, ac ſuperuacaneum fuiſſe ſcribere, quod ſemper liceret cernere: in quæſitus color, vt res nullo ſcriptore fulta, credenda tamen quaſi Catholicæ fidei ſymbolum aſtruatur. 1607.

At quis priſci & rudis æui ſcriptorum (qui pene omnes myſtici & Cœnobitæ fuerunt, quibus priuatim annales noſtros debemus) miraculum diualis potentiæ maximum, indictum præteriiſſe credat? cum inania & friuola ex hominum memoria excidere non paſſi ſint, apud omnes tamen, ſtola vincti, abductique à maleficio ad publicum rogum, & vſtulati ſerpentis altum eſt ſilentium, vt nunquam hoc portentum extitiſſe, merito credi debeat, nec veriſimile eſt ſub piis regibus, vnius ſontis priuata geſtatione capſæ, conceſſum, vt longa cathena ſceleſtorum, cathenis & publica vltione, (quæ politicæ neruus eſt) eximeretur, potiſſimum ſub Lud. 9 qui reſcriptorum venialium parciſſimus fuit, & ſi quæ ægre & titubanti manu annuebat, non niſi illa arbitris & ſuaſoribus, magno ſuo Eleemoſynario, qui ab arcanis conſcientiæ erat, ſed feramus, quod de Hæbræorum intimis myſteriis dicitur, illa nec paginis, nec litteratis arborum corticibus, vel ſaxis concredita fuiſſe, ne euulgatione vileſcerent, ſed longa annorum patrumque traditione ad poſteros tranſmiſſa, nihilominus vt ſartum ſaluumque velimus priuilegium, tamen nequiſſimus abuſus qui inualuit coercendus eſt, vel ex diui Romani peculiari arbitratu, qui cum in egregio illo facinore, non niſi vnum ſontem ſocium habuerit, niſi vni in poſterum indulgendam veniam voluit.

At noſtro æuo, quanta ſceleratorum eluuies, hac Ægide tuta leges publicas impune ludificetur, nam ex conſortio maleficorum, quiſpiam nullo pudore ſuffuſus, de famæ æſtimatione nihil anxius, qui ora hominum non erubeſcat, ſacro oneri humeros quos ad ſtipem ſubmittit toties, clitellis oneribuſque baiulandis, ſubmittit, atque vnus ille ſua, omnium ignominiam deuorat, vel abſentes expiat & abſoluit, quod inſolens apud omnes gentes in omnibus ſubſelliis. Itaque longe grauiori expoſtulatione, vt ſuæ patronus, Mortæi caput, dilecto cineri victimam poſcebat: cauſa pluribus clepſydris dictis, actiones vero, vbi viciſſim typis excuſæ, non modo aduerſariæ faſtidio Rothomagenſi Clero, ſed qui crederet illis, contumelioſe ſua priuilegia appeti, & pro nugis anilibus explodi, contubernalis flaminis eſus calamo, tanquam ſpongia, Diui Romani honorem ſummum, vetuſtatis fidem, longæui vſus firmitatem, immunitatis ſecuritatem

conſtare

Digitized by Google

1607. conſtare voluit. Paulo poſt, vbi ex priſcis membranis edita vita Diui Romani, occaſione ſumpta ex liminari epiſtola, pro Diuo Apologia ſcribitur, hæc omnia fide ſequeſtra, qui nedum de cœlitibus, ſed ne de mortalibus iudicium ferre, nec velim, nec auſim ſcripſi, ne quis mihi cruribus aſciam impingat: nam in narrationib. ſum ambidexter, nulli addictus niſi vero, nec declinandæ inuidiæ via tutior, quã hærere in verbis, aliis de rebus iudicium relinquere.

Votum Ducis Vrbinatis ad Di. Franciſcum de Paula.

Regulorum Italiæ non poſtremus Vrbinas, (Vrbinum vero vetus eſt Italiæ ciuitas, cuius meminere Tacitus & Plinius,) quem Papa Sextus anno 1470 in ducatum erexit (alumnis Polidorio hiſtoriæ Anglicanæ ſcriptore, & Raphaele pictore illuſtribus eximia) cum ſenis & ſine prole eſſet, veritus ne orbitate & obitu ſuo Dynaſtia caduca fieret, Diuo Franciſco à Paula, vota nuncupat, vt ſi eo deprecatore maſculum ſuſciperet, ad Anachoretæ Calabri ſepulcrum Auguſtæ Turonum illa perſolueret (ſed ego maturè cachinno eorum qui nihil diuis tribuunt occurro, ac illo quantum voluerint hiulcis buccis, vel in Sardinium diducantur) non erubeſco ſcribere, quod alii prius, quodque ipſe Vrbinas nato ſibi herede, profiteri & exſoluere non erubuit, ille igitur hoc anno ad beatos cineres legatos mittit, qui voti compotem factum eius religione liberarent: At ne qui in verbis & narrationibus mihi pedicas tendunt, (quamquam aranearum ſint) vanitatis ſuperſtitioniſque arguant, reuoluant illi noſtros Annales, illis exploratum, Annam Britannicam cœnam Archimandritæ Siculo, cum Ludou. XII. diu nuptias fecundas ſteriles doluiſſet, facta voti nuncupatione Franciſco à Paula, materfacta eſt: Lodoica etiam Sabaudica, diu ſe non prolificam gemuerat, vouit Diuo Cœnobium & primogenito ſuum nomen, ſuſcepto mari, Franciſci nomen impoſuit is fuit magnus ille litterarum parens, cuius vxor Claudia, etiam Diui auſpiciis prolẽ impetrauit: Sed vt recentiora noſtri æui memorem, Dux Montpenſerius ac coniunx, vbi diu thorum ſine liberis eluxerunt, inter cætera Diuo ſpondent, vt qui maſculus naſceretur, Franciſci titulo inſigniretur, nec vana ſpes, natus eſt illis, quem nunc pietatis virtutiſq; paternæ, vt multarum ditionum, heredem videmus.

In vrbe Mediomatricum, anteſignanus erat præſidiariæ cohortis, titulo Motæus, homo, in oppidanos impotens, diſſolutis moribus, effreni libidine, qui ſcitulam virginem ciuis cum efflictim deperiret omnib. lenociniis demulcendam, vel ſi nequeat vi auellendam ſtatuit, ad hoc ſcelus vtitur opera merobibæ mulieris, de genere illarum, quæ lenocinium faciunt, deluſam virginem ſpecie rei honeſtæ, in militis domum imo ad proſtibulum, ouem ad lupum & lanienam abducit, concluſa in ergaſtulo vim pudoris patitur, ac diu imo ſemper miſeros parentes ſui deſiderio torquet, illi tota vrbe lymphati præreptam filiam inclamant, iuridicos ad inueſtigationem & vindictam concitant, illi accerſitis arcis vrbiſque præſidiariis Centurionibus, in quos raptæ virginis ſuſpicio incidebat, monitos faciunt, vt quam primum ſalua pudicitia puellam querulis parentibus reſtituant, aſtabat raptor Motæus qui prætoris voce, & horrore ſceleris perculſus, quod proprium eſt nocentium æſtuat, fremit, trepidat, carnificem & ſecurim animo concipit, domum abit, ſceleri ſcelus addere cogitat, & perficit, ſi deuirginatam reſtituat,

Digitized by Google

ſtituat, ſupplicii non eſſe effugium, prius flagitium altero occultandum putat, 1607.
fruſtra tamen, nam vt eleganter ab Epicuro dictum, *Poteſt nocenti contingere vt non lateat, latendi fides non poteſt*, ſed qui ſemel modeſtiæ & probitatis fines tranſilietit, eum gnauiter impudentem eſſe oportet, homo dirus qui ſanguinem non pauere ex bellica ſtrage didicerat, à virginis cæde manus cruentas non temperat, vitam cum pudicitia eripit, neue cædis veſtigia extarent, in fruſtula membratim ſectam & detruncatam, laxa mantica inuolutam, in proximũ fluentum abiicit: Teterrimum ſcelus latuit, quouſq; hircoſus ille Centurio & ſcortator, gregario militi aliam puellam, ſimili libidine ad ſtuprum abducit, qui non ferens rem obſcenam non minus cordate quam vi corruptus Tyro à ſignifero, ad Marium caſtrorum Imperatorem conqueſtus, ad Archianum arcis ſummum præfectum conqueritur, Motæus, cum læna iuuenculas ſubducere ſolita, & conſcio lanienæ famulo, in vincula coniectus, vrbani prętoris ſubſellium detrectat: at paulo poſt primũ facinus, iam diuturnitate temporis vt ſperabat inultum, ex abditiſſimis tenebris in lucem ſe ſe exerit: nam de læna & famulo ſeorſum habita queſtione, veritas ad exitum ſibi rimas agere cæpit. Cauſæ dictioni idoneus iudex deerat, ſed tandem lis ad Prætorianum Senatum, principis reſcripto dirimenda remittitur, vincti omnes Lutetiam abducti, vrgentur equuleis, quorũ cruciatus læna & famulus nõ ferentes, vltro flagitii omnẽ diritatem detegunt, damnati illi ad furcam, Motæus ad ſecurim: vbi vero capitale iudiciũ audiit, ferox genua ſubmittere, vinciri, abduci ad patibulum negat, luctatur cum tortore & lictorib. tandem humi ſtratum indignantem & immaniter ferocientem, funibus ſtringunt, in feralem traham multorum humeris euehũnt, vbi ventum ad tabulatum, nihilo mitior minus verecunde & ſtrenue quam primipilum deceret, vim & impetum redintegrat, circumſtantes amicos vrget, vt apud Regem veniæ deprecatores ſint, ille enim qui iam moriturus erat ſpe viuebat, Eſpernonius Motæi fortitudinis bellicæ memor, nequicquam ſaluum illi caput depoſcit, Margaris Auguſta Valeſia, iam ſummo veſpere Regem adit, qui nullis precibus victus, ſummum ſcelus vindicandũ imperat. Nunciatur Motæo fruſtra Regem de venia interpellatum, non potuiſſe illum exorari, vt fortiter ad mortem, quæ ceruici pronæ iam impendet, ſe componat, monetur, intemperiiſque quæ tam ſtrenuum bellatorem non deceant, abſtineat, in publico ignauiæ ſigna accipi, quã olim & toties per confertiſſimas acies mortem quæſierit, à ſpiculatore non exhorteat, ille tandem ſedatior factus, genua ponit, ceruicem inflectit, vultum ſindone obduci, ad palum deligari patitur, atque ad faces iam ſera nocte capite minuitur.

Damnati inſolens ferocia.

Senatuſconſult. magni Conſilu, au rapport de Monſieur Vigor.

RODOLPHI BOTEREI
IN MAGNO FRANCIÆ
CONSILIO ADVOCATI,

Commentariorum rerum toto orbe geſtarum liber XV. qui anni 1608. ſeriem complectitur.

Aſperitas hiemis.

ANNI ineuntis primordia ſæuitia & pertinacia frigoris exitio ſatorum, vitium, arborum præcipue medulatarũ poſteris memoranda ſunt. Longæui enim ab anno quinquageſimo, durioré hiemem non fuiſſe expertos affirmabant, ſed res tam plana vt teſtimoniis non indigeret, amnes rapidiſſimi indurati & vincti tam alto gelu, vt plauſtra & currus onerarios ſuſtinerent, & inconcuſſe ac ſine metu rotis ſulcarentur, vt ſoluti ſolent nauigiis, callis & orbita qua ibatur, tritura pedum amnes ſignabat, vt fit ſolido ſolo: palmes in viribus ad imam radicem vi frigoris contabuit, nec niſi cæſæ ſtirpitus repullularunt, nuces omnes quantumuis annoſæ, dura & rugoſa cortice penitus exaruerunt, & quod mirere Meſpili arbores, ligni compacti & minime fiſtuloſi ſimiliter contabuerunt: ſtiria & ſpiritus caleſcens ab ore, illico in nebulas & lanuginem albeſcebat, aqua admota foco vt contingebat humum dureſcebat, vinum in amphoris, vel in ſubterraneis cryptis & cellis concretum fluere deſiit, impoſitus ſcyphus menſæ vinctus hæbebat, & alicubi non appendi ad menſuram, ſed in fruſta ſecari oportuit, vt Bellaius inclitus & minime vanus ſcriptor, narrat ſuo æuo contigiſſe, cum acies Gallica in Lucemburgenſi agro ſtatiua haberet, plurimi ineluctabili frigore dum cælo intractabiliter faciunt, riguerunt, qui tamdiu deſiderati donec ſolutis niuibus, inuenta eorum cadauera concreta & pene ſine fœtore, quæ agnita & collecta ab agnatis, humo condita ſunt. Sequana tanta ſpiſſitudine glaciei ſolidatus vt Rex & Aulici, atque omne vulgus quotidianis excurſionibus intrepite medium calcarent, plebs quæ in diem viuit, ſine pænu, inopia ligni plurimum laborauit.

Summi frigoris effectus

Liure de memoire.

Atego

At ego ipſe laureti & arbuſtorum hortenſium, quæ in delitiis ſunt iactura offenſus, Brumæ inclementiam carmine quod attexui, inſectatus ſum, audite, num ego vincta quam ſoluta illi illius ſæuitatem expreſſerim. 1608.

Qualis hiems, quam ſæua gelu, quam dira pruinis
Frigore & immani lethalis & aſpera noſtris
Corporibuſque, ſatiſque lues, pecorique gementi
Ad præſepe, vicem triſtem Telluris operta.
Audiat hæc ventura ætas, annumque Nepotes
Non ſolito de more notent, non Rege nec vrbis
Conſulibus, ſed frigoribus nimiumque globoſis
Molibus, in longum cælo inclemente rigorem:
Sequana ſuetus aquis labentibus amne ſoluto
In pelagus ruere, & Thetidi fluuiale tributum
Soluere, languet iners fluuiali compede vinctus,
Proratibuſque, rotas & plauſtra ingentia, rumpi
Indocilis patitur, calcabilis agmine ab omni,
Et metuens oneri, fert Regem tergore fido,
Et qua Nauta ibat ſulcanti lintre, viator
Calcibus it ſiccis? ſed ſunt hæc ludicra Brumæ
Aſſueta: vinum quod protinus amphora fudit
Dureſcit, nec iam liquor eſt, in fruſta ſecandum:
Sepia quemque vomit ſcribentibus atra liquorem,
Imbuit vt calamum, concretus conſtitit humor,
Stiria nare fluens, quod deſpuit ore calenti
Spiritus vt terram tetigit, fit grandinis inſtar:
Scinduntur glaciæ ſilices, fit marmor hiulcum,
Diſſilit in partes, vi hiberna fiſſilis Arbos:
Inuia non vnus riguit per rura viator,
Et multi in niuibus vitam poſuere profundis,
Vt ſolet Alpinis in cautibus, aut ſuper Hæmo,
Riphæiſque iugis, & Atho candente perenni
Grandine, iucunda ſtatione Aquilonibus aſpris:
Lux Vincenti, alias vicit tua frigore luces,
Viniferam vim palmitibus, quæ inferre ſolebat,
Facta nouercalis, de vitibus hauſit aduſtis,
Quas ſecat infœlix ima à radice putator,
Autumnum fruſtra expectans. Bromiique liquorem,
Mœrens ad latices, & pura fluenta reduci:
Vrbicus & qui trans vrbem mihi plurimus vmbris,
Hortus erat, lauro multum frondoſus opaca,
Marcidus, & Borea eſt flatu penetrabilis vſtus,
Et quæ à rore maris ſunt dicta arbuſta, maligno
Diriguere gelu, ſeu ardentibus vſta fauillis,

Conſita denſe arbuſta, nemus facientia odorum,
Gratum apibus nemus, Hybla cui, vel ſuauis Hymetus
Cederet, exuuia dulces dum Bruma ſinebat.
Quam bene at ipſa meos vlciſceris aſpera iambos,
Vna prope è cunctis immanſuetiſsima Brumis,
Scribere plura vetas, quæ atri lentore liquoris
Qui negat aſtrictus, tremulam ſignare papirum,
At mihi præcipue tu exoſa, & vindice verſu
Digna, quod integro prope Iano, Neſtora noſtrum
Hacquauaillam illa rediuiuum ætate Catonem.
Clauſeris æde ſua, tantoque Heroe Senatum.
Fraudaris, reddet quem nobis mitior aura,
Februm, & vernos properat qui adducere Soles.

Morbus & obitus Ducis Montpenſerii. Connubium Ducis Aurelian. cum vnica filia Montipenſerii.

Henricus Borbonius, Francici ſanguinis & ſtemmatis princeps Montilpenſerius, Dombarum Regulus, à bienn io lento morbo deficiebat, tanta macie vt vix oſſibus hæreret, & cum cibum omnem auerſaretur, ferunt vbere nutricis alitum: paulo antequam vita defungeretur, Rex filii Aurelianenſis Ducis à Delphino ſecundi, hyemenis vnicam ſuam prolem dignatus eſt, hoc fulcro domo ſtabilita, monitore ſocero patre Angelo, rebus ſæcularibus repudium miſit, & totus in cogitationem mortis incubuit, huic vni curæ addictus, vt non ſine viatico migraret.

Brumæ aſperitas, lenteſcens fatum maturauit: adeo enim vis huius penetrabilis, vt non ſolum illi peſſime affecto inteſtina diriguerint, ſed pluribus, qui miteſcente frigore inſperato deceſſerunt, ſic enim Medici diſſerebant.

Obitus & elogium Ducis Montispenſerii.

Ordo in exequiis principum.

Ille ergo ea ætate quæ virum facit, vultu, oculis, capillo, & toto corpore decorus, potens opibus, regio fauore, aſſeclis, clientelis denique vel cum fœnore & ad faſtidium fortunæ bonis cumulatus, ſed animi dotibus inſignior, orthodoxæ fidei conſtantia inuictus in vlnis ſoceri & coniugis, de Chriſto nouiſſima verba lingua morienti premens, nulla vi vt ſolet lichnus deficiente oleo, moritur. Funus regium adornatum eſt, I. on ex cera quamproxime ad ſimilitudinem viuentis compacta, in ſublimi thoro ſtrato aureis ſtragulis, liliorum ſtemmatibus intermixtis collocatur, per octiduū appoſitæ epulæ, ordine & ſumptu quo ſolebat viuenti, menſæ benedictio, lymphæ ad proluendas manus in pelui, delibatio ciborum, propinatio vini, denique ritus conuiuiorum peragebantur. In æde primaria virginis, dum iuſta perſoluuntur Petrus Fenoillius regius concionator, deſignatus Epiſcopus Montiſpeſſulanus, pro more recepto luculenta oratione laudauit Principem.

Aulici omnes atrati nedum pullatis veſtibus mortuo parentarunt, ſed cum in dies geniales hilariorum funus incidiſſet, à ſtadiis Circenſibus, equeſtribus haſtiludiis, certaminibus gymnicis ſpectaculiſque, quæ via Appia quotannis (Antonianam intelligo) exhiberi ſolent, temperatum, plurimis ſumptus in hanc pompam factos dolentibus, puerilis ſaltatio, quam Delphinus cum

coenis.

coëuis didicerat, quod in luctu importuna eſſet dilata eſt, donec pro dignitate deſletus eſſet Montiſpenſerius. 1608.

Elatum cadauer familiari ſepulchro infertur in palatio Campaniaco.

Hinc corpus rhedæ impoſitum, quatuor iugalibus ſerico atroque panno inſtratis tractum, & Campaniacum (palatium eſt in agro pictonico, Lupara aliaue regia non inferius, quod proaui tanquam ſeceſſum ab aula amœniſſimum ſibi poſteriſque ſuis poſuerunt) ibi in familiari Mauſoleo conditur, ea pompa exequiarum, quæ huius celſitudinis principem decuit. Ignatiani coerceri vno regno non ferebant, vt Gallico ſic Nauarreo, & tota Aſturia, liberum acceſſum religionis ibi inſtaurandæ & propagandæ cauſa, depoſcebant, vna hac ratione, nõ eſſe differentiæ cauſas, cur vno regno potius quam altero, quod vni domino gẽtilitium eſt & hereditarium foueantur, obſtabant contra Aſturum acerrimæ poſtulationes, qui Ignatianus non ſecus quam Philippus Demoſthenem, alioſque Athenienſium primatios ciues, quia libertatis Atticæ vindices, oderant, Rex anno 1599. dum Blæſis ageret, articulo 7. Edictalis ſanctionis pro regno Nauarreo & Aſturia, magiſtratui, & indigenis cauentibus de ſua noua religione annuerat; ne Ieſuitæ in hos fines accederent, ne quid noui importarent, quo publica quies turbaretur, nihilominus Epiſcopis gentilitiis contrarium depoſcentibus, mutata pagina, Rexq; decreuit, vt æq; ac cæteri ordines paſſim libere, & promiſcue admitterentur, abrogata contraria ſanctione, quinimo profeſſus eſt ſibi in animo eſſe, illuc tranſmittere Ignatianos, qui Epiſcop. ſociam operam adhibeant, & orthodoxam religionem quaſi poſtliminio reducem faciant.

Ieſuitis ad regnum Nauarra permiſſus incolatus.

Sanctio de Ieſuitis depellendis à regno Nauarra noua abrogata eſt.

Palienſis curia, & cæteri ordines implacabiliter edictum tulerunt, nam præ cæteris mortalibus Ignatianum genus, cane & angue peius oderunt, & longe à finibus ſuis propulſarunt, repertoſq; antea vt Synones exploratoreſque morte affecerunt: ſed regia maieſtas Henrici IIII. eo prouecta eſt, vt in iugis Pyreneis quæ Galliam ab Hiſpania diſterminant, eius imperium æque ac Lutetia formidetur, pateaturque illi non ſegnius, rara principis fœlicitas, quæ paucis contigit, quorum præſentia in pretio eſt, vbi receſſerint quemadmodum Sole obducto nebulæ exoriuntur, ſic factiones & illorum deſpectus.

Inauguratio filii regis Hiſpaniæ vix trimi ad regnum Caſtellæ.

Rex Hiſpaniæ, Caſteliæ regni proceres in verba filii iurare voluit, inaugurationi dies octaua Ianuarii indicta, in cœnobiali æde Hieronymitanorum vrbis Madricianæ, Bernardus Rizas Cardinalis Archiepiſc. Tolletanus, ſacris operabatur, princeps nondum trimus erat patre cum Auguſta & puellula ſexenni cũque inſigni delectu ducum & procerum, potiſſimum regni Caſtellæ aſſidentibus de more gentis ritus peracti.

Ordo inaugurationis.

Poſt Liturgiam Toletanus Antiſtes, ſtans ad aram vt admouetur nouellus princeps nutu monet, Dux Lerneus illum proxime ſolio patris aſſidentem, erigit & in vlnis geſtat, confirmationis ſacramentum illi confertur, fideiuſſore duce illo, cumque Antiſtes leni tactu inſtar alapæ genas vellicaſſet, puſio exaſperatus illachrimari cœpit ſed blanditiis emollitus flere deſiit: hinc preco regni tam celebris conſeſſus cauſa enunciata, Auguſtula ad Toletanum propius acceſſit, & pro fratre Philippo IIII. fideiubet, conceptiſque verbis ſuper codicem Liturgicum, eum hoc ritu Regem Caſtellæ pronunciat, mox fratri ſororium oſculum

Nota puſionis puerilem iracundiam.

Digitized by Google

1608. admouet, hoc peracto proceres, officiales, magiſtratuſque regni, longo ordine pro ſua dignitate principi ſe deuinciunt, exigente ſacramentum Mirandæ Comite, & pro ſimbolo obſequii, manum principis exoſculantur, ſeries longa & operoſa inaugurationis, quæ in veſperam protracta, ita vt puſio non ferens moras, in ſericis puluinaribus, leui ſopore correptus fuerit, exhinc ad regale epulum, in triclinio cœnobii diſceditur, repetito palatio iam nocte prouecta ſerotinis choreis indulgetur, ex longiore tractatu rei geſtæ, iſta ſtrictim delibauimus.

Nota ſomnii pueruli & vide an futurus ſit ominoſus.

Fatius vero, memorabile facinus & ferale exitium hominis inſignis nequitiæ multarumque artium, quibus toti Europæ ſummus impoſtor innoteſcet, narrabimus.

Impoſtoris Italici longam catenam ſcelerū perlege & admirare.

Franciſcus Faua impoſtor varium ſe facit.

Is vt erat verſipellis & Proteus in omnes formas, nunc ſe Cæſarem Forium, nunc Franciſcum Fauam, modo Ligurem, modo Parthenopeum, nunc Medicū, nunc negotiatorem ſe ſe ementitus eſt, in capitali cauſa tamen Franciſcum Fauam quod ſe dixerit, hoc titulo Vertumnum notabimus. Ille in oppido Ligustico, vulgo *Capriola* natus, adoleſcentiam variis peregrinationibus exercuit, medicum profeſſus, factus annorum triginta quatuor, Nouariam migrat arte medica quæſtum faciens; ibi coniugii initium facit, cum Catharina Oliua filia mercatoris, qui veritus hominem exterum, alibi eſſe vxoratum, de gente & natalibus certior fieri voluit, ille vt erat ſyngraphorum æmulandarum peritus artifex, cui merito tribui poſſet, quod Antonio Tullius exprobrat, *quo meteſte conuinces, an chyrographo in quo habes quæſtuoſam ſcientiam?* manu propria exarat & effingit diploma, cum ſigillo, quo iuridicus vrbiculæ S. Seuerini prope Neapolim, omnibus teſtatum facit, Fauam eſſe huius loci indigenam, hominem ſ ugie ex tribu & familia, quæ *Fiori* vetus nec obſcura nuncupatur. Mercato Nouarienſis neſcius doli filiam nuptui collocat, tandem loci & nominis pertæſus, in eppidum Placentinæ ditionis vulgo Caſtelarca cum vxore & tribus liberis ſuperſtitibus & curta ſuppellectile emigrat, impatienſque ſuæ ſortis, cum in re tenui alendæ familiæ imparem ſe crederet, ad incredibilem ſtupendamque nequitiam animum adiicit, collectis quinquaginta nummis aureis Neapolim acceſſit, vbi cum ſubolfeciſſet, ex menſulariis Alexandrum Boſſa eſſe primarium, veſte promiſſa mentitur Abbatem, Menſulario egregie os ſublinit, ſuaſumque facit ſibi Venetiis eſſe nepotem, qui res ſuas procuraret, rogat vt acceptis quinquaginta aureis, det litteras quibus tantundem pecuniæ à conſorte trapeſita Venetiis accipiat, Boſſa nihil doli metuens, litteras conſcribit & nummis acceptis impoſtori tradit, illas perdius & pernox exſcribit, reſcribit, exarat, effingit, æmulatur, totieſque actum agit, donec manui & annotationi Boſſæ aſſueuiſſet.

Hen! hominu miras artes iuſpice.

Poſt dies quindecim, Boſſæ litteras reddit, ſuumque recipit, cauſſatus nepotem confecto negotio, Venetiis diſceſſiſſe. Dum ille cum Menſulario diutius verſatur, aliquot ſuæ manus litteras humi ſparſas quod nullius momenti eſſent intercipit, cumque ille domo abeſſet, adit inſtitorem rogat vt chartam & ſigillum commodet, quibus ad amicos ex tempore pro oportunitate nuncii geminas epiſtolas conſcribat, quandoquidem otium ſibi ſuppetat, dum

Boſſæ

Digitized by Google

1603.

Boſſæ ab vrbe reditum moraretur, atque vt ille erat manu præpes, ſex epiſtolas celerrime exarat & obſignat ſigillo Boſſæ, eam fraudem confinxit, vt chartæ formata & ſigilli ſymbolum notaret, Neapoli cum eius notæ charta non eſſet, Anchonæ ſimillimam emit, ſigilla integra eximit, ſeruatque in vſum nequitiæ, Dum Neapoli diuerſaretur, illecebra veniæ meditatum ſcelus audentius perficit, vidit enim falſarium, ob confictam epiſtolam menſulatii furcæ damnatum, cum ad pœnam raperetur occurſu proregis Parthenopæi, & Cardinalis *Aquauiua* morti ſubductum, ſimilem ſibi ſpondebat veniam ſi in facinore deprehenderetur.

Augurium Faua quod in malam partem accepit.

Ille mox Patauium aduenit, veſte ac raſo vertice presbyterum ſimulat, ſic perſonatus iam dubia luce Epiſcopum concordiæ adit, ſalutat, ſeque Epiſcopum diocæſis vulgo De venafrei in Neapolitano regno profitetur, qui vertere ſolum coactus ſit, ob ſuſpicionem ſtupri cum nepte Ducis Caietani, cuius ab inuidis & maleuolis falſo inſimulatus ſit, extorrem patria, eiectumque domo iuiſſe Romam, vt apud S. Pontificem tantum ſcelus dilueret, ſed inimicorum potentibus odiis, coactum tantiſper cedere inuidiæ, qui non ſemel toxico & vi aperta vitæ ſuæ inſidiati ſint, ægre admodum veſte gregarii ſacerdotis, clam Roma dilapſum, confugere ad eum tanquam ad aram ſalutis & Aſylum, rogat vt miſero & erranti propitius ſit, vtq; eius opera fidum aliquem nanciſci poſſit, ſub cuius nomine mille decem aureos ducales nummos, quos Neapoli fidei Iani Baptiſtæ Carraciolæ Marchinis ſancti Elmi religione depoſiti crediderat, Venetiis tuto elicere poſſit. In aduerſis rebus Marchionem illum, & Archiepiſcopum Barenſem fratrem, ſolos auxiliatores habuiſſe, vtque hanc fidem ſingulari aliquo beneficio penſaret, Marchioni, cum centum quinquaginta mille aureis nummis neptem deſpondiſſe, diem hymenei inſtare, depoſitam pecuniam in emptionem monilium, torquium, gemmarum mundi muliebris, & huiuſcemodi pretioſę gaſæ deſtinaſſe, quibus per aulicos & magnates in patriam, & præſulatum reditum ſibi conciliaret.

Simulat presbyterum.

Impoſtura obtentus & caput.

Epiſcopus concordiæ, vt conſortis infulati vicem ſortemque doluit, pollicitur omnem operam, fidumq; tractandi negotii ſequeſtrum, nempe Anthonium Bertholonium menſarium, per quem ſecure pecunias depoſitas Neapoli Venetiis tranſmiſſas reciperet. Pſeudoſacerdos, id perquam opportunũ ſibi videri reſpondet, & peractis gratiis ſe ſubducit clanculum, præſtigias confirmauit vnus ex famulitio Epiſcopi Concordiæ, qui Romæ vidiſſe hominem pontificia veſte & infulis ornatum affirmauit; quod ſi fraudis aliqua ſuſpicio incidiſſet, eam Epiſcopus veterani famuli teſtimonio facile exuiſſet: Faua autem Neapolim ad Carraciolam ſcripſiſſe fingit, & tot dierum elapſo ſpatio, quo per veredarios Padua Neapolim, & Neapoli Venetias iri poteſt, dat Octauio Fauæ fratri vxoris ſicophantiæ conſcio, faſciculum litterarum quaſi ſeu pegaſeus curſor ocreatus & puluerulentus, Angelo Boſſa trapeſitæ Venetiis auunculo Alexandri Neapolitani detulit, reſignato faſciculo Angelus inuolutam ad ſe Epiſtolam legit, aliaſque tres compactas à Marchione Caraciola, vnam, ad Concordiæ, alteram ad Venafrenſem Epiſcopus alteram

Nota ad impoſturã confirmandam caſum.

Adeſſe quæ leguntur.

Digitized by Google

1608. ram ad Anthonium Bertholonium. Tres illæ epiſtolæ, Venetiis ad Concordiæ Epiſcopum Patauinũ mittuntur, perlecta, quæ ad eum ſcribebatur, falſum illum Epiſcopum acceſſit, ſuamque tradit, tertiam ad Bertholonium tunc Venetiis agentem, cum mandato vt pro ſocio & amico præſule nummos acciperet. Quotquot erant epiſtolæ falſæ omnes, & à Faua conſcriptæ, quæ erat Alexandri Boſſa, exarata erat ea charta Anconæ empta, obſignata ſigillo illius, altera Marchionis Carraciolæ, pro nutu & re ad fraudem compoſita. Epiſtola Alexandri Boſſa ad Angelum hæc complectebatur: *Certum habeas, Marchionem ſancti Elmi, infra triduum cum Neapoli frater Archiepiſcopus ſucceſſerit, decem mille ducales nummos mihi numeraturum, vt totidem Anthonio Bertholonio, negotiatori Veneto in emptionem Margaritarum, gemmarum moniliumque huius generis reddas.*

Facinus primum vltimum impoſtura litterarum ſyngrapharum æmulatio.

Epiſtola ad pſeudo-Epiſcopum de Venafrei conſcripta in hunc ſenſum erat. *Per tuas didici, te nunc tuto agere in domo Epiſcopi Concordia, qui tibi fidam & ſequeſtram operam Antonii Bertholonii Veneti negotiatoris promiſit, eo intermedio mille decem ducales nummos recipias, quos apud me depoſuiſti, cum frater Archiepiſcopus, intra triduum Neapolim redierit, mittam epiſtolam ſub elogio Bertholonii, vt in emptionem Margaritarum eam pecuniam accipias.*

Quæ vero ſcribebatur ad Bertholonium, his verbis erat conſcripta. *Certior factus ſum, à parte domini Epiſcopi concordia mihi perſoluendos eſſe decem mille ducales nummos, ad gemmeas merces comparandás, intra triduum aderit qui pecuniam daturus eſt, accepta illa è veſtigio Alexandro Boſſa numerabo, à quo reſcriptum accipiam, vt tibi Venetiis tantumdem perſoluatur.*

Triduo poſt Faua fingit per alium tabellarium veredarium, quinque epiſtolas accepiſſe, vnam ſcriptam ad Franciſcum Bordenali Alexandri Boſſæ inſtitorem, alteram eiuſdem Alexandri ad Angelum, tres alios, ad ſe falſo nuncupatum Epiſcopum de Venafrei: ad Concordiæ Epiſcopum & Bertholonium falſo conſcriptæ omnes, ſed illa quæ vulgo cambii dicitur his verbis: *Perlecta hac epiſtola, triduo poſt vel ocyus, non expectata alia, numera Anthonio Bertholonio Veneto negotiatori & nummulario mille ducem ducales nummos, quos à Marchione ſancti Elmi accepimus, pro emptione Margaritarum, quod ſi Bertholonius vltra hoc pretium mercari voluerit, ne dubita adiicere, Marchio enim penes nos depoſuit mille alios ducales nummos.*

Quæ ad Bertholonium conſcripta erat epiſtola, ſic eum alloquebatur: *Mitto ad te litteras cambii decem mille nummorum ducalium, quorum prioribus ante triduum mentionem feci, menſulariis exhibebis, & acceptis nummis gemmas & Margaritas, torques aureos, & id genus ex praſcripto Domini Epiſcopi concordia mercaberis.*

Ille Fauæ dat conſilium, vt ipſemet proficiſcatur Venetias, atque ex voto pretioſam illam gaſam ſeligat, quæ fraudi & fuco multum obnoxia ſit, monenti gerit morem, acceptiſque litteris commendatitiis ad Bertholonium, Iano-Petro Oliua altero vxoris fratre comite ſibi adhibito adit Venetias, ſalutat Bertholonium, dat litteras Epiſcopi Concordiæ. Ille neſcius quantum ſcorpionem ſinu conderet, quam hirundinem tecto ſuo tegeret, Fauam hoſpi-

Digitized by Google

hoſpicio ſuſcipit, vt Antiſtitem colit, acceptam ab eo Cambii epiſtolam Angelo 1608.
Boſſæ exhibet, ratam ille habuit, & dicta die numerationem pollicetur, accepta fide Bertholonius in ſeligendis margaritis operatur, aurifici ſeriem & nomenclaturam tradit, exploratis mercibus, conuentum precium perſoluit à Bertholonio dum negocium peragitur, aliquot dies moratur perſonatus Epiſcopus. In æde Bertholonii, qui ſpecie oris & æqui inſigniter imponit, moribus ad pietatem mirum in modum compoſitis, nocturna diuinaque manu quod breuiarium vocant, verſabat, labiis preces immurmurans, adeoque Simiam effinxit, vt pro religioſiſſimo haberetur, cumque in publicum progrederetur, eam induebat frontem, vt notis ignotiſque Antiſtitis venerandi famam acquireret, eumque magni fecit præfectus nauis prætoriæ Venetorum, à Bertholonio de fama, & moribus tanti præſulis ſedulo inquiſiuit: vt cautius ludificaret Bertholonium, de aduerſa ſorte ſua, proſcriptione, maleuolorum inuidia, prius habitum ſermonem Epiſcopo Concordiæ repetit, adiicitque ſibi in animo eſſe proficiſci Taurinum, vt Marchionem Eſtenſem, qui in Hiſpaniam de coniugio filię Ducis Inſubriæ, cum filio Mantuani Ducis verba facturus profectionem adornabat, vt ſibi deprecatorem haberet, quo intermedio impetratis litteris ad proregem Neapolitanum, in patriam & epiſcopale ſolium reuerteretur, dum epularetur, Bertholonium accurata oratione de rebus arduis, potiſſimum de diſſidio Venetorum cum Pontifice Maximo demulcebat, ſæpius eorum partes tueri viſus eſt, exploſis pontificiorum ſcriptionibus, ea tamen moderatione vt religionis ſolo intuitu à Venetis diſcreparet. Sæpius opportune ſermones de caſibus ſibi oblatis interſerebat, ſe olim nuncium Apoſtolicum à Clemente VIII. miſſum ad Cæſarem Rodolphum, præter ſtipendium ſibi attributum, de priuato, vt legationem ſuam lucu-lentiorem faceret, decem quinque millia ſcutorum expendiſſe, cuius diſpendii nullam accepiſſet gratiam, cum vel iudicio Archiepiſcopi Barrenſis, aliorumque in re politica virorum inſignium, rubrum galerum eſſet promeritus. Bertholonius dum in menſa eum defixiore obtutu conſpicit, ſic eum affatur; *Ni fallor, alicubi gentium te vidiſſe aliquando coniicio.* cui Faua id ipſum ſibi videri affirmat, *& niſi mens & oculus oberrat, credo id contigiſſe in palatio marchionis Palauicini, ad amnem de Salo, vbi nos piſcatu recreati ſumus.* Verum erat Fauam neutiquam rei narratæ interfuiſſe, tamen ſeu ab aliquo Bertholonium Palauicini marchionis domo exceptum, piſcatu aliiſque oblectamentis, quæ narrabat, recreatum, ſeu à pithonico ſpiritu didiciſſet, ita appoſite ſuæ fabulæ rem veram attexuit, vt Bertholonius adactus ſit verum fateri, id quod nuſquam contigiſſet. Rebus ita compoſitis à pſeudo præſule, ad Concordiæ Epiſcopum reſcribit, ex voto gemmeas merces comparatas, Veneiis diſceſſurum poſtridie & diluculo cum Bertholonio vt ante meridiem Patauii ſuccederent, rogat, vt profecturo in Inſubriam Martinum ex famulis veteranum ſibi viæ comitem adiungi pateretur. Bertholonius, accepta fide ab Epiſcopo Concordiæ gemmas, margaritas, torques aureos & id genus Fauæ tradidit, data apocha accepti, iamque complicatis ſarcinis Fauæ Bertholonio præter proxeneticæ & inſtitoriæ negociationis ſtipendium, pro tam diuturno & ſingulari officio effuſa manu multa obtulit, quæ Bertholonius intuitu Epi-

Artes impoſtoris.

Digitized by Google

1608. ſcopi Concordiæ attingere nefas putauit. At poſteri audite nequiſſimi hoſpitis ſcelus, impoſtor tam auro & argento quam probitate vacuus, ne ſi exponeret gemmas, cum egeſtate fraudem prodetet, cum in domo Veneti, vt erat emiſſitiis oculis, in cubiculo vbi pernoctabat, reconditos nummos in arca obſeruaſſet ſeram conuellit, expilat hoſpitem, ea vafricie vt de eo Martialis illud dictum putes:

Furtum Fa-ua in domo ſui hoſpitis.

Callidus effracta nummos fur auferet arca.

Quingentos aureos nũmos furatus eſt, arca obſignata & peſſulo obducto; ita vt furti nulla veſtigia extarẽt, cum Bertholonio ignaro tam verſipellis ſycophantię Patauium aduenit, habitiſque Epiſcopo Concordię plurimis gratiis, laudata immortaliter comitate & beneuolentia illius, qui tam ſedulum hoſpitem & inſtitorẽ illi conciliaſſet, morę impatiens, vt qui Taurinum feſtinare diceret ſe ſubducit. Bertholonius domum redux, excuſſa arca & loculis expilatam arcam deprehendit, ſed ſuſpicari de furto pręſulem, viri & infularum dignitas vetabat. Poſtridie Bertholonius, ab Angelo Boſſa mille nouẽ ducatos nummos accepit, nec mora ecce Neapoli pegaſeus curſor aduolat, vt monitum faceret Angelum nullas litteras cambii ab Alexandro nepote traditas Marchioni S. Elmi. Fraude deprehenſa, Angelus per capitales iuridicos in Carolum Piritum profitentem ſe Epiſcopum de Venafrey inquirit, & ius prehenſionis impetrat, Epiſcopo Concordię Bertholonius Boſſa ſycophantię fallaciam explicat, ab homine inſigniter deceptus vterq; explorare iter, legere veſtigia, ſcrutari diuerſoria, ire, redire, ſiſcitari vndiq; ſed incaſſum laborant tota Italia; At ſparſim apud gentes exteras, de hominis nequitia, latrocinio, fuga, exportatis mercib. ſeries omnis deſcripta mittitur, ſed priuatim gemmarum, margaritarum põdus, ſigilla rubei coloris, reconditoria ſeu dactilothecę, delineatio ad explorationem tanti latrocinii Lumagnio menſulario Lutetiano demandatur, qui ſigillatim cuilibet aurifici rem detegendam committit. Faua autem non Taurinum, vt ſimulauerat, ſed domum iit, coniugi & liberis de migrãdo in Galliam mentem aperit, aurum & gaſam precioſam ſibi affatim ſuppetere, & dicto ocyus mutat ſedes. Ille cum coniuge, tribus liberis Octauio & Petro Oliua conſobrinis, Pado Venetias repetit. Octauius Gallicæ profectionis pertæſus, domum reuertitur, dehinc cum omni familia per Rhętos Heluetioſque iter faciens, menſe Nouembri Lutetiæ ſuccedit, atque in conducta camera noui hoſpitis moratur, Faua ratus loco eſſe tuto, cogitauit de laribus defigendis, non quidem Lutetiæ ob frequentiam Italorum omniumq; gentium, infortunii, quod contigit ſibi ſemper metuens, ſed Pictonico vel Andegauenſi ſolo: ſcribit ad Franciſcum Corſinam pharmacopolam, qui Bruxellæ officinæ erat præpoſitus, vt quamprimum Pariſiis eum inuiſeret, abunde ſibi æris eſſe quo aromaticas merces compareret, quibus officinam ſimul inſtruant Medicinæ, & operarum ſocietatem adæquato quæſtu ſimul ineant. Dum à Corſina reſponſum moratur, gemmas venales depromit Aurifici nuncupato Bourgoing, ab eo proxenetam ſibi indicari rogat, quo internuncio vim gemmarum vendere poſſit, aurifex non alienam operam ſed propriam pollicetur, deponitque quatuor dactilotechas accepta pro fide depoſiti ſyngrapha aurificis: Ille vnam Mauricio

Detegitur impoſtura.

Quo aſtu Lutetiæ deprehenſus impoſtor.

Venit Lutetiam ibi prædi nihil metuens.

Digitized by Google

ricio & Turquetio gemmariis mercatoribus exhibet, inſpecta ex notis forma & colore rubeo rem furtiuam coniiciunt, inuicem in pollicita mercede pro recuperatione mercium ſe adæquant, hiſque initis pactis ſub præfecto capitali Dionyſio de Quibebeuf rem aperiunt. Ille depoſito procinctu, veſte promiſſa mercatorem ementitus, Fauæ reditum præſtolatur, Faua mox adeſt ab aurifice quæſiturus, num ſibi emptorem gemmarum nactus eſſet, **Commodum,** (inquit aurifex) ***en adſunt optimæ fidei & locupletiſſimi***, quod verum eſſe ratus Faua qui tandiu perſonatus alios deceperat, neſciens ſe illico deceptum iri, à perſonato quæſitore, omnia gemmarum reconditoria depromit, quæ omnia ex Venetorum indiciis ipſiſſima eſſe, quæ deſiderabantur agnoſcunt, Faua cum defixius hærentes in ſigillis notis & ſymbolis mercatores videt, pauere cœpit metum intus præmens, vtque ſe ſubduceret, fingit ipſo momento ſibi rem eſſe domi cum alio mercatore, rediturum quam citiſſime dum illi gemmas & margaritas explorarent, num proba merx eſſet. At iuridicus depoſita perſona, profeſſus qualis eſſet, Fauam comprehendit, rogat de cæteris dactilotechis, ille ſibi adhuc eſſe decem non inficiatur, quæ vt ſuæ tanquam furtiuæ condici non poſſint, quæſitor cum aurifice Buorgoin, Fauæ ſubit conductitiam domum, numerum dactilothecharum, pondus auri & gemmarum reperit & tabulis exarat. Homo ſubdolus vt in has anguſtias ſe redactum vidit, exporrecta fronte obteſtatur iactura tam precioſæ mercis non percelli, cum vita, fama, incolumitas coniugis & liberorum ſub clipeo legum & iuſtitiæ ſint, anxium eſſe, num ſi ille ab ignoto, fure aut alio quopiam res huiuſcemodi vt furtiuæ condici & vindicari poſſent, ſic homo exterus Francicum morem in iudiciis elicere tentabat. Ipſo die quo comprehenſus reus, inquiritur cuias & quot annorum, cuius artis, reſpondet vocari Franciſcum Fauam, Capriolæ oppido Liguriæ natum, profeſſorem artis medicæ, quadrageſimum quintum annum attigiſſe, cumque Medicinæ peculiarem operam impendiſſet, tamen aſſueuiſſe negociari de annulis, gemmis & margaritis, emiſſe Placentiæ huiuſcemodi merces ab vno noto quidem & à duobus ignotis & circumforaneis, eo animo vt in Flandria vel Gallia res emptas diuenderet: die altera 13. Ianuarii iterata inquiſitione ingenua vltro ſe dimittit, à iudicibus clementiam & veniam deprecatur, falſa eſſe quæ pridie reſpondiſſet, ipſum eſſe reum latrocinii cuius eſſet quæſtio, omnemque ſeriem nequitiæ eo ordine quo retulimus recenſet.

[Marg.: 1608. — Sorex ſuo indicio proditur. — Faua agnitis inſidiis de fuga cogitat. — Capitur Faua. — Capitalis interrogatio Fauæ. — Confitetur ſcelus.]

At ille de ſemetipſo ſtatuens, quod à iudicibus expectabat, morte vltronea publice infamiam præuertere decreuit, veſtibus ſtraguliſque inuolutus, vt incaleſcens cruor liberius flueret bruma impotenti vtroque brachio ſubrepto ſcalpello venas ſibi ſecuit; ſed vis frigoris ſanguinem ſiſtit, & volentem mori viuere coegit, viribus deficiens Commentarienſem accerſit faſciis brachia ſtringuntur, & nolenti vita ſeruatur. Interea per veredarios curſores, de homine intercepto fama peruolat Venetias, vrgetur tamen quotidie Faua nouis quæſtionibus, iuſſuſque eloqui cur ab Epiſcopo Concordiæ, Martinum viæ comitem poſtulaſſet, reſpondit argute, id factum vt callidius imponeret. Inquiritur, cur poſt tam memorabile facinus Venetias rediiſſet, reſpondet illinc

[Marg.: Mortem ſibi inferre nititur.]

1608. iter vt tutiſſimum ſelegiſſe, quod longiſſime ab hac via digreſſum inſecutores crederent, vt venatores feram longe à ſaltu ex quo exiliit, inquirunt. Quærenti iuridico, num coniunx tot ſcelerum ſocia vel conſcia eſſet, reſpondet tam ardui negocii arcanum muliebri ingenio non fuiſſe euulgãdum, eam eſſe moribus innocuis & ſubactis, vt ſunt omnes vxores Italicæ quibus coniugium ingenua ſeruitus eſt, habuiſſe ſemper pudicam & morigetam, nec de rebus ſuis percunctatricem; nihilominus vxor ſeu teſtis foret, marito ad frontem proponitur, illa hærens collo, ſingultu vocem præpediente, cordatior ille ſic eam affatur. *O coniunx, aut ſalua vita aut certa mors: ſi viuo, amato coniuge potieris, ſi morior, dolendi cauſas amittes.* Vbi in conſpectu fuere, dactilothecæ cum geminis & magaritis cæcam mentem incuſabat, qui eas ipſas in conditoriis cera rubea, ſigillis obſignatas, litteraſque ſymbolicis notis Venetorum reliquiſſet, mox imprudentiam excuſat dicto Galleni, qui peritiorem medicum affirmabat, qui minus erraret. At ſæpius inquirenti iuridico non opis ſuæ & induſtriæ fuerit tot epiſtolas & ſingraphas confixiſſe niſi aliena opera adiutus, quandoquidem cum ad præſulem ſcriberet, non niſi pontificiis verbis locutus, cum ad Marchionem militaribus & aulicis, ad negociatores plane ſuis & in emporio aſſuetis: reſpondet tot fallaciarum vnum fuiſſe artificem, elogiorum formularumq; loquendi non fuiſſe imperitum, eam habuiſſe ſcienriam in cuiuslibet æmulanda manu, vt intra paucas horas varias ſcribendi notas graphice æmulari poſſet, ea ſimilitudine veri, vt pro germanis haberentur, in ſigillis vero æqualem habuiſſe peritiam, ita vt cera ſemel expreſſum ſæpius effingere poſſet, tam perite vt cum quolibet cælatore de gloria artis certaret. At vero dum capitalis cauſa moram trahit, ipſe Bruxella per litteras accitus ſero quidem Corſina adfuit, captiuum inuiſit, arte & conſilio iuuat, omnem operam pollicetur, vt ex vinculis eximat. Faua amicum hoc vnũ rogat, vt in dies & in horas certior ſit, quid apud oratorem Venetum de hoc negocio agatur. Corſina eam adhibet operam, vt nihil illi abditum ſit de rebus Venetis. 25. Februarii curſor veredarius Venetiis adfuit, Bertholonium ipſo die adfore nunciat, de quorum aduentu Corſina Fauam monet vt de effugio iam ſerio & celeriter cogitet, habito inter eos colloquio Faua Corſinæ mentem ſuam de fuga aperit, vt cuſtodia dilaberetur, furtim in cameram Commentarienſis illapſurum, cum abfuerit hinc per feneſtram in aream deſcenſurum, ſi adiuuetur canabina textura in modum ſcalæ, illa in muri faſtigium euaſurum, & illinc in publicam viam, quæ Sequanam reſpicit. Corſina ſeu quilibet alius, conſilium opera exequitur, ſcalam huiuſcemodi circa ſextam veſpertinam muro applicat, funemq; in aream carceris iniicit, quo ſcalam Faua traheret, res à felici exitu non longe abfuit 27. Februarii atra iam nocte, Faua per famulam captiuorum, foras vinum ſibi afferendum mandat, interea cameram Commentarienſis remoto peſſulo vacuam ſubrepit, veſtem, thoracem, calceos exuit, funem alligat, & ſenſim ſe in aream demittit, alius funis qui ſcalæ alligatus erat, non opportune iniectus erat, diu per tenebras & imbrem effuſiſſimum Faua perquirit, inuento ſcalam penes ſe attrahit, conſcendit ſed cum ad ſummum gradum veniſſet quod eſſet breuior, faſtigium æquare haud potuit, per rimam Corſinam admonet vt laxius dimitteret; ſed

Verba Faua ad cõiugem.

Maximum ſe fuiſſe falſarium Faua cõfitetur.

Conſilium Faua de fuga.

Laborat circa fugam.

Digitized by Google

ſed dum vterque moroſius laborat in re, quæ ex veſtigio conficienda erat, ecce 1608.
qui vinum Fauæ referebat, vt non extare hominem videt, Commentarienſi indicat, ille cum famulis reperto ſpolio Fauæ, è carcere iam alterum pedem habentem corripiunt, & accuratiore cuſtodia vinciunt, foras è regione carceris vnde ſcala ſtupea iniecta erat, admotis facibus ſcrutantur, obuium habuere hominem ſtricto mucrone fugientem. Commentarienſis cum famulitio de meditata fuga inquirunt Fauam, ſuper ſcala rogatus, vltro rem omnẽ aperit, neſcire tamen num à Corſina vel alio machina illa expediendæ ſalutis parata fuerit. Bertholonius vt acceſſit Lutetiam, cum literis commendatitiis Reipubl. Venetæ, per eius legatum Regi ſiſtitur, placide exauditus à Rege rei benè gerendæ ſpem capit. Ille enim Cancellario mandat, vt inultum ſcelus non ſinat. Bertholonius vt reum peragerect, mandatum Angeli Boſſæ inquiſitionem capitalem & præhenſionem Veneti Quæſitoris, apocham ſolutionis pecuniæ, denique quicquid ad nequitiæ inueſtigationem pertinebat exhibuit. Super huiuſcemodi tabulis actore Angelo Boſſa, capitis iudicium inſtruitur. Vt vero Faua omnem ſpem ſalutis ſibi præreptam vidit, vitæ prætæſus moriendi vias omnes ſcrutatur. 4. Martii tonſorem ad demetẽdum capillum acceſſit, rogat vt auripigmenti ſemiunciam, acinos corinthi, roſas & ſaccharum quibus cum vitellis ouorum ad tumorem oculorum collirium conficeret; Tonſor morem gerens rogata facit, ſed cum toxici vim admixtam videret, Commentarienſi inſpectore quidquid erat tradit, ſed mox adempta Fauæ, qui rogatus in quem vſum comparari voluiſſet, reſpondet ad ocularium morbum, & quamuis ſtibium pro toxico habeatur, tamen tritum & temperatum vim noxiam amittere, tantum abeſſe vt de morte ſibi inferenda cogitaret, quinimo ſemper poſt venas inciſas valetudinem ſuam curaſſe. Damnari ad triremes plurimum horreſcebat, mortem deprecatus quæ illi mitior eſſet illa ſeruitute, cum valetudo & lacertorum ex illatis ſibi vulneribus debilitas huic labori longe imparem effeciſſet. Probationibus rite & liquido diſcuſſis à Quæſtore ferendo iudicio Cauſidici adhibentur, 22. Martii peruigilio dominicæ lucis capitales tabulæ diſcutiuntur. Faua vt ſubolfecit inſtare iudicium capitis ignominiam ſpontanea morte præuertendam ſtatuit, vis frigoris vim cruoris cohibuerat venenum illi ademptum erat, epotum crebris eggeſtionibus eructauerat, iam non fruſtra mortem eſſe tentandam, vxorem rogat, vt illi neſcio quam placentam conficeret & concoqueret, quam per natu maiorem filium cum miſiſſet, in fruſtis inuoluto arſenico bolum glutiit, non longe poſt toxicum ſæuit, torminibus cruciatur, coniugi inſtare ſupremam horam nunciat, de veneno reticens ſacerdotem ad veniam delictorum poſcit, & inualeſcente toxico ſtratis eximi abiicique ſuper ſtramen voluit, non mollius ſibi eſſe moriendum obteſtatus, & paulo poſt vt venenum erat præſens & immoderate hauſtum moritur 24. Martii, exenteratur cadauer & in præcordiis reperto toxico, mortuo datur curator abſolutiſque capitalium iudiciorum formulis: Faua mutati nominis, alterius ſyngraphæ & manus ementitæ, furti, gemmarum & auri & in ſemetipſum veneficii reus peragitur, damnaturque cadauer humi inuerſo vultu, ad ſcalas gemonias vbi morticinia conduntur, raptari & deorſum furcæ alligari, Fauæ bonis

Aduentus Bertholonij Lutetiam.

Intoxicat ſe Faua.

Iudicium in cadauer Fauæ.

Digitized by Google

1608. omnibus fiſco addictis, perſoluta in anteceſſum mercium æſtimatione, prehenſione indicta, aduerſus Octauium & Petrum tot nequitiarum conſortes & adminiſtros, fortaſſis pluſquam par ſit, tot impoſturarum telam retexui, ſed ſtupendum facinus ab ouo ad coruum, enarrandum putaui, vt à ſcabie huiuſcemodi nebulonum poſteri caueant, ſapiantque noſtri mercatores exemplo & damno Venetorum.

Audax & cruentum facinus Valeriani Muſſardi.

Subnectam aliud ſine dolo & verſutiis, ſed veritate maius. Valerianus Muſſardus, apud Morinos non ignotus, vt qui virtute bellica nuper dum Gallia fureret, innotuiſſet, indocilis pace frui, & domi quieſcere, nobilem vicanum interficit, vidua artata & flebilis ad genua Regis prouoluta, de nece mariti vltionem petit, iubetur hoſpitii Auguſtæ domus præfectus, homicidam comprehendere, illico factus certior in munitiſſimum caſtrum vulgo *Moyencourt* ſe ſe abdidit, per tubicinem monetur, vt Regi ſe ſiſtat, abnuit negatque loco ceſſurum, niſi prius ſibi conceſſo veniali reſcripto ſeu abolitione maiori ſigillo munita, vel niſi Crequius aut Comes de Saulx frater, incolumitatis fidem darent. Capitalis quæſitor, vt hominem fruſtra moneri videt, nec blando affatu poſſe eliceri, vicinarum vrbium præſidiarios milites acceſſit, coactis illis vi eruere laborat, dumque propius ſe admouent, quinque vel circiter ſclopis percutit, cumque ſola manu ineluctabilis crederetur, Nouiomo cubitales creperoſque tubos aduehendos curant qui priuſquam admouerentur, rurſus per claſſicum monetur, vt mandato regio audiens ſit, ſcyrpum eſſe aduerſus vim ferream, regibus eſſe longas manus, quas nullæ priuatorum vires effugere poſſunt, ſed ſurdo canebat, cum rurſus emolliendum eſſe per paſtorem ſeu paræcum viſum fuit, qui cum propius eum de ærumnis & ludibrio præſentis vitæ, de futura beatitate vel æternis ſuppliciis, hominem allocutus, oleum & operam perdidiſſet, ferro expugnandum eſſe, qui blanditiis demulceri nollet ab vniuerſo ſatellitio decernitur. Interea dum vis bellica adornatur, placuit matrem focariæ, quam audaciæ & pertinaciæ comitem ſecum incluſerat mitti, illa in arcem admiſſa voce, prece, lachrymis filiam & procum ad ſanitatem & deditionem vrgere, fide facta lenitatis regiæ diu fruſtra laborat, ſed infelix anus, vtrumque flecti neſcium, quibuſque non alia ſalus eſſet, quam prorſus ſperare nullam dimiſit, retulitque ad præfectum vtrique in animo eſſe, vltronea & ſocia morte infamiam carnificinæ præuertere. Ille filiam & puerum à pedibus, in ſporta demittit, vt ſupereſſent incolumes, dehinc vbi ſe è ſpecula conſpicuos fecere, rogatis inſpectoribus vt Deum ſibi precibus propitium facerent, in pinnaculum ſeſcedunt, nec cum diutius deditionem morari poſſent, ruptis ianuis obicibuſque, vi ſulphurea tubi creperi, viciſſim in ſemetipſos ſclopum excutiunt, mutuiſque globis ſe ſe transfodiunt, de quorum efferata morte, priſcum illud dici poſſet,

Muſſardus non paucos vulnerat.

Rurſus monetur vt deditionem faciat.

Hoſtem cum fugeret ſe Fannius ipſe peremit
Dic rogo quis furor eſt ne moriare mori?

Arce expugnata, vtriuſque cadauer cruentum & ſemiuſtulatum (nam vt abſumerentur circum ſtramen ramalia & quæ pabulum igni faciunt collegerant) reper-

repertum eſt, conditum aromatibus vtrumque, vt publicæ infamiæ ſeruarentur. 1608. Curatores dati cadaueribus à ſub-præfecto domus Auguſtæ, ad magnum Conſilium prouocant, cauſſanturque intemperiis ſuis, cæco impetur globo militum, terrore machinarum & incendii vtrumque adegiſſe ad mortem, vel quod verius ſit, irruptione facta iugulandos curaſſe. Sed rite geſta quæcumque à ſub-præfectos, à Senatu prætorio pronunciatum. Tertia proles maſcula Dux Andegauenſis, nouum ſubſidium Aulæ, columenque regni naſcitur, in regia Fontis bellæi *Naſcitur Dux Andegauenſis.* 25. Aprilis, eo ipſo die quo olim proauus Ludouicus IX. Piſſiaci ad Sequanam è cælo datus eſt terris, vt primogenitum Delphinalis titulus, alterum Aurelianenſis inſignit, ſic tertius ab Andegauenſi ducatu elogium capit, expectamus quartum qui Alenconius nuncupetur, nec plures quod ſciam ſimul Auguſtulos mares Gallia vidit: ab Henrico II. genitos vidit totidem, ſed breuis æui nec fælicis exitus: At Auguſta fœcundior beatiorque priori Medicæa, plures multo diuturnioreſque ſpondet, nec tenaciori glutino vincire regni quietem, aut amicos fœderatoſque beare, hoſtes vero acerbius mulctare, Galliæ optata illa Berecinthia, tot regum parens potuit, vere turrita vt vetus Cybele, hoc eſt, quæ tot propaginibus, quaſi munimentis & turribus regnum ſepiat & circumdet.

Peruigilio Diui Ioannis Baptiſtæ in viculo, non longius tribus milliaribus ab vrbe & vno à Meudone, malefici & incantatores conueniunt, vt qui longe antea locum ſuis deuotionibus opportunum ſelegiſſent cum auius ſit in valle reducta, obſita nemoribus & ſtagnis, vulgo *Percher Fontaine*. Presbyter quidem vt ibi ſacra ſacerrima faceret, à vicario parœciæ clanculum celebrandæ liturgiæ poteſtatem habuerat, ſed quæ prærepta fuerit, nam forte contigit vt parochus mihi familiaris inexpectatus adeſſet: ne ſcelus pateſceret, ille cum vicario in proximam ædē loco campeſtri & ſemoto emigrat, clauſis ianuis miſſam celebrat, ſacra ſynaxi cibat ſectorem lapidum nomine Iuſtinium conſortem maleficii, re peracta dum reuerterentur in priorem locum, præsbyter ille nequam, ſcarabeum multipedem in aggere & ſepimento ſtagni vulgo de *Glagny* offendit, & quem veſtigio erat calcaturus, legit inuoluitque charta ſciſcitantique vicario comiti, in quem vſum tam fœdum inſectum ſeruaret, reſpondit vt illo bolo malum genium placaret. Paulo ante noctem ille pſeudo ſacerdos, Iuſtinus, Empiricus, quidam nobilis & longe plures quorum nominibus ſciens parco, duo cuſtodes ouium, Typographus vnus, aliique conquiſita omnino albeſcenti columbula nec infuſcata maculis, ſub noctem in denſiſſimum nemus Cæleſtinorum abeunt, ſuas deuotiones peragunt, lemures laruaſque orci exciunt, feruntque cum illis multa infanda eſſe locutos. Meus ille familiaris, ex turbis hominum ignotorum, interdiu noctuque ſemotim coeuntium ratus aliquid eſſe malarum artium, vicarium adigit fateri, quod genus ſit, hominum quid tacite moliantur & procurent, cum illis loco peregrino nihil ſit negocii, habere ſuſpectum vicarium, qui cum illis antea ignotis, tam repente conſortium inierit, credere illos eſſe latrones & ſiccarios, qui ante biduum annonariū multis vulnerib. confecerint, minatur vicario carcerem & crucē ſi ab eo ſcelus indictū ſit. At ille hominem

mihi

Digitized by Google

1608. mihi ſiſtit, moneo vt te detecta ſe ſaluum faciat, forte in numen & Regem nefariam illam fuiſſe coitionem, euulgata non modo impunitatem ſed præmium, obducta præſentem pœnam imminere, ille pauens omnem ſeriem explicat, adiicitque cum impium illum ſacerdotem priuatim interpellaret, quid occultis illis ſacrificiis deuotionibuſque, moliretur, reſpondiſſe ante anni exitum ingens bellum exortum iri, pace ipſa vulgus eſſe miſerum, æris egens anteacto bello nummatiorem fuiſſe Galliam, recondi theſauros, quos depromi oportebat ſi ad arma iretur. Plura effatus eſt, quorum conſcius, vt quæ tacenda ſint prætermitto, vt ignis ille ſub cinere doloſo conditus erumperet, ſacerdotem illum comprehendi oportebat. Interea ne vicarius apud nos vltro faſiis fidē abrogaret, curauimus illico per capitalem quæſitorem Dominum *Morel* inquiri, apud quem eadem ipſe conſtanter profeſſus eſt. At ille Acheronticus impoſtor, ad ſimiles præſtigias longe erat profectus, ita vt per menſem deſideratus ſit. De reditu poſtquam certiores facti ſumus, anxie admodum explorato hoſpicio monemur diuertiſſe in paræciam non longe à fano Diui Germani vulgo *Luciena*, ibique curioni vicariam operam locaſſe, illuc mittitur ſatellitium, & diluculo interceptus vinctus abducitur. Rogatus à capitali iuridico, num diffitetur res magicas, ſed quas innocenter ab eo tentatas diceret, vt defoſſas pecunias geniorum reuelatione detegeret, vtque erueret die ſancta Veneris in paraſceue, ſubiiſſe cellam ſubterraneam prope ædem ſancti Landerici, humum altam effodiiſſe, euocaſſe genios, qui quod minus quædam rite & ad vnguem obſeruaſſet, conſpectum colloquiumque negaſſent, repetitis vicibus interrogatus, vbi codices inuocationum omnemque feralem officinam abdidiſſet, tandem locum vbi arcam depoſuiſſet aperit, quæ in domum Iuridici vt allata fuit, patuitque, illico farrago artis negromanticæ reperta eſt, libri tres rituales euocandorum Dæmonum, membranæ abortiuorum, caluariæ, præſegmina vnguium, tabulæ variis crucibus, lineis, orbiculiſque notatæ, annuli loris coriaceis impliciti, acus & claui, & multa infanda quæ reticeo, ne non tam execrari quam patefacere videar, quæ ſempiterna obliuione tenebriſque condi oportet, pactum cum Dæmone, conſcriptum minuſculis literis legebatur, quo viciſſim mortalis & familiaris genius obligabantur, ea lege vt ſi pacti tæderet, alio ſuffecto iiſdem conditionibus ſolueretur. Miſſas in breuiculo altari, nouies ordine præpoſtero & inuerſis precibus, tum in ſaltu Bononienſi, tum ferali loco, vbi cadauera punitorum furcis alligantur, celebraſſe, confeſſus eſt. Dæmonibus ſacrificaſſe, non longe à cœnobio Monialium vulgo *Malenoue*, vulpe toſta adhibitis præſtigiis, quas referre magnitudo ſceleris prohibet. Iuſtinus primū laqueo ſuffocatus publico rogo exuritur, presbyter poſt diuturnum carcerem 3. Iunii anni inſequentis ante ædem virgineam nudus & tædifer, eiurato ſcelere & à numine deprecata venia facti pœnitens, eaſdem pœnas dedit.

Supplicium de maleficu.

Obitus & Elogium Ducis Lotharing.æ.

Menſe Maio Dux Lotharingiæ contubernio mortalium eximitur, magno tum ſuorum prouincialium, tum finitimorū luctu, fuit enim ſæculi ſui delicium, miti & liberali ingenio, pacis & concordiæ & auitæ religionis tota vita, quæ illi longæua fuit, amantiſſimus, quam magis exemplo & probitate morum quam

pœnis

Digitized by Google

pœnis tota ſua ditione ſtabiliuit, mortui deſiderium filii iam æuo prouecti manſuetudinis patriæ, cæterarumque virtutum heredis ſucceſſio, atque etiam cum Mantuani Ducis heroide fælices nuptiæ prole inſecuta leniuerunt, rex vt gentili optimo in æde primaria, pullato ſenatu aliiſque Ordinibus atratis aſſidentibus, iuſta perſolui curauit. Paulus 5. Franciſcam Rom. conditricem ordinis puellarum turris de ſpeculo, beatam pronunciauit, & diuali calendario aſſcripſit, nouæ indigetis inſtitutum, mores, vitam, cooptationem in cælites Andreas Valderadius Theologus ex profeſſo laudauit. 1608.

Menſe Iulio Petrus à Tolledo legatus à Catholico, Chriſtianiſs. Regem in regia fontis bellæi, principum nobilium aſſeclarum cum ingenti comitatu adiit. Conuiuis, ſpectaculis, venationibus, choreis, delitiiſque aulæ Gallicæ in illo ſeceſſu Elyſio, vel ad faſtidium expletur, vbi eum loci ſatietas cœpit, vrbem acceſſit, ſiue illius amplitudo & celebritas, ſeu legationis arduæ pōdus diu Hiſpanum, Lutetiæ detinuit. At verum eſſe quod ruſticorū paræmia dictat, hoc anno compertum eſt, aſperrimam & intractabilem Brumam, æſtatem ſolibus rapidis intolerabilem vel ſæpius conſequi, vt gelu viatores riguerant, ſic æſtu meſſores elanguerunt, nec pauci non aliter quam in Marmaricis arenis, calore extincti ſunt, vt carmine pluſquam Sciticam hiemem deuoueram; ſic pluſquam Lybicam æſtatem, quæ gracilem vindemiam ſuperſtiteſque ab hiberna ſtrage racemos exuſſit. Nam pene integro trimeſtri ſudum & ardens cœlum imbres negauit. Audite carmen. *Legatio Hiſpanica.*

En furit, inſanis nunc torrida Solibus Aſtas,
Pandit hiulca ſinum tellus, rimaſque fatiſcens
Intus agit, manes penetrabilis Aeſtus ad imos
Vrget, & exhauſti feruore medullitus agri
Gramina ſubmittunt languentia, Iuno maritum
Aethera damnat hians, rorem & fomenta negantem,
Cælum obſignatum credam. oblitumque pluendi
Iamque nec imbriferas Phario velut Aethere nubes:
Fraterno igne rubens, non Cinthia mitior vmbris
Ardet, nec blandam conſueto humore ſaporem
Allicit, ingeminant æſtus nocturna diurnos
Sydera; pro lectis dat amica cubilia tellus:
Perdius & pernox Olitor luctatur in hortis,
Stillet vt humorem gratum ſitientibus herbis,
Flauentes Cereris tondet qui falce capillos
Sub Ioue torrenti, ſeu Tantalus alter anhelat,
Puluereum per iter, terram ſpuit ore viator,
Belſia ſeu Lybiam te damnat, honore carentem
Syluarum, & reſidet ſi qua rara incubat Arbos:
Iam canis accenſus, febres & dira minatur
Excidia, humanæ ſydus ferale ſaluti,
Spumant vina cadu, mutantque, inuerſa ſaporem

Digitized by Google

1608. *Iſta calore graui, in vappamque euanida aceſcunt:*
Penſilis atque virens in palmite, cortice quarno
Bacche fores vtinam clauſus, nam diceris æſtu
Deficere, auulſus ſeu matris ab vbere alumnus,
Inuidiam rurſus cæli Soliſque maligni
Sentis, non aliter quam cum Iouis igne triſulco
Ictus, ſulphur olens nitrumque tonantis Olympi
Naiadas ambuſtus fluuioſque lacuſque petebas;
Straminea ſegetis facilis iactura, falerni
Vix toleranda ipſis etiam potantibus Amnes,
Gallia quandoquidem Bromii de mercibus aurum
Pertrahit, & vites ſibi habet pro ditibus Indis:
Vror ego, nec pars Boream quæ reſpicit ædis,
Non ſatis admiſſo me Aquilone refrigerat, ima
Sub tellure cauos languens inquiro receſſus,
Opto Boriſtenidas, pictoſque habitare Agathirſos,
Et pro Sequaniis vndis, potare rigentem
Strimonia, mi tanto tam frigus amabile in æſtu:
Ipſe domum vt redii, terſo ſudore forenſi,
Frigus ego capto per clauſa triclinia opacum,
Palmitis exuuiis. fluuiali humentia & alga,
Poſco merum merſum puteo, limphaſque recentes:
An viuam anne bibam potius ſum incertus, amœnum
Ingeminare ſciphos potando vincere & æſtum
Vſque per Icarii veſanos Syderis æſtus.
Quam fuit acris hiems, Bruma & Borealior omni,
Feruida tantum æſtas, lybicis vt quæ ardet arenis
Ambuſtos apud Aethiopas, Garamantas & Indos
Vt dubium, an riguit plus Bruma, vel arſerit Aeſtas.

Apparatus Archiducis ad bellum. Archidux Mathias multa priuatim cauſſatus, in Bohemiam & Morauiam ex Auſtria & Vngaria ingentem exercitum educit, trepidantibus imparatiſque Bohemis, Oratores mittit Epiſcopos Iauarienſem, Veſprimenſem alioſque primæ nobilitatis, qui Mathiæ propenſiſſimum animum in Cæſarem fratrem, Bohemoſque obteſtarentur, & quia imperio duobuſque regnis iam inclinans ad ſenium Cæſar ipſe ſupereſſe non poſſit, deprecari vt Regni Bohemici ſucceſſor deſignetur, quod cum annuiſſent ordines certis condirionibus, Archidux eas minus probauit, viribus confidens, vt qui aduerſus detrectantes vſurpare, poſſet: Cæſareum illud enſem contrectans *hic faciet*: Cæſar de fraternis copiis non ſatis ſecurus, cum nec inter fratres iura regnorum ſatis tuta ſint, Pragæ omnibus munimentis & bellico apparatu ſe inſtruit, & repente collecto milite exercitum Archiducis adæquauit; ſed ille virtute bellica longe ſuperior quam Cæſar, in cuius caſtris non niſi homines gregarii, & ab aratro & ligonibus ad ſigna tumultuario euocati, contra Archid. veterani omnes ex Vnguaria, Turcicis bellis tandiu exercitati

Digitized by Google

ercitati militabant. Res erat ſub ancipiti marte, Hunguaris in dies Bohemos laceſſentibus, ita vt Praga obſeſſæ vrbi non eſſet diſſimilis. Pontifex, Rex Hiſpaniæ per oratores, Septemuiri electores medios & ſequeſtros pacis ſe interponunt, quibus intermediis tandem his pactis coaluit. Cæſar cauſſatus ſenectutem variaſque curas, quæ moles imperii ingerebat, Mathiam deſiderio quietioris vitæ fratrem, Archiducatus Auſtriæ vtriuſque ſupra & infra Henſam, ſummum præfectum & vicarium creauit, omne ius in illo, cum omnibus latifundiis dominiis fiſci & cameræ iuribus, Mathiæ futuriſque liberis maſculis cedit & abdicat remiſſo ſacramento ſubditis, vt dicto Mathiæ nouo & clientelari obſequio ſe deuinciant: quoad regnum Hunguaricum Cæſar penitus omni illius iure ſe exuit, ſoluitque ſacramento ſubditos, aſſentiturque inaugurationi Mathiæ ex decreto ordinum regni, promittitque auxilia ad coercendos fidei hoſtes, tutandoſque Hungariæ limites. Præterea ex eius aſſenſu, Mathias regni Bohemici ſucceſſor deſignatur, ſi modo nulla maſcula prole relicta Cæſar deceſſerit, quod ſi naſcantur mares, hiſque impuberibus moriatur, ad Mathiam tutela & procuratio regni adhibito in conſortium Senatu, pertinebit. Ne tamen Cæſar tot inſigni bus titulis prouentibuſque exutus, nimium diſpendium pateretur, & ſuperſti ti vi ablata hereditas videretur, Mathias Tyrolenſem Comitatum & quod ſingulari iure in vicinis regionibus poſſidebat Cæſari remittit. Hoc fœdere viciſſim ab armis diſceſſum eſt, pluribus frementibus, queis victus in præda, & diuturnitas belli, vindemia quædam eſt: ex voto enim ominabantur, longum & inteſtinnm fore bellum, quale prædicant inter Cadmeos fratres de regno Thebarum, tanta acerbitate contendentes, vt cum eorum cadauera ſimul vrerentur, flamma bipartita in buſto, poſt funera viuax odium teſtaretur. Nouis honoribus cumulatus Mathias regno Hungarico proxime inaugurandus, Viennam ingreditur, exceptus ſtupendo apparatu tota vrbe in publicam lætitiam effuſa, quod ocyſſime & incruente ab inteſtino bello inter fratres diſceſſum ſit, atque in poſterum Mathia iam non adminiſtratore ſed rege Vnguariæ ab inſultu turcico munitius ſecuriuſque futurum ſit. Solent enim mortales cautius rebus propriis quam alienis proſpicere. Item 25. Maii die Dominico & ſolenni Pentecoſtes, in æde monaſtica Fauernaii (viculus eſt apud Sequanos) ex Gaſophylacio deprompta argentea capſa ligneo fulcro, qua Euchariſtia continebatur, cum altari eſſet impoſita, ex lichno & ſcintillis cereorum noctu lucentium conceptus ignis in linea ſtragula dilabitur, hinc ſequaci tractu capſæ ſtylobates conflagrauit, exuſto fulcro Theoteca aere vacuo penſilis ſtetit per biduum, ſuo pondere necquiquam depreſſa, res fuit in omnium conſpectu, turmatim omnis vicinia confluit, nec credibile eſt tot ſpectantium oculos faſcinatos excecatoſque: nec enim vel à maleficis, qui perſtringunt aciem, multitudini illuditur. 3. Feria dum lithurgiam ſacerdos celebrat, capſa ſenſim vi nulla impellente altari illabitur, & ſubſidet. Ferdinandus Archiepiſcopus Veſontionenſis, per iuridicos habita fide publica, exauditiſque quinquaginta & amplius melioris notæ teſtibus, programmate publico poſteris miraculum ſciendum reliquit.

1608.

Pax inter Cæſarem & Archiducẽ.

Vice permutationis quæ Cæſari ceſſerint.

1608. *Sponſalia Ducis Vindocinenſis.* Rex Chriſtianiſs. Filii Ducis Vindocinenſis ſponſalia, cum duciſſæ Mercolii vnica prole peregit: pactum fuerat coniugium Andegaui Aprili menſe 1598 mulcta indicta æris grauiſſimi, in detrectantem nuptias. At non alienum ab hiſtoria & notatione temporum facio, qui memorāda placita Curiarum recenſeam, audite vero æquitate & ſeueritate poſteris ſtupendum, quo impuberes à meretriciis amoribus, imparibuſque nuptiis & parentum deſpectu damnatorum exemplo caueant. Iacobus Drouetius, patre nobili, computorum regiorum in camera Neuſtriæ auditore genitus, philtro & illecebris Ioannæ Andrieu gregariæ mulierculæ pellectus, clam auiis locis aliquot ſacrificulis conſciis & adminiſtris, nuptias contrahit, vterque parens apud P. Conſcriptos cōqueritur, aduerſus pellicem de raptu iuuenis, impuberes lege diuina & ſanctione Aurelianenſi, inſcio patre, ſemotis arbitris, inire coniugium vetari, indictumque paræcis ne operam & aſſenſum furtiuis illis coitionibus præbeant, cauſſantur parentes ab incantatrice muliercula obſcuri generis, ac dubiæ pudicitiæ, adhuc ſub ferula pubeſcentem iuuenem ſubreptum, non aliter quam aucupis cātu illice, auis nidularia in retia pertrahitur, filium ſui iuris non fuiſſe, vim ſibi illatam. Edictis non ſemel furtiua hæc coniugia coercita fuiſſe, & veriſſima voce raptus nuncupata. Denique grauiſſimis expoſtulationibus parētum, & ſeueritate publicæ diſciplinæ lite capitali inſtructa impulſus, Senatus hoc Arreſtum quod paternæ vltionis merito fulmen dicere poſſis, protulit. *Formula Arreſti 22 Aug 1608.* Iacobi Drouetii, cum Iana Andrieu coniugium furtiuum nullum & irritum, clam & malis artibus, parentibus inſciis contra regias ſanctiones initum damnatur. Iana tædifera obducto capite linea vitta collo reſti inducta noxam à Deo, Senatu, & parentibus Drouetii deprecari, mox compitatim per triduum ſcuticis nudo tergore cæſa, toto regno perenniter faceſcere iubetur, ni decreto audiens ſit, furcæ indictum ſupplicium, bonis omnibus fiſco addictis, litis impenſis prius perſolutis. Ipſe vero Iacobus paternis materniſque bonis exiſtentibus futuriſque penitus exuitur, anni integri carcere caſtigatur, *Pœna in vtrumque.* donec parens de eximendo vinculis Senatum roget, 2. 3. & 4. Feria non niſi pane & aqua alatur, vetitum Drouetio & Ianæ ne in poſterum ſe videant & alloquantur, voce, epiſtolis internunciiſque vllum conſortium habeant, neue huiuſcemodi nuptias redintegrent, ſacrificuli qui clandeſtino matrimonio contra decreta ſynodi Tridentinæ, & Bleſenſis Edicti fœderauerant, ſimiliter damnari accenſa *Pœna in ſacrificos.* tæda, poplite minores, frequenti Senatu in recitationibus cauſarum, à Numine, Curia, & parentibus veniam poſcere, mulctati inſuper graui ære, cautum arreſto, vt primus & alter articulus ſanctionis Henrici II. latæ anno 1556. & 24. Henrici III. in Bleſenſibus comitiis, in minoribus ſubſelliis totius Neuſtriæ quæ Senatui ſubiacent, quotannis certa die promulgentur, indictumque omnibus parœcis, vt huiuſcemodi articulos diſtricte obſeruent neue præconiū coniugiorum, quod banna vocant, per vicarios conductoſque præsbyteros fieri patiantur, ſed ipſimet pro ſuggeſtu pronuncient terque repetitis quolibet die dominico, niſi præſentibus parentibus & conſciis coniugalem benedictionem impertiantur. Officialibus propterea indictum ne huiuſcemodi proclamationum, ſiue bannorum gratiam faciant, ni à parentibus & agnatis rogentur. Iacobus, & Ianna, ſacerdotes, cle-

Digitized by Google

teſ,cleri, Neuſtriæ delegatis in litis conſortium adiunctis, in priuato Regis conſilio, huiuſcemodi Senatuſconſultum conuelli & nullum pronunciari poſtulant, ſed religio fuit, tam religioſo decreto vim facere, hoc tamen adhibitum temperamentum, vt mulctam pecuniariam proſcriptionemque infœlici mulierculæ Rex condonare rogaretur. Clerus Gallic. per vicarios ſuos Lutetiæ longa comitia habuiſſe diximus anno priore, quod illis decretum in abdito erat, nunc vero liquet; ex concione Andreæ Feniotii Archiepiſcopi Bituricenſis ad Regem habita aſſidentibus Ioieuſa, Gondio, de Sourdis, Perronio Cardinalibus, ſic ille totius Cleri querelam habuit. Inuictiſſime mortalium, ſi dolori fas fari, ſi miſeros nihil torquet acerbius quam indictum ſilentium, Eccleſia tot præpedita ærumnis, tam alto dolore demerſa eſt, quæ qua incedit omnia dumis vepribuſque inſtrata calcat, cuius calix abſynthium, & fex amarulentiſſima præſſuratum, non parum hodie recreabitur, ſi tua regis maieſtas, æqua ſuo dolori querelis expoſtulationibuſque aurem accommodauerit, cruciatus, lanienas, omnemque feritatem Iuliani Apoſtatæ decretum ſuperauit, quo Chriſtianis gemitus lachrimaſque inhibuit miſeriſque hoc acerbum ſolatium inuidit, ſceleſtior Ethnico qui cecinit. 1608.

Flete meos caſus, eſt quædam flere voluptas,
Paccatur lachrymis egeriturque dolor.

At nunc victrix impietatis Tyrannicæ Eccleſia, hoſtium exuuiis onuſta & laureata, Cæſarum Regumque culta officiis, fulta imperiis ſua prodere Regi vulnera non veretur; Regi inquam cuius proaui Eccleſiæ ſponſalia, pronubo annulo & monilibus decorarunt, æternum monumentum Regiæ Gallicæque pietatis; quamuis autem indecore indignanterque offenſæ, non ſemel ſuſpiria & ſingultus ingemiſcentis exaudieris, inque vlnas tuas impetitam acceperis, fidentius ex primordiis auſpiciiſque auræ benignę & ſalutaris, rurſus ſæculi impuritate & corruptelis, cute tenus deformata, tota effuſa in lachrymas ad tua genua prouoluitur, nec intrepide aut ſuſurro, ſed libera voce, apud te profatur, te illi meritiſſime obuinctam quæ pro tua ſalute, inque regium ſolium euectione, tot preces lachrymaſque ad Diuum penetralia effudit, nec te illa ſperat tam luculentæ pietatis immemorem.

At *Henrice* puta religionis colendæ, ſeruandæ, propagandæ ſtudio nullum eſſe, quod magis Regem deceat, illa imperii oculus eſt, fomes vitalis regiminis, brachium tui brachii, & vt verbo dicam non firmiore fulcro regnum innititur, Perſarum Reges rati id eſſe veriſſimum, vel in Ethnica ſuperſtitione non ferebant ſuos liberos regno admoueri, quin prius, myſteriis patriæ religionis imbuti forent. Religio enim & imperium duo ſunt fulcra & columina humanæ ſocietatis, fœlix vtriuſque copula & conſortium, ſi cum alter alterius poſcat opem, amice conſpirent, Iſraelitica tribus, quam viget Moſe deprecatore & ſuplice apud Deum, Ioſua pugnatore & victore, dum orat & exorat Moſes, in carbaſa & tentoria Iacob gratia numinis influit, arca fœderis præeunte; falluntur longiſſime totoque cœlo aberrant, qui imperiorum occaſus & exitia, annorum ſæculorumque orbibus climactericis, criticis, & fatalibus tribuunt. Longe alia mens Chriſtianis, qui verius à religione regnorum pendere fatū, ea ſoſpite & incolumi ſtare,

1608. cum illa collabi & occidere credunt: illa enim diuinæ particula eſt auræ, mortalium immortaliumque geniorum confœderatio, qua auſpice ſumma imis, ima ſupremis, veluti paranimpho conciliantur, ſigillum vinculumque æterni fœderis, quod fata coniurata diſſoluere nequeunt, hinc ſapientiſſimi hominum Quirites, geniorum Deorumque tutelarium nomina hoſtibus tecta eſſe voluerunt ne elicerentur à propriis in exteras vrbes; rati enim Saguntum non poſſe expugnari, niſi euocato genio qui eius cuſtodiæ præſidebat, eoque ſymbolo Ethnici alioquin conſultiſſimi, coniunctionem religionis & imperii, inexpugnabile munimentum crediderunt: Rex Chriſtianiſſ. id ipſum puta, teq; religione ipſa cum Deo vinciri nullumq; certius augurium inclinantis & iam caduci imperii, quam ſi religio ab eo exulet, cum exemplis vetuſtatis liquido conſtet, numen ex mortalium cœtu aufugere, cum apud eos religionis, ſacrificiorum Deorumque cultus intermittitur. Puta ô Rex inuictiſſime, non politico regimine, non prudentum conſiliis, regnum hoc tuum firmari, vis occulta numinis, & infuſa cælitus tantam molem agitat, quique ſceptra dat & adimit Deus, peruigil ad tuum columen, geniorum cæleſtium clypeo, ſeu antemurali, te ab hoſtibus æmuliſq; ſeruat incolumem, palmiſque victricibus vireſcentem totique Europæ ſpectabilem facit. Id ipſum numen, iugũ quo vincta Gallia ingemiſcebat confregit, lachrymas abſterſit, ciuiles motus compeſcuit, pacis delubrum proſtratum erexit, vulnera ſanauit, leges profugas, Aſtreamq; iam euolantem reuocauit, & ne ſim verboſior, à funere ipſo Galliam rediuiuam fecit, quæ nunc altius caput exerens, iam reliquis imperiis eſt formidini. Adeo in altũ tua gloria ſe euexit, vt ex fœda tempeſtate laceram & naufragio proximam nauem, in fælicem portum deduxeris, coniuratas acies, ſociata agmina, factiones vndique congeſtas vnus infregeris, diſcuſſiſque nebulis, gloriam ſpectandam ſtupendamque inſpectantibus feciſti tot ſuperatis exhauſtiſq; periculis, totus hoſtium manubiis onuſtus refulges, Galliam elanguidam ſoſpitaueris, quæ omni abiecta ſpe ſalutis impar morbo ineluctabili, ſponte ruebat in exitium, ni victricibus tuis lacertis erecta, mali procaciam magnitudinemq; ſuperaſſet. Hæc ſunt ô Henrice æterna monumenta, quibus poſteros deuinxiſti. At gloriæ non vltimum eſt faſtigium, quod immortalitati facinorũ adiiciatur, ſupereſt aliud, quodq; Eccleſia manu ſua perpoliat faciatq; omnib. ſæculis indelebile, ſcilicet vt poſtulatis noſtris æquior, quod toties expetitũ, Trident. ſynodi decreta ſeruari iubeas, quo vno obice, corruptelę, immundicię, ſordes, nefaria pacta ſymoniæ, fiduciariæ nundinationes huiuſce generis ſcelerum fœdiſſima illuuies coerceantur. Synodus eſt Oecumenica, totius orbis comitiis celebrata, cui præluxit flamen tanquam fax ætheris, ſuiſq; reſponſis & oraculis patrũ decreta confirmauit, quæ ab vniuerſis Chriſtianis colitur & cuſtoditur, quod ſi eius promulgationi refragaris non alio forcipe, veſtis indiuiduæ & inconſutilis, non alio turbine velum templi diſcindetur: vetuſtas quæ vna conſcia & incorrupta teſtis, luculentiſſimis titulis Galliam nec immerito eſt proſecuta, nempe quod Eccleſiæ laboranti, auxilio ſemper fuerit, portus naufragatis aduerſus procellas inſultantium, ager quem cæleſtis agricola manu ſua fodiebat, perpurgabatque à lolio, lappis, tribuliſque, vt lilium adoleſceret, ſub cuius opaco tegmine, in æſtu & me-

Digitized by Google

& meridie conquieſceret, viridarium exquiſitiſſimis floribus conſitum, adytum 1608.
votis tholis penſilibus, victimiſque quo nullum crebrius, thure & ſuffitu ſacrificiorum cultius, nec enim alibi gens paſtorib. & ſacrificiis obſequentior, præclara huiuſcemodi elogia Gallia amittet, & fruſtra ſibi arrogauerit, ſi vna illa Tridentinæ ſynodo repudiũ miſerit, ſcientiæ ſyderalis indagatores, non alio motu & giro planetas moueri & circumagi, quam cæli, omnium machinã impellentis, lunam vero peculiari & contrario affirmant non aliter, ab œcumenicis cõſiliis pendere ſacrorum oracula certum eſt, maioremq; eſſe rotam currus Dei, quam vidit Ezechiel, quæ ſua vertigine cęteras impellit. Tridentina Synodus inſtar ſpherę videri poteſt, quæ Gallicanæ Eccleſiæ ſydus circumagit, quam obtentu priuilegiorum immunitatumq; priuatarum ſubducere ſynodalib. decretis, quid aliud eſt quam inſtar lunæ, priuatum illi oppoſitumq; motum tribuere? vna quæ non vno vultu nos mortales aſpicit, nunc globoſa nunc graciloſcens, nunc orbe pleno, nunc in deliquio, circulata, corniculata, ſinuata diuidua, naſcens ſeneſcẽs intermenſtrua: qui res abditas naturæ altius ſpeculantur, oculum feneſtrã corporis humani ferunt, ſeptem arteriis circumdatum, quorum impulſu mouetur, oculo tamẽ ineſt, vt niſi vltro moueatur, Gallicanæ Eccleſiæ libertati res non diſſimillima, quæ à maiore motu pendeat, nec elata priuilegiis, in oculum cuius radius eſt, moueri haud debet, niſi ad impulſum ſynodalium cõſtitutionum, Romana & vniuerſalis Eccleſia cynoſura eſt, ad quã Gallicanam moueri, & dirigere curſum oportet, nec vlla illi fœlicior liberiorq; libertas, quã ſi quibus obnoxia eſt obſequiis, ſeu filia vltro matrẽ demereatur. Nihil exhinc tuæ maieſtati imminutũ, nec alia expoſtulatione Aſtream olim Galliæ, beatitatẽ regni, peculiare ſuum numen electiones ſublatas ingemiſcimus, quod ſi liberius acerbiuſq; excãdeſcimus, res ipſa loquendi dat veniam, quandoquidẽ hoc ſublato palladio, ſacra profanis miſcentur, Eccleſiæ hierarchia turbatur, thuribulum è manu ſacerdotum tollitur, intermedius paries quo ſacrarium ſecernitur, diſrumpitur, & tabernaculi myſticum oleum ſuffunditur; at quod electionũ deſiderium vtcumq; lenit, tuum eſt ſingulare iudicium in deligendis paſtoribus, quos non ad aulicum ambitũ, ſed homines das ſacerdotiis, non hominibus ſacerdotia, illo delectu coruſcat Eccleſia, ad inclinantis fulcrum, lapides angulares ſelegiſti, naucleros prudẽtes naui myſticæ dediſti, iamque ordo leuiticus ſolito ornatior mundiorque, aras & ſacra tuetur: quamuis enim hoc ſęculo, multa ad mundiciẽ Eccleſiæ deſiderentur, tuæ tamen gloriæ acceptum referri debet, vt cum præſules meritiſſimos infulis ornaueris, non eſt quod virtus ſe neglectam ſterilemque doleat. Perge illam amplecti, præmiis honoribuſque proſequi, vt illa in omni artium & diſciplinarum genere editiore loco emineat. Supereſt, quam indignanter & ſtomachoſe patimur, quamque meritiſſime execramur Symoniam, veneficium beneficiorum, probrum & inquinamentum Eccleſię, gieſericam negociationem, fiduciarias poſſeſſiones ex prouẽtu ſacro laicis attributus, fundorum alienationes, fori Eccleſiaſtici proculcationem, & prouocationes ex abuſu, adeo crebras & impune receptas, vt ſagittam in die volantem nuncupemus, ita vt quod olim piaculum ingens, ex vſu eſſe deſierit, eſt veluti Leuiathan maluſq; genius Iobi, qui iã non tenebris & latibulis

ſe con-

1608. ſe continet,ſed conſuetudine lucem nec ora erubeſcit, huiuſcemodi ſcelera velut Abelis innocuus ſanguis effuſus, vindictam inclamant, his vbi ſe fœdauit Ludouicus pius,à Carolo magno patre deuius,calcatis eius legibus, non modo Galliæ opprobrium,ſed liberorum contumelia & ludibrium fuit, quorum intemperiis Deus ad vlciſcendum vſus eſt. Oculus ille numinis, qui penitiſſima mortalium ſcelera intuetur, quam torue & minaciter palpebriſque indignantibus deſpicit, ſacra pignora Eccleſiæ, precia peccatorum,pias, erogationes,panem eſurientium, nudorum indumentum fœdiſſimis vſibus miniſteriiſque laicorum deputati? atque vt olim gentilitate domina, in deſpectum Chriſtianorum ab impio Cæſare factum,in Chriſti cunis & præſepio, Adonidis ſimulacrum denuo collocari,vaſa cratereſque ſanctuarii ad meretricios vſus, in conuiuio Regis Aſſyrii polliui, tanta indignitate ſceleris, vt manu cæleſti litteratus paries numinis vindictam oſtentaret. Annue,& ne rogo ô Rex, mihi ſit noxæ,ſi dixero nunc ipſa cunabula & præſepia Chriſti idolo Adonidis, vaſa ſacra pollui, ſanctuarium temeratum, lapides & fulcra illius quaſſata & diuulſa, ſi diutius feras ab hominibus coniugatis,equitibus militibuſque,quorum dextera magis ferro & cædib. aſſueta, quam thuri & rebus myſticis: ex aris panes propoſitionis & Leuitici ordinis, ſacram annonam expilari. In cantico, myſtica ſponſa, per tenebras in ſatellitium vrbanum incidit, ab eo vittas & ſtolam capitis præreptam ingemiſcit, bona Eccleſię Regum piæ largitiones,pro vittis & velo Eccleſiæ vſurpari poſſunt,quod ſi pateris ſuos cenſus redituſq; ſtipendiis in aulicos exhauriri,quid aliud eſt,quam ſponſam diripiendam denudandamq; vrbanis militibus cohortibuſq; relinquere & quamuis ex aſſenſu Cleri,huic malo indultum, tamen non vltra fouendam rem piacularem,multa religioſiſſime vrgent & depoſcunt. Adamus, vt vetitæ arboris fructum decerpſit, nudum ſe illico erubuit,cenſus Eccleſię inſtar eſt arboris, quam Deus contrectare vetat, cuius fructus decerpti nuditatem noſtram illico produnt. Sacrilegio iſto res patriæ auitæ & alias partę diſpereunt, & à ſacro occulta contage & edaci tinea profanum perditur. Plura ſunt de quibus conqueri poſſimus, apud tuam Regiam celſitudinem, ſed ne longior oratio faſtidio ſit, hæc mandata codicillis diſcutienda opportune relinquimus: atque vt finem faciam,quotquot adſunt Antiſtites, Gallicani Cleri lumina, te rogatum volunt, vt indulta ordini noſtro rata eſſe velis, quæ ſępius irrita & neglecta ſunt, quod Patres Conſcripti calculum non adiecerint. Vt vero res tuæ proſpere cedant, aſpiretque numen,tuumque regnum beet,& longęua fęlicitas iam non volucris,ſed quaſi clauo defixa ſit neue ſeneſcat imperium, aut liliorũ candor marceſcat, nec alium habeat quam totus orbis occaſum, laboranti Eccleſię manum porrige, opem fer,dole vicem huius,ærumnis pone modum, vulneribus medelam, heu! pius & illachrymans tot parochorum intuere centurias, qui cum ſacra ſynaxi & pane Angelorum ſuas oues paſcant,vix mortaliũ panem edunt, duriter & aſpere victitant;ita pietas refrixit, & parca manu diis litatur. Iam ipſe apud te conſcius, ſponde Deo te illi fore deinceps victimam,non alio igne quam ſacrificiorum arſurum, ariſque diuturne operaturum, Relicto poſteris teſtimonio regales curas ad cultum numinis & Eccleſiæ perennes fore: Tribub. Iſraeliticis piaculum erat,

extra

Digitized by Google

extra cognationem nuptias facere, præterquam in tribu Iuda, quæ quod imperaret reliquis, & ſceptro potiretur, ex tribu Leui ſibi gentem aſciſcere fas habebat, quod illa aris & ſacerdotio præeſſet, hocque ſymbolo, ab Hebræis ſcite notatum, ſacerdotii & imperii optimam eſſe coniunctionem & firmiſſimum vinculum. At Rex Chriſtianiſs. æquum eſt te affari Eccleſiam his verborum cupediis, quibus olim gens Iſraelitica Regem ſuum demulcebat: *Caro de carne, ſanguis de ſanguine meo, oſſa ex oſſibus, vnum ſimus deinceps, & indiuidua copula, vnum ſit velle & vna cupido, flere tuum mihi lachrimas, ſingultus ſuſpiria eliciat, conuerſuſque alter in alterum, te hac voce ſolari poſſim. Filia Syon atrata & flebilis, iam pone modum lachrymis, is ego ſum qui tibi pullatam veſtem, ſaccum, cilicium*, cinerem, & ſordes abſtergam, & myrrino oleo, balſameiſque odoribus vnctam & delibutam niteſcere faciam, vtque Hebræorum nurus, olim ſuo Regi hac voce blandiebatur. *Volo ſciant poſteri à me purpura & coccino te veſtitam, primitiis frugum ditatam, tua ſabbata, feriaſque calendarum, mihi ſummo fuiſſe cultui, muniui te clypeo fortium, accinxi femur tuum gladio Ionatæ aduerſus hoſtem, neſcio retundi & hebeſcere, eiuſque cruore tingi ſolito. Exolue ergo Rex Eccleſia ſua munia & tributa, gratulare matri, quæ te primogenitum ſuum nuncupauit, ac primo oſculo ſuauiata eſt, quem in vlnis & ſinu ſuo, præ cæteris conquieſcere voluit.* Pro tot inſignibus titulis indulge vt libera ſit. Quod ſi Thianeus Philoſophus, de Tito Cæſare hæc aliquando iactauit, *Titus Iudæam vicit; Apollonius vero Titum*, Eccleſia profari poſſit iſtud: *Henricus totus laureatus, fælicitatis & victoriæ remigio euectus, aduerſas acies ſubegit, ſed Eccleſia, lachrymis ſuiſque expoſtulationibus Henricum emolliuit vicitque.* 1608.

Hanc ego Cleri defixis quaſi in orbita veſtigiis Fremiotii concionem vere ſed operoſe expreſſi, redeamus in ſemitam.

Nouelli Epiſcopi Aureleianenſis infularum ſuſceptio, & in vrbem aduentus, propter res ſcitu dignas haud reticeri oportet. Albaſpineus ordinatus Antiſtes, 1. Septembris per tubicines publicauit 14. eiuſdem menſis de more recepto & antiquis ritibus, Aureliæ ſacra facturum, pollicita reis impunitate, homicidiorum non modo fortuitorum, ſed cuiuſcumque notæ, vel ſi compoſitis inſidiis aliorumque criminum: ad claſſicum adſunt nequiſſimi mortalium: 13. pernoctauit Epiſcopus in cœnobio Diui Euuertii, vbi poſtera illuxit, cœnobiarcha operante audit ſacrum, peracto infulas & tiaram induit. Ibi morantem adeunt ſanctę Crucis Canonici, iuris anteceſſores, Academicique officiales, Decuriones Ædileſq; vrbis, Epiſcopus nudipes in publicum exit, vt Diui Aniani ædis veſtibulũ ſubiit, canonici excipiunt manibuſque pectinatim compreſſis, ab eius cenſione & iuriſdictione ſe immunes profitentur, nihilominus in ædem deducunt ad aram, mox illi pedes abluuntur, induuntur que ſericis calceis candidi coloris, præſtito ſacramento Canonicis in eorum iura & ſanctiones nihil moliturum, à quatuor primariis huius ſodalitii, in ſella trans pomerium deuehitur: euocantur Barones quatuor, clientelari iure Epiſcopo obnoxii, quique anniuerſario die inuentionis ſanctæ Crucis, votiuæ ceræ pondera, quæ collicias vocant, perſoluere tenentur, deuehendo Epiſcopo ſe ſe offerunt, ſed Albaſpinæus euectionis gratiam Baronibus fecit, ex animi propenſione, non ex contentione humerorum lacertorumque, ius ſuum clientelare metiens. Hinc longo ordine Cleri proceditur, præeunte

Ordo adeundi nouelli Pontificis.

Digitized by Google

1608 qui pedum paſtorale antea faſciis inuolutum, tunc amoto velo conſpicuum deferebat. Vbi ad portam veterem Burgundiæ ventum eſt, Prætor, proprætor, ille vrbanus iſte totius Aurelianenſis præfecturæ, capitalis quæſitor togatus, & ſuccinctus; viri conſulares, quos præſidiales vocant, nouello Pontifici occurrunt, ibique facinoroſi omnes carcere emiſſi ſiſtunt, qui certatim inconditis clamoribus, propitiationem & miſericordiam deprecantur. Antiſtes vero, lictores & Commentarienſem profari iubet, num carcer & ergaſtula vacua ſint, num alii noxii detineantur, à quibus fide accepta, huiuſcemodi feras omnes ſeptis emiſſas, iubentur bini ſontes, omnes iuridicorum ordines antecedere: vbi ventum ad ædem ſanctæ Crucis, Epiſcopus tintinabulum fune impellit, Ambroſii hymnus canitur, dum Epiſcopus operandis ſacris ſe accingit, quibus peractis itur ad pontificium epulum, ſeorſim cum collegis prandet Epiſcopus, iuridici priuatim in alio triclinio, malefici in ſuggeſtu, inque area Palatii Epiſcopi: poſt dapes præco theologus, eos acerrima expoſtulatione caſtigat, & in poſterum emendatiores eſſe iubet: Epiſcopus concionem alternat, qua habita inclamatur denuo à noxiis, ter & ſæpius *miſericordia*. Quos tandem Epiſcopus impertita benedictione miſſos facit, lege impoſita, vt capitalium iudiciorum pecuniarias mulctas impenſaſque forenſes, illico & ad vltimum quadrantem perſoluant: vt innotuit Aureliæ aram eſſe Miſericordiæ, & præconium Epiſcopi, Romulei Aſyli titulo non eſſe diſſimile.

Emiſſi carceribus noxii omnes.

Progreſſus ſontium.

Impuniti remittuntur captiui omnes.

Quilibet huc dixit confuge, tutus eris.

Ecce regionatim latibulis erumpẽtes latrones, ſicarii, & ne ſcelera omnia perſtringam, bipedum nequiſſimi Aureliam adeunt, quaſi tot carnificinæ nocẽtiſſimorum hominũ vel toto Ligeri ablui poſſint; tamen ne deducar in illud priſtinum, quod perpeſſi ſunt qui Rothomagenſi aſylo minus creduli fuere, an rite, religioſe, probe & politice fiat, aliorum iudiciis relinquo. Paterer autem æquius, vnum aut alterum ſolui recordatione, non quidem Iudaicę ſuperſtitionis vt quidam ſcripſit, ſed dominicæ paſſionis & redemptionis, vt ſolet die florido palmarum Lutetiæ, non teterrimi hominis, ſed alicuius ære alieno deuincti, Nouelli præſulis aduentum liberatione inſigniri, à quo pluſquam centum furciferi redempti ſunt, parentibus, liberis, viduis de prærepta ſibi, legibus indicta vltione frementibus.

Qui ſoluti carceribus.

Anni ſuperiore Murathes Rays Liguſticum mare, Phocenſis prouinciæ & Occitaniæ littus Gallicum, latrociniis immaniter fœdauerat, Chriſtianorum expilatis mercibus, hiſque Turcicæ ſeruituti mancipatis, magnus Dux Ethrurię non ferens barbarum tam audaciter euagari, per octo ſuas triremes, coercendum parique damno & vaſtitate oram Affricæ afficiendam curauit. A longinqua nauigatione iactatas refecit, nouoque milite & commeatu muniit, addiditque quinque naues, quas à tereti forma britannicas vocant; vtque defeſſis nauſeantibuſque naucleris militibuſque noui ſuccederent, tota Ethruria de ingenti facinore in barbaros famam prædicat, non alio claſſico ducenti & plures militia & nobilitate illuſtres adſunt. Syluius Picolomini, qui Vngarico & belgico bello plurimum inclaruit, Conneſtabilis ſacræ militiæ Diui Stephani naumachiæ præficitur,

Triremium Florentinarum egregiũ facinus.

Præfectus claſſis Syluius Picolominus.

Digitized by Google

tur Florentia Liuorniam abiit, vbi rei naualis & bellicæ inſtructiſſimum eſt armamentarium, ex effuſiſſimis copiis duo millia ſeligit. Ducenti illi nobiles à ſtipendiariis ſeorſim militabant, Duce inuicto equite de Beauregard. 30. Quintilis triremes pelago ſe credunt, triduoque britannicas naues præierunt, quæ vt velificarunt, ſalo iactatæ in Siciliam depulſæ ſunt. Syluius non niſi per tenebras remigabat, ne per lucem prodita claſſe, barbari ſe ſubducerent, ſed nullis littoribus reperti, de intercipiendo aliquo propugnaculo Affricæ, à Syluio & commilitonibus cogitatum, placuit. Hipponem Diui Auguſtini inſulis celeberrimum oppidum, cuius ſitum, acceſſum, murum, vallum & foſſam delineari iuſſit, capto augurio fœlicis expugnationis, quod meditullium de efformatione vrbis, in crucem papiri incogitanter incidiſſet. 13. Septembris in Siculo littore triremes optatiſſime ſucceſſerunt, potiſsimum, quod quinque naues Britannicas illuc tempeſtate actas offendiſſent. In appulſu, tormentorum nulli editi fragores, ne claſsis barbaros commonefaceret. Syluius ducentos illos nobiles nauibus britannicis vectos, triremes cum ſcalis cubitiſque creperis conſcendere iuſſit, vt opportune ad expugnationem præirent. 15. Septembris tranquillo mari nauigatur. Vt Syluius, manipulis quid priuatim ſibi eſſet agendum edixit ſymbolum ſeu verbum diſcriminandorum Chriſtianorum à Barbaris voluit eſſe, *Diuus Auguſtinus*, quod à ſingulis pro fœlici omine captum eſt, rati proſperum fore, quod vrbem ſuo pontificatu claram, ab improbis poſſeſſoribus vindicandam pergerent. *Lemma.* 1608.

Media nocte in continentem Affricæ appulit. Re in cõſilium, deducta nonnullis viſum fuit, (quandoquidem niſi alto Sole ciuitas Hipponenſis adiri inuadique poſſet) vt in altum claſſis ſeſcederet ne exploraretur; ardor tamen expugnandæ moras omnes reiecit, viſumque in littus euadere, ſed lentius turbidiuſque id factum, naucleris non pro dicto Imperatoris, ſed pro nutu rem gerentibus. Cæleſtinus pater Ianus de Boſco, religione & magnitudine animi bellatoribus ſe ſocium dederat, non ignarus militiæ, quam ante monaſticem erat expertus, morantes concitat ad præclarum facinus, Eques de Beauregard, triariique cum ſcalis & cubitis præeunt, ſubſequente omni acie, quæ mille quingentis conſtabat. Hipponenſes longe antea de inſultu Chriſtianorum certiores facti, munimentis & inſomni cuſtodia ſe præmunierant. Ipſa nocte quam lux inſecuta fuit, equitatus Turcicus circa littus maris vigilias egit, qui orto Sole nullis exploratis inſidiis vrbem repetit cuius regreſſu ianiſſarii ratiforis tuta omnia, mœnibus relictis ſtationes deſerunt, tanta fiducia vt ea porta, qua ſe receperant barbari equites, Chriſtiani vrbem ſubrepſiſſent, niſi cubitorum crepitus oppidanos ad obſtruendam celerrime concitaſſet. Longe inferius eſſe propugnaculum exploratores quique chartis vrbem delineauerant, Chriſtianis ſuaſum fecerant, cum in conſpectu ciuitatis Hipponenſis, alto muro crebris turribus munita patuit vnde pauor nonnullis, quibus referre pedem viſum fuit, & in proximam noctem dilata expugnatio placuit. At cordatus monachus & ſummus bellator de Beauregard, iam non de receptu, ſed vel de inſigni victoria aut glorioſa morte cogitandum, totis manipulis vociferantur. *Ex improuiſo vrbs pene incuſtodita inuaditur.*

Ttt 2 Ipſe

Digitized by Google

1608 Ipſe Cæleſtinus precibus ferrum adiunxit, ſumpta bipenni cohortes ad immortale factum cohortatur. Nec mora irrumpunt vrbem, expilant domos, incendunt, vinctos mancipia faciunt, ſed Hipponenſes vbi ex pauore animos receperunt, in turres & propugnacula ſe recipiunt, alii poſtico dilabuntur, & omnem viciniam in exitium Chriſtianorum concitant. In agris barborum diri vlulatus, voces inconditæ, & ex omnibus municipiis ad arma coitiones, ita vt ab illis non paruus metus eſſet, tādem vbi perſpectum, vrbem tuto nec diutine à noſtris non poſſe retineri, tum ob paucitatem, tum quod in tota illa Affricana ora, nullum eſſet Chriſtianis munimētum & perfugium, Ethruſci poſt editam intus foriſque ingentem vaſtitatem, cum multa præda & mancipiis, ad Triremes ſe recipiunt, magis illato damno Barbaris, quam vllo alio fructu victoriæ.

Edictum de bonis Eccleſiaſticorum ab emptoribus redhibendis.

Iam à biennio Rex Chriſtianiſſimus, Edicto indulſerat Clero Gallicano, vt intra quinquennium cēſus & fundos Eccleſiæ, ob penſitationes regiarum indictionum, à quadrageſimo quarto anno diſtractos, ab emptoribus poſſeſſoribuſque redhibito precio impenſiſque in rem neceſſario & vtiliter verſis perſolutis, reciperēt, probauit magnum Conſilium ſanctionem, cautione adhibita ne Eccleſiaſtici obtentu gratiæ edictalis, clam & ſemotis arbitris, apophoreta & vt Latio verbo noſtratem ſermonem adæquem, propinationes accipiant, Edicti violatoribus inflicta mulcta quadrupli. Vt ſe dedit in lucem Edictum, certatim præſules, aliiq; ordinis Leuitici, ac primum Burdigalenſis diocœſis, Archiepiſcopo ſuo Cardinale, apud patres Prætorianos rem vrgente, fundos ſuos repetunt, vt nouæ leges illis commodum, ſic iſtis diſpendium afferunt. Variis animis nouum Edictum accipitur, aſtipulatores laudatoreſque habuit, quibus ſcriptum; poſſeſſores vero & emptores in illud querulos & expoſtulatores, quo vno tot annorum poſſeſſiones & iuris antiqui radices cōuellerentur. Præcones Edicti vt pium & religioſum prædicabant, cuius promulgatione, Rex Conſtantini pietatem adæquaret, qui res ſacras à profanis poſſeſſoribus vindicari, ariſque reſtitui quod his deuotum, conſtituit: prædiorum Eccleſiæ redhibitionem iuris eſſe perpetui, vt quæ cum rebus fiſci & cenſu dominii æquo iure cenſeantur, oppignorari quidem poſſe, ſed quæ luitione pignoris ad dominos æquum ſit reuerti. Nihil mirum optimum principem, pluſquam quadregenariam præſcriptionem ſuſtuliſſe, cum bellis ciuilibus nullæ res mortalium magis concuſſæ fuerint, quam Eccleſiarum, quæ exuſtæ, expilatæ, & è cartophylaciis ſubrepta autographa, exhauſta æraria decumationibus indictionibuſque, vt vix ad ferenda onera res ſuppeterent. Contra emptores, noua hac ſanctione ius publicum tolli, leges conuelli, fidem haſtę fiſcalis euerti, familias turbari, implicita cathena controuerſias & longo fune contentiones duci, nedum aduerſari Edictum iuri Cæſarum, ſed Pontificum, qui quadragenaria poſſeſſione aduerſus quaſcumque baſilicas, iura præſcribi decreuerunt, cum aduerſus Roman. Eccleſiam, ob primatum ſecularis præſcriptio exigatur; decere potiſſimum Eccleſiaſticos, innocenter viuere, quod ſi à cæteris mortalibus bona fides exularet, & deficeret, profugam, terraſque relinquentem ab illis retineri oportere, non pudere tamen illos, hoc vinculum ſocietatis humanæ diſſoluere, commercia ludificare, emptiones tollere, & poſt tot anno-

De Edicto varia ſententia.

Pro Edicto.

Digitized by Google

annorum ſæcula, vocem illam vſurpare, *veteres migrate coloni*. Latere nocentiſſimum ignem, quo tota Gallia ardeat ſub cinere doloſo, non niſi erumpentibus controuerſiis, damna & exitia, quæ de Edicto futura ſunt, dignoſci poſſe, oculatiſſimos tamen velut ex alta ſpecula, quæ proxime impédeat, tempeſtatem proſpicere: nam cum aduerſus iuſſa & ſanctiones principis nulla ſit euictio, continget vt infœlicibus liberis, quibus fundus ab Eccleſia publicatus, addictuſq; prætoria venditione, auo vel patri traditus fuerit, nulla ſit euictio aduerſus coheredes, vel quod iure ciuili præſtare caſum vltra leges, hoc eſt, factum principis non teneantur, vel quod diuturnitate temporum, qui fundum fruendum tradiderint, iampridem nulla relicta prole, in ſumma egeſtate deceſſerint, vel ſi fuerint ſuperſtites, nihil illis ſit reliqui, eueniet que ſæpius, vt filiæ fundus ille, cum nuptui locaretur, datus ſit, quem cum ſperaſſet ſibi dotalem, ecce bonus Eccleſiæ miniſter, pauperculæ multorum liberorum matri dotem auferet, cuius repetendæ illi nulla ſit actio, vel ſaltem inanis, vt pote quam authoris egeſtas excludat, & quod ab omnibus emptoribus æqualiter lugetur, pro vberrimo prædio exile precium redhibetur. At tantum, (inquiunt) quantum emptor perſoluit, ſed iniquitatem facit diuerſitas temporum, quandoquidem prioribus annis, quibus res Eccleſiæ cœperunt diſtrahi, minimi prædia væniebant, quæ decurſu temporum, præcii incrementum acceperunt: tamen non niſi antiquum, quod tantillum eſt, precium redhibere Eccleſiaſtici Edicto iubentur: potuerant vero emptores non pluris comparare profanorum cenſus & fundos, qui ab emptoribus condici non poſſent. Ex variis controuerſiis, vna incidit ſudore forenſi luculenter agitata, & ſecta iudicio, quod ſubnectere operæ precium putaui, fuit enim ſtatus cauſæ vel dignus vindice nodus: Carthuſiani Lutetiani bello ciuili, ingens æs alienum contraxerant, vt diſſoluerent, feudum fundumq; ampliſſimum clientelis cenſu annuo & iugeribus, vicinitate vrbis commendabilem, impari certe precio, qui fundi vbertatem non æquaret, diſtraxerant: rati Edicto, priuatas vltroneaſque venditiones diſſolui, vrbanas ædiculas vt condicerent ab emptoribus, in Magno Conſilio diem dicunt, prædii ruſtici emptor, is erat dominus *Marcel* regii ærarii olim præfectus, liti ſe obtulit in aliena controuerſia, ne quod præiudicium ſibi fieret. Chartuſiani intempeſtiue agentem foro dimouent, cum in eum nulla eſſet edita actio: Ille contra cum emptoribus vrbanarum ædium æquum ſibi ius eſſe, ſi dolo & data opera lite ceciderint, oppoſituros exceptionem rei iudicatæ, in re ſimillima deſiderare æquitatem paria iudicia, peruicitque Marcellus, vt liti non modo inſpector ſed actor adeſſet. Magnis contentionibus & glorioſo certamine res agitur, negocio ad altiorem indaginem remiſſo: hoc vnum vrgebat emptor, inherendum mordicus verbis Edicti, ſanctiones quæ publicum ius vellicant, ſi non ſint coercendæ, tamen non eſſe prorogandas vltra ſuos cancellos, Edicto caueri Eccleſiaſticis, quo ad publicas prætoriaſq; venditiones duntaxat, ad quas propter nummariam indictionem, Pontificiis regiiſque tabulis iuſſam, viritimque exæquatam impulſi fuerint, nec immerito pro his venditionibus hoc indultum fuiſſe cum illis temporum anguſtiæ, ſalus Regis & regni cauſam dederint, à Rege iuſtas dari vindicias, vt antiquos auitoſq; reditus

1682

L. Lucius Titius ff. de Euictionib.

Villeneuue le Roy.

Par arreſt du mois de Mars 1609.

1608. tepetant; at non eam eſſe cauſam priuatarum venditionum, quibus nulla publi-
ca ratio patrocinatur, cum ſpontaneæ & iniuſtæ fuerint, vel ſi neceſſitas extorſit,
mortalium vna & æqua lex eſt. Adiiciebat emptum fundum duris temporibus,
cum ære alieno laborarent Chartuſiani, reſque ſuæ haſtæ ſubiacerent & funditus
mergerentur, feciſſe quod ſolent Naucleri lege Rhodia de iactu, vt nauem ſal-
uam facerent, non ieciſſe quidem, ſed abdicaſſe prædium, cuius precio edacitate
Rationes Charthuſianorum. fœneratitiæ pecuniæ ſe liberaſſent. Charthuſiani contra, Edicto non eſſe vim in-
ferendam, expreſſo verbo principem de publicis priuatiſque venditionibus gra-
tiam feciſſe Eccleſiaſticis, cauillari emptorem, & ludificare mentem principis,
Sacram iuſſionem lite pendente Charthuſiani impetrāt. qui eas referri velit ad eas, quæ indictione clericali indictæ ſint. Vt autẽ omnem
ſcrupum eximerent, à principe iuſſionem impetrant, qua promiſcue de quacum-
que venditione Edictum tuliſſe, iuridicis planum faciebat. Nouo reſcripto oblu-
ctebatur Marcellus, media lite legibus vetitum reſcripta impetrari, etiamſi aper-
te Edictum de priuatis venditionibus verba faceret, tamen ad publicas & Præ-
torias coercendum fuiſſe, quandoquidem nouellum illud ſubſidium ſit priſco-
rum, quæ quotquot fuere non niſi de publicis ſanxerunt At dum argutando ſcri-
ptionibus res trahitur, tandem poſt repulſam, Senatus Pariſienſis Edicto ſubſcri-
pſit, concepta formula ne ad priuatas iniuſtaſq; venditiones prorogaretur. Mar-
cellus hoc ariete iam inclinantem murum concuſſit, concordibuſque ſuffragiis
magnum Conſilium decreuit, poſtulationi Chartuſianorum non eſſe conſenta-
neum Edictum, ſubmotique litigantes foro & Curia.

Magnus Ethruriæ Dux Ferdinandus, Coſmum principem filium cum Ma-
gdalena Auſtria Archiducis Caroli filia deſponſauerat: Tres Gratiæ ſeu Chari-
tes, potius quam Gratſenſes Heroinæ, excelſas nuptias ſortitæ Prima Philippo
Hiſpaniarum Regi, Altera, Poloniæ nupſit, Tertia quæ nunc principi Ethrusco.
Ferdinandus pater, pactis nuptiis Fabritium Colliredum cameræ ducalis præpo-
ſitum, Gratzem (vrbs eſt in Auſtria, non modo natalis, principibus Auſtriis ſed
quam peculiari delectu incolunt) ad futuram nurum celerrime tranſmittit, qui
de fœdere matrimonii abunde gratuletur. Interea Florentię connubialis pompa
adornatur, qua Dux Ethruriæ, Regum omnium ſumptus & certamina ſuperaſſe,
ex delibatione inſequẽti omnibus planum fiet. Paulo poſt, poſtquam æſtas (quæ
hoc anno rapidiſſima Ferdinandum ad nemorum fontiumque ſeceſſus coege-
Legatio Iordani Vrſini ad ſponſam. rat) deferbuit, cum exquiſitiſſimo Auli-torum comitatu Paulus Iordanus Vrſi-
nus Dux Braciani mittitur, qui vicarius Coſmi ſponſalia peragetet, vt Ticini ſuc-
ceſſit, amne ſecundo Tridentum dilabitur, dehinc quadrigis, quæ tota Germa-
nia celerrime voluuntur, Gratzem aduenit excipiturque ſtupendis honoribus,
inaugurationi hymeneorum lux 14 Septembris deligitur. Vbi illuxit, Magdalis
ornatu ſponſalitio fulgens, media illa inter Vrſinum & Ferdinandum Archidu-
cem, ad ædem Ieſuitarum deducitur, proxime comitantibus Maximiliano &
Ordo & ritus ſponſaliorum. Carolo fratribus, illo bellatore inclito, iſto ſummis ſacerdotiis & rubro galero
inſigni, hinc Iordanus, illinc ſponſa ad aram accedunt. Nuncius Apoſtolicus,
qui paranimphus ſacra operabatur, connubiales tabulas & Coſmi principis
mandatum recitari iubet: Mox ad Vrſinum conuerſus, de aſſenſu nuptiarum
percon-

Digitized by Google

percontatur, qui cum annuiſſet, ſimiliterque Magdalis, Vrſinus pronubum annulum dat ſponſæ, illa Vrſinum vt vicarium itidem annulo oppignorat, peractiſque ritibus, poſt decantatas ſerotinas preces, habitaque oratione, de laudibus gentis Auſtriæ & Mediceæ, in proximum palatium ad regale epulum diſceditur. Primo loco accubuit Iordanus, proxime ſponſa, dehinc pontificius orator, principes & Heroinæ longo ordine, choreis, ſpectaculis, circenſibus ludis tota vrbe effuſiſſime indultum. 22. Septembr. deſponſata dat ſe itineri, ſtipantibus cataphractorum militum alis, atque ipſo fratre Maximiliano Archiduce Rodolphi Cæſaris oratore. 7. Octobri Tridentum acceſſit, mox Venetis triremibus, nauarcho Auguſtino Michaeli Rauennam vſq; deuehitur, vbi à Cardinale Caietano, conuiuiis & regali plene apparatu excipitur, datis quieti aliquot diebus. Fauentiam, comitantibus Pontificiis cohortibus vſque in fines Ethruſcos Magdalis deducitur, vbi primis acclamationibus Auguſta Ethruriæ nuncupari cœpit. Ab Antonio Medicæo, & primæ nobilitatis aulicis inuiſitur. Vbi vero longius progreſſa, dumque in caſtro *Rosta* ad meridianum epulum ſe parat, improuiſus adeſt ſponſus, libatiſque primis ſuauiis, vna cum Archiduce Maximiliano menſæ accubuerunt. At Chriſtiana Lotharingia Archiduciſſa Ethruriæ, videndæ nurus deſiderium cum vltra non ferret, ad eam non longius, quam duobus milliariis à Florentia morantem cum liberis aduolat, ruit in amplexus, deoſculatur, miratur, vt longo & defixo obtutu animum expleuit, vrbem repetit, formam, ſuauiſſimos mores, egregiaſque dotes ſponſæ paſſim prædicat. Poſtridie magnus Dux moræ impatiens, eam inuiſit, rediitque celer, vt ingreſſum & pompam maturaret. Die ſancto Lucæ ſacra, omnes vrbis ordines ouationi & publicæ lætitiæ ſe accingunt. Præſules infulati, ſacerdotes & leuitæ, crucibus vexilliſque diualibus præeuntibus, agminatim ad cœnobium di Ripoli procedunt. Equites cataphracti, ad portam aduentum Auguſtę præſtolabantur, extra pomerium ſubſidebant armatæ cohortes equitum peditumque, galeis loriciſq; fulgurantes, faſciis multi coloribus diſcriminatæ, vt ſe Auguſta in conſpectum dedit, ſectæ in manipulos bipartitam aciem effecere, bombis catapultarum alternantibus pugnæ ſpeciem ediderunt, vt portam ſubiit, omnes machinæ diſploduntur, carpento aureo ſub tegmine inſtrato quatuor iugalibus, compactiori biga Archidux Maximilianus vehebatur, ingens ligni ſtrues ſuggeſtum efficiebat, quo ſymphoniaci & lyriſtæ concinentes aſſidebant, ſtemmata Auſtriæ & Mediceæ domus, lauro implicita frondebant, hoc addito programmate: *Vrbem fœliciſſimis auſpiciis, ad Ethruſca regia prolem Auguſto ſanguine propagandam ingredienti, quod fauſto connubio ſummos Europæ principes, arctiori amoris nexu deuinciat, prouinciæ ſecuritatem, principibus fiduciam, populis hilaritatem augeat, Florentia exultans feſtis acclamationibus, obuiam effuſa fortunatum aduentum, læta ac fœlicia omnia precatur:* à dextra veſtibuli, os humeroſque diuæ ſimillima Herois prominebat, qua terra patet Ethruſcum imperium referens, aurea veſte, longo ſyrmate ſuperinduta pellibus interulis diſtincto. Corona diuæ redimitum erat caput, manu geſtabat ſceptrum, quo ſubiacentem late regionem, omni fœcunditate frugum & bellatorum inexhauſto robore exuberantem oſtēdebat. A læua ſtabat ſymbolum, qua mare patet Ethruſcæ poteſtatis,

1608

Coſmi ad ſponſam primus aditus.

Ingreſſus in vrbem.

Icones terreſtris & maritimi imperii Florentinorum.

Diua

Digitized by Google

1608. Diua nempe paludamento candido circumamicta, circa pectus rubra cruce inſignita, Diui Stephani Papæ & martyris ſacram & nauticam militiam referens, triremes, naues, phaſeli, Liburnicæ. & omne æquoreum armamentum, circumſtabant: in ipſo porticu viſebatur Clemens VII. qui Carolum V. imperii diademate & infulis cingebat, elogio ſic referente.

Carolus V. Bononiæ à Clemente VII. Pontifice Max. imperatorio diademate inſignitur, Italiæ feſſis rebus conſulitur, iunctiſque animis inter Auſtriacos & Medicos amoris & affinitatis ſemina iaciuntur.

Proxime pictus erat Alexander Medicæus, qui cum Margareta filia Caroli V. nuptias firmat, hoc indice genetiliaco, *inter Margaritam Caroli V. Imperatoris filiam, & Alexandrum Medicaeum Florentiæ ducem, Neapoli ipſo Cæſare auſpice, connubia firmantur, iuncti fœderis & amoris fructus colliguntur.* Deſiliens ex rheda, demittit ſe Magdalis in puluinar ſericum auro fimbriatum, inflexæ Lanfredinus Feſulanus Epiſcopus, crucem deoſculandam porrigit, infulatus ille myſtico ritu, quibuſq; ſolent nouelli principes inaugurat, erecta in pedes ſub tentorium aureæ texturæ à 25. Ephæbis nobilibus deducitur, illi omnes vt florentes æuo ſic argento texti'i veſtibus corruſcabant. Magnus Dux Ethruriæ ad nurum accedit, à Borgeſio Archiepiſcopo Senenſi, acceptam regiam coronam Auſtriæ ſponſæ capiti imponit. Mox promiſcue & incondite cum vulgo proceribus mixtis, princeps Ethruriæ inclamatur. Dehinc ſonipedi candido phaleris ſericis gemmeiſque inſtrato, deuehenda imponitur. Veſtis erat Auguſtæ, argenti textilis more theutonico manicis ad humum fluitantibus, hoc ornatu non vno loco deducitur, ſed cum ad compitum ſeu viam foſſarum deueniſſet: ecce oculis duæ ſtatuæ, humana ſtatura proceriores eminent: vna Florentiam, altera Gratzenſem vrbem referebat, vni ſtemma erat Arnus fluuius, Leo & lilium adhibito hoc carmine.

Inſigne vrbis Florentinæ.

Veniſti tandem Auſtriadum generoſa propago,
O deſideriis vna petita meis:
Quos mihi iam video Reges, quod ſurgere nomen,
Quas mihi iam cumulat Thrax cumulatus opes?
Scilicet hac tecum generis fœlicia ducis
Omina, dum tanta fers decora alta domus.

Inſigne vrbis Gratzenſis.

A læua in tabula videbatur fluere Danubius, cum aquila bicipite globum vnguibus premente, addita huiuſcemodi Epigraphe.

Auſonias olim veni nouus hoſpes in oras,
Virginis Auſtriacæ dum comitarer iter:
En iterum, tanta comiter de ſtirpe puellam,
En iterum tædas coniugiumque fero.
Quod ferrem nil maius erat, cui tanta dediſſem
Munera, non Coſmo dignior vllus erat.

Prætergreſſa Auguſta plateam, quæ virginis vulgo dicitur, arcem ſeu concamerationem ſuſpicit, cum huiuſcemodi Auſtriacæ domus præconiis *Maria Mag. Archiducis Auſtriæ Caroli filia, Ferdinandi Cæſaris neptis, Florentina ciuitas, quod principum domum fœlici coniugio auxerit, Auſtriacis imaginibus ornarit, Reipublicæ decus addiderit.*

In pla-

Digitized by Google

 1608.

In platea Diui Laurentii, duo ſimulachra alto vertice ſtabant, *Strenuitas & Gloria*, quibus ſupereminebant, inſignia domus Auſtriæ, cum triplici Cæſarum redimiculo, ſuper impoſita tabula inaugurationis coronationiſque Rodolphi 2. hoc addito carmine:

En cruce munitus dextram virtute Rodolphus
Pectora, cunctantes cogit ad obſequium.
Ille triumphalem dat circum tempora laurum,
Illaque dat faſces imperiumque regit.
Hinc genus Auſtriadum, non tantum ſydere fido
Quam certa didicit religionis ope.

Alibi ab arcuato & fornicato opere penſilia erant ſtemmata trium Gratiarum Gratzentium ſororum, quæ Hiſpano, Polono Regibus, & Tuſco Principi nupſerunt, his ſubiectis verſibus.

Aſpice, magnanimos tibi quos dedit Auſtria mater
Heroas terris nomen fatale regendis,
Hinc Tagus agnoſcit Reges, agnoſcit & Iſter,
Quique vident ortus, & quos tenet vltima tellus,
Oceanuſque pater, virtutem atque incluta facta
Demirans, panditque ſinum & noua regna miniſtrat.

Poſt longa diuortia viarum, vbi ventum eſt ad primatiæ ædis veſtibulũ, ecce à dextra Florentina ſynodus picta cõſpiciebatur, qua Eccleſia Græcanica, Romana & Apoſtolica ἕνωσιν ſeu corpus vnũ effecit, pictura ſic loquente, *Eugenius IV. habito Florentino Concilio, iugulatis peruerſis opinionib. Armenios Græcoſq; catholico gregi catholicus paſtor coniunxit:* Alæua Diuæ Reparatæ templi ab ipſo Eugenio conſecratio depicta cõſpiciebatur, cum hoc indice, *Eugenius IV. illuſtri pompa, publicis precib. celebratis ſolennib. ceremoniis, Florentino Senatu ſpectante templum Diuæ Reparatæ ſacrum fecit.*

Præterea adnotabantur tria inſignia huius Ædis, nempe eius prima ſtrues anno 1195. altera ſedis diocæſanæ in Metropolim ſublimatio ſub Martino 5. Tertia Stephani 9. Papæ in hac æde pontificia electio & inauguratio, conſpiciebantur etiam picti quatuor, qui ex gente Medicæa fuere Pontifices Max. Vt ſacrum limen attigit Auguſta, ab Archipræſule Florentino excipitur, beaturque ſactis orationibus, & in intimum templum ad maiorem aram deducitur, cui aduoluta cum ſibi numen propitiaretur, ecce aëre vacuo nubes penſilis diſploditur, ex qua Diuorum chorus effulſit, mox ſymphoniaci melos lyricis metris cõcinunt, quod nos ex vernaculo Italico ſic expreſſimus. *Spectacula edita in templo Florentino.*

O lux candida, lux beata, qualis
Terras indigetum petit caterua
O lux candida, lux beata, Cælos
Sponſa ô Regia viſere, Olympi
Linquunt Cælicolæ domus micantes,
Vt tædas faciant beatiores.

Diuorum ex diſcrimine veſtium agnita ſpecies, nempe Diui Ioannis, zanobii, & Sanctæ Reparatæ, qui tria Florentinorum peculiaria numina itidem Leo-

Digitized by Google

1608. paldus Auſtriæ, Sancta Brigitta Bauariæ, Gotthofredus Lotharingiæ Diui tutelares, ſic Auguſtam in mortalium celſitudine collocatam ab ſuſpiciendam cœlorum beatitatem ſempiternaſque ſedes cohortabantur.

Sume, ò Regia Magdali potentis
Arma ſceptra, caput corona Ethruſca
Cinge, at crede polo parari & aſtris
Lucentes magis, ac magis coronas,
Poſt hæc ludicra, mentibus beatis.

Poſt modulos reditumque Diuorum in Cœlum, peractaque ab Archipræſule Liturgia, Auguſtam præcationum auſpiciis denuo proſequitur, & vltra fores concomitatur. Conſcendit ſonipedem, pergitque ad palatium *Dipitti* cui longum iter non ambitus viarum, ſed obeliſci, fornices, theatra, ſuggeſta, ſtemmata, tituli & elogia faciunt, quæ magna ex parte prætermiſſa facio, multitudo enim impedit electum, & copia parit faſtidium.

Vt palatio propius ſucceſſit, Corinthi operis procera ſtrues, columnis ingentibus fulta, vrbem Solymorum, & Gothofredi aduerſus Ægyptium Saladinum, delineata trophæa ac Lotharenæ gentis decora, ad quam Coſmus maternum genus refert, exhibebat, his notis: *Gothofredus Bullionius, Hieroſolimæ Rex, vna die, vno prælio ad Aſcolonem triginta millibus Aegyptiorum hoſtibus obtritis, cæteris deſperata ſalute diſperſis, vrbe domita, ſublatis armis, fundata pace, fixo imperio toti Syriæ fœliciter ius dixit.*

Alibi heroum gentis Mediceæ ſimulachra conſpiciebantur, quatuor nempe Pontifices Max. duæ Galliarum Reginæ, tres magni Ethruriæ duces, addito hoc carmine:

Hi Medicum de ſtirpe ſati, cui Gallus & Vmber,
Cui debet gens Thuſca duces, Reginamque parentes,
Sequana Reginas, cui ſacros inclita debet
Roma patres, Europa decus Latiumque ſalutem.

Tot ſpectaculis, & operoſo ordine pompæ defeſſa Auguſta, vt palatium attigit, à principe ſponſo deſiliens ab equo, ſuſcipitur: Duciſſa Ethruriæ, cum gynecæo & heroinarum Italidum exquiſitiſſimo flore eam morabatur, ad primos gradus teſtudinis, innixo brachio axillis ſponſæ, Coſmus princeps aſcendentem ſubleuat, ſiſtitque quieti, ſubmotis aulicis ne defeſſæ oneri eſſent. Maximilianus & Germanici nobiles, in parata ſibi hoſpitia deducti, abiit in noctem publica lætitia, nec finem nox impoſuit, quandoquidem Florentia tota ignibus, bombis creperis, iaculis aliiſque ludicris ex puluere pyrio confectis refulſit, ſed nos ſatis ſuperque genialibus hymæneis immorati, læta triſtibus temperemus, ſic enim fors & natura vices alternant.

Mors patris Angeli à Ioyeuſa.

Pater Angelus à Ioieuſa, à Gallia digreſſus pedes & nudipes Alpes tranſmiſerat, iturus quo ab ordinis ſui præfectis iubebatur. Taurini febrem contrahit, quam vt præſenſit, iam non ferens iter pedeſtre, lectica ad cœnobium Riuolii deuehitur.

Dux Inſubriæ vt laborantem audiuit, Archiatrum, medicos, pharmacopolam,

Digitized by Google

1608.

lum, aromatum, balſamorum, omniumque antidotorum ſalutarem officinam, & qui eſculenta condiret mittit, & de valetudine ægri tantopere anxius, vt bis in die per celeres equos de inualeſcente, vel increſcente morbo certior fieret: nihil ars humana intentatum reliquit, ſed peruicacia æſtuſq; febris, omnem operam peritiamque ſuperauit: Decimo enim poſtquam decubuerat die, hoc eſt 25 Septembris fœlix anima è carcere corporis ad cœlos emigrauit. Mortuus vt vixit, non in palatiis Inſubriæ, non in holoſericis puluinaribus & plumea mollitie thori, ſed in cilicio, in ſtramine, vilibus hiſpidis ſtragulis decumbens, in ergaſtulo cœnobii carnis ſarcinam depoſuit.

Renatus Gualterus triumuir regius in magno conſilio, vt viuo erat chariſſimus & contubernalis, dum fortuito ibi gentium, principis regii ſanguinis res procuraret, decumbenti ſemper accubuit, vltimoſque vitæ anhelantis collegit ſpiritus. Conditum odoribus cadauer Riuoli manſurum, donec Galli ſui indigenæ & nunc indigetis beati depoſitum repoſceret (vt anno ſequenti repetet) Gualterus, litteris ad Regem datis 27. Septembris morbi ſeriem, fœlicem obitum, Ducis Inſubrum ſingulare officium, nouiſſima verba defuncti, quibus filiæ ſuæ Montiſpenſerii Duciſſæ, fatalem ſuam horam per patrem Ioſephum eiuſdem ſectæ nunciari vellet, reſcicbit, ſic proſpexit optimus pater, vt molliore iaculo filia perfoderetur, ſciebat enim, Ioſephum illum placandarum mentium in eo acumine doloris, egregium eſſe artificem, vt re vera non parum acerbitatem feralis nuncii emolliuit.

Ligeris repente improuiſo incremento tantopere intumuit, vt defrenato impetu iam non ſe capiens, ripis aggeribuſque euulſis in agros tale effuſus, omnia inuſitatis vorticibus obtexerit, ſata, nemora, annoſas arbores, armenta, cumque ſtabulis greges, domos, incolas & quidquid obuium habuit, repagula obiceſque omnes indignatus auulſerit, & demerſerit. *Inundatio Ligeris.*

Blæſis, Ambaſiæ & paſſim in finitimis vrbibus, fornicati pontes deiecti, dum exæſtuat amnis & inexpectatus fuit multos obruit. Expertus eſt non ſine damno horrendam illuuiem Dux Sullius; cum enim in caſtro ſuo ad Ligerim, nihil minus cogitans quam de impetu fluminis, ecce inſperato deſpumans, tantis vorticibus caſtri aliquot turres cœmento & ſpiſſitudine munitiſſimas concuſſit, vt mole vndarum auulſæ ſint. Viſi ſunt accolæ in tabulata euadere, alii vlmos & faſtigia collium, conſcendere, alii natatu anxio fatum vitare, denique vt verbo dicã, omnia ponius erant. Fluuiuſque fere omni loco vadoſus, imbribus niuibuſque ſolutis exæſtuans æquor adæquauit, ſtragem vaſtitatemque plus quam humana ingenia æſtimare poſſint, edidit, quodque in multos annos agricolis exitiale ſit, lapidibus arenis ramentiſque tam alte & denſe aggeſtis agros fædauit, vt non niſi incredibili impenſa & labore egeri poſſint, nam quod ex Aruerniæ cautibus oriatur, fragmina & ramenta ſaxorum ſecum voluit & eructat, vnde agri ſterileſcunt. Nilo penitus diſſimilis, cuius limo pharia arua impingueſcunt & quo fit, vt ait indigena, *Egyptus ſine nube ferax.* *Sullii Caſtri ab illuuie concuſſio.*

Rex Chriſtianiſſimus ad Paulum 5. legationem luculentiſſimam, ſi qua olim vlla fuit, obſequii exhibendi cauſa adornauit, oratore ſuo Carolo à Gonſaga

1608. Cliuenſi Duce Niuernenſi. Ille & regia & priuata munificentia, cum tanto muneri obeundo præclara & ſtupenda omnia Lutetia ſibi comparaſſet, poſt nouiſſima verba à Rege digreſſus, Maſſiliæ vbi ſe omnemque comitatum ſiſterat, quatuor Gallicis triremibus vectus, Sauonam & Genuam appulit, à duce & Repub. Genuenſi ſummis honoribus excipitur, præmiſſis cohortibus armatis, qui venienti occurrerent: ſed nota præcipue indiget, admiſſum in vrbem à quatuor Senatoribus in Senatum deductum, ſupremo ſolio collocatum, ferendi ſuffragii iure indulto. Genuenſibus habitis gratis, repetito itinere, vrbem, quæ vulgo Vetus ciuitas nuncupatur, acceſſit, adueniens machinarum bombis ſalutatur, à pôtificiis præfectis (eſt enim ditionis Apoſtolicæ) nihil prætermiſſum, quo Niuernenſem regio apparatu exciperent.

Ne quid deeſſet aut deſideraretur, Fabius Gonſaga Mantuani Ducis vicarius, Abbas, Aumalius aliique complures proceres Galli Niuernenſi gratulatum venerant, digredienti b. aureã cathenam grauiſſimi ponderis obtulit, quod munus longe auerſati ſunt, non in deſpectum offerentis, ſed quod nullum aliud pignus à regio oratore perciperent, quam eius ſummam beneuolentiam. Longius progreſſus Niuernenſis, obuios habuit dominum *de Breues*, apud Pontif. oratorem, Marchionem Malateſtam, Epiſcopum Abrincenſem, Marchimontium & Gallicæ nobilitatis plurimos Romæ & in Italia hoſpites, vt portas ſubiit, ecce Roma foras effuſa in occurſum proruit, ex patriciis ſummiſq; viris, præuii erant Dux Carpineti, Marchio Pallauicinus, Marcus Antonius Victorius Pauli 5. nepos, quem Niuernenſis præcipua comitate obſequiiſque eſt demeritus: Illum enim priuatim carruca excepit, & officioſiſſimo alloquio ſibi deuinxit. Stabant purpurati patres in primo limine & aditu vrbis, qui Gonſagam exciperent, Aſtabant Archi epiſcopi & cæteri primores infulati: præmiſerat S. Pontif. tubicines, leuioris armaturæ & cataphractos ſuos equites, ac domeſtici ſatellitii, centũ ſtipatores Heluetios, æquabant omnes duo millia armatorũ, Niuernenſi cõcomites inerant, trecenti & plures nobiles Galli, inter quos præcipui ſtẽmatis erãt, Comes Thornodurenſis, Marchio de Reſnel, vicecomes Bordinẽſis, vicedominus Carnutenſis, Marchio Aſceracẽſis Armoricus, pluresq; alii, Ibericis, Africanis & Parthenopæis equis vecti, ſericis veſtibus auro textili fulgentes. Porta qua ad S. Angeli caſtrũ itur, vrbẽ ſubiit Niuernenſis, poſt machinarum tonitrua excipitur modulis ſymphoniacorũ, cithararũ omniſq; generis artis muſicæ: Senatores, Patricii, cõiuges ipſæ feneſtras ſpeculaſq; implebãt, vix turbas ipſas latiſſimis triuiis capiẽtibus, vt biduũ quieuit Niuernenſis, adit Pontificẽ, regias litteras obſequii exhibuit, quæ poſtquã reſignatæ & perlectæ fuerunt, in Diui Petri Palatium deducitur, accubuitq; cũ oratore *de Breues* mẽſæ pontificiæ, peractoq; conuiuio ſeorſum cum illis de legatione grauiſſimiſq; negotiis verba habuit, publicam veniam delictorum, quam iubileum vocant, indixit orbi vniuerſo Paulus 5. in promerenda Lutetiæ ſummus feruor emicuit, ſtationariæ preces nuncupatim decretæ ab Antiſtite Lutetiano, in quinque Baſilicis longe diſſitis vt longinqua & anxia peregrinatio ad noxarum expiationem prodeſſet: in luculentis controuerſiis edita S. Conſul. quæ ad ſimilia ius prorogant, non mihi viſa ſunt eſſe extra orbitam,

Digitized by Google

tam, cum mihi ſit propoſitum ſcribere memoranda, at quid magis ſcitu dignum eſt, quam quæ foro ſolemnibus iudiciis dirempta ſunt? quo poſteri monentur ne in huiuſcemodi Symphlegadas impingant, ſed tanquam ad pharon, curiæ oracula reſpiciant. 1608.

Nulli rerum Gallicarum forenſiumque vel mediocriter perito dubium eſt, ratione directi dominii, patronatus feudaliſque clientelæ, ius antiquum eſſe Regibus, quod regaliam nuncuparunt veteres, ab etymo rem ipſam ſignantes, illud eſt, vt quandiu viduæ Eccleſiæ orbitatem paſtoris lugent, Rex vice cuſtodiæ & depoſiti, caduca beneficia conferat, nec id commentitio aut nupero vſu, cum in Lugdunenſi Concilio ius illud à Gregorio X. ſancitum ſit: At cum vetuſtat fides abrogari non poſſet, ad dioceſes quæ ſunt citra Ligerim, nonnulli coercitam regaliam eſſe voluerunt, & ad nouiſſima hæc tempora dubitatio illa animos occupauit, quæ tamen pluribus arreſtis ſublata eſt, neue in poſterum de iure illo nullis finibus circumſcripto fluxa fides eſſet, obiter indictum aduocatis, ne vltra rem controuerſam facerent. Sed dubitandi cauſa recens extitit, num ad Seguſianos nouiſſime regno additos, ius iſtud porrigatur. Belleiſſeus Epiſcopatus cum vacaret, Rex iure regaliæ poſſeſſoris obitu caducum decanatum contulit, S. Pontifex itidem, ſodalitium vero flaminum, ſortitionibus atque vrna electionis de ſuo gremio vnum aſſumpſit: inter Triumuiros lis ardua, electus, pontificiuſque contendebant, regaliam regni veteribus terminis conſcriptam, ad Seguſianos non proferri, qui nuper acceſſiſſent cum priſcis ſuis legibus immunitatibuſque, contra candidatus regius, partem illam Allobrogum regno ita coaluiſſe, vt diuerſa, & diſcriminata ab illo cenſeri non debeat, appendices induere naturam rei, cui adiunguntur, non aliter quam in nota flumina maioribus obruuntur, nomen & famam amittunt.

Senatuſconſultum de iure regaliorum ad omnes Galliæ dioceſes extenſo.

L'Eſueſche de Bellay auparis de Breſſe de nouuelle conqueſte vaquant en regale, le Roy confera le Doyenne qui fut adiugé à ſoncollataire.

Poſt arduam eluctationem fori dicentibus Doleo, Mauguineo, & Monterolio, etiam ad Seguſianos olim Allobrogicæ ditionis ius regaliæ porrigi decretum fuit.

Appetente Bruma, conſcripti pedites in Gallia ad bellum Sueciæ, nullo quidem delectu, ita vt impuberes & quemlibet obuium ex triuio conductores albo inſcriberent, vt autem innoxie tranſirent, in qualibet præfectura latrunculatores cum ſatellitio, Dieppam vſque deduxerunt, ibi ad quatuor millia collectos, cum centurionibus naues conſcendunt, pugnaturi cū procellis tempeſtatibus & hyeme, Sarmatiſque intractabili cœlo aſſuetis, & aſſuetudine pugnacioribus.

Galli conducti ad bellum Suecicum.

Vno probro videtur laborare Lutetia, vt à luto dicta putetur, quanquam falſo etymo, licet id ipſum inficiari nemo poſſit, facit enim quaſi orbis in vrbem concurſus, vt minus munda ſit, vt nomen & probrum amitteret, fit edictum quo iubetur mundior eſſe Lutetia, inſtitutis ad hanc rem ſcrutariis, aurigis, eſſedis, indictumq; accolis ædium, vt cum procederent admoniti tintinnabulo, ſordes & eluuiem in plauſtra efferrent, operis inſtituti egregium & feruens initium, ita vt per menſem Lutetia lutoſa eſſe deſineret, quo elapſo ſordes & volutabra rediere.

Inane edictū de mundicia vrbis.

Facinoroſiſſimi latrones, Pictonicum ſolum, Andinum, Armoricam & conterminas gētes cædibus & rapinis immaniter infeſtabāt, tanta audacia, cōſortio-

1608. que perditorum, vt ſuccinctos quæſitores, armatumq; magiſtratum, maioribus copiis repellerent, quam ab ipſis appeterentur, ita vt tanto furori cum impares eſſent graſſari latronibus (ab anteſignano Guilletii nuncupabantur) liceret, illi bellis ciuilibus, ad ſæuitiam & prædationem educati, cum pace res parta domi ad libidinem non ſufficeret, ſoliti rapto viuere priſcam nequitiam redintegrant, accitis in ſyluas & auia loca decoctoribus, falſariis, tergore inuſto liliatis, furciferis & Lauernionibus, ſimiliq; colluuie ſceleſtiſſimorum bipedum, ferunt Guilletium natu maiorem, in latrocinio aliquid excelſi præ ſe tuliſſe, nam ſi forte via orem euntem nec ſatis nummatum offendiſſet, non modo nihil ademiſſe, ſed addidiſſe, quantum ad reliquum iter miſero opus eſſe iudicauit. Si alius fortunatior, in eius manus incidiſſet, nec præſens pecunia eſſet ad redemptionem, ſyngrapha accepta hominem dimittebat, ea tamen lege, vt ſi die dicta fidem non impleret, nullum genus ſæuitiæ aduerſus moratorem fruſtratoremque prætermitteret, Guilletius maior, ita latrunculatores deſpicere ſolitus, vt ſæpius perſequentibus illuderet, fugaret & cæderet illos: abiit ille in diuerſorium, quo Rhedonenſis quæſitor cum ſatellitio iam cœnaturus ſubſidebat, vbi ex equo deſilit, cum illis accumbit, conuictores fabulis nugiſq; aleæ etiam, in multam noctem moratur, diluculo excitatus, latrunculatoris & comitum ſuumque noctis & cœnæ vbi perſoluit ſtipendium hoſpitæ, dat in mandatis, vt præfecto Rhedonenſi & ſtipatoribus à ſomno excitatis nunciaret, minime eſſe perſpicaces, qui fruſtra & tam peregre Guillerium inquirerent, quo cum heri cœnaſſent, comiter egiſſe illum qui ex alea partis nummis, totius cœnæ ſumptus exſoluiſſet. Ex ea nequitia coniiciant omnes, quam interritus fuerit, & omnium latronum audaciſſimus Guilletius audite nunc qua ille Cacus ſpelunca ſtabulabat, in penitiſſima valle ad extremam oram ſyluæ denſiſſimæ, anfractibus viarum meandriſque inobſeruabilis, latibulum ille inſtar propugnaculi conſtituerat, non infimæ notæ nobilem comprehenſum illuc deducit obductis oculis, vbi admiſſus fuit retectis, omnem officinam latrociniorum recludit, penum refertiſſimum, armamentariū inſtructiſſimum, ad vim propellendam murum vallum & foſſam oſtentat, oppipare pranſum in ſpelunca demittit, exacto iureiurando ne rem viſam proderet, ille fidei tenax, quam obductis luminibus non vidit, monſtrare haud potuit, ſed vt ſyluam indicauit, omni aditu exituque obſeruato, hoc filo facile ad Minotaurum itum eſt, qui non niſi cinctus obſidione, propugnaculo quatuor machinis campeſtribus concuſſo, haud eliceri potuit, vt vidit à ſuccinctis quæſitoribus vicinis vndiq; collectis, nobilibus prouincialibus, & plebe circumfuſa, machinis fumo igne, & ferro vrgeri, eruptione facta cum ſuorum equitatu, ipſe Pegaſo, vt videbatur vectus, confertiſſima agmina prærumpit, ſed globis militum obicibuſque coercitus, vt ſe publicæ infamiæ ſubduceret, vel nolentes ſibi mortem inferre coegit, ita ferox prementibus exitium minabatur: Iunior Guilletius, ac ſexaginta vel plures capti, cæteri fuga dilapſi, cum iam ſolo nihil tutum putarent, ſalo ipſo pyraticam acturi ſe crediderunt, vincti omnes Xantones, Rupellam deducti, totæ cruciatu, qui ad latronum & graſſatorum publicam vindictam, priuatim excogitatus eſt, laceri & diſcerpti pœnas dedere.

Latronum ſtupenda flagitia.

Hoc

Digitized by Google

Hoc menſe ponti olim molitorum vltima manus addita, cœpitque calcari & incoli, ille qui depreſſus aquis, nunc luculentior, ex ruina incrementum, ex naufragio gloriam accepit, antea vili miniſterio ignobilis, nunc inſignibus opificiis clarus, ante tectis carioſis deſpicabilis, nunc bina & compari ædium ſtrue inclytus, vetuſtatem & nomẽ ſimul amiſit, nec iam à molis piſtriniſque, ſed ab auium iconibus, quæ domos notant, vel à ſuo conditore nuncupatur, quod hoc diſticho marmorato, noluit latere viatores. 1608. *Pons olim molitorum.*

Pons olim ſubmerſus aquis, nunc mole reſurgo,
Mercator fecit, nomen & ipſe dedit.

RODOL-

Digitized by Google

RODOLPHI BOTEREI IN MAGNO FRANCIÆ CONSILIO ADVOCATI,

Commentariorum rerum toto orbe geſtarum liber XVI. qui anni 1609. ſeriem complectitur.

Obitus Ioſephi Scaligeri.

TÆDET me ab obitu magni Scaligeri huius anni initium facere, ille ante biennium, ſocio glorioſi laboris iuſto Lipſio, carmine prorſus immortali parentauerat: ſed ille non pugnacior in fatum, hoc anno ineunte, vitæ & tot irrequietis lucubrationibus finem impoſuit, Iulio Cæſare genitus, cuius manibus pace ſalua, de filio Horatianum illud vſurpare non dubitem, *Tydides melior patre.* At Dii boni, quæ arcana, quæ penetralia & adyta ſcientiarum non inueſtigauit, non peruaſit, non explicauit.

Scaliger à Gallia ad Batauos euocatur.

Lipſio ad Belgas reuertente Bataui, non ferentes ab æmulis gloria litterarum vinci, noſtratem Scaligerum ingentibus præmiis ad ſe euocant, Gallia renitente & ſi poſſet retinente, ſi quidem ille eius votis acquieuiſſet, quamuis ea tempeſtate tam turbido eſſet rerum ſtatu, vt magis de bellatoribus quam de litteratis, cogitare neceſſum eſſet. At ille tempeſtatem belli non ferens, quieti & Muſis in Batauia ſeceſſum ſibi delegit, defixis ibi perpetuis ſedibus, vt qui hoc ſolo funeratus fuerit: morienti pacis in dies coeuntis ſolatium defuit, quæ paulo poſt mortẽ eius inſecuta eſt.

Moritur 21. Ianuarii.

Qui laudauit in funere, Daniel Heinſius, conquiſitis ex omnium litteratorum pœnu elogiis, Abyſſum eruditionis, Scientiarum mare, Solem doctorum, diuini patris ſobolem diuinam, genus Deorum, perpetuum litterarum dictatorem, maximum naturæ opus & miraculum, ac extremum eius conatum vocat, ſed ego non tam eloquens, nec operoſus nomenclator, puto ſatis ad poſteros Scaligerum nominari, illo amiſſo iacturam litterariam hoc vno diſticho deſignaui.

Scan-

Scandere ne ſperate, biceps Helicona cacumen,
Scala hæc qua ſoliti ſcandere rupta iacet.

Heinſius ille, Hugo Grotius, D. Baudius, Bonauentura Vulcanius, pluresque Batauí eruditionis fama incliti, eruditorum principi litterarum parenti, næniis epicœdiiſq; parentarunt: Lugdunenſi-Batauæ Bibliothecæ libros M.SS. Græcos Hebraicos, Chaldaicos, Syriacos, Arabicos, Æthiopicos, Perſicos & Armeniacos legauit, Academiæ curatores vrbiſque Conſſ. viro incomparabili ſepulchrũ, his notis litteratum excitarunt.

D. O. M.

Sacrum.

Aeternæ memoriæ Ioſephi Iuſti Scaligeri,
Iul. Cæſaris A Burden F. Principum
Veronenſium nepotis viri, qui inuicto
Animo, vna cum parente Heroe maximo,
Contra fortunam aſſurgens, ac ius ſuum
Sibi perſequens, imperium maioribus
Ereptum ingenio excelſo, labore indefeſſo
Eruditione inuſitata, in litteraria Rep.
Quaſi fataliter recuperauit, ſed præſertim
Eius modeſtia quod ſibi fieri vetuit:
Iidem qui in vrbem hanc vocarunt,
Curatores Academiæ, ac vrb. Conſſ. hoc loco
Monumentum P. E. L. C.
Ipſe ſibi æternum in animis hominum reliquit.

Aula Gallicana, (quod illi de more eſt) Hilariis redeuntibus, tota in choreas, ludicra certamina equeſtres, circenſeſque ludos effundebatur, atque ipſa Auguſta, cum gynecæo Nympharum chorum referens, perſonanſque rythmos admirandam ſe præbuit, delibatio erat maioris apparatus, iamque Anthoniana via conſperſa arenis, concluſa ſtadiis & cancellis, haſtiludia vrgebantur, inſtabatque dies, cum ecce de Ferdinandi Medices Ducis Ethruriæ gentilis amantiſſimi, nuncium Ferale ſub occaſu affertur. Rex ne Auguſtæ epulas, nocturnamque quietem turbaret, rem tacite gerit, & poſtquam illuxit, ingenioſo commento, minus acerbum nuncium fecit. Ille enim cum iam alto Sole Auguſta ſe commeret, vt ſalutauit, rogat num illi nox tranquilla fuiſſet, vt annuit, Rex contra ſibi turbidam fuiſſe, venisſe illi in ſomnium, magnum Ducem Ethruriæ fato functum: vt audiit exhorruit, omen verita ne verum eſſet, cui Rex quid ſi verum? fatis & neceſſitati eſſe parendum, cumq; cogitantius ſtuperet. Hem? inquit ita ſe res habeat, nolo te eſſe diutius nec immoderatius anxiam. Illico apparatus omnes ludicri pictorum, ſtatuariorum, omniumque artificum, qui voluptati inſeruiunt molimina conquieuerunt. Quæ antea fulgens erat auro, picta & verſicolor omnis Aula, fit pullata & mœrens, ita vt Hilaria nomen & laſciuiam amiſerint. Ferdinando elogiũ dicere, tanti principis celſitudo & ingenii tenuitas vetant. ille non tam à magno

Obitus Ducis Ethruriæ quo ludicra omnia Aula intermittuntur.

Aſtus Regis qui Auguſtæ minus graue nuncium fecit.

Luctus in Aula.

Digitized by Google

1609. ducatu Tuſciæ, quam ab ingentib. factis magnus dici meruit. At publicum mœrorem filii ætas, iam matura imperio, & quod ſupra delibauimus cum Maria Auſtria coniugium, quodq; prolificum ſperatur leniuit.

Dux Sullius ſupre Domi-nus Aſtionis vulgo boiſbelle.

Dux Sullius, (ante Rhoſnius) à Niuernenſi dynaſtiam in agro Bituricenſi, exiguis quidem finibus conſcriptam, ſed meri & ſupremi imperii emerat, eam recenti & inſigni oppido nobilitare conſtituit, vtque ad colendum hoſpites & aduenas alliceret, aream ad ponendas ædes viritim diuiſit, ibiq; ædificare Lutetianos proceres non paucos deuinxit, ergo vbi ille vrbem aratro deſignauit, euerſis domunculis ruderibuſque inglorii oppiduli, inſigniorum fabrorum arte, nouum & luculentum molitur, ſuperataque loci iniquitate qui auius & ſyluoſus erat, vrbanum & fœtum gentibus efficiet, ſic potentia & ingenio pollentibus nihil imperuium.

Coronatio Mathiæ Archiducis & vnctio in Regem Vngariæ.

Anno ſuperiore, notauimus ex aſſenſu Cæſaris, Archiducem Mathiam, ab vniuerſis ordinibus Vngariæ, ampliſſimo regno inſignitum, ipſumque Cæſarem fratri, coronam, ſceptrum, infulas, ſtollam, paludamentum & cætera inaugurationis regiæ priſca inſignia vltro tradidiſſe, nunc ritus coronationis ſtrictim referamus. Mathias & Maximilianus frater, Vngarico more promiſſa & tallari veſte induti, phaleratis & ferocientibus equis vecti, cum exquiſitiſſimo nobilium equitatu, Preſſeburgo in caſtrum ritibus peragendis ex omni æuo delectum abeunt. Præibant duo vexilliferi, qui inſignia & ſtemmata regni Vngarici ante ferebant, ſubſequebatur fæcialis ſuccinctu Vngarico, manu pedum ſeu baculum candidū ferens. Dehinc procedebant, qui regia ornamenta deferebant, Croatiæ Palatinus regale paludamentum, Butianus crucem qua dominicæ ligneum fragmentum includitur, Comes zerinus pignus ſacrum ſeu auream capſam, Comes Erdecius, ſceptrum regiæ celſitudinis, ſymbolum, Sigiſmundus Iorgats globum aureum, Comes Georgius Thurſo enſem regium, Palatinus Helias Hazi coronam auream margaritis & vnionibus crebris coruſcantem deferebant.

Regi præuius ibat Sifridus Tribunus militum ſtricto mucrone, is eſt Vngariæ Coneſtabilis caſtrorumque ſummus præfectus, hoc ordine & progreſſu aditur Diui Martini Baſilica, Baro Maximilianus de Liechtenſtein, Georgiuſq; Scieczii inaugurationis ritibus obſeruandis præerant, vtque religioſe & inturbide fierent ſubmoto vulgo, cuilibet pro dignitate & miniſterio accubitus decreuerant.

Strata & compita auleis veſtita, frondibus virentia erant, vſque ad veſtibulum ædis primariæ, in cuius meditullio ſuggeſtum ſeu regale ſolium eminebat, ſerico opere auroque textili inſtratum, ſuperimpoſito tentorio eiuſdem texturæ & opificii. Vt ſacrum limen ſubiit Iauarini & Iagabriæ infulati Antiſtites, cum vniuerſo Clero nouellum Regem excipiunt, deducuntque ad aram primariam, cui aſſidebat purpuratus Archipræſul Strigonienſis, ille cum ampliſſimo conſeſſu præſulum inaugurationi ſe accingit.

Iauarinenſis Epiſcopus rogat Strigonienſem, vt quem illi ſiſtebat inuictum equitem, in Regem Vngaricum vngere dignaretur. Ille annuit & ſtanti ad aram preca-

Digitized by Google

1609.

precationem infudit, qua numen exorat cuius auſpiciis, & gratia reges regnant & fortes dominantur, vt nouellum Regem in ſemitam iuſtitiæ deduceret, afflatumq; aura cœleſti bearet, qua ſic populo præeſſet, vt robore nobilium & amore ſubditorum fultus, nulla hoſtium molimina formidaret. Vt precari deſiit Antiſtes Strigonienſis Liturgiam operatur, poſt recitationem Epiſtolæ ſeu lectionis ademto ſyrmate coccineo, ſacro oleo Mathiam humero & brachio perlinit, hoc ſymbolo imperandi poteſtas innuitur. Mos ille inoleuit ab Hebræis Regibus, in veteri lege inungi ſolitis: ſic olim ſacro oleo delibuti Saul, Dauid, Aſaël, Iehu & complures qui tribub. Iſraeliticis imperarunt, vis arcana numinis in eos hac myſtica vnctione eliciebatur. Saul poſtquā lenticula olei perfuſus eſt cæleſtem auram hauſit, inque alium virum immutatus eſt, hinc Dauidi inuncto ſupernum gratia cælitus infuſa eſt. Vt Strigonienſis vngere Mathiam deſiit, ſtola ſeu interula linea induit, (Dalmaticam ſeu tunicam vocant) non diſſimili ab ea qua lectores & Diaconi ſuperinduuntur, hoc ſymbolo innuens myſticum aliquid & Leuiticum ineſſe Regibus. Paludamentum, quo regia celſitudo & imperium indicatur ſuperaddidit, gladium precationib. admotis lateri admouit, qua vagina deprompto, Rex velut iconem crucis in vacuo exarans, aërem diuerberat, hoc ritu innuens victrici gladio armiſque potentibus crucis gloriam, ad impias nominiſque Chriſtiani inimicas gentes porrectum iri. Dextra ſceptrum, altera globum orbis ſimulachrum geſtandum dedit. Priuſquam vero capiti diadema imponeretur, Palatinus Strigonienſi purpurato proxime aſſidens, vernaculo idiomate ter ab vniuerſo conſeſſu exegit, num Mathiam ſibi Regem vellent, redditoque aſſenſu votiſq; conclamatis Mathiam diademate cingit, & de more geſtis inaugurationem abſoluit, regio hoc ornatu fulgentem, dextra apprehenſum regio imponit, mox Ambroſianum canticum exorditur Strigonienſis, quod alternantibus muſicis decantatum, foras toto caſtro machinis lætum reboantibus nummum aureum precio & pondere quinquaginta aureos æquantē, operanti ſacrum Rex obtulit, iamq; pene abſoluto, ſacra ſynaxi reficitur, peracta inauguratione ad Franciſcanorum ædem digreditur, ibique quadraginta equites torquatæ militiæ aſcripſit, dum iter facit, numiſmata ex auro & argento tū antiquæ, tum recentis cælaturæ conflata crebris miſſilibus in vulgus ſparguntur, nummus hac icone perculſus erat, Dea muliebri ſpecie dextra palmā, læua cornu fœcunditatis ferens viſebatur, ambiente orbiculum hac notatione *Mathias 2. Rex Vngariæ coronatus.* Equitibus torque militari inſignitis, Rex cum vniuerſo delectu nobilium trans portam Diui Michaelis abiit, conſcenditq; ſuggeſtum iuriſiurandi religionem apud vulgus profeſſurus, præſtito acclamatur magnis cōtentionib. *viuat Rex.* Ille in locum leniter faſtigiatum, equum effuſis habenis concitat, & ſuperato cacumine diſtringit gladium, ad quatuor orbis plagas conuerſus ſæpius aërem diuerberat, ruſus machinæ diſploduntur & concrepant, mox in caſtrum ad regale conuiuium diſceditur, cum Rege Archidux Maximilianus, Cardinalis Strigonienſis Nuncius Apoſtolicus, Palatinus *Helias haſi* menſæ accubuerunt, à pincernis dapiferis, aliiſque regni primoribus accumbentibus opipare & magnifice miniſtratur.

Priſcus mos regiæ vnctionis à regibus Iudæ emanauit.

L'offerte.

Torques militari nouellus rex quadraginta equites inſignit.

1609. Ecce vero à genialibus ſpectaculis ad ferale tranſit oratio. At Di boni, quid non mortalia cogit, pectora cæcus amor. Audire ſtupendum & cruentum facinus, Petrus Arias Burdeus gente Hiſpanus, ſecta Auguſtinianus ſodalis, profeſſor Theologiæ, celebritate eruditionis, quam vocant publicam cathedram Tholoſæ ab æmulis peruicit, præter diſſertationes ſcholaſticas, præconio verbi diuini, probitate vitæ, ſinceritate morum, cæteris antiſtabat. In præfectura præſidiali, conſenuerat Franciſcus Gairaldus, vir conſulatis æqui obſeruans, fraudis abſtinens, toto æuo apud omnes bona fama notus, ſed non niſi ex vltimo actu vitę fabula dignoſcitur.

Summum flagitium eiuſque vltio à Senatu Tholoſano.

Vterque caſtigatis moribus, & tetricæ profeſſionis, lenociniis illecebroſæ puellulæ ineſcatur, capitur & perit. Illa Luſitana erat, Tholoſam cum patre & familia emigrauerat, Violantilla à caſtro nominabatur, tam loquaculis oculis, forma pellaci, vt effetum conſularem, elanguidum, acheronticum, & Stoicæ ſeueritatis monachum exuſſerit, nec capitis niues, nec frontis rugas dedignatur exoculatus cupido, quandoquidem in homine capulari eius faces exæſtuant vir rogatus cum cucullato, amoris conſortium iniit, Violantillæ amplexus & oſcula inuicem diuidunt, & ſoli duo illi riuales bene conueniunt, cum tædæ pares & æmulos non ferant, vtrique vnum ſtudium, quo libere adæquato dominio puella potiantur, tandem placuit ſub cinere hymenei furtiuum & impudicum ignem cælari. Gairaldus illi conciliat nuptias, cum aduocato ſibi contubernali indigena proximi oppidi à Tholoſa, fit coniugium, vterque ſollicitator nuptiarum dotem numerauit: poſt conuiuia & tripudia nuptiarum, nouus ſponſus domum ad ſuos gentiles nuptam deducere conſtituit, obnitentibus procis, potiſſimum Gairaldo, qui vt peregrini fori aduocatum pelliceret in Tholoſanum ſenatum, vel ſaltem in præfecturam vberrimam clientelam pollicebatur. At ille ſeu vrbanæ facundiæ minus ſe parem ſentiret, ſeu quod de vxoris pudicitia, à riualibus nonnihil ſuſpicaretur, mente illi immotum ſtetit, vxorem ad ſuos lares abducere. At illi diſceſſu mulierculæ plurimum indignati, quod nuptiæ ad furta amorum conciliatæ, ex voto non reſponderent, de reducendis Tholoſam cogitant. Gairaldus coniugatos inſequitur cum illis per menſem conuiuit, reditum in Metropolim ſuadet, ſed cum ſurdo verba faceret Gairaldus, anxius admodum de mariti ferociori imperio, domum redit, Burdæo hominis duros & aſperos mores, contumaciam, ſeruitutem mulierculæ enunciat, de vindicanda aſſerendiſque amoribus viciſſim deliberant, cogitantque quo fato hominem tollerent, veneno experiri non ſatis certum, vtrique viſum eſt, ferro viam adimendam, vtque expedite res fiat, maritum ſpecie litis quæ ſub iudice erat Tholoſam euocant, Gairaldus cum ſcholari aut potius ſicario, nomine *Candolas* alioque nomine *Esbaldit* de necando paciſcitur nefarii pacti dimidio numerato.

Vt infelix neſciuſque inſidiarum, Tholoſæ adfuit à Gairaldo ad ſolemnes dapes euocatur, conuiuis Burdæo, Candolas & Esbaldit, eſtur, potatur, nihil niſi amicum & beneuolum, poſt epulas ſubducit ſe Burdæus, alii ambulatum exeunt Iulio feruente, cum dies noctis decremento augeſcunt. Gairaldus protracto ſermone in multā noctem, maritū morabatur, ne lux ſicarios proderet, tandē tene-

bris

1569.

bris fiduciam faciēt bus, poſtico dimittitur & mox necandus in loca auia & ſolitaria deducitur, ibi iam prouecta nocte, à ſicariis ſeptemdecim vulneribus traiicitur Ipſe ſuaſor cædis, inclamat amicum & hoſpitem à Lauernionibus, qui zonam numeratiam intercipere conabantur, repugnantem iugulatum. Decuriones vrbis & præfectum vigilum acceſſit, Esbaldit æſtuans, magnitudine ſceleris perterritus, fugiens comprehenditur, cadauer in publicam domum ædilium deducitur, ſodalis cucullatus, vt vnum ex conductis ſicariis comprehenſum audiuit, fugæ ſibi cōſulendum decreuit, nec mora cū conſorte cædis Candolas, Thoninum oppidum à nouatorib. in religione occupatū excucullatus abiit. Ille præſentem geſtans in pectore teſtem ſurdo verbere percuſſus, rogat à miniſtro ſeu prædicante, num ſecuro loco conſiſteret? ſed vitæ dubius illico in aliud oppidū Ruthenorum vulgo Millau profugit, nec ibi tamē nec alibi conſiſtens, atq; hinc Nemauſum abiit, fuga hominis & abiectæ cucullæ piaculum, ſceleris conſcium fecere apud patres conſcriptos, qui aduerſus deſertorem tranſfugamque monachum, quem vocant manus iniectionem ſtatuunt. Princeps Senatus Verdunius, vndique latrunculatores cum ſatellitio, vel priuatis impenſis regionatim mittit, excucullatus frater Nemauſi comprehenditur, ſectarii à publico magiſtratu vinculiſque abducunt, religionis ſuæ nouellum hominem inclamant, hoc prætextu maleuole & probroſe incuſari, non niſi à bipartita camera iudicandum obteſtātur, inualuitque adeo nouatorum vis & clamor, vt coram iudicibus cameræ exhiberetur, vtriſq; de foro ambigentibus.

Apoſtaſia impunitati quæris.

A nouatoribus ſicarius monachus vindicatur.

At Verdunius de controuerſia per litteras cum Regem conſuluiſſet, tandem ſacri conſiſtorii decreto, capitale iudicium ad Curiam Tholoſanam remittitur. Incaſſum frementib. ſectariis cauſſantibuſq; edictis vim inferri, hominemq; reum peragi, quod ad ſuum cultum tranſiſſet, cæliriuſq; afflatum cucullam ſuperſtitionis papiſticæ ludibrium exuiſſet. Talia viri boni quiritabantur, neſcio an ſatis modeſte & politice, quaſi alieni thori temerator, adulterii homicidiiq; conſcius, à numine aſſlatus ſit, quinimo vindicantes huius notæ hominē, liquido probabant, ſuam religionem omnium impuritatum ſordiumque eſſe ſentinam, ad quam adulteri, ſicarii, ſeu ad aratu nequitiæ confugiebant. Tandem Burdæus & Candolas, ex carcere edictalis cameræ vincti Tholoſam abducuntur, in Regia Senatus ſuper Burdæi capite exæquatis ſuffragiis anceps hæſit iudicium, alii preſenti fato addicentes, alii tantiſper morandū donec equuleo ſubiectus *Candolas*, rem omnem proderet. In prima claſſe ambigui iudicii vrna vertitur, viſumque non vltra cunctandum in Burdæi ſupplicio, vt recitatum capitis iudicium, conſpecto equuleo ſceleris omnē ſeriem quo ordine recenſuimus, aperuit. Nocentem fecit Conſiliarium cædis ſuaſorem & conſortem, vt qui ſicariis ſecum pro facinore pretium numeraſſet. Curiam de æquitate iudicii laudat, numini agit gratias, quod momentaneo ſupplicio eum à volutabro ſcelerum, & ab hæreſeos iam ingreſſo præcipitio reuocaſſet, confugiſſe ad nouatores ſola impunitatis illecebra. *Candolam & Esbaldit* reos agit, vt qui cruenta manu, ab eo meditatū ſcelus peregiſſent. Ad pœnam rapitur, oculis vberrim fluentibus, corde admodum cōtrito & facinus plurimū auerſante, vt ſodalium Auguſtinianorum cœnobium

Remittitur ad Tholoſanum Senatum.

Le proces party.

Burdæus Senatui grates agit.

1502. præteriit loco immoratus ad ſaniorem ſanctioremq; vitam cohortatus, noxam deprecatur, quod ordinem ſuum, nequiſſimo iſto ſcelere plurimum contaminaſſet, at vt pœnæ locum ſubiit, ſic precatum ferunt. O Seruator mortalium, qui vatı. [illegible] prophetarum de temetipſo loquebaris, ego vermis & non homo, opprobrium humanum & abiectio plebis, Scribæ crudeliſſimi, Phariſæi nequiſſimi, iniuſte morti addictum, omni ſæuitia & immanitate vermi non diſſimilem fecerunt, qui corticem & lignum arrodit, tu quidem vermis es, (ô ſeruator) ſub ligno latens vermis myſticus, ſymbolum arcanæ ſpeculationis: Phyſici indagatores rerum naturalium, bombicem vermem referunt, qui depaſto gramine cognomini, ore glomos in modum argenti fulgentes eructat, quibus ſe inuoluit, & ſibi reconditorium facit, tu quidem vermis es, qui tot probra, maledicta, dicitateſque recutitæ gentis deuoraſti, qui ſub inuolucro humanæ carnis, tot exanthlatis cruciatibus, aureum ſtamen argenteumque ore diuino effudiſti, quo peccatores inuoluti, in tuo ſinu tanquam in placidiſſimo thoro conquieſcunt, aut verius, ô ſeruator, vermi illi comparandus es, cuius aculeo olim Ionam tuũ fatidicum concitaſti, qui cum ad Niniuitas præco & cenſor iret, ſub hedera recreabatur, at viteſcentem illam hederam inſecti edacitate radicibus eroſis areſcere feciſti. Heu bone Deus, tu es ille vermis, qui faſtum inflat hederæ luxuriantem ſerpentemq; contriuiſti, elatus fuit atq; aura vanitatis ſupra modum intumui, omnium peccatorum deterrima erode, & auelle Deus mea ſcelera, quo ad te perueniam, me proſtratum intuere, noxas deprecantem, ea certa fiducia veniæ cum tu nunquam cor contritum & humiliatum deſpicias. Dauid cum à Patre æterno clementiã depoſceret, ſic inclamabat. *Domine reſpice in faciem ſerui tui*, ſeu id ipſum eloqui cuperet, heu? Domine ne ſcelerum abyſſum intuere, nam ſi cenſor diſcutias, iampridem vniuerſa & ſingula mortem promeruere, ſempiternis pœnis merito ſum cruciandus, ſed reſpice in faciem vnigeniti tui, qui in cruce fixus, vt noxas meas ablueret & abſtergeret, quinis patuliſq; vulneribus ſanguinis exuberãtes riuos profudit, ex vtero prodiens luſtrali aqua tinctus, mundus factus ſum, in occaſu vitæ non quidem limphis, ſed proprio ſanguine tingar & proluar. Fac, ô bone Deus, vt ex turbido iſto mari, ad ſalutis portum enatare valeam, hoc vnum ardeo, atq; ideo, *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum.*

At tu in ærumnis ſolatium, Cynoſura inter [illegible] ſymplegadas æſtuantis freti, aduocata hominum, fœderis arca, ara peccatorum, fac ô virgo tuis ſuffragiis apud filium, vt voti compos fiam quod ſi vnquã, ô quotquot adeſtis, de vobis bene ſum promeritus, ſi vnquam beneficiis vobis deuinctus ſum, iam iam mihi eſte boni & propitii per vulnera & amaritudinem dominicæ paſſionis, per virginis interceſſionem, fauete morienti precibus, vt anima hac aura ſalutari & remigio ſurſum euecta, portum fœlix ſubeat, neue procellis concuſſa, impingat in ſcopulos. [illegible] iuſtiſſime Iudex ſcrutans corda & renes, Deus veritatis, miſerere ſerui [illegible] ius ſordes ſaluari pharmaco paſſionis tuæ. heu? ô amici, ô turbæ, ô [illegible] ſ, adeſte animis, fauete precibus, & in nictu euolantis animæ Deum [illegible] m facite. Nouiſſima hæc verba precantis imperfecta ſecuris fe[illegible] x, & truncus in quatuor fruſta ſectus eſt. Poſt monachi ſupplicium,

[illegible] ad [illegible] vermem [illegible]

Apoſtrophe Burdæi ad virginem.

ciam, vir conſularis pernegat tam pertinaci ſilentio, vt ſe alieniſſimum à ſcelere omnibus teſtatum eſſe vellet, equuleo ſubiicitur, vis & acerbitas fidicularum, nullam vocem excuſſit, cumque tenax ſilentii perſtaret, ſummus Præſes prudenti commento, nulla vi adhibita ad verum adegit, homini enim minatur, filium equuleo ſubiectum iri, cui pater, immerito torqueri, inſontem eſſe, ac neſcium prorſus maleficii, cumque vrgetur vt rem explicaret, filiumque præſenti malo ſubduceret, paterno affectu magis quam cruciatibus emollitus, fractuſque pater, reum ſe fatetur, vt à filio noxam depelleret: omnia ex ordine, vt Bardeus recenſuit, ſimileſque pœnas dare damnatur. Burdeus 5. Februarii, Gairaldus XII. Condolas XIII. Esbaldit XIV. Violentilla XVI. quæ vna libidinis fomes, quæ vna adulterii & homicidii cauſam dedit, publice necantur. *Gairaldi ſupplicium.*

Illa autem, cum ad feralem locum raperetur, conceptis verbis, ore non infacundo ſic precatam fuiſſe fido relatu accepi. O qui ferali ſpectaculo aſſidetis, vos amicos alloquor, poſtquam à numine ferendæ mortis fiduciam accepi, iam imminente fato auxilium precum veſtrarum obnixe depoſco: ex infœlici ſorte mea diſcite, quam fallax & lubrica aura vanitatis, en ego illa ſum, quæ nuper formæ deluſa lenocinio, cæteras deſpectui habens me vnam omnibus anteferebam, rata non eſſe aliam, quæ ſcitula forma & argutia ingenii me adæquarat, hē; laſciuiæ & proteruitatis, quos ego nunc lego fructus, mundi illecebræ, conuiuia, luſus, & ſimiles nequitiæ dementarunt, & hanc ſcenam proxime iugulandam conſcendere impulerunt, æterni opprobrii quo ad mortales inuſtio, ſed apud Deum, contriti animi & pœnitentis vobis inſpectantibus teſtimonium, laudibus illum opt. max. effero, gratiis proſequor, cuius fortaſſe in alio genere mortis oblita fuiſſem. Exactæ pubertatis in laſciuiis intemperiiſque hi ſunt fructus, vigeſimo ſexto anno non prouectior, ludibrium vulgi, ſcopus ignominiæ hic morior, & heu, bone Deus, vtinā ab exordio vitę, proxime cunas inſequutus eſſet tumulus. At fortunata & opportuna mors, ſi vita diuturnior, mihi & nequior contaminatiorq;, & ſceleri cumulum anni adiunxiſſent, vix vnquam humanitus morienti pœnitere contigiſſet, peccatrici Deus veniam indulgeto, peccatrici inquā, quæ magnitudine facinorū cæteros mortales longe ſuperat, non tu noxas, ſed iaculo pœnitentiæ animam transfixam intuere, ignoſce ſceleſtæ, qui tot martyribus ignouiſti, illi ſanguine ſuo tuam gloriam ſanxerunt, ipſa meo proprium facinus eluo, mihi ſoli ſum victima, quamuis coniuratæ cædis prorſus ſim neſcia, fatis tamen nocens, cuius mores impudici, tot præmortuis exitio fuerunt. Hoc vnum medullitus dolet, quod infami hoc ſpectaculo gentem meam, germanas longe diſſimiles contamino, ſi monentibus acquieuiſſem, non hic litarem publicæ infamiæ, at innocuas ne meo ſcelere deſpicabiles facite. Rurſus vos monitas facio, ô Tholoſanæ virgines & matronæ, ne procis ſitis credulæ neue eos (quod primum eſt pudicitiæ ſeruandæ præceptum) calamiſtris, fucis, operoſo cultu, alloquiis liberioribus, conuiuiis, carrucarum euectionibus, vobis inſidiari ſinatis, ſunt enim iſta illices & pedicæ ad pudicitiam, piguit nimis formoſam fuiſſe, nec tantum placuit natiuus decor, quem arte & exotico medicamine. *Oratio damnatæ mulieris.*

1609. mine ementita ſum. At cur iſtud? nempe vt monachum Iberica ferrugine nigricantem, effœtum & capularem togatum exurerem, qui ambo mercati pudorem meum, turpitudinis ſocietatem iniuerant, ſed quid diutius aures veſtras mea obſcœnitate offendo, quin potius ſcelerum pœnitens, vos in preces & vota vltima, pro expiatione vrgeo, ne euolanti animæ hoc negate in cælos remigium. Pergebat loqui cum nouiſſima verba ſecuris excepit & imperfecta reliquit.

Obitus Ducis Cliuenſis. Menſe Martio Dux Cliuenſis diutino morbo vexatus elanguerat, vegetioremque ſe fore adulto vere cum ſperaret, venatu ſe recreantem mors intercepit, lugentibus non modo indigenis, ſed omni tractu Vbiorum, ne Duce ſine liberis extincto, ambiguo certamine hereditatis multorum hæredipetarum ambitum grauiſſimis cladib. luant, vt omnia hinc portendere bellum videntur, & quæ ſtatim ab eius funere ſcintilla emicuit, late incendium datura timetur, quid proxima æſtas & vltimus annus molietur aut perager, expectabimus.

In vrbe Sueſſionenſi vetus eſt cœnobium Veſtalium Benedictinarũ, cui præfuere regii ſanguinis Antiſtitæ, vt prioribus annis Borbonia Regis amita, nunc virgineum ſodalitium ſanctiſſime moderatur Lodoica Lotharingia, inter dicatas Heroides clara natalibus & mundicie vitæ & morum, erat Maria de Hericourt, annos nata triginta quatuor, grauiſſimis doloribus cruciata, cum pedis vena in balneo imperite à Chirurgo ſecaretur, intumuit, mox ingraueſcente malo, contractis arteriis pes & crus atrophia exaruerunt, ita vt lenta tabe cutis oſſa tantum contegeret, monialis amiſſo pedis vſu, fulcimentis ſubalaribus innixa, nunc obreperet, nunc baiularetur, cum ſeptem menſes peſſime affecta decubuiſſet, omniſq; ars medica & humana, atrophiæ impar eſſet, ecce ope diuina & medela cæleſti, integram & inſperatam valetudinem recepit. Sacer ille cœtus virginum, accingebat ſe Iubileo celebrando, vtque auguſtius ſolennia ageret, & ſacram veniam promereretur, 22. Martii ex arculis capſiſque depromuntur ſacra pignora, ſeu reliquiæ Criſpini & Crepiniani martyrum, Leodegarii Heduenſis Epiſcopi, Oſualdi martyris Regiſque Angliæ, Dum vero incedunt virgines, eo ordine qui proceſſio nuncupatur, vno pede & crure debilis, humi obuoluta, in ædis ſacræ larario, quod à ſacra perfunctione prohiberetur lugebat, obnixe deprecans vt priſcæ ſanitati redderetur, præter ea quibus ſe ſacro ordini deuinxiſſet, quartum votum adiiciens precum, quas conceptis verbis, perenniter ad venerationem corporis dominici emiſſuram promittit, vix effata & totis artubus ingenti tremore corripitur, qui vt diſcuſſus fuit, ecce repente in pedes vegeta & alacris exilit, pes ille qui contractus aruerat, ſolutis neruis terram premit, non ſuſpenſo vt ante veſtigio, fugit atrophia, fulcimenta reiicit, & addita choro ſororum, vltro profitetur à numine mirabilem curationem: obſtupuere omnes ambulantem, quam tamdiu claudam & mutilam, aliarum humeris vectam, pedamentiſq; ſuffultam, ægre obrepentem viderent, ſanitatis hoc edito teſtimonio, aduoluta ad aras & cõditoria ſacrorum pignorum, Deo gratias agit, quod conclamato morbo opem tuliſſet, ſtupendo miraculo adeo perſpicaci, vt teſtimoniis non indigeret, re in clauſtris primum agnita & patefacta, vt totam vrbem & viciniam fama peruaſit, Deo publicæ gratiæ habentur, Ambroſianum canticum cum claſſico campa-

Miraculum in cœnobio puellari Sueſſionum.

campa-

campanarum decantatu, vtq; res conſpectioi foret, craticulata feneſtra ſeu clathrū qua incluſæ moniales introſpiciuntur recluditur. Hieronymus Hannequinus Sueſſionenſis Epiſcopus, ne pietati fucus fieret, vicarium in cœnobiū tranſmittit, qui morbi & curationis omnē ſeriem perſpicaciſſime inquireret, ille Antiſtitam Lotharingiam, prouectiores ſanctimoniales ipſam quæ miraculo locū dedit, Petrum Charton ū Gaſpardum Brager Medicos, Carolum Leſpicierū pharmacopolam, Ianum Meſuardum Chirurgum, & plures de re tota percontatur, à quibus fide miraculi accepta, in æde totius rei geſtæ ad memoriam poſterorum monumentum erigitur, quod noſtro hoc ſæculo haud videri debet inſolens, cū Theodoretus ſuo id factum facta ſua hiſtoria teſtetur. At ne quis rem vt fictam & ludicram irrideat, ipſa quam Deus ſoſpitauit non modo profeſſa ore eſt, ſed pede eorum pertinaciam peruincit & conculcat, nec mirum eſt eum, qui dixit olim paralytico, *ſurge & ambula*, imo in eius nomine qui idem dixit fecitque Petrus, in dicata ſibi virgine mirabiliter fuiſſe operatum.

Menſe Aprili, poſt arduam eluctationem, tandem in annum duodecimum inter Hiſpano Belgas, & Germano Batauos pactæ ſunt induciæ, nunc fidem exſoluo, qui ex priuata annotatione Ianini præſidis (penes quē initarum gloria immortalis manet) belli Hollandici ſemina, excuſſum iugum, detrectatū obſequium Hiſpanorum, comitiorum ſtudia contraria & tanquam in ſalo turbines, non niſi ab vno Ianino ſedandos recenſere pollicitus ſum: audite loquentē quanquā impari facundia licet in eius orbita defixus, nec verbulū prætermiſſū voluerim. *Ex autographo Domini Ianini.*

Eo ipſo tempore, quo Rex Chriſtian. cum Catholico, Veruini fœdus pacis pepigit, percupiit ille Anglicanam illo comprehendi, eo ipſo nomine, quod cum illa & amicitia, & ... e coniunctus eſſet, à propoſito Rex Hiſpanus non alienus erat, ſed Rex Chriſtianiſſ. negotium fruſtra tentari putauit, quod præſcriptis ab Eliſabetha conditionibus, Hiſpanum neutiquam audientem fore crederet. Ille ipſe Chriſtianiſſ. Rex, vt fœderatis prouinciis, alram & ſecuram pacem conciliaret, non mediocriter laborauit, defixulq; huic cogitationi, Hiſpanum vel nolentem ad hoc fœdus impellere ſatagebat, ſed inani opera & conſiliis, cum iſte Batauos perduelles ad obſequium, vt ineluctabili coacturum ſpem ſibi faceret, illi omnia pacis lenocinia, quibus ad illud cogi poſſent auerſabantur. Eliſabetha ſpe auxiliorum, & fide data nunquam cum Hiſpano, illis prætentis, de pace vel induciis acturam, tumidos Batauorū ſpiritus alebat, cuius fidei non ita tenax, qui regno ſucceſſit, eo ipſo principibus ſummis conſueto & ingenito more, vt priuata commoda verius, quam anteceſſorum inita pacta ſequantur. *Narratio rerum Hollandicarum ex ipſo Domini Ianini autographo.*

Veruineo fœdere, Rex Chriſtian. nocere Batauis, inque eos infeſto eſſe animo non erat adactus, non futurum auxilio tantum fidem fecerat, tamen illa cautione, in formula iuriſiurandi, vſus vt fas eſſet, æs in ſummis rerum anguſtiis ab illis mutuō acceptum diſſoluere, nec perperam hoc adhibitum, quandoquidem ſolutione ingentis æris, non parum res Batauæ proueherentur.

Aliquot ab inita pace inſecutis annis, Rex non alia ope iuuit Hollandicos, niſi æris debiti redhibitione, vrgebat tantum, vt Hiſpanus in eos remiſſius ageret, vt vero ab omni paccata tractatione cum Batauis, Hiſpanum auerſum non mo-

Digitized by Google

1609. do præſenſit, ſed in regni Gallici penetralibus, per ſuos emiſſarios res nouas moliri, quorum tacitis conſiliis Bironius impulſus, exitialia propediem peracturus erat, ni ſua opportuna morte, initia naſcentis mali compreſſa fuiſſent, vt vmbonem vmbonem, clauum clauo retunderet, ab hinc non clam, neque tacitis auxiliis iuuare Batauos conſtituit, adhibito in conſortium Rege Anglicano, vt communibus ſuppetiis Hollandici aduerſus inſultantem Hiſpanum ſe tuerentur, nec vano rei exitu, quandoquidem Archiduces Belgici, atque ipſi conſortes Hiſpani, cum bello & vi armorum, gentem eſſe ineluctabilem tandem perſpexiſſent, pertæſi longiores miſerias, ſumptus, ærariique anguſtias priuatim de pace nonnihil interſerebant rumuſculi illi non iniucundi, neque iniquis auribus accipiebantur, ab his quibus tam diuturnum bellum erat faſtidio ſed Batauos potiſſimum demulcebat, quod Hiſpanobelgæ agere & paciſci cum illis, tanquam ſolutis liberiſq; ſuo imperio prouinciis, non detrectabant, quod elogium pro vindictis erat tam diuturni belli: delibationis illius pauci conſcii, videlicet Mauricius fœderatorum ſummus imperator, gentilis ſuus Guilelmus Naſouuius, Barneuelitius, paucique primores. paulo poſt in publicis comitiis, res abdita fit palam; viſum conſeſſui, vt cum Hiſpano-belgis fiat colloquium, ac de omni re Chriſtian. & Anglican. Reges certiores fiant, ille Ianinum præſidem, intimi ſui conſiſtorii Conſiliarium ad fœderatos Batauos, rei bene gerendæ virum opportuniſſimum, Galliæ Neſtorem, in legationibus nunquam infœlicem, cuius ſapientiam fauſti rerum exitus ſemper inſecuti ſunt, delegat, conſortemq; adhibet Buxenuallium, qui apud Batauos longam illi & fidam operam præſtiterat, illoque humanitus ſublato, in vicem ſuffectus Ruſſius. Miſſi illi triumuiri, vt Batauis quietem ſi poſſent conciliarent, ſin minus vetarent, nec ſpecie ineundi fœderis illis illuderetur, diſſoluerentur prouinciæ, tentarentur animi, aut quæcunq; fraus & vis adhiberetur, nec ab huiuſcemodi illecebris metuendi cauſæ deerant, quique inter Batauos erant oculatiſſimi, id ipſum ſuſurris perferebant, adiiciebantq; illos qui ad rumores pacis proni erant, vel auro Hiſpanico corruptos, vel tædio bellum auerſari neſcioſq; quantum inſidiarum, ſub pace fallaci lateat, quæ ab hoſtibus ambitur, vt qui bello non potuere, pace domiti dent pœnas. De pace & bello varia illa ſermocinatio, diu mẽtes dubias tenuit, rebuſque maturandis longã & anxiam moram interiecit, ita vt animis diſſidentibus aliis ad quietẽ, aliis ad alendũ bellũ pertinacibus, negotium ſępius pro infecto viſum fuerit, niſi Chriſtianiſſ. & Anglica. Regis oratores, ita ſectos diuulſoſq; reſuiſſent vt cõiuncti ad fœderis, cõmune vinculũ, pluribus melioribuſq; ſuffragiis acquieſcerent pugnantes illi animis fluctuanteſq; in illo ſalo diſſidiorũ, in propriũ exitium ruebant, ni ab his ſcopulis nonnullorũ bene morata prudentia auocaſſet, ni qui publicæ quietis amantes erant potẽti fide apud plebẽ patiẽtia & ſolertia, inuicẽ diſſidentib. ſuaſiſſent, ab anno quadrageſimo, tam diuturnũ bellum, ita priuatas opes attriuiſſe, ſuum exhauſiſſe ærarium, vt nec illud nec alienum mutuo ſumptum diutius prorogando bello non ſatis ſit, cum Rex Anglicanus nõ ſemel obteſtatus ſit, in poſterum ad Hollandicũ bellum ſtipendia non ſuppeditaturũ, aliunde Chriſtianiſſ. ſe oneri ſubducat, qui ſine cõſorte tanti belli ſumptibus vnũ

ſe eſſe

Digitized by Google

ſe eſſe imparem profeſſus ſit,& quamquam vterque vt antea coniunctiſſimi, commune adhiberent auxilium, ad tantam molem tantillum eſſet, vt magis ad alendum quam finiendum bellum proficeret, ita vt nec res ſuæ auctiores, nec ſors melior illis eſſet. 1609.

At longe fœliciori progreſſu præliarentur Batani, ſi Rex vterque non tantullis ſuppetiis, ſed aperto marte in belli ſocietatem venirent, viribuſque totis Belgium appeterent, inuaderentq; quo Hiſpanus vicinos omnes ancipiti metu torquet, occultiſque molitionibus fatigat, at illi interpellati ſæpius, vt Belgium armis ſibi vindicarent, negarunt, palam teſtati tam potentem hoſtem nolle bello laceſſere, vt rebus alienis inſeruirent (quamuis vterq; ſociis viribus expugnando Belgio non impar eſſet) ſibiq; ſubditorum quietem, ancipitis belli exitui anteferre, nec ita animis & fide coniuncti illi, vt inuicem res bello partas æquanimiter diuiderent, cũ impatiens ſit vterque vt alius lucri, alter damni ſocius eſſet, adiiciebant de pace conſultores, nihil in bello tutum, vbi res pendet ab alieno, nec munimenta in manu ſunt, externiſq; auxiliis fidentes ſæpius à præcipiti caſu non longe abeſſe, quas Archiduces conditiones proponebant, ita proclives in res Batauas, vt ab integra victoria maiora ſperare haud potuiſſent nempe vt Hollandici, ſeu liberi ſolutiq; alieno imperio, rebus partis fruerentur, ideoq; non ſubeſſe cauſas, cur tam opimæ conditiones pro deſpectu ſint. præſertim, Regibus ſuaſoribus ſponſoribuſq; fœdus inuiolatum fore, ita vt ſi Hiſpano. belgæ ludificare illud velint, illi qui in propinquo ſunt illico vindicaturi ſint.

Alii vero, qui fœdera auerſabantur, cauſſabantur primũ, talia ad illudendum Hiſpanos polliceri, quibus de more ſit, vt huiuſcemodi blanditiis incautos inefcant, nec vero proximum eſſe, Regẽ Catholicũ terre potentiſſimum, qui vana ſpe totius orbis ſibi imperium ſpondet, ad ingloriũ huiuſcemodi fœdus, iniquis indecoriſque conditionibus demitti velle quibus ſcilicet imbecillitatem, ignauiam, imprudentiamq; dominandi, vltro proderet, vnde reliquis gẽtibus deſpicabilis, atq; ex contemptu non leue detrimentum conſequeretur, res Hollandicas non modo bello imminutas quin auctiores, quandoquidem vrbes & municipia nunc vberiora opibus, & populis crebriora ſint, quam antea in otio & pace fluiſſent, ad alendum bellum ex ipſo bello ſtipendia fluxiſſe, quæ vbi deſierint exhauſta erunt, cum tamẽ pace ipſa, vix leuiores impenſæ futuræ ſint, quãdoquidẽ vrbes & propugnacula quæ Belgicis conterminа, milite præſidiario tueri oporteat, ac valde pertimeſcendum, vt quas ab hoſte metus vrbes & prouincias glutino conſtrinxit, vbi cum bello deſierit, pace diſſoluantur, neue ſimultates & recondita odia, inter priuatas vrbes, regioneſque quæ bello conquieuerint, vbi ab armis otium erit, prodeant in apertum, & vehementius recrudeſcant, ita vt non modo inuicem diuellantur, ſed rupta compage in manifeſtum exitium ruant.

Inſuper quæ in re nautica, ſummiſq; nauarchis magnę ſunt vires opeſq; elidẽtur, aſſuetique exteris quæſtuoſiſque nauigationibus, concordia cum Hiſpano, gloriam nauticam amittant, ſolitumque lucrum ad hoſtes redibit, qui ingentibus præmiis naucleros exercitatiſſimos in ſuas partes pelliciant commercium

Digitized by Google

1609. cum Hiſpano, quod tantopere quæſtuarium iactatur, ſub inaurato cortice ſupremum exitium cōdere, ſpecie enim negotiandi Batauorum ditiſſimos peritiſſimoſque, Ibericis littoribus ſubſidentes in nictu comprehendi poſſe, atq; hinc ſummo robore Batauiam exhauſtam viris opibuſque iri, verendumque ne res factu haud multum difficilis, audendi votum ingerat, glorioſumque hoſtis putet, ac prudentiæ tribuendum, in perduelles eſſe fœdifragum, potiſſimum cum vindicta ingenti lucro exaſperatur, huiuſcemodi ſermocinationes non modo in publicis comitiis habitæ, ſed euulgatæ typis, tanquam miſſilia in vulgus regionatim ſpargebantur, nec impune & ſine conuitiis audiebantur, qui pacis vel induciarum ſuaſores erant, nec ipſi etiam vtriuſque regis oratores, à malignis rumorib. immunes fuere de vtroque male ſentiendi, anſam præbebat Petri Toletani apud Iberos magni nominis, qui eo ipſo tempore Regem Chriſtaniſſ. adierat, vt ad hanc pacem conficiendam vrgeret, aliiſque internunciis ab Hiſpano Anglicanum regem impulſum fuiſſe: belli fouendi, pacis fœderiſque detrectandi vel quibuſcumq; conditionibus, ſuaſor erat princeps Mauricius, cuius tum à bellica ſua virtute, præclariſq; facinoribus, tum à patris Arauſienſis principis vere gloria ſumma eſt auctoritas, ille palam concionibus & libellis profitebatur, præclaras in ſpeciem Hiſpanorū pollicitationes, eſſe decipulas, quibus fallere, demulcere & peſſumdare Batauos enititur, ad pacem & bellum cohortationes æquo pōdere rationum libratæ, ancipites animos faciebant: quibus vita militaris erat, Mauricio anteſignano aſtipulabantur, quod ſi ille ſententiam tueri armis voluiſſet, non dubium eſt, quin numero aſſeclarum præualuiſſet, quin etiam plæræque vrbes, ac etiam Zelandia in eius votum procliues iiſſent: mercatores itidem qui in ſocietatem Indicæ nauigationis omne æs ſuum contulerunt; qui in vrbibus oppidiſque Hollandicis nec exiles ſunt numero, nec potentia deſpicabili, vetus odium Batauorum in Hiſpanos, ingeniumque gentis ad vlciſcendum varium & tenax, tantopere omnia diſcordiis miſcuerant, vt quæ ratæ ſpei putabantur in ſummam deſperationem adductæ eſſent, ni prudens ſolers, patienſque animus publicæ quietis amantiſſimorum, ac Regis vtriuſque oratorum amplitudo, moderatio, ſagacitas in ſtudia pacis inclinaſſet.

Hoc ſecto nodo, & reuulſo obice, non mediocriter hærebatur in pluribus, ad pacem non ad inducias ibant ſuffragia, illam Hiſpanus detrectabat, iſtas appetebat, ergo ſuper induciis operoſa tractatio & plurimi negotii, primum fuit circa orthodoxæ religionis cultum, quem Archiduces nunc vt prius, cum de pace ageretur, Catholicis efflagitabant, Ianinus regius orator, poſtulantibus gnauius ſuam operam adhibebat, ac cupidius rem vrgebat, quam ipſi non exili numero orthodoxi, qui alto pectore votum ſuum premebant, ne intempeſtiue ſpem rei aſſequendæ ſibi præriperent & ſuccideremt, ſi Archiducum poſtulatis ſua ipſi adiungerent.

Anglicus orator acertime & vi aperta huic voto obluctabatur, fœderatarum vrbium & prouinciarū leges aſtipulatores habebat, quorū tribunitiis clamoribus, Catholici aliquot vrbiū, vel pares numero aut ſuperiores cedere cogebātur, ita proteſtantes Batauiæ inualeſcebant votibus, cum priſca religione Hiſpanū

tacite

tacite admitti, partam tantis ſumptibus periculiſque libertatem amitti, inclamarent, atq; adeo inconditis vocibus & fremitu comitia ſtrepebant, vt qui pro auita religione retinenda tenacius obniti voluiſſet, illico re infecta inuicem fuiſſet diſceſſum, ex hinc Archiducum oratores, hæc præter miſſa facere coacti ſunt, Regis etiam Chriſtianiſſ. orator, ab hoc propoſito temperauit, fide ſibi data à primoribus Hollandici regiminis, firmatis induciis de cultu Orthodoxis indulgendo, proſpectum iri. 1609.

Præterea, anxie admodū inſudatum in formula & elogio libertatis, & vt populariter loquar, ſuperioritatis fœderatæ enim prouinciæ, ea expreſſo verbo ſupremum dominium ſibi arrogabant, vt non tam res ſuas ſaluas ad poſteros tranſmittere, quam dedecoris exitus infamiam hoſtibus irrogare ſatagerent, illi vero priſci imperii veſtigia & monumenta, poſt futuris relinquere enitebantur, eamque fœderatarum prouinciarum libertatem, ita implicite tituloq; ancipiti ſignare, vt induciarum ſpatiis eodemq; exitu clauderetur, res agitata variis molitionib. libelliſque in vulgus emiſſis, quib. propugnandæ libertatis deſiderium accenderetur, & ab induciis alienum fieret, ſcriptionibus huiuſcemodi tum aduerſariis, tum affatu ab vtriuſq; Regis oratoribus reſponſum eſt, ſcripto potiſſimū vt tranſmiſſo ad fœderatas vrbes & prouincias expederent, quid in rem ſuam eſſet: vbi labor ille exhauſtus, non pauci æque ardui & inexplicabiles ſupererant, fœderatis prouinciis ſatisfieri oportuit, ſin minus non modo omnis tractatio irrita, ſed deteriora pugnantib. animis imminebant, negotii faſtigium erat Indica & Peruuiana nauigatio, atque hinc auri exoticarumq; mercium exportatio, quam toties perfractè negauit Hiſpanus, & tandem ægre, dolenter & inuite, quandiu induciæ eſſent, quacumq; vi hoſtili amota conceſſit.

In extremo laboratū, quo ad oſtiū Antuerpiāni fluminis Archid. inſtabant, vt qui nauticam faciunt, plenis velis appellerent, nec in Zelandia merces exoneratæ, quod moris eſt in naues alias exportarentur, Zelandiæ prouinciales, defixi huic propoſito, cæterorum aſſenſui, priuato ſuo commodo, Regis vtriuſque oratorum ſuadæ & conſiliis monentium vt hac pertinacia abſiſterent, obluctabantur, nihilominus Zelandici propoſiti tenaces, hoc vno vinci paſſi ſunt, vt pactis induciis priuatim de re illa tractaretur, hac lege tamen vt ſi ex voto non componeretur ſingulare hoc diſſidium, nihilominus induciarum fœdus inuiolatum eſſet.

Plura æſtuantibus animis, ad priuatum colloquium remiſſa ſunt, quæ vix vnquam in iſto rerum turbine paccata fuiſſent, atque illa prudenter & opportune admodū ſubducta publicis comitiis, quæ ſi obſtinatis animis vtrimq; diſcuſſa fuiſſent, de induciis omnino actum erat, quæ poſt variam eluctationē, habita quæſtione de bonis principi d'Eſpinoy reddendis, pactæ obſignatæ, ac etiam publico præconio tubicinum, incredibili ouatione & Lætitia Antuerpiæ euulgatæ ſunt, quamuis non omninò illæ ad votum Antuerpianorum, quod ex Zelandia nauibus non exoneratis ſubire portum negatum eſſet.

Tum actu illo opere peracto, vtriuſque Regis oratores Hagam comitis adiere, rogatu ill. habito coll. quo cum legat. fœderatarum [illegible] prouinciarum,

1609. ne qua fraus publicæ quieti fieret caueretur, quod vbi ſecure præſtiterunt, Ianinus ille fortunatiſſimus omnium oratorum, cuius fœlicitatem facundia adæquat, qui à forenſi noſtra palæſtra, ad hoc amplitudinis faſtigium euaſit, luculenta concione Catholicis religionis colendæ veniam impetrare enixus eſt. Sic ille ad ampliſſ. ordines Batauorum vice regia profatus eſt:

Domini Pet. Ianini pro Cathol. ad Batauos & Hollan. Oratio.

Dum ita anxie de pace agitur, ne tam negotioſo operi aliud negotium ſuccreſceret, ita variantibus animis & diſcordibus, viſum mihi vt de his quæ nunc regia poſtulata facio, non niſi icto fœdere, vt rogator eſſem, illa importune nec ſuo loco interſita, arduum illud opus pacis interturbare potuerant, dilata in hunc diem, apte & ex ratione temporum nunc fieri apud vos putaui, ne de poſtulatis diutius vos anxios habeam, rogat Rex Chriſtianiſſ. vt orthodoxis in fœderatis veſtris ditionibus, accolis & hoſpitibus, priſcæ religionis cultum indulgeatis, ſi annuitis, hoc ipſo rerum ſtatu, quo vobis eſſe libertimis datum, vel vobis arbitris, res conceſſa vobis damno eſſe non poteſt, atque vltro conceſsæ penes vos gloria manebit.

Duo ſunt potiſſimum, quæ Regem Chriſtian. ad hæc poſtulata impellant, primum quod ille, vt ex veteri elogio Chriſtianiſſ. liquet, cum orthodoxus ſit, quacumque via datur, priſcam & orthodoxam religionem tueri & propagare obſtringitur, aliud quod cum ille, quæ fœderatis ordinib. veſtris conducibilia, vel exitialia futura ſint, penitiſſime & ſapiens præuiſor apud ſe diſcuſſerit, nihil ad publicam quietem veſtram ſtabiliendam opportunius duxit, ad nefarias molitiones tollendas, animoſque conuellendos eorum, qui nouis rebus ſtudent, quã vt in poſterum, vi & pœnis minacibuſque Edictis in orthodoxos abſtineatis, ſed ſacra ſua operantes in cryptis, palpebris conniuentibus, innoxie feratis, ſitque illis liberum clam & ſemote ritus patrios colere, quandoquidem publice negatis, ita vobis perſuaſum iri Rex Chriſtianiſſ. ſibi ſpem facit, ſi quæ adiiciuntur rationes, ſedatis animis, non contumaci propoſito vel non auditas intellectaſque illas deſpiciendi, à vobis ponderentur, humanitatis eſt, comprouincialium vicẽ dolere, qui vos iuſte interpellant, cuius cum ſitis debitores, tamen liberalitati & meræ gratiæ vltro acceptum referent.

At vos ſapientiſſimi Bataui, animaduertite quæſo, quanti hominum orthodoxorum, in agris, municipiis, vrbib. veſtris agunt, qui pacẽ & bello vobis mutuã operã nauarunt, opes, fortunas, vitas iiſdem cum vobis periculis obiecerunt, intemerata ſemper fide publici fœderis, nec illi de adempto ſibi orthodoxo cultu queruli fuerunt, quod putauerint, turbidis illis temporib. priſcum colẽdi morem, à vobis non fuiſſe indulgendum, exhauſto autem bello, hanc ſibi libertatẽ non eſſe inuidendam, ſpem ſibi fecerunt, cumque illi laborum, periculorum omniumq; belli ærumnarum vobiſcum ſocii fuerint, pacis tantilla lenitate recreari æquum putarunt.

Profecto vix vnquam liberi fœliceſque cenſeri poſſunt, quibus aſſuetis ritibus numen colere negatum, nec iugum grauius magiſque intolerãda ſeruitus, nihilque acerbius mentes acuit, quam ſi vi & metu religio imperetur, vel experti noſtis (ô Bataui) nec olim alia potior cauſa vos, ad ſociale bellum, ad quæcumque dura

Digitized by Google

data & aſpera impulit: vbique gentium, in noſtra re etiam Gallia, non aliunde 1609.
ciuiles motus exitu non infœlici, vt ita ſuperis viſum fuiſſe credatur, quo mortalib. innoteſcat, cœlo monſtrante viam religionem doceri, moneri & ſuaderi, vi & metu haud imperari poſſe, vtq; Reges & principes, in poſterum vel diſpendio rerum ſuarum exciti, quæ in pubeſcentis & incontaminatæ Eccleſiæ primordiis ex vſu erant, caſtigationem morum, reſq; nequiter inuectas coercendas, decreta obſeruanda caueant, qua vna re profectò quotquot ſunt ſegreges Chriſtiani, ad vnum gregem fidemq; orthodoxam reuocari poſſunt.

Dum vero rem auguſtiſſimam, votis & precibus proſequimur, vt principes Chriſtianos, atque ipſius Eccleſiæ caput, cæteroſque Antiſtites penes quos cura eſt ſacrorum, ad hoc emendationis ſtudium Deus pronos faciat, Rex Chriſtianiſſ. qua late patet Gallicum imperium, totus in hoc eſt, vt quam ciuilia bella pepererunt aſperitatem, animorumque diſcrepantiam leniat, & paulatim ad mutuum amorem aſſuefaciat, neue rurſus diſſidia religionis in priuata excidia conuertant, cum rerum vſu compertum ſit, anteceſſorum regum, de vna colenda religione ſeneriſſimis indictionibus, exaſperatos animos, ab omni cultu & pietate abalienatos homines, hinc diſſidia nata & factiones, quæ in omni imperio exitiales ſunt, è conuerſo quam vos colitis, colendæ religionis non vt ante caducis ſanctionibus, quam veniam concedit promiſcue, ſubditos omnes vinculo pacis & amicitiæ colligat, ita vt ſedati homines, & qui conſultiores ſunt vtriuſq; cultus, hoc vnum nunc ſatagunt, vt in gratiam inuicem redeant, cum olim animorum ſumma eſſet diuulſio, ita vt non niſi horum vel illorum vltima clade & internecione, de religione diſſidia dirimi falſo eſſet creditum, & quia illa medela publici mali Regis Chriſtianiſſ. ſummo bono ceſſit, vtendam amicis & fœderatis ſuadet, quamuis apud vos plura ſint domeſtica, quæ vltro non mediocriter ſuaſam faciant.

Longe enim diuerſis rationibus cenſeri debet, à ſupremo principe Edictum prohibitorium alterius religionis quam receptæ, cui aſſueuit & qua cum adoleuit, & quod vos de abroganda veteri tuliſtis, quo indigenis & conciuibus colendam illam vetatis, nam qui ſupremus imperat, id iure ſtatuere poteſt, minus tamen caute & prudenter, ſi negata religio apud ſuos motus ciet, cum ſecurius illi ſit, prudentia lenibuſque conſiliis, quam ſumma vi & imperio experiri: At vos, cum mutua opera & animorum conſpiratione qua nunc fruimini, legum ferendarum libertatem, regnandique poteſtatem promiſcue cum orthodoxis quæſieritis, æquum eſt vtroſque rebus partis frui, ac profectò acerbum nimis eſſet, alios imperare, ius dicere, alios nedum ſubditos, ſed mancipiorum loco haberi, atque illos non ſolum partæ dominationis præmiis, ac rerum fœliciter geſtarum opimis exuuiis defraudari, ſed in poſterum grauioribus quam antea malis obnoxios, reliquum vitæ curſum exigere: Vos igitur qui iuris veſtri æſtimatores eſtis, de alieno æquum & idem ſtatuite, ac reputate, ſua opera, diſcrimine, ſocialibus armis, communem hoſtem profligatum.

Vos autem potiſſimum, alta mente expungite, ſi hoc orthodoxis negaueritis, vtitidé damno cedet æmulantibus vos in religione, vbi numero & viribus exiles ſunt,

1609. ſunt, qui apud principes orthodoxos, quotidianis efflagitationibus lachrimiſq; quam ego regius orator, apud vos conciuibus accolis hoſpitibuſque Catholicis, depoſco libertatem, deprecantur recogitate cæco pietatis obtentu, ad auſus efferatos, vimque ſupremam principes populoſque impulſos fuiſſe, iuſtumque bellum videri, quo ad vniuerſam & receptam religionem amplectendam ſeg eges adigantur.

At citra omne diſcrimen, iſtud orthodoxis indulgeri poteſt, ſi illi cum in ipſo bellorum æſtu, quamquam aris adytiſque excluſi, apud vos conſtanti fide manſerunt, num deteriora ab illis poſſunt expectari? num illi ad publicæ libertatis vindicias minus fidi erunt? cum illos publicis muneribus & honoribus, communi omnium molimine partis adæquaueritis? maiori certe beneficio tenebi is obſtrictos, quod qui ſuperiores eſtis, cum inglorios, exutos poteſtate & magiſtratu facere poſſitis, nihilominus participare illos æquum putaueritis, quod ſi ſecus fiat, perti reſcendum valde ne ex contemptu inſurgant, & ſpecie negatæ religionis exitialia moliantur.

Sunt qui vt mea poſtulata irrita faciant, inſuſurrant & cauſſantur apud vos, quo nunc fruimini placide rerum ſtatu, ſtabiliendæ religionis, cuius cultores eſtis, intuitu erectum innixumque fuiſſe, vt illo fulcro ſtat, ſic diſpari cultu ruiturum, quod ſi hoc vſpiam verum eſt, equidem in paucos vis & ſæuitia publica vtilitate penſaretur, nihil enim ad ſollicitudinem magiſtratus magis attinet, quam tueri leges, quæ cum Republ. coæuæ & ingenitæ, ita vt omnia illi poſt ſalutem poſtrema & poſthabita ſint, At non pauci ſunt adhuc ſuperſtites, qui perhibent & quibus Annales rerumque geſtarum commentarii aſtipulantur, cum à vobis primum arma ſumpta ſint, nihil aliud à prementibus vos quam libertatem colendæ religionis veſtræ, orthodoxa vigente & aſſerta publicis Edictis & programmatibus, poſtulaſſe. Ipſi etiam Catholici vltro ſe partibus veſtris adiunxere, ſociam in bello operam nauarunt, quibus ſeorſim agentibus, non mediocriter res veſtræ attritæ fuiſſent, pro vindiciis publicæ libertatis duriore iugo oppreſſæ, vobiſcum certarunt, nō modo vt tyrannide patriam liberarent, ſed quod non æquum putarint, ita vobis religionis aſſuetæ cultum inhiberi.

At vero inanis eſt metus quem iactant illi, ſi orthodoxis auita religio colenda feratur: vſu quotidiano exploratum eſt, ex diuerſo cultu, non naſci imperiorum exitia & occaſus, quinimo ſub legum & dominorum obſequiis, promiſcui cultus quiete & paccate viuunt, omniumque vnum eſt votum, vt Reſpub. cui obnoxii ſunt ſalua ſit, ideoque non permiſſus ſed prohibitus cultus, res turbidas facit, vbi enim negatur, exaſperati homines ſtudent rebus nouis, & vi ipſa aſſequi, quod poſtulantib. ſibi iniuſte negatum putant, conantur, toto orbe Chriſt. res ita plana eſt, vt teſtimoniis exempliſq; non indigeat, Sunt vero, qui falſo putant vbi tandiu Catholici cultum ſuum deſiderauerint, ad auerſum tranſituros. At longe falluntur illi, cum ipſa repulſa, vi & ſuppliciis, in ſua religione tuenda colendaque pertinacius accendentur, atq; in vetitum animoſius enitentur, nec mors vel cruciatus extinguent zelum, quinimo ad liberos agnatoſque tranſmittent, vel negato illo cultu, odio alterius in numinis contemptum dilabentur, religio

ligio

Digitized by Google

ligio enim præter cultum numinis eſt vinculum, hoc eſt atis, quo ad probos mo- 1609.
res adigimur, quippe veremur ne ſi ſegnius in his quæ ad pietatem ſpectant nos geramus, minus Chriſtiani videamur, vbi vero metus ille & veneratio concidit, facile ab officio aberramus, & in numinis deſpicatum obliuionemque impingimus. At veteris ſapientiæ cultores, in omni imperio ſuperſtitionē impietate tolerabiliorem putarunt, quandoquidem pauet ad omnia ſuperſtitioſus, & ſi humanis pœnis ſubductum ſe putat, æternas veretur, atque ideo politicis legibus dominiſque obſequentior eſt, labi & noxiū deprehendi anxius timet, quam ille qui beatorum contempta cœli mercede, omnia ſibi licere putat, ſi tantum iuridicam cenſuram cauillis & ſpecie recti ludificare poſſit.

Sunt autē, qui obiiciant fas eſſe Catholicis alio migrare, natale ſolum, parentes, liberos, gentiles, amicos, dulcia & blanda omnia quæ amor patriæ complectitur relinquere, vt myſticum illud pabulum vere Chriſtianis deliciis omnibus anteponendum, deguſtent: At Deus bone; hoc exilium, non ſolum nullius noxæ conſciis, ſed partæ dominationis ſociis ſine feritate haud imperari poteſt, atque etiam huiuſcemodi proſcriptiones, exhauſtas prouincias & vrbes propediem faciant ſolitudinem, & longe deteriora ſimul pertrahant, quæ vobis cogitanda priuatim relinquo, quamuis vero omnis iſta ſermocinatio, ad indulgendum Catholicis publice auitum cultum, ſatis vrgeat, tamen regia maieſtas pluribus vos impellere abſtinet, eo ipſo quod vos omnino auerſos proſpicit, veteturque ne quorundam mens pertinacior iniquiorque poſtularis, inter vos motus ciet, idcirco vt priuatim atque intra parietes, ipſos colendæ religionis libertatē concluſam annuatis rogat, neue illis noxæ ſit, & à publicis programmatibus in eos deinceps abſtineatur. publicæ quieti & incolumitati, tam ſedulo ſecuriſque adeo cautionibus à vobis proſpicietur, vt qui meticuloſiores ſunt, nec publicæ rei nec religioni ſuæ aduerſum quidquam timeant: cauebitur autem ſecuriſſime, ſi myſtici apud vrbanos prætores & iuridicos, nomina ſua in publicis monumentis exaranda profiteantur, atque per idoneos vades ſe fore quietos & morigeros, nihilque in publicam ſalutem commiſſuros, fidem dederint ſic initiati omnes, ex albo vobis erunt cogniti, atque huiuſcemodi cautionibus de illis vobis ſecure erit, quod ſi præter relatos in numerum, alii ſint qui latibulis ſed contineant, illico oborietur ſuſpicio, animo turbandi veniſſe illos, & de ſuis molitionibus vbi liquido conſtiterit pœnę exigentur.

Ergo Ampliſſimi Ordines, iam vobis liquet tantillum eſſe, quod à vobis vice Regis Chriſtianiſſ. pro Catholicis prouincialibus depoſco, quod à vobis conceſſum extra omnem aleam ſit, eaq; indulgentia municipes veſtri vt plurimum recreati, in perpetuum obſtricti, vobiſcum ad fulcrum & quietem ſtatus publici, ſua vota & ſtudia collocabunt, qui communibus illis ſtudiis in poſterum roborabitur. Rex Chriſtianiſſ. de conceſſa re gratulabitur, & ſaluberrimis conſiliis acceptum referet, ſi ſecus feceritis, nunquam ille formidare deſinit, ne repulſa illa Catholicorum mentes abalienet, diuellatque à vobis, vel forſitan ad peiora conſilia impellat, tamen prouinciales orthodoxos monitos facit, vt æquanimiter imperata à vobis ferant, neue quid in publicam quietem moliantur, quod

Digitized by Google

1609. ſi nefaria audeant, ab ipſo Rege caſtigatione potius quam ſuæ benignitatis patrocinio digni iudicabuntur.

Ianinus ille, qua eſt egregia oris ſpecie, & plane digna legato, grauiter & facunde ad Batauorum ordines iſta eloquutus eſt, & eo vocis fulmine animos vehementer concuſſit, eruditos auribus in ſuam ſententiam traxit, ſed beluā multorum capitum, hoc eſt, Plebem in tribunitiis comitiis frementem, ſuperantemque numero & vocibus inconditis emollire haud potuit, Catholicis tamen ſortem minus anxiam fecit, & ſi Deo ſeruiliter ſeruire ſolatium eſt, id ipſum miſeris conciliauit.

At quandiu ab Apoſtolis ſata & relicta religio nuperæ victrix erit (& profecto ſemper erit nec portæ inferi aduerſus eam præualebunt) Regi Chriſtianiſſ. & oratori ſuo, gratię immortales referentur, qui ſi non publicas aras, cryptas tamen antea negatas auito cultui impetrarunt, ex tam fauſta & luculenta legatione, quæ pene in biennium abiit, ab Hiſpano-belgis, Batauo-Germanis ſempiternam gloriam Ianinus eſt promeritus: Daniel Heinſius, opuſculo epicædiorum ad manes Scaligeri, ſic liminari epiſtola Ianini laudem delibat: *Tua ope Galli, tua Belga pacem vidimus, tu ſpirantes adhuc ciuilem ſanguinem animos, diuina quadam moderatione temperaſti, gladios & arma ſola eloquentia tua & prudentia fregiſti. & à Rege miſſus qualem Gallia non vidit, in hanc ſcenam, in tragœdiam hanc plane intricatam, vere è machina Deus veniſti. Te hiſtoria omnes, te omnes populi loquentur, tu ingenia omnium, omnes ingentes ac præclaras animas æternitati tuæ vectigales habebis, neque maiorem famam accipies à quoquam, ſed dabis.*

Ex ordine temporum, res geſtas ſcriptaſque annotare, & quaſi Calendarium agere cum operis mei ratio exigat, Petrus Mathæus hiſtoriæ Gallicanæ regius & Vernaculus ſcriptor, elegans ſane & eruditus, aliquot paginarum materiam fecit, cum enim res ab Henr. 4. immortaliter geſtas, breui gyro complexus eſſet, vtraque oratione ſoluta & vincta id ipſum conatus ſum, quod attexere & præuiam Epiſtolam ad Henr. Lomenium, heroicæ expectationis adoleſcentem non abſonum putaui.

Mitto ad te, ſtudiorum cauſa apud exteras gentes peregrinantem, quæ ad poſteros vernacule ſcripta ſunt, de Regis immortalitate elogia, tum ab aliis tum à me omnium quidem poſtremo: Latine & vtraque oratione verti ſi non ita fœliciter, vere tamen, vt qui verba ipſa preſſi, ſcriptorum in orbita & veſtigio defixus, maluique minus eſſe concinnus, quam ab eorum ſcopo aberrare. Æquanimitas Lectorum iudicet, num proſa quam verſa mihi fœlicius contigerit: ſi liuor obſtrepit (qui vix vnquam quieſcit, adeo peruicax eſt ad carpendum) eadem terat veſtigia hancque tundat incudem, ſub lima & malleo experietur, quam ſit durum & vix ſuperabile, argutos Authores, Laconicos, interciſe, hiſtorice, multa paucis conſtringentes, è Gallia apte transferre in Latium: MATHÆVS *multum operæ exhibuit: nam vt ille primus in hoc genere laudandi præſtat, ſic ad imitandum anxie torquet, qui Latine aut Gallice vertentibus bonos & extra vulgus authores, labor ſemper contigit: in cauſa eſt breuitas dicendi, verborum delectus, & compages tam ſtricte hærens, vt qui tantillum ſegnius omiſerit, venuſtatem omnem orationis & ſenſum corrumpat. Sed ne domo ipſa, ſit operoſius latiusque veſtibulum, liminaris epiſtola ipſis elogiis, lege quantulumcunque quod de meo eſt, & quamprimum ad nos reuertere, litterarum.*

Digitized by Google

litterarum, rerumque omnium cognitione onuſtus. Audiui enim ſæpius à patre tuo, nihil prius edidiſſe quam à filius litteratus maniſque domum rediret: quod illum metu ſecurum faciet, & tibi à te m ſuas ingenii apophoretis. Vale, & ſuſpice apud te, & prædica apud gentes illas, quanto R E G I *Pater tuus iam ſummus & intimus muneribus quotidie & domeſtice aſſideat, vt nulla hora nullus locus* L O M E N I V M *ab eo diuellat. Lutetiæ Kalen. April.* 1609. 1609.

Virtus & fortuna ſimul fœderatæ Vt Henricus, miraculis facinorum magnus & nulli principum comparandus perenniter nuncuperur. Flexiæ matei fœ undata Paulum puerperio, Coraſium crepundiis gloriatur: aſſueuit à puero lucis aſperis, educatione ruſticana, ne molliore victu, vis animi relangueſceret: ſeptimus annus aulæ regiæ admouit, vt cum cognata progenie, ipſe liliorum ramus pubeſceret, quem ſanguis & virtus ſuo ordine ſceptro deposcebat. Illa auſpicia patrium funus, matris ab aula diuortium, patrui infortunium, amicorum diuulſio, clientum ſeruorumq; proſcriptio, funeſtarunt: vt ſe in decimum ſextum annum extulit nouarum partium ſignifer antesignanus, quas infelici marte quater attritas & peſſumdatas ſuo genio & fœlicitate imperandi pugnandique erexit Vndeuigeſimo, inconceſſis, ſed omnino inauſpicatis hymenæis, matriſque obitu attratus, ſibi præparatam libertatem, ſuorum laniènam proſcriptus nemique indoluit. Ex aulica cuſtodia vt ſe in libertatem vindicauit, in grauiorem ſeruitu è dilapſus, quam ſeruiunt qui bella ciuilia ſummi duces exant ā:. Non illum, à gregarii militis perfunctionibus imperium caſtrorum diſcriminauit, donec quinquies percuſſo fœdere, commilitones ſuos paci reſtituiſſet. Sed ecce in ſpeciem ſedata tempeſtas, in grauiores æſtus turbineſque immutata, cum vno quod iennio, decem regiæ acies, in eum adglomeratæ ſunt Coutracum prælium, expectationi blandioris fortunæ præluxit, æmuloſque metu compleuit, qui eum amore mutuo non erant dignati: quæ tragœdia deuota in caput ſuum (cui S. euam Gallia dabat) ferro, flamma & ſanguine exteris omnis permiſcentibus, ex principum fratrum internecione horrendum exitum habuit. Henricus III. à perduellibus coercitus Auguſtæ Turonum, cum opportune auxiliatorem habuit, tam fauſto armorum progreſſu, vt triumphator vrbis limen tereret, ni victori iam patentes portas, ſicarii monachi parricidium præcluſiſſet. A Franci fidei illibatæ, tanta cæde conſternati, plurium Tyrannidem auerſati, vnius imperio aſſueti, vltro ſe in eius clientelam dedunt. Ecce tota Europa, in eius exitium moliri, & in caſtra coire viſa eſt, ferociunt perduelles, Regiorum manipulus impar numero, fidem dubiam ferebat: tot illi exhauſta bella, quot caſtrorum metationes: in ſecretiore larario inexplicabiles ærumnas concoquit, quas foris ferro conficit. Dieppa profugum, angulo ad Oceanum hoſpitat, quod reliquæ vrbes obſequio æmulentur. Vicus Arcuenſis inſuperabilem experitur. Lutetia ſocors, quæ victum putauit, è veſtigio victorem vltoremque ſentit: Vindocinum, Cœnomani, Lexouii, Ebroicenſes, Alenconii, Vernolium, Honoflorium, armis ſuis victricibus ſe ſubmittunt.

Illo vindice Meulanum hoſtili prædæ ſubducitur, Iurienſis pugna collapſum ſceptrum protritumque diadema erigit. Medunta, & Verno, à pugna recentem excipiunt: Melodunum audaciæ dat pœnas: Sandyonyſianũ oppidum, anorum

1609. Mauſolea teſtituit: Perierat eſuriens Lutetia, ſi expugnaſſet, ſeruatam eſſe voluit incruenta reciperatione Corbellium, obſidione Parmenſem aciem atterit, quod mox inſomni ſolertia recipitur: pons Arſius, caſtrenſem eius ordinationem, Carnutum in ſtatiuis & obſidionibus immore hæren[illegible], Nouiodunum animum ineluctabilem, Louerium perpetuo inſomnem excubitorem expugnatoremque experiuntur: Albomalium, pro ſuorum ſalute fuſum cruorem reſtatur, Rothomagæi rebus conclamatis ſpe auxiliariorum recreari, ſibi vt ſperabant hoſtibus ſuppetiaturis, obuium euntem & in fauces anguſtiaſq; Sequanæ cogentem, obſtupeſcunt.

Iuerotium diſpalantes ſparſoſque facit: Caldobequium nocturno dolo fugã tegit, Eſpernaium dedecoris initium facit, Droceſes peragunt: expugnatæ quotquot ſunt vrbes, in obſidionibus potentiſſimum & inuictum, interceptæ Cœmentem & incruentum prædicant, nunquam aduerſo marte conflictatus, ſemper ouans victorq; qui cœleſtis genius, illum quaſi manu ad auitum ſolium deduxit, ille ipſe eum ſæ[illegible]iuis in caput ſuum molitionibus parricidarum que reliis ferro & veneno ſubduxit, ſolertiaq; incredibili præmuniuit, vt quæ ſempiternæ videbantur, ærumnis mederetur, de hoſtibus partis triumphis, de ſemetipſo maius tropheum addit, cum ipſe expanſis vlnis fidem excipit, & in Eccleſiæ ſinum reuerſus in vetuſtiſſimo orbis totius fano Virgi. quæ peperit cunabulis primæuo, ſacro oleo perfuſus inungitur. Ab illa myſtica inauguratione, armis ciuilibus quæſitus color, & ſceleri prætenſum ius concidit, hinc malorum audaciæ frenum imponitur, bonis de fide cauentibus ſecuritas accedit. Meldæ, Lugdunum, Aurelia, Bithurix, factione eiurata ad obſequium redeunt: ille cuius præcordiis condit ſe fides, cuius ore fatur veritas, potentiſſimos fœderatorum vt ſibi ſecure & innoxie fidant ſuaſos facit: Lutetiam captam clementiæ æterno & vix ſperando beneficio deuincit: Themidis & legum adyta redintegrat, ſecuritas beatitaſque, ac rerum omnium copia vrbem ſubeunt: eius venia Hiſpano-belga mus pauens, foris armis fulgens exit, ſic annuente indole ſua, quæ hoſtes perhorrere neſcit Laodunum eorum oſſibus albet: Franco Fontanum prælium, ferocientem & faſtuoſum hoſtem, ad regia genua prouolutum victum & ſupplicem facit: quæ principum ciuitatum exemplo, oppida inſaniuerant reſipiſcunt. Burgundia perduellibus ſubducitur: Sequanos populabundus & victor ingreditur, opimis hinc abductis ſpoliis: belli ciuilis facem comprimit, rerumque præteritarum acerbas recordationes, lethea obliuione demerſas eſſe iubet: pro pœnis præmia ſtatuit: Phocenſem prouinciam pacat: Feræ idomitam feritatem perdomat; Maſſilia, extincto qui tyrannide premebat, libertati redditur: Rothomagi, ordines & comitia regni cogit, promulgatis decretis, quæ regni quietem fulciant: Iberia, receptis Ambianis vt victoriam ſtare, vnde ius erat vidit, toties aduerſas belli vices experta, arbitro & feciali Chriſtianorum parente, pacem expetit, & tam diuturno bello captarum vrbium deditione impetrat: Armorica proſpere bellanti ceſſit: At ne quid gloriæ bellicæ deeſſet, Alpes ferro quatit: Arx Monmeillana conſpectis caſtris deditione vim Gallicam præuertit: Inſubria fit Galliæ limes: Mediolanum vicinum Gallum

lum pertimeſcit: Italia ad tantos motus ſtupet: at inſontes metu liberat, cum ius ſuum armis tantum vindicet, nulla vis pugnantem aut victoré cohibet, ſed maioribus auſis publicam quietem anteferens, ſuo recuperato, canit receptui, laureatus domum reuertitur, Mariam Mediceam cœlo auſpice virtutem prius antiſtitam, quam Gallicam Auguſtam pronunciatam, thori conſortem fecit, vnde liliorum immarceſſibilis candor, regia propagine æternitati ſæculorum commendatur. Leges incruentæ mucronem non diſtrinxerant in aulicos, cum faſtus & exitialis audacia, benignitati illudens, caput inſanabile ferro demeti tulit, vt ad vnum pœna metus ad plures, exemplum ad omnes pertineret. Hoc vno facinore, impias molitiones coitioneſque nefarias, nouis rebus ſtudentium profligat, qui pacis adipiſcendæ cauſa, cum arma haud induiſſent, vt bellum redintegrarent, pacis quieti inſidiabantur: feſtinatione ſanat vulnera, quæ ſi inueteraſcerent forent immedicabilia, ita opportune rebus adeſſe profuit, *venit, vidit, vicit.* Sedanum primam ſcintillam belli æſtuantis non tulit, reiecto probro in eos, qui vim maiorem omnibuſque machinis fulminantem exoptaſſent. Eo faſtigii proceſſit eius gloria, vt velle ſuum pro lege, ſenſa animi pro ſanctionibus ſint. Pontificium Prætorium eius conſilia demiratur, Italia ſumma veneratione colit, Batavi illi obnoxios vltro ſe dedunt: hoc fulcro pacis innixo regni ſolio, quiete quam ſibi ſuiſque parauit, cruore tot vulneribus eliquato, ſeptemque luſtris ſub caſſide & lorica ad caniciem deductis, perfruitur. Mentes ſubditorum diuulſas ad commune ſtudium cogit: intemperias motuſque efferatos cohibet, artes collapſas reſtituit: tribunalium decretis proſcriptos laribus reddit: emporia prius exhauſta, opificiis & mercibus vberrima facit, ita vt Gallia ab hoſte proculcata, ruiniſque deformata videatur, vt victoribus eius lacertis erecta, floridior excelſiorque caput attollat. Immortaliter, *Auguſtus, Fermidatus, Amatus*, quinas illas propagines, ſingulari numinis beneficio ad regni columen ſatas pubeſcere videt, in hiſque vultum mentemque ſuam intuetur, & poſt fata (ô cœlum quæ ſera ſint) rediuiuum ſe fore lætatur. Litat pietati, cultu diuino & vbi tandiu extorris fuit, longe lateq; reſtituto, in fabrilibus arduiſq; ſubſtructionibus, quis artem & impenſam; annui & opimi ſtipendii erogationem; delectum in viris, argutiam extemporaneam in dictis, fortitudinem in aduerſis, fidem in ſocios, prudentiam, æqui iuriſque diſtributionem in omnes adæquat; At, quod in prouecto obſtupeſcimus, labore improbo improbior, nunquã oſcitans & languidus: quę autem illi intempeſtiue coma caneſcit, non aliunde quam ex curis exactiſque noctibus inſomnibus: ordinatis vtrinq; aciebus, ter illi pugnata vniuerſalis pugna, triginta quinq; fortuitæ exercituum occurſiones, centum quadraginta manipulariæ prę̨liationes, trecentę vrbium & caſtellorum obſidiones, quæ ſua tempora ambiunt, laurus pepererunt. Ex iſto ſemine, glorię immortalis enata ſeges, & quæ totum orbem perſonat fama, qua vi tacita numinis, 1609.

quietis publicæ cuſtos, regni inſtaurator, Eccleſiæ brachium, Principum Chriſtianorum inuicem iurgantium conciliator & arbiter, & quod Tito Cæſari eripuit, orbis delicium eſt.

MATTHÆI GALLICVM SIC VERTI VINXIQVE NVMERIS PENE AD VERBVM.

F Lexia *concepit: Palii dat Lucia lucem:*
Coraſium immanſuete aluit: Sol ſeptimus Aula
Admouet: agnata cum prole adoleſcit, auiti
Sceptri heres patrium funus, digreſſaque ab Aula
Mater & atrato Patrui ſub induce, nutans
Vita, auerſi ab eo deportatique clientes,
Prima nouercantis fortunæ auerſa fuere:
Hunc decimus quartuſque ducem labentibus annus
Præfecit caſtris quater ille attrita ſiniſtro
Marte, ſuo inſtaurat ductu, auſpiciiſque beauit.
Mox ad ferales, inconceſſoſque hymeneos.
Pellectus cum gente ſua, poſt fata parentis,
Exilio exactos; doluit caſoſque ſodales,
Par vincto, ſed mox qui libertate recepta,
Relliquias legit, & dilapſos ſtrage corgit:
At dux ille vices, non dedignatur obire
Militis, aſſertor donec ſit fœdere quinto,
Sed pax fluxa, graui mox illum concutit æſtu,
Inde decem irrumpunt acies, quas ſuſtinet annus
Quatuor illuxit ſeu Eoo Cinthius ortu
Coutraca pugna, ſuiſque oſoribus vna tremendum
Efficit, illa ſibi qua ſcena cruenta paratur,
Heroas geminos, poſtremo intercipit [illegible],
Accenſa vnde faces regno, ciuique cruoris,
Ciuia & [illegible] Bellona erupit habenis,
Tertius H[illegible]us, trepidat dum clauſus in vrbe
Ad Ligerim, dum p[illegible]ſcit opem, citus adfuit illi,

Digitized by Google

Et ni heu ſæua manus monachi, manus impia vitam
Ferro adimat, Luparam victor ſubiiſſet vterque:
Francigenum at ſe victa manus perculſa, Tyrannos
Horreſcens plures victricibus vnius vlnis
Sponte dat, arma in eum totam mouiſſe putares
Europam inſurgunt ſorte arridente rebelles,
Pars ſtupet exilis qua regia: caſtra quot acres
Tot pugna: meditata domi, foris enſe manuque
Exequitur, capit illum arcta ſtatione Diepa,
Obſequiique viam monſtrat qui dictus ab arcu
Viculus, inuictum probat, ipſa Lutetia ſocors,
Dum putat extorrem, & ſocios petiiſſe Britanos,
Victor adeſt portis: gentilia pergama auorum
Vindocinum *mox* Cenomani, *& velut agmine facto*
Neuſtria; Lexouii, *gens & qua ſumit ab Ebro*
Nomen Alenconii, quaque vrbs de nomine verno eſt,
Altera floris honos, cedunt victricibus armis:
Campus Iueriacus, Belgas qui & fudit Iberos,
Tollit humo lapſum diadema, & lilia ſeruat:
Verno *aperit portas, vicina* Meduntaque *ouanti:*
Dat pœnas Melodune *doli:* Dioniſe *recluſis*
Liligerorum adytis, patrum monumenta dediſti,
Perdita tuque fores ni te alma Lutetia *ſaluam*
Vellet: Corbolium *amiſſum, mille afficit hoſtem*
Cladibus inſomni quod protinus arte receptum:
Progreſſum obſtupuit Pons Arſius, *& pede firmo*
Hærentem in caſtris Carnutum: *robur in armis*
Inuictum Nouodunum: *acrem, indocilemque ſoporis*
Louuierum *ſenſere: videt fudiſſe cruorem*
Albomalum, *redimat quo damna necemque ſuorum:*
Rothomagum, *è pinnis videt obſidione relicta*
Parmenſem premere, & concludere faucibus arctis,
Iuetotus *ager iactans ſe regulo, Iberos*
Turbat: Caldobecum *ceſſat nocturna latentis*
Probra fuga; vrbs Druydum cito dedita dedecus auget:
Expugnata canunt fortem, ſubrepta doloſe
Clementem, fidum quæ ſe oppida ſponte dederunt:
Haud vinci, ſemper ſed vincere contigit illi:
Numine quo ductus ad lilia auita, nocentum
Ille tot inſidiis ab eo, & furialibus auſis
Seruatur, quaque arte manus fugere ille nefandas
Exitiumque queat, ſuaſore monetur Olympo:
Omnia qui domuit, nullique domabilis, ipſe

1609. Se domat, inque fidem & ſacra priſca reuerſus auorum,
Virginis ad veteres Carnuteæ iungitur aras:
Quas Ligeris, Rhodanuſque vrbis & inertibus vndis
Ditat Arar, Mosa & prona ceruice Biturix
Ad veteris obſequium prima rediere, rebelles
Fidere cogit, ineſt fides tantum ore loquentis:
Vlciſci ignarum, ſubrepta Lutetia ſentit,
Et quæ fas ru egens, fit fœta rexente, Themiſque
Antiquas repetit ſedes: impune reuerti
Hoſtibus armatis dedit, oſsibus albet eorum
Laudunum, faſtum Mars Franci-Fontis Iberum
Sternit, quæque vrbis imitata fuere tumultu
Oppida, in obſequio ſectantur paruit omnis
Ante ferox veteriſque tenax Burgundia noxæ,
Sequanus vltorem ſentit, gens dedita Ibero:
Ciuica bella iubet, lethaa immerſa palude,
Vertit & immites in præmia læta ſecures:
Paccatur regio Phocenſis, & ipſa recepit
Libertatem ab eo, cui fecerat aurea nomen
Libertas, eaſo gemuit quo ſerua Tyrano
Maſſilia: ærumnis ciuilibus vtque mederi
Poſsit, Francigenas proceres, magno ordine cogit
Rothomagi, Edicit regni fultura quietem.
Vrbe Morinorum tanta obſidione recepta,
Vt non eſſe parem, ſe ſenſit Iberia Gallo,
Sponte rogat pacem, quam conciliante redemit
Pontifice, ablatas bello dum reſtituit res:
Armorica ante ferox, cedit victricibus armis,
Mercuriuſque Ioui galeam ſubmittit inermis:
Alpinas ſua caſtra niues, atq; inuia nimbis
Irrumpunt clauſtra Allobrogum, tremit icta vel ipſo
Obtutu, in ſcopulis arx Montmeillana iugoſis,
Et prope ſit Gallo conterminus Inſuber acri,
Auſonis ora timet, propius ſua caſtra mouentem,
Soluit at ille metu, dum ablata repoſcere tantum
Enſe probat, vis nulla inhibet, vel ſiſtit euntem
Solus amor recti, & placida pia cura quietis
Victorem cohibet, belloque faceſſere cogit:
Ecce triumphator Mediceæ, ad fauſta iugalis
Fœdera adeſt, Medicea, prius cœlo auſpice princeps
Virtutum, quam Illigera eſt Auguſta vocata,
Prole potens, nullo marceſſere lilia ſæclo
Quæ vetat: at vindex nondum iuſte excita ferrum

Nuda-

1609.

Nudarat Nemeſis, feritas cum inſana coegit
Tollere, quod facinus non emendare valebat:
Conſilia audentum bellum inſtaurare coercet,
Non vnum regni, ſanat properante medella,
Quod ſi neglectum foret immedicabile vulnus:
Non tulit irarum fulmen, nec forte Sedanum
Impare luctari, crepitu magis aere ſonoro
Bellum hocce, in fumos quod protinus ibit inanes.
Regius vſq; aſcendit honos, vt velle ſuum ſit
Lex rata, nec fallunt huius conſulta ſequentem
Quod Conclaue vocant (vbi voluitur vrna creandi
Pontificis) Tellus Oenotria, Belga paluſtris
Suſpiciunt quæ rite monet, quæ ſuadet amicus.
At populis dat pace frui, quam ſanguine fuſo
Quæſiuit luſtris ſeptem labentibus ætas,
Diſcordes animos ſociat decus artibus addit
Priſcum, vt opes mercesque fluant facit vbere cornu.
Diruta vt hoſtili videatur Galliæ ferro,
Altius Henrici dextra vt victrice reſurgat,
Æternum Auguſtus, metuendus amatus amansque.
Quinque videt teneras cœlo auſpice, creſcere ſtirpes
Inſignis pietate, operum ſtructura ſtupendas
Regni monſtrat opes, huic prouida cura peculi,
Rite viros legit, & rebus quos vſus agendis
Commendat, miro reſpondet acumine, conſtans
Auerſis, ſociis fidus, molimine in omni
Prudens, cuique ſuum tribuens, ignobilis oti
Detrectator, & hic quem non labor hauriat vllus:
Qua coma nunc caneſcit ei, non albet ab æuo,
Aſt vſu rerum & tenebris inſomnibus actis:
Quam gerit innexam per tempora florida laurum,
Ille Marathoniis natam demeſſuit aruis,
Per coniuratas acies, per caſtra, per vrbes
Obſeſſas, hinc fama ſata eſt, quæ ſe extulit ingens
Præpete, qua, & monitore Deo eſt tutella quietis,
Regni inclinantis fulcrum. pietatis auita
Fit decus, ac Procerum, iurgantis & arbiter orbis
Deliciæque, olim laus Cæſaris aurea Titi.

Terralius ſtrenuiſſimus eques, qui bellica fortitudine proauorũ gloriam adæquabat, cũ à Gallis ad Belgas defeciſſet, immemor ſummi honoris quo eum Rex erat dignatus, attributa illi præfectura equeſtris cohortis Delphini filii, cum in Belgio pactis in duodecimum annum induciis, ſibi à Marte ferias dari videret, *Terralii comitiſque ſui interceptio & obitus.*

Aaaa nem

1603. ne in pace neglectus ingloriuſque tabeſceret, vt erat irrequietus manu pugnax, ſed mente leuis, & qui mutatione dominorum gauderet, ad Inſubriæ Ducem ſe recepit, profectionem tegens voto ædis Virgineæ Lauretanæ, vt ingenti facinore eum demereretur, de Geneua intercipienda mentem aperit, contubernalem habebat Gallum Burdegalenſem nomine Baſtidium, vrbium propugnandarum expugnandarumque, arte & machinamentis peritiſſimum, quo aſtu Geneua intercipi poſſet, non ſatis vterque conueniebat. Terralius tubis creperis, vi pulueris tormentarii conuellendas portas contendebat, contra Demetrius ille, lacu Lemano qua nauigia appellunt inuadendam, Ducem in ſententiam trahit, cui Terralius acquieuit. Deliberatur inter eos, qua arte mortalium ſuſpicaciſſimos, & qui omnia tuta timent Geneuates fallerent, nec enim miles cogi, nauigia, nautæ, arma machinæ & id genus ita tacite coaceruari poterant, quin ſubolfacerent, viſum tamen id poſſe caute & tuto fieri, ſi in reductis vallibus auiiſque locis, miles conderetur; nauigia autem quæ ligna & annonam quotidiano itu & reditu Geneuam deuehunt, à naucleris conductis & vænalibus aſſumerent, hoc inito conſilio Terralius, ab Inſubria ad Allobroges reuertitur, ſubſiſtit q; Camberiaci, Burdegalenſis ille ſæpius Geneuam ingreſſus, tandiu ibi moratus eſt, donec ſitum vrbis, portarum, propugnaculorum, portus adituſque a lacu formam, mente primum dehinc tabula expreſſiſſet, forte accidit, vt dum Terralius Camberiaci pila plurimum deſudaſſet, dum ad ignem curatur & detergitur, Baſtidius aduenit, ac temere chartam, qua vrbis forma erat expreſſa, non modo conſpiciendam Terralio exhibet, ſed etiam enuntiat, quo loco adeunda & inuadenda ſit, forte aderat nebulo, ex eo genere qui paleſtritas pilæ defricant, & de quo propter ſtoliditatem & opificii vilitatem, minime cauebant, qui cum exaudiſſet de Geneua verba fieri, metuens fratri, qui ibidem præſidiarius miles ſtipendium merebat, forte Geneuenſi, qui Camberiaci tunc agebat, tacitum conſilium renunciat. Ille ad ſuos conciues reuerſus arcanum detegit, Geneuates inſomnes ad ſuam cuſtodiam, exploratores mittunt, qui in diuerſorio & vbique locorum Terralii vultum, mores, verba denique motus omnes penitiſſime obſeruent, ac etiam hominem depingendum curant. Re peracta, inſidiiſque in dies multo certius ſe prodentibus, vndique per confœderatorum fines rogatum mittunt, vt Terralium ex pictura agnitum comprehendant. At ſuo fato accidit, vt cum ad explorandam omnem oram, quæ cis eſt lacum, illum traieciſſet, vno illo comite Burdegalenſi Bernam non agnitus tranſmiſit, dehinc vrbiculam appetit, qua egreſſus ſalutato illius præfecto, qui in pomerio ſuburbano ambulabat, dum iter facit, detegitur ab indigena qui recens Geneua aduenerat, rogatus vt ſi in hominem incideret, eum comprehendi iuberet. Vt de illo ſibi verius conſtaret, Terralium ſalutat, quem ex caluitie eum ipſum eſſe coniecit, illico feſtinat ad Præfectum, monetque vt ad comprehendendum ſatellitium mittat fecitque, ſed ſerius, ita vt longum iter emenſus eſſet Terralius; ſed cum malo ſuo fato, quod ex omne præſenſit equus in lacunam & volutabrum dilapſus altero pede grauiter laboraret, coactus ſubſiſtere in diuerſorio ad radicem montis, quo præteruecto ab inſecutoribus

tutus

tutus erat, ſummo veſpere agnitus, diluculo comprehenditur, non vinctus, ſed qui rogaretur vt præfecto ſe lubens ſiſteret, quod ſine eius venia præter morem regionis tranſiiſſet: poterat ex quatuor ignauis & inermibus, cum comite ſe vel ſine negotio expedire, ſed fatis Geneuam ducebatur, morem gerit, Bernam ducitur, mox audito rumore Geneuates oratum mittunt, vt qui in ſuam ſalutem coniuraſſet mitteretur, detrectant Bernates, tandem peruicerunt, vt dederetur his pactis, ne exinde Geneuates, in eos quid iuris ſibi vſurparent, ſed publicis actis profiterentur, id precario illis conceſſum. Deducitur ille ad vrbiculam, in qua moratus adeo præfectum ineſcauerat, vt poſtquam Geneuates cum phaſelo & ſatellitio ad eum deuehendum veniſſent, negauerit dediturum.

Deditur paulo poſt Bernatium decreto, nocte media Geneuam appulit, pernoctatque in domo Ædilium. Luce orta, à iuridicis capitalibus de gente & capitalibus rogatur, vtque nulla vi adhibita omnem ſeriem coniurationis recludat, ſi ſponte & vltro fecerit, ſibi omnia in tuto eſſe, ſin minus & ab inuito eruatur veritas, nullum poſtea veniæ locum fore. Non ſemel de ſalute monetur, cuius expediendæ vna ſit via non inficiari, quod liquido conſtare poſſit. At ille neſcius inflecti blanditiis & pollicitationibus, peieratis numinib. omne crimen à ſe diluit, negatq; rei vllius in Rempublicam eſſe conſcium.

Vrgetur rurſus, vt ſit confitens, cumque pertinacius inficiationi hæreret, illi exhibetur teſtis gregarius quidam miles, cuius teſtimonii fidẽ penitus eleuauit. At Baſtidius Geneuam ſimiliter deductus eculeo ſubiicitur, vim primam ſilentii tenax pertulit, repetito cruciatu vltro rem omnẽ aperuit. Illico Terralio opponitur, qui pertinaciter fidẽ omnẽ illi abrogauit: Contra Baſtidius perſtat confiteri & id ipſum cõfirmare. Terralius ad machinã veritatis eruendæ cauſa iam alligandus non ſine fletu omnia confitetur, Baſtidius occultæ molitionis omnẽ ſeriẽ retexit, nempe circiter quatuor mẽſes, cum à peregrinatione Lauretana cum Terralio reuerteretur, Taurini apud Ducem Inſubriæ conueniſſe, de arte & machinis expugnandæ Geneuæ, ab eo demiſſos beneuole cum munerib. Terralius quibus potuit efficacibus precibuſq; mortem deprecatur, ſi vinctus ſeruetur, dolo Inſubriæ Ducem, in inſidias poſſe pertrahi, rogat muro & compedibus coerceri, vitam miſeram & infœlicem relinqui; ſed Geneuenſes rati nullam eſſe ſatis fidam cuſtodiam, quam ars & tempus non fallant, à ſuperſtite hoſte ſemper timeri, mortuum deſpici & calcari, hoc metu vt ſe liberarent, 19 Aprilis Terralium ſecuri percutiunt, die poſtera Baſtidius, quod ignobilis ortu eſſet, furcæ alligatus ſtrangulatur. Geneuenſes de vtriuſque morte relatione excuſſa, iactant morituros, Papiſticam ſuperſtitionem puriore ſua doctrina mutaſſe, ſed ſibi falſo blandiũtur, cum vterque auitæ religioni immotus hæſerit, Terralius potiſſimum ipſa fatali hora cordatiſſimus, eaq; fuit conſtantia, vt vinciri recuſaret vltro prona ceruice ſecurim expectans. Interritum vnum doluit, quod ſacra exomologeſis & viaticum Chriſtianorum, ex ritu Apoſtolico in vrbe penitus auerſa negaretur. Fruſtra ſacerdotem ſibi adhiberi inclamabat, in ea quæ tota Europa ſacerdotes profligandi reliquis vrbibus prima exemplum dedit.

19. Aprilis vt computant Geneuenſes qui Calendarium Gregorianum odio pontificatus, non ſequuntur, dies enim illa apud nos Dominicus & Paſchalis.

Goterius, inter ſocietatis Ignatianæ veteranos, cõcionator eruditione & facũ-

Digitized by Google

1609. dia nulli ignotus, inter nobiles Heroinas, Caluiniſmo faſcinatas, dominam de Maſencourt ſcitam & acri ingenio, ſed ſectæ à puero tenaciſſimam, publicis concionibus priuatiſque diſſertationib. ad orthodoxum cultum præmuniuerat, & tandem eiuratis erroribus perduxit, ille ad Regem arguto Epiſtolio, habitam cũ Molinæo ſectariorum anteſignano, diſputationem, certaminis euentum & lauream recenſuit, Rege totius rei conſcio & apprime imbuto, cui palpare & imponere, Gonterio piaculum fuiſſet, quod Epiſtolium preſſum verbis, vberrimũ ſententiis, ſtilo & prudentia ſcribendi exquiſitiſſimum, ſubiungere ad fidem veritatis, inſtituto meo congruum putaui, ſic Gonterius Regem affatur.

Epiſtola Gonterii ad Regem.

Rex Chriſtianiſſ. inter cubicularios regis Darii orta contentione, de quatuor rebus, quæ fortitudine antiſtaret, nempe fœmina, vinum, Reges, veritas, Darius veritati palmam tribuit, æquius tamen fuerat veritatem cum regibus cõiungi, vt quæ regum potentia exſurgat, fortiorque vires ſuas exerat, nam quiſquis regnat Dei icon eſt, cuius veritas anima foret, lumen & fulgor corpus (vt vetus ſapiens dixit) ſi Deus materiam & res compoſitas admitteret.

Tua regia maieſtas, patrocinata eſt veritati rei geſtæ ipſo peruigilio floraliorum, & admirando iudicio vnde ius fuit, iuſtitiam ſtare voluit. At tua fortitudo iampridem, ſemina radiceſq; bellorum ſtirpitus euulſit, vtque olim Alexander, variis nexibus implicitum quem Gordiacũ vocabant nodum ſecuit. Tuum autem iudicium rumuſculos illecebra quadam, ad aures regias ſubrepentes ſopiuit, illæ vt liuori, & mendacio obſtructæ fuerunt, (quid non poteſt ſcabra malignitas;) totam aulam famoſis mendacibuſq; libellis illi conſpurcarunt, opuſculo ſpurio quod pater erubeſcit, vagũ & proiectũ, vt meretricii partus illud ſine nomine teſſera & auſpiciis, ita vt qui fungorum more nato libello, aurem fidemque præbuerit, credulæ leuitatis non dubium teſtimonium fecerit. At qui mentẽ & ſalutem, velut prædæ expoſitam vltro abiiciunt, hi ſunt qui deuii à ſanctionibus Apoſtolicis, ad omnem auram doctrinæ (vt ait Apoſtolus,) circumaguntur: de prædiolo vel gleba venditio exploderetur, ſi formulæ iuris, & fidei publicæ teſtimonia deeſſent, at quanto magis recitatio ſeriæ tractationis, inuolucris fabularũ & fuco mendacii perſonata irrideri debet?

Mazencuria, toto æuo cum ſectariam eſſet profeſſa, veri indagatione excita, me & publice concionantem, & priuatim docentem audiuit, Sorores ſectæ eiuſdẽ, vt iſta ſubolfecerunt, veritæ ne ad nos tranſiret, illi apud ſe mihi diem dicunt in peruigilio floraliorum, vbi Molinæus ſe ſiſteret, Mazencuria ſibi metuens ab eo, orthodoxi alicuius opem poſcit, vltro poſt repulſam alterius, diſſertationi me offero, & ab ea efflagito quid peculiariter à me depoſceret, quo aduerſus Molinæum potior euaderem rogo, num ſibi eſſet ſatis, ſi Molinæus vi numinis & veri adactus, ſacræ ſcripturæ renunciaret? annuit illa & conditiones accipit, dummodo ſacra Biblia eſſent interpretationis nouatorum. Hac lege fultus, ope Dei exercituũ pugnam incruentam aggredior, & argumentis efficaciſſimis, Molinæum ad hanc deditionem vrgeo & adigo, *Quod ſi in Euchariſtia, Chriſtus ſeruator, pro delictorum remiſſione ſanguinem effudit, eo ipſo Deo eſſe oblationem.*

Hoc propoſito, duos Bibliorum codices expromo, vnum Geneuenſibus typis, alium

Digitized by Google

alium alibi nec vno tempore excuſſum, quibus hęc Mathæi verba habentur, cap. 26. verſ. 28. *accipite, bibite, hic eſt meus ſanguis noui teſtamenti, qui pro multis effuſus eſt, in remiſsionem peccatorum*: Molinæus, ab ipſo Geneuenſi codice prouocat, aſſeritque voculam illam, *effuſus eſt, pro effundetur*, accipiendam.. 1609.

Ilico à Mazencuria ſponſionis fidem exigo, videlicet vt impleta conditione ſe orthodoxam profiteatur, illa aliquot dies ſtupens & nutabunda, quid agat voluit, confirmata plurimum præiudicio illo, aduerſus nouatores, ac lectione patrum, de repudio conſilium firmat, nec mora ſabbatho ſancto, cum ſepulto Chriſto errores eiuratos ſepeliuit, vt cum eo ad lucem reſurgeret mortalibus cœleſtibuſque geniis exultantibus: ſcribendi finem facerem veritus, ne longior epiſtola maieſtati tuæ eſſet faſtidio, niſi quod plurimum recreabitur, apud exteras gentes teſtatum facere, non modo paſtores doctoreſque orthodoxos tui imperii, ſed etiam mulieres, quos vocamus miniſtros & prædicantes reos & pudibundos facere. Dum propria manu poſtulata à Molinæo obſigno, domina de Sallagnac, quæ Mazencuriæ ſociam ſe adiunxerat, impetit & aggreditur Molinæum, obteſtaturque præter vtriuſque teſtamenti pro Catholicis teſtimonia, priorum ſæculorum patres, in cunabulis Eccleſiæ, id ipſum quod Romana Eccleſia profitetur, fuiſſe profeſſos, cui cum refragaretur Molinæus, & obnixe contenderet, intra quinq; priora ſæcula, nihil tale apud Catholicos ſcriptores reperiri, illa fiducia memoriæ contrarium affirmat, citatque Diuum Cyprianum, qui Diuos Hieronymum, & Auguſtinum æuo anteceſſit, qui quidem Antiſtes & ſimul fuſo cruore Chriſti teſtis, refert decretum prouincialium Epiſcoporum, quo cautum eſt, ne quis de Clericis & Dei miniſtris tutorem vel curatorem teſtamento conſtitueret, ac ſi quis feciſſet, non offeretur pro eo, nec ſacrificium pro eius dormitione celebraretur, neq; enim apud altare DEI meretur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes & miniſtros ſuos voluit auocare:. Illud telũ appoſite ſelectum, & pharetra diuini iaculatoris, quo huius ſæculi hæreſes configuntur Molinæus adigitur fateri, quod prius pernegauerat, intra quinq; priora ſæcula, aras, ſacrificos, Liturgiam & ſacrificia nõ extitiſſe, quibus functorũ animæ, paci & quieti commendarẽtur, tunc temporis cœtu Chriſtianorum & conſortio rerum ſacratũ, ob noxã nonnullos abdicatos fuiſſe, ſacerdotum munia, in reb. myſticis circa altaria verſari, ſæcularibuſque negotiis ſubmoueri, Henr. Rex inuictiſſime, pura & illibata rei geſtæ hęc eſt relatio, vtq; res tibi certius conſtet, apud te obteſtor, in ſacra pagina nullum extare teſtimonium, quod nouatoribus aſtipuletur, atq; id ipſum te inſpectore, Sole & ſideribus, probatũ facere obteſtor, cumq; illi patres antiquos, & ſacras traditiones, ſynodalia decreta, imo Eccleſiã ipſam abdicauerint, cumq; ad vtriuſq; teſtamenti dogmata, rem omnem ſuam deduxerint, cũ inſigni audacia perpurgare velle Eccleſię mores inconditos iactant, cum bibliorum aſtipulatione deſtituti ſint, nequiter itaq; eos eſſe mendaces pertinaceſq; neceſſe eſt, quæ veſania nullo pharmaco ſanabilis eſt, vt verbo finiam, M. T. gratias habeo quas poſſum, quod de interpretiis ſectariorum, monitum me fecerit, ne impoſterum maleuolorum muſſitulis tantillum commouear.

Diuus Cyprianus epiſt. 26. quæ incipit Grauiter commoti.

At Deo mortalibuſque conſciis, hic vere obteſtabor, cum T. M. tam æquani-

Digitized by Google

1609. miter patienterq; pertulerit, quæ aduerſus ipſius teſtimonium ſcripta ſunt, de conſeſſu habito in regia Fontis Bellæi, aduerſus procerum tuorum arbitrorum etiam delectorum, omniumq; aſſidentium fidem, tabulaſq; ipſas ab ammanuēſibus conſcriptas à ſectariis mendaciter & proteruiſſime ſcripta ſunt, quidquid dixerint ſcripſerint confixerintq; aduerſum me, nihil his prorſus commouebor, cumq; omnibus exploratum ſit, certe non inglorium equitem, famam notitiāq; tam inſignis facinoris (quod ad tuam æternitatem & Cardinalis Peronii non vltimum eſt) omni arte & atramento infuſcare conatum fuiſſe, putaui faſtum prædicantium deſpiciendum, quibus de more eſt, vt fugam conſternationem & dedecus ſuum, pro victoria prædicent. Parcat mihi tua regia maieſtas, ſi audentius benignitati ſuæ faſtidioſior ſum, mihi perſuaſi veritatem quæ ſub tuo clipeo in tuto eſt, errorem & mendacium facile ſuperaturam, vtq; longum ſuperet, Deus tibi annoſam & beatam vitam faciat Lutetiæ 22. Aprilis 1609.

Quæſtuoſa ſegnicies fœnus pluſquam nauticum, non modo vt olim apud trapeſytas & menſarios, ſed in Palatina area paulatim irrepſit, tanta frequentia, vt vel ipſi qui iudiciis capitalibus fœnus improbum coercent, ipſimet nummos fœnori menſtruo collocarent, lenocinio ineſcati ingentis lucri, plureſq; qui otioſi viuunt, qui enim fundos emunt, aratro & vomere luctā‑tur cum agris, qui fœnus exercet, dies nocteſq; dum paſcitur & potatur, & altum ſtertit, quam Calendis poſuit Idibus relegit pecuniam, illorum auaritiam inſigniter vlti ſunt transfugæ, non modo inſtitores, negotiatores, ſed & patricii, qui dum liberius fœnori nummos accipiunt, incremento ſortis & vſurarum depreſſi, tandem æri alieno impares, furtim ſe ſubducere coguntur. Sunt autem improbiſſimi, qui cum filios ad purpurā precio euexerint, filias nuptui inſigniter & cum ſtupenda dote collocauerint, ad exteras gētes auri vi ingenti tranſlata, mercib. ſupellectile & omni gaſa ſubductis, & apud gentiles concreditis, ſolum vertunt, quod non ſemel à paucis annis contigit, ſed audacia & impunitas publici latrocinii, in vno vindicatur, quod in aliis neglectum. Fuit is mercator quidam nomine Pingræus, negotiatione luculenta nominatiſſimus, cui famam anteacti mores, mercium ingens copia, in Palatino Cambio habita fides conciliauerat. Ille cum fraudaſſet æs alienū, ſubductis mercibus nominibuſque ad propinquos & familiares tranſlatis, cum in Belgium aufugiſſet, à creditoribus inueſtigatus, apud Valentiam, Lutetiam retrahitur, ac capitali lite inſtructa damnatur, in Palatina area nudus & tæda fer culpam deprecari, hinc abduci per Dionyſianam viam qua illi domus & emporium fuerat, ad ſcalas publicas vt circulari traductione, inſpectāte populo ter circumageretur, humero dependebat programma maiuſculis notis, *æris alieni perfidus eiurator*. Hoc ipſo tempore creſcente nequitia eorum, qui publice fallunt, qui contracto ingenti ære alieno, ſe vulgo & emporiis furtim ſubducunt, liberiſq; ad faſtigia honorum perductis, cum ingenti marſupio longinq; abeant peregrinatum, duoq; ordine & dignitate celebriores, tunc publicam fidem inſigniter fruſtrati ſunt, Edicto locum dedere tam noti ſūt, vt nimis ſint noti & notati. Vt vero in poſterum gliſcenti malo via radicitus præcluderetur, Rex in hæc verba edixit. *Statuimus, decernimus, volumus & pro velle eſt, vt ex Aurelianenſi ſ. ull one, à Francisco*

In fraudatores creditorū quos vulgus vocat. Banquerouttiers.

Capitale iudicium magiſtrorum libellor. ſupplicium in Pingræum.

1609.

Edictum in fraudatores Creditorum: Vnde vox illa banqueroute.

ciſco II. anteceſſore, in peieratores fidei publicæ ærariique priuati creditorumque fraudatores, quos vulgo à rupta capſa ſeu arca rei nummariæ, banca ruptores nuncupamus, capitaliter animaduertatur, in inſtitores, proxenetas, contubernales, adminiſtros, receptatores, reique furtiuæ conſcios, cuiuſcumque ſortis ſtatuſque fuerint: quod ſi fraude fuga facta probetur, non aliter quam fraudatores publicos vltimo ſupplicio affici decernimus, & quia hoc genus hominum, non egeſtate & fortunæ inſultibus, ad hoc aſylum confugit, quinimo ad locupletandos liberos, mercatorum creditorumque exuuiis fraudem faciunt, vtque ſcelus abditum ſit, proficiantque latibulis rerum ſuarum, in liberos heredeſque, agnatos gentiles, contubernaleſque bona omnia eiurant & abdicant, iure fiduciario, vice depoſiti & redhibitionis. Nos huiuſcemodi donationes, tranſlationes, venditiones, ceſſioneſque, mobilium æque ac immobilium, vt quæ fraudandorum, creditorum cauſa facta & interpoſita ſint, nullas irritaſque pronunciamus, neue illis calculum adiiciant, iudicibus diſtricte iniungimus, quinimo ſi de fraude conſtiterit, donatarios, emptores furum receptatores, rerumque furtiuarum occultatores puniri volumus, ſimiliter & qui falſo creditores ementitis fictiſque nominibus ſe profeſſi fuerint (vt crebro hæc fallacia confingitur) qua veros creditores ad paciſcendum, deque minuendo ære ſuo impellant, inhibemus, etiam ne quis hoſpitio, menſa, tranſfugas illos ſuſcipiat, ſupellectilem, nomina, inſtrumenta, Ephemerides occultet, aut vlla ope eos adiuuet, quin potius è latibulis erutos conſpectui iudicum ſiſtat, neue creditores pactæ induciaſque nundinentur, sed tribunalibus puniendos relinquant.

Clades vitium.

19 Aprilis qui Dominicus & Paſchalis dies, cum precoci Martio vites intempeſtiue gemmas & palmites truſiſſent, gelu matutino diriguere, orto Solo qui feruide incaluit exuſtæ ſunt, ita vt menſis ille qui aperit, cum magnam ſpem oſtentaſſet, lubricam fecit extinxitque, atque Autumnum ſua annona & prouentu defraudauit, ſaltē agro Lutetiano gracilem reliquit, tanto acerbius quod à triēnio tanta fuit vindemiarū gracilitas, vt ſumptus à popinis vinariis vulgus deterruerit, hinc accit Lutetiam Belgæ, Ceruiſiæ confectores conditoreſque, tanta aſſuetudine, vt icones indices venalis, vbique ſuſpendātur, ac ſymbolum vini vendibilis hedera rarior ſit, hinc minus rixarum intemperiarumq;, quas auidius ſūptum merum concitare ſolet.

Edictum de moneta immutāda abrogatum.

Gallia, feracibus luxuriantibuſque agris non diſſimilis eſt, qui cum ſegete, admixtas lappas & tribulos congenerant, ſic illa genus vulturinū, omnib. publicanis furacius, qui ſacra, profana, res hominū Deorumq; in cōmercio habent, nihilq; ſciunt, quā à miſera plebe ſuccū exugere, verſutiam omnē illi ſuam, cogitationes & conſilia illuc dirigunt, vt quod reliqui eſt corradant, feralib. inuentis regni ſtatum omnē labefactāt, hirudinū inſtar, quæ non niſi cruore turgidæ, cutim dimittunt, Regi nouarum indictionū authores fuere, quas vbi minimi redemerunt, illarum obtentu viuos homines exſugunt, exhauriuntq; medulitus, ex polypis iſtis, hamatis manibus vnus & alter fuit, qui monetam expungēdam decurtandamq; ſuaſerit, qua vna nequitia omniū fortunas turbatas, & ex deteriori nummo, noſtratem, & exteram negotiationem penitus iacētē & collapſam iri certū erat, iamq; adeo principi publica iſta tabes obrepſerat, vt de innouādis numiſmatibus immotū maneret, & cōſtitutio ſub incude eſſet propediē eruptura, quæ vel auerſantib. Patrib. Cōſcrip. promulgaretur. Illi in quorū perpetua tutela

regnum

1609. regnum eſt, Regis in conſiſtorio planum faciunt, quanto periculo vetus numiſma innouetur, quantos clamores motuſque res vna conciiet, ſummum hinc imminere excidium, in Annalibus exempla legi, quæ in poſterum nos cautiores faciant, poſt bella ciuilia omniumque res attritas, ſupremum eſſe malum, monetæ deterius pondus & metallum, neruo illo colligatum eſſe mercimonium, quo reſoluto Gallia non aliter contabeſcet, quam artus ſolent, ſi ſubducatur cibus. Peruicit fortitudo Achillis, aut potius facundia Galli illius Neſtoris Harlæi, in cuius ſententiam vltro iuit conſiſtorium, Rexque æquanimiter accepta laudataque concione, rerum nouarum ſuaſores lõge à ſe fecit, hocq; vno facinore, in populum beneuolentiam Senatuſq; priſcam authoritatem ſanxit.

Achillei Harlæi ne edictũ feratur impetrat.

Singularium certaminum væſania, prioribus edictis coerceri haud potuit, impunitate quæ vna eſt illecebra peccandi, calcabantur, in dies & in horas, pene in Regis conſpectu furor ille tandiu bacchatus eſt, donec poſt effuſiſſimam illuuiem cognati ſanguinis, horrendaſque lanienas, ferocientibus indomitiſq; potentius frenum legum impoſitum eſt. Vrgebant matres, coniuges, viduæ, ſeueriſſimo edicto tot funera compeſci, priora edicta ludificata tandiu, quod minis potius quam pœnis eſſent pertimeſcenda, cum de ſanctione rigidiſſima rumor percrebreſceret, feſtinatione moriendi gladiatores edictum anticipabant, ipſa hebdomade quæ illud anteceſſit, quatuor extra vrbem ſe iugularunt, omnes enim ſi qua rixa interceſſiſſet, Lutetiæ ad oſtentationem belluinæ ſtrenuitatis, veluti in theatro totius orbis, Martis vadimonium dicebant.

Seueriſſimũ ſanctiſſimũque edictum de tollendis duellis.

In regia Fontis Bellæi, Rex vt tot funeribus modum poneret, ſeruaretq; ad bellorum vſus neceſſarios regnique columen nobiles, quibus nullum coronæ tutius munimentum, Conneſtabilem, Tribunos militum ſeu Mareſcallos, ſelectiſſimoſq; procerum armatæ & togatæ militiæ coegit, à quibus exquiſitis ſentẽtiis, poſt arduam diſceptationem, edictum tulit, cuius ſanctitas vt innoteſcat poſteris exteriſque, ſigillatim & ad verbum exponere operæ precium eſſe putaui.

Subditis omnibus cuiuſcumque ordinis, vt moderate & quieti viuant præcipimus, neue conuitiis ad odium viciſſim ſe concitant, qui ſecus fecerit noſtra indignationi pœniſque publicis obnoxius eſto.

Vt ætate, dignitate, aliiſue titulis inſignitos, minores reuerenter habeant colantque, qui minus obſeruans fuerit, iniuriam pro merito offenſi penſabit.

Similiter, qui cæteris dignitate antiſtant, minores deſpectu offendere abſtineant, ſi proteruius eos habuerint, ſarciendæ exiſtimationi obnoxii ſint.

Quæcumque diſsidia, iurgia, rixæ, controuerſiæ inter ſubditos exorientur, quæque ſunt fori, iudicum ſuffragiis, ex iuris toto regno conſtituti ordine dirimentur.

Et quoniam, procacia & intemperiis potentiorum, interdum plures adeo truculenter ſe læſos arbitrantur, vt ſarciendæ iniuriæ nulla ſatis æqua via & ratio illis videatur ita vt ſolo ferro ſe vindicandos putent, quod cum noſtris ſanctionibus diſtricte vetitum ſit, per ſe, vel per conductos amicos gladiatores, calcatis regni legibus, marte vindictam repoſcunt, vnde cædium fœda & crebra laniena, quam vt ſeueriſſime in poſterum compeſcamus æquum & conducibile putauimus, vt qui læſam ab altero famam crediderit, apud Conneſtabilem, Tribunoſque ſeu

Mare-

Digitized by Google

 1609.

Mareſcallos Franciæ quiritetur, ab illis campum & arenam depoſcat, quam prout videbitur concedemus.

Qui remotiores ab aula ſunt, apud proreges præfectoſque noſtros, querelam acceptæ iniuriæ referent, & ab illis ferro decernendi veniam depoſcent, qui quidem mitius, incruente & via iuris huiuſcemodi diſſidia component, quod ſi amicabiliter ſedandis impares ſint, reſque non niſi arbitro Marte componi poſſit, quid facto opus ſit à nobis exquiratur.

Qui alium læſerit, vocatus apud nos Conneſtabilem Franciæq; Mareſcallos, præfectos, ſubpræfectos noſtros ſui copiam faciat, quod ſi vadimonio deſerterit, iterum vocabitur adiuncta querela & libello prouocationis; quod ſi non ſe exhibeat; tribus præconiis publice citatus, exauthorabitur prouocator ille titulis nobilitatis & militiæ, vtque edictorum pœnis ſubiaceat, ad proximum Senatum remittetur.

Si alteri partium de iudicibus orta ſit ſuſpicio vbi nos conſuluerit prouidebitur, quod ſi minus idoneis de cauſis iudices improbauerit, ad eos remittetur, mulcta vt videbitur coercendus.

Qui ſtadium ad decertandum ex leui cauſa petierit, nota aſperſus repulſam patietur.

Qui alium inſignit. offenderit, cum exiſtimationis damno, in ſexennium militia, præfecturis, per functionibus, ſtipendiis, aliiſque titulis exuetur, nec reſtituetur dignitati & honoribus, niſi à nobis impetrata venia, & iniuriam ex decreto iudicum penſauerit, nouiſque impetratis reſcriptis, dumque priuatus aget, non propius quam decem milliaribus ad Aulam comitatumque noſtrum accedet.

At qui nullo munere publico præfectura, militia ſtipendiiſue defungitur triente annui reditus per ſexennium priuabitur, qui omni pignore hypotheca aliaſue indictionibus immunis, in eas quæ paulo poſt indicabuntur impenſas, expendendus per ſoluetur, & cuius tertia pars bonorum ducentis libris erit inferior, vel qui bonis prorſus carebit biennio carcere caſtigabitur.

Quicumque pro alio fideiubens, prouocauerit ad certamen, vel programmate aut verbo alium laceſſet, tota vita ſtemmatibus nobilitatis armorumque titulis abdicatus, perpetuo carcere, aut ignominioſa morte, vt nobis vel delegatis iudicibus æquius viſum fuerit, mulctabitur, amiſſa in perpetuum bonorum parte dimidia.

Qui ſe læſum ratus alium non petita venia prouocauerit armorum gloria perenniter exuetur, nec de accepta iniuria illi vnquam ſatisfiet, quod ſi prouocatus nos, Conneſtabilem Mareſcallos Franciæ, noſtroſque prouinciales præfectos de inconceſſo certamine certiores fecerit, prouocantis exuuias munus publicum, præfecturam, militiam, ſtipendium aliudue donatiuum, ſi modo non impari ſit ſtatu accipiet: ſi vero prouocatus in arenam deſcenderit, nobis inſciis iiſdem pœnis erit obnoxius & vtriuſque munia præfecturæ, annonæ & ſtipendia nobis caduca fiant, aliis vt erit lubitum addicanda.

Qui nitens in vetitum, manus conſeret aliumque occiderit, reus mortis erit, & quandiu fuga aberit, militiæ & ſtipendiis abdicabitur, & in decennium media pars bonorum poſtea deſignatis ſumptibus addicetur, nulla tamen indicta mulcta heredibus peremptis, hoc vno intuitu quod edicto obſequens non fuerit, quod ſi vterque gladiator campo ceciderit, inſepultus iaceat, triente bonorum caduco, & in eos vſus qui inferius exprimentur expendendo. Illis autem omnium bonorum egenis, liberi ignobiles & vectigales per decennium manebunt quod ſi non claris natalibus, obnoxiique erant tributis, in poſterum nobilitatis acquirendæ, vel magiſtratus dignitatiſue adipiſcendæ ſpes omnis & facultas illis adimetur.

Qui pugnantibus con. militones fuerint, ferrumq; diſtinxerint; vita & bonis mulctabuntur. quod

Digitized by Google

1609. *tur, quod ſi inſpectores fuerint, vt qui conſenſu & oculis commune crimen fecerint amiſsione cinguli militaris, præfecturarũ ſtipendiorumque ferientur. quod ſi fortuito & in cogitanter loco ſucceſſerint, ſi quidem otioſi dira voluptate oculos pauerint, non adhibita opera vt campiones à pugna dirimerentur, ſexennio exuti titulis dignitatum, vitam priuatam agent, nec prius ordini ſuo reſtituentur, quam à nobis veniam & recens diploma munerum impetrauerint.*

Nullo præmiſſo programmate, pugnantibus ſingulari certamine, mors vel carcer perpetuus & dimidia partis bonorum amiſsio præſens pœna fiet, & quandiu abfuerint, nobilitatis inſignibus & vſufructu rerum ſuarum exuentur.

Si loco verendo & celebri facta ſit iniuria præter eas quas diximus pœnas, à quibus neminem fore immunem obteſtamur, conſcius grauioribus ex præſcripto priſcarum conſtitutionum regni ſubiacebit.

At leges quantumuis bonæ & ſanctitate commendabiles, nihilominus ſi exoleſcant, & minus caſte ſeruentur, magis oneri quam honori ſunt conditori & populis, ideo nouæ huiuſce ſanctionis, Conneſtabilem & Mareſcallos Franciæ vindices & aſſertores decernimus. quorum intereſt de militaribus hiſce diſsidiis, & honoris quod vocant præiudicio, ſtatuere, hiſq; diſtricte iniungimus, vt ſeueriter hanc legem inconcuſſam, nulla adhibita moderatione cuſtodiant, nec obſignatis reſignatiſq; noſtris literis, quas magnatũ irrequieta flagitatio elicuerit prorſus audientes ſint vel morem gerant.

Eadem coronæ officialibus, potiſsimum pro ſuis aſſeclis hominibuſque ſibi priuatim addictis, ſimiliter & præfectis prouinciarum, quo ad incolas, qui pro componendis huiuſcemodi diſsidiis eos adibunt iniungimus, poteſtate nobis libera exaſperandi pœnas, quas temporis & rerum vſus, ad coercendam illam feritatem monomachiarum erigent, vt hoc antidoto corporum & animarum, ſubditi noſtri in poſterum de vita & fortunis ſecuri ſint, aduerſus aulicæ opinionis inane præiudicium, læſiq; honoris nebulas, quibus hominum mentes eo vſq; infuſcatæ ſunt ſtatuentes hoc edicto, in re leui viam Martis inſanam, inhonoram, & exitialem, eam vero quam nunc decernimus glorioſam & ſalutarem.

Regis votum pro Edicti inuiolabili obſeruatione. *At poſteri audite votum, vt noſtram hanc ſanctionem ſuperi beare, & ad ſuam gloriam ſubditorumque ſalutem prouehere dignentur, vouemus, dedicamus, conſecramuſq; caduca omnia bona, cenſus, reditus, mulctas indictioneſq; capitales iudicum, aduerſus huius noſtræ ſanctionis temeratores, in egentium alimoniam, ſtructuram & ampliſsimam dotationem Xenodochii regalis, quod molimur & ad proximarum Eccleſiarum ſarciendas ruinas. Interea quæſtori Xenodochii Lutetiani, illo vrgente & exigente res caducarias ſtatuimus tradi donec aliter à nobis decretum ſit.*

16. Iunii, in Senatu ex aſſenſu regii cognitoris, probatum edictum, quod vt inuiolatum maneat, Deum obteſtor, illud autem prioribus fore religioſius, viuacius & ſtrictiori obſeruantiæ ſpem capimus, quod illo vno rex nuncupatim aduerſus indictas pœnas nullam indulturum veniam ſacraméto ſe addixit. Vt Roma Pub. Valerium Publicolam, Athenæ Thraſibulum, ſic Lutetiani vrbanum ſuum prætorem Franciſ. Myroné humanitus ſublatum luxerunt: quandiu ille Ædilitate ſeu præfectura mercatorum perfunctus eſt, vrbem ædificiis exornauit, *Obitus & elogium Franciſci Mironis.* fontibus irrigauit, anguſtas vias latiores fecit, bello ciuili deſſuetas obſtructaſq; portas recluſit, nouas addidit, ripas fluminis ſaxo muniit, in veſtibulo Regiæ Decurionum, principi equeſtrem ſtatuam poſuit, ſuam vero in animis ciuium æter-

num.

Digitized by Google

1609.

num defixit, egregiiſque operibus inſignem & cognominem ſtatuarium æquauit. Sed quid ego tenui charta viri ampli laudes complector? quas parietes ipſi, litteraris marmoribus publiciſq; monumentis altius loquuntur.

Obitus & elogium fratris Ioannis Anachoretæ qui in monte Valeriano duodequadraginta annos ſolitarius vixit.

Vt poſteri ſciant, vel noſtro æuo nequiore, Paulos, Anthonios Hilariones, & Macharios, non defuiſſe, audiant priſcæ illi ſanctitati mores ſimilimos: agri Lutetiani in monte editiſſimo Eremus eſt, aſperitudine iugi, ſcabricie loci expauescendæ ſolitudinis, ibi ſe ergaſtulo iam adoleſcentior, Ioannes indigena ſe incluſit, duodequadraginta annos limen non egreſſus, niſi quod furente bello ciuili, cum nec à prędonibus ipſa paupertas tuta eſſet, ad Carthuſianos tantiſpeř ſeceſſit, coactus ſilentium & ſolitudinē abrumpere; quod peculiare fuit Anachoretis, omnino illiteratus ille, nā vel ex profeſſo huic generi monachorū affecta inſcitia, vt ſpeculationi altius ſe defigant, ille tamen qui ortu & cultu ſubagreſtis fuerat, in Eremo cū collocutoribus ſæpius de fidei apicibus, tā acute diſſerebat, vt Sorbonicus nec acutius, nec rectius ad fidē, ita vt qui ignarus erat edoctū cœlitus nulli ſit dubium, cum non eſſet initiatus neq; myſticus, ſic priſca modeſtię ęmulabatur quos dicimus Paulos Anthonios, Macharios, & hoc genus vere monachorum: ex Sureneo pago proximus ſacerdos, quotidiano ſacrificio & pane illo vitali reficiebat, Lutetiani aliquot ciues, qui in amœniſſima valle ad Sequanam, Tuſculanos poſſident, viro qui beabat omnē viciniam, & ſuis precibus vbertatē conciliabat, cibaria abſtemio dietim ſubminiſtrabant. Ille tandē & ex ſpontaneo Eremi & ex corporis carcere, ad ſempiternam libertatem & beatitatem euolauit.

Rumuſculus in Gallia ad bellum Cliuerſe.

Ineunte Sextili, in conſiſtorio Regis Chriſtia. cœpit deliberari de bello gerendo in Ducata Cliuenſi, ad certum diem equeſtres cohortes ſtatis locis adeſſe iubentur, expediuntur machinæ, foris conſcribuntur milites, & ad bellum fit apparatus, remiſſe tamen, vt ex initiis non fore arduum progreſſum concipitur cœpitq; ex hinc per fœciales de pace agi non dubio euentu cuius maxima ſpes affulget: Dux Niuernenſis, cuius mater vel indice auito nomine, ex gente Cliuenſiū Herois erat, itidem Henricus Marchius, qui ad comitatum Marchianum non deſpicabile ius prætendit, ad comitia habita Delſpordii oratores mittunt, exauditi illi iuſſique tabulis explicatis poſtulatorum fidem facere, Brandeburgicus & Neoburgicus, totum campum ſibi vindicabant, iſti glebam, nulli ego eorum patronus, dum priuatas ago, ſuis cōtrouerſiis abſtineo. Richardotius Belgici cōſilii Antiſtes, dum à legatione Gallica paucorum dierum, ſeu verius à colloquio Regis Chriſtiani. domum reuertitur, ipſo itinere morbo correptus, coactuſque ſubſidere, placide ex hoc ſalo in hunc portum, quo parui properamus & ampli emigrauit pium ſenem, tot glorioſis vitæ laboribus perfunctum emeritumq; nihil doluit, niſi quod Archiducem affari, & ſupremum alloqui non potuerit. Illius, Neſtor fuit, Veruineam pacem, Hollandicas inducias, & ſi quid in Belgio ſerium & fœlix tractatum geſtumq;, Richardotio acceptum referri æquiſſimum eſt.

Obitus & elogium Richardotij.

Byſantinus Turca, iam æuo prouectus, à Melitenſibus equitibus interceptus, cum Syriacam linguam egregie calleret, & illius notas luculenter calamo exararet, (habeo enim penes me ab illo nitide pictas) Dominicanus Melitenſis, ſacræ & Ariſtotelicæ Sophiæ inſigniter gnatus, linguarum orientalium percu-

Turca Lutetia tinctus fidem Chriſtianam profitetur.

Digitized by Google

1609. pidus, donatum libertate Lutetiam abduxit, ac rudimentis fidei Catholicæ imbutũ, ipſo die quo natalitia Virginis anniuerſario ritu colũtur, ſacro lauacro tingendum, in parœcia Diui Benedicti Pariſienſis exhibet. Ille ad prætoriam portam rogatus, de poſtulatis, interprete Dominicano, Chriſtianum velle fieri reſpondet ac eiurata Alcorana ſuperſtitione, luſtricis ſponſoribus Alphonſo Dornano, ſummo Galliæ Mareſchallo, & Regis in Aquitania vicario, ac Maria de Seneton, primæ nobilitatis fœmina, tingitur, tam effuſis turbis, vt non paucis, ſpectaculum damno fuerit, qui eiecti, colliſi, volutati, ægre ſe ſubduxerunt.

Dux Niuernenſis, ad Moſam vrbem nouam ſupremæ ſuæ ... condi ſit. Charleuille.

Carolus Gonſag. Dux Niuernenſis, in ſupremæ dynaſtiæ exiguis finibus ad Moſam, poſitis mœnibus, ad ſtatutas ædes per agrimenſores diſtributis areis, cõpitis triuiiſque deſignatis, vrbem nouam molitur, æmulatus Sedani, Iametii, ſimileſque regulos, qui quo propius Germaniæ accedunt, ex Aquila olim vnguibus orbem premente, ſubductis plumis, hoc eſt, à fonte diductis riuulis, quædam ſimulachra dominationis effingunt, nouos incolas inempta arearum partitione, lenocinii ſque immunitatum, ad ponendas ſedes inuitauit, ac nouæ Carthagini impoſito prænomine, Carolopolim nuncupari voluit, hinc percuſſit nummũ æreum, hac epigraphe circulari, *Carolus Gonzaga Dux Niuer. & Rethel. ſupr. Princeps Archenſis.*

Laudatio Ioachimi de La Chetardie qui Petro Ronſardo tumulum poſuit.

Ioachinus de la Chetardie Senator Pariſienſis, de claſſe myſticorum Sextili menſe moritur, cur, virum probis ſane moribus, nec purpura indignum, ſed non ita propagata fama magnis heroibus interſeram, facit pium eius & immortalitate omnibuſque linguis dignum facinus, ille Diui Coſmi in ſuburbano agro Turonum ad Ligerim, monaſtico prioratu titulo cõmendæ affectus, lacerum ſqualentemque ruinis & ruderibus, bellorum ciuilium tempeſtate & anteceſſorum incuria reſtaurauit, longæuamque deformitatem loci olim ſanctiſſimi & amœniſſimi, (vt qui ſitus ſit in Eliſiis campis Galliæ) non modo abſtulit, ſed cum magni Ronſardi cineres populari loculo, muto & illiterato iacere videret, melior æquiorque illis qui eius opimis exuuiis ditati ſunt, tandiu manes eſſe neglectos non tulit, ac Ronſardum illum, (cuius gloriam exili charta conſtringere minus facile eſt quam pugillo Mundum cõtinere) Chetardius marmoris alta ſtrue, ſtatua ad viuentis ſimilitudinem veriſſime expreſſa, à Phidia Lutetiano donauit, breui nota & elogio: nam ſatis fuit viatorem monuiſſe, ibi iacere Ronſardum, nec enim hac mortalium cura & impenſa indigebat, qui viuus æternitatem ſuam vidit, cuius poſthuma gloria non poteſt ſuperare eam, quam ſuperſtes iamque gloria immortalis percepit, tamen pius & liberalis Senator, de nobis omnibus qui litterarum ſacra veneramur, hoc vno officio egregie eſt promeritus, & vt de Romano olim dictum, qui cum alterius collapſam ſtatuam erexiſſet, propriam ſtabiliuit, ſic Chitardius, dum Ronſardi in muto marmore poſuit, propriam in vocalibus ſcriptorum monumentis collocauit, at ille his notis locum ſignauit:

Epitaphium.

1609.

Epitaphium Petri Ronſardi Poetar. Principis, & huius Cænobii quondam Prioris,

D. M.

CAVE VIATOR, SACRA HÆC HVMVS EST, ABI NEFASTE, QVAM CALCAS HVMVM SACRA EST, RONSARDVS ENIM IACET HIC, QVO ORIENTE ORIRI MVSÆ, ET OCCIDENTE COMMORI, AC SECVM INHVMARI VOLVERVNT, HOC NON INVIDEANT, QVI SVNT SVPERSTITES, NEC PAREM SORTEM SPERENT NEPOTES.

In cuius piam memoriam Ioachi. de la Chetardie, in ſupr. Pariſ. Curia Sena. & illius viginti poſt annos in eodem ſacro Cænobio ſucceſſor, poſuit.

Nicolaus Rapinus delicium Phœbi, terris ſubductus eſt. Latiæ poëſis æuo noſtro Antiſtes augustus, elegans, ad mundiciem & ſales procliuior, quam ad ampullas, alii tangent, vellicant, mouent quidem, ſed ille vnus rapit, ita vt vi carminis potentiam nominis adæquet, quæ ſcripſit ſparſa & hiulca circumferuntur, tanquam ſcopæ diſſolutæ, ſed audio Iacob. Gilotium primæ claſſis Senatorem, amico ſepulto à poſthumis operibus cumulum gloriæ moliri, vt qui tot violas floſculoſque in faſciculum & ſertum legi & colligari curet, ego illi longe alio carmine, quam quod fundere ſolebat oſſa ſua oneraui: *Obitus & elogium Nicol. Rapini.*

Hoc te non decuit fuerat quod nomen auitum,
Vita inſons, mores ingenuique negant:
Orphea debuerant, qui te dixere Rapinum,
Threïcia hic traxit ſaxa feraſque cheli,
Auritaſque ornos teſtu dine duxit eburna,
Sed rapis Auſoniis corda animoſque modis.
Quis ſuccinctum hominem credat, ceciniſſe Togati.
Sagatique omnes, quod ſtupuere viri?
Palladis armigeræ & paccatæ ad munus vtrumque
Gnauus, & hac Martem molliit arte ferum.

Quid non effingit mens hominum, cura & ſtudium aucupii: quis crederet accipitres non modo ad prædam minorum volucrum cicuratos, ſed quod nulla ætas vidit, ad piſcatum ita efformatos, vt ſtagnis fluuiiſq; illi ſuperuolitantes, & ſummo cœlo dilapſi vncinis pedibus, ex imo gurgite piſces eruant, & in ſiccum exportent, mox herili pugno inſideant, & ab domino viſcerationem demereantur. Magnus Britaniarum Rex Iacobus, hoc genus manſuefactorum accipitrum, ad Christianiſſ. miſit, quibus interdum Rex in illimi & limpidiſſimo lacu, qui ſua Bellæi fontis viridaria irrigat, ſine retibus ingentes piſces, ad menſæ ſuæ cupedias & obſonia capit, credo huiuſcemodi aues eſſe de genere illarum, quas audiui, à Iacob. Bethonio Archiepiſc. Glacuacenſi eſſe in Caledonia, quæ pedem hamatum vnum habent, alterum latum & anſerinum & anatinum, illo Salmones expiſcantur, altero innatant præſtolantes prædam, quam vbi fluctibus exemerunt, in arduas rupes, quæ littus Oceani præcingunt, euolant, ac depaſto roſtro *Accipitres piſcatores.*

Salmonũ (illius enim abdomine maxime capiuntur) quod reliqui eſt faſtidiunt, mox pueri accurrunt & partem prædæ auferunt.

Diximus anno *1606.* ex anguſtiis valetudinarii, ad Diui Marcelli ſuburbia, non mediocriter luis tabificæ auctas vires & virus, hinc à Decurionib. Curatoribuſq; publicæ ſanitatis, decretum fuiſſe, vt auerſa parte vrbis longe amplius valetudinarium poneretur, conſilium res æquauit, nam in Diui Martini ſuburbiis ædificatum, tam arduo & luculento opere, pomerii latitudine, ſtructura marmorea, muro coctili, ceruleo tecto, concamerationibus, areis ſpatiiſque vt Luparam adæquet, & Regum plurimorum Regias longe ſuperet, quod triennio pene opus abſolutum, præfixumque veſtibulo Baſilicæ hoc marmoratum elogium.

HENRICVS. IIII. FRANC. ET NAVAR. REX CHRISTIANISSIMVS. BONO. REIP. NATVS. PACE. DOMI. FORISQVE. PARTA. AD ORNANDAM. VRBEM. CONVERSVS. INTER. CÆTERA. ANIMO. INVICTO. DIGNA. OPERA. PROPTER. QVÆ. VRBIS RESTITVTOR. NON. MINVS. QVAM. PATER. PATRIÆ. ET REGNI FVNDATOR. DICI. MERVIT. HOC. QVOQVE. PTOCHOTROPHIVM. VETVSTATE. COLLAPSVM. PRO. SVA. ERGA. DEVM. OPT. MAX. PIETATE. ERGA. AFFLICTOS. LIBERALITATE. ERGA. OMNES CLEMENTIA. RESTITVENDVM. CVRAVIT.

Regina fæminam enixa.

25. Nouembris diluculo Auguſta Medicæa, propitia Iunone & Lucina, fœminam enixa eſt, Gallia regiis marib. ſatis fulta, à fœminis non parum roboris expectat, quarum coniugiis exteros principes fœderatos ſibi faciat, illa vt plurimum Ethruriæ obſtricta eſt, quæ tot liberorum parentem imo Diuorum Berecynthiã ad ſe tranſmiſit, cuius ſi vnquã opportuni partus fuere, certe hac ipſa ſunt tempeſtate, qua veteres hoſtes Galliæ, priſcas artes renouant, quibus de more ſuo primores obſequio & fidei, qua in principem & patriam obnoxii ſunt, ſubducunt, profugos ſuſcipiunt, cogitantes cupienteſque reuerti, ſub certiſſima ſponſione ſecuritatis, longe ablegant inani molitione ad perniciem Galliæ, quandoquidẽ olim transfugæ ad Auſtrios, vt illis ſic iſtis exitio fuit: Sic auorum memoria Burgundus à Carolo VII. filium abalienatum ſuſcepit, paterno imperio iuſſum reuerti, per ſeptennium aluit retinuitq;, cumq; Carolus Burgundo exprobraſſet, fouere in ſinu vulpem, quæ poſtea ſuas gallinas deglutiret, vaticinium expertus eſt, nec deſiit Ludouicus vi & dolo, receptatorem nutriciumque ſuum inſectari, donec tandem ſuo infelici exitu, in Nancæia obſidione, Gallum, Lotharenum, Heluetios, ac pene finitimos omnes paccatos reliquit, nec vox vlla vnquam verior, & ad Chriſtianam pietatem accõmodatior, quod alteri nequiter feceris, id ipſum tibi aliquando factum iri puta, hæc ego ſub inuolucris vera tamen & nimis vera aliis explicanda relinquo, apertius fuſiuſque ſcripturus, vbi res & tempus fiduciam dabunt.

Verſio Polybii ab Iſaco Caſaubono.

Ego obſcurus ſcriptor, ex alieno igne fumo meo lucem dare laboro, vt hedera vappam commendat, bona merx malæ adiuncta venalem facit, ſic ex aliorum operibus, mea minus deſpicabilia facio: Iſacus Caſaubonus, eruditorum ex tanta clade

Digitized by Google

clade pene vnus Reip. litterarię dictator hoc anno Polybiũ antea fœde laniatũ, pure & caſtigate cum vertiſſet, hiſtoriæ militaris principem ſcriptorem, Henrico IIII. militiæ principi, quique ſcribendis Annalibus vberrimam ſegetem dietim præbet dedicauit obtulitque, præmiſſa operi epiſtola, vere aurea & digna plane Regum auribus. ille nõ modo vultu comi, affatu blando offerentem proſequutus eſt: ſed aureo muneri aurum addidit, quantum neſcio, & ſi forte ſciam efferre nolim, regia tamen liberalitas nunquam illaudata, nec enim Muſæ benefactorum memoriam interire patiuntur, viget adhuc poſt tot ſæcula, fama illius Cæſaris, qui Græci poëtæ de venatione ſingulos verſus, nummo aureo donauit, his præmiis ſeſe erigunt iacentes litteræ, vt verum cecinerit ille: 1609.

Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones

Alius miſerabilem vicem, ieiunam inopemque vitam eruditorum, ſic defleuit.

Sola pruinoſis horret facundia pennis.

Annus, qui ab orbiculati forma annulus dicitur, qui inſtar anguis ore caudã prementis, cuius exitus eſt initium alterius, coronam referens me admonet, ne dum annum abſoluo, de luculento opere Caroli Paſcalii apud Rhætos Legati Regis Chriſtia. taceam. ille de Coronis libros decẽ edidit, Dii boni? quanta, quã abdita, penitiſſima, penetrabili, inexhauſta inſuperabili ſtupendaq; rerum omnium inueſtigatione, quis ex titulo putet de coronis ſermonem, in decem libros excreuiſſe; ſuperauit ille ingeniũ Glyceræ Coronariæ, quæ in conficiendis ſertis & coronis, ea arte fuit, vt cũ ea Pauſias pictor, de variandis colorib. certamen inſtituerit, nonne ergo de Paſchalii mirabili ſolertia, vere Naſonis illud effari poſſum? *Opus Caroli Paſchalii de Coronis.*

Materiam ſuperauit opus.

Nihil tamen in longo & ſerio opere ludicrum, abſonum, ieiunum, hiulcum, omnia ita appoſite compacta vt quæcũq; ex Latii & Græciæ vberrimo pœnu collegit, ad coronas ſcripta credideris, ſic res alienas ſuo ingenio inſeruire cogit, vis dicam? dum ille de coronis ſcribit, non ſibi lauream, quernam, æſculeam, gramineam, vel aliter frondeam & vireſcentem, ſed immarceſſibilem & æternam coronam texuit, ita vt veteris legis 12. tabula. elogiũ meritiſſime illi conueniat, *qui coronam parit ipſe, virtutis ergo arguitur*, longe ille Meneſtheum, Callimachum, & Theophraſtum, qui de coronis priuatim ſcripſere, ſuperauit, illi delibarunt ſuauia illa, iſte plena falce odoratam illam meſſem demeſſuit, ita vt non niſi aurea corona, & ſi Diis mortalibus placet, & dum ille inter mortales agit, auro Coronario puro & puto digniſſimus, vbi iam non viuus, ſed Diuus eſſe incipiet illa corona.

Syderibus qua cincta nouem, Minoia fulget,
Gnoſidis auulſam capiti, quam inuexit Iacchus
Et lucere polo dedit, & radiare Coronam.

INDEX.

Digitized by Google

INDEX

RERVM, VERBORVM, NEC NON PROPRIORVM NOMINVM, IN HOC OPERE

contentorum locupletiſſimus.

A

ABBATISVALLÆ ad regem reuerſio. 20.
Academia Lugdunenſis inſtauratio. 243.
Academia Lutetiana teſtimonium. 243.
Academia Pariſienſis laudes. 259.
Academia Pariſienſis ad Auguſtiſsimum Senatum pro reſtauratione gratiarum actio. 254.
Acerbitas pœnarum in Proditores. 77.
Achilles Harlæus 262.
Acies Pontificia Clementis VIII. 83.
Acmat nouus Turcarum imperator. 383.
Aduocati foroſe vltro abdicant. 328.
Æmulorum ſtudia. 80.
Alba regalis Vngariæ metropolis. 298.
Albertus cum Iſabella in Belgium reuertitur. 211.
Albertus ſimulata deditionis colloquio luditur. 292.
Alberti in pugna ſumma virtus bellica. 243.
Albegnius 342.
Alciati verba de ſingulari certamine. 331.
Aldobrandinus. 273.
Aldobrandinus in Inſubriam feſtinat. 271.
Aldobrandinus moritur. 300.
Albertus Cardin. Ardream ex improuiſo obſidet. 121.
Albertus Cardinalis aciem in campos educit. 120
circa Monſtrolium vergit. ibid.
Albertus Galeram & Purpuram exuit in æde diuæ virginis Hallenſis. 183.
Albertus Cardinalis ſuis ſuppetias molitur. 119.
Alberti Cardinalis aduentus in Belgium. 119.
Alberti cohortatio ad Ferdinandum. 148.
Alberti miles à ſtatione tempeſtatibus depellitur. 349.
Alberti Programma. 338.
Alberto nunciatur obitus regis Hiſpaniæ. 194. in Auſtriam proficiſcitur. ibid.
Allobrox ſuam eſſe contendit Geneuam. 341.
Allobrogum Dux domum redit. 217.
Alphonſus Iddiacus. 68.
Alphonſi Eſtenſis mors. 158.
Amazones. 279.
Ambaſia vxor Balignii moritur. 46.
Ambroſianus monachus, 324.
Amedæus VI. comes Sabaudiæ, ordinem annunciationis inſtituit. 54.
Amedæus VIII. primus Ducatum in Sabaudia erexit. 345. Pontifex factus & dictus Felix 345.
Americares. 173.
Amiralis Tarraconenſis ſæuitia. 196.
Ampulla Cœnobii nomen. 16.

Amurr-

Amurathes prædo Siculorum. 151.
Anachoreta fratris ſolitarii obitus & elogium. 563.
Anchora vulgo Anchre. 153.
Andreas Cardinalis. 210.
Andreas du Val & Philippus Cramaihe Profeſſores regii. 175.
Angli oppidum Calis expugnant expilantq. 132.
Angli oratores & Bataui Lutetiam adueniunt. 126.
Anglorum vetus in Gallos exprobratio. 121.
Anglia auitam religionem excludit. 361.
Anglia olim Albion. 364.
Angliæ extrema illuuies. 465.
Angliæ Regis feſtiuum iudicium. 332.
Anglicana Caluariam Comitis de Eſſex Bironio oſtendit. 295.
Anglicana nauigatio per arctoum mare. 95.
Anglicani cum Batauis pacem cum Hiſpanis dehortantur. 177
Antonii Luſitaniæ regis obitus. 585.
Antiſtes Pariſinus conatu fruſtatur. 215.
Antonius Arnaldus quis fuerit. 95.
Antonianæ arcis deditio. 18.
Antuacutum veteribus Antuers. 9.
Apparatus Deſdiguerii ad expugnationem propugnaculi de Barauit. 172.
Apparatus ad bellum Sabaudicum. 237.
Aquauiua Generalis Ieſuitarum. 29.
Aquenſis & ſuorum ad Hiſpanas Triremes fuga 107.
Aquenſis vrbs ab Eſpernonio obſidetur. 103.
Ardea deditur. 121.
Arceſſio Tartarorum in Turcica caſtra. 36.
Archiepiſcopus Colonienſis & Capitum Rimpergam vice depoſiti ſibi credi poſtulant. 160.
Arcium Sabaudiæ expugnatio. 241.
Ardenbus deprecatio. 79
Arioli. 206.
Armatorum Eccleſiaſticorum ludicra proceſſio. 27.
Armorum vſus interdicitur. 190.
Arreſtum Senatus Lutetiæ. 2.
Artes impoſtoris. 497.
Aſperitas hyemis. 490.
Aſtolphus Vignacurius. 285.
Auderberti Aurelii Germani Encomium. 203.
Audobertorum Germani patris & Nicolai filii Titulus. 205.
Augurium Faua quod in malam partem accepit. 495.
Auguſta Hiſpania & Albertus tota Italia magnifice excipiuntur. 195.
Auguſta ſubit Ferrariam. 195.
Auguſta Hiſpaniam ingreditur. 211.
Autorum dolus. 14.
Aumalius. 210.
Aurelia funditus exciſa. 288.
Aurelianenſis vrbis deditio. 5.
Aurelia olim Geneua dicta. 345.
Aurum in Gallia. 330.
Authores carnificina in Belgio. 23.

B

BALAGNIVS. 45.
Banqueroute vox vnde dicta. 559.
Banqueroutiers Creditorum fraudatores dicti. 558.
Baro Salignacus cur ad orthodoxa tranſeat. 156.
Baronii & Bellarmini Elogia. 203.
Barbarorum in obſidione Grani conatus. 81.
Barnabæ Briſſonii elogium. 24.
Barnabæ Briſſonii opera in iure. 24.
Baſiliæ dolentis dictum memorabile. 85.
Baſſiæ à Comorra diſceſſio. 41.
Baſſias Iauarini cum filio occiditur. 82.
Batauu Ædem ſacram incendunt. 223.
Batauorum Nauigatio ad Septentrionem. 131.
Batauorum nauigatio in Inſulam Iaua. 351.
Bellum Ferrarienſe. 191.
Belli denunciatio à Gallis aduerſus Hiſpanos. 57.
Belli Ferrarienſis initium. 159.
Beinenſis Caſtri deditio. 62.

Badenſis vrbis tumultus. 61.
Beneficia Conſiſtorialia. 100. Innocentii III. de ſpiritualibus Oeconomis iudicium 101. qui Iuris pontificii Lucerna dictus. ibid.
Berns vrbis obſidio. 197.
Beza Galliæ regem adit. 267.
Bironius & Comes Auernæ capiuntur. 315. audaciter reſpondet regi. 314.
Bironius Pompe. Belleureus Cancell Brulartius Sillerius Bruxellæ pacem iureiurando ſanciunt. 181.
Bironii Regis inſomnis diligentia. 66.
Bironii Expilatio. 128.
Bironii de rege adeundo cautiones. 313 eius aduentus inſperatus. 313. Gentiles eius apud regem deprecantur. 316. Regis ad agnatos reſponſio 317. Oratio eius ad Patres conſcriptos 318.
Blaſii Viginerii obitus. 102.
F. Bona Calatogironus generalis Franciſcanorum pacis internuncius. 170.
Borbonii Cardinalis libellus ſupplex ad Senatum Pariſienſem. 30.
Borbonii Cardinalis obitus. 30.
Bosleducſ. uſtra à Mauritio obſidetur. 297.
Botkatiæ obitus & Pœnitentia. 464.
Bouuenai Epiſtola ad regem Galliæ. 266.
Breante Belgæ proditoriæ caditur. 229.
Briqueraſenſis obſidio à duce Sabaudiæ. 49.
Briſſacus. 171.
Buda intercepta & derelicta. 333. caput regni Vngarici. 333.
Budæ emigrant Chriſtiani. 140.
Buda obſidio differtur. 90.
Burdei precatio morituri. 534. eius Apoſtrophe ad virginem. ibid.
Burdigalenſis Palatii conflagratio. 135.
Burgum Sabaudiæ oppidum capitur. 238.
Burgundicus Dux prælio fun[?]itur. 67.
Briſſacus ſicarius. 23.

C

CÆSAREÆ expoſtulationis in Ardechium & Perlinum cauſa. 77.
Caietani apud collegas de vnitate Romanæ eccleſiæ diſſertatio. 63.
Calletenſis arcis expugnatio. 121.
Campagnole. 121.
Camboriacum. 276.
Cancellarius magni conſilii primarius præfec. 18.
Cancellarii Polonici animus ferox & vindictæ appetens. 85.
Caniſa à Chriſtianis amiſſa. 270.
Caniſæ incendium furtiuum. 352.
Caniſæ obſidio altera ſed infelix. 299.
Cameracum Hiſpanus ex inſperato inuadit. 71.
Capellæ obſidio. 20.
Capuſſinus fit Cardinalis. 398.
Capuſſini cohortatio. 84.
Carbonaria obſidetur. 276.
Carbonariæ Arcis Sabaudiæ deditio. 241.
Cardinalis Florentini in Galliam aduentus. 127.
Cardinalis Florentini reuerſio ad ſummũ Pontificem. 182.
Cardinalis Aldobrandini aduentus in regia caſtra. 265.
Cardinalis Lotaringiæ ſtupendus morbus. 394.
Cardinalium creatio. 202.
Carnifi[?]ii dolus in Necande Bironio. 323.
Carnuteus Epiſcopus. 12.
Carolus Galliæ & Angliæ regno inſidiatur. 188.
Carolus V. prælia & bella contra proteſtantes inſculpi fecit. 188.
Carolus Mansfeldius Summus Cæſaris vicarius. 60.
Caroli Paſchalii opus de Coronis. 567.
Caſtellaius Iuuenis regem Galliæ percutit. 46. eius capitalis interrogatio & reſponſio. ibid.
Caſtellaei impia verba. 47.
Capitale eius iudicium. 47.
Caſtelaei ſupplicium. 48.
Caſtelletum. 69
Caſtilonæus Gallus occiditur. 292
Caſtræi Mareſcalli Oratio apud Aurelios. 6.

Caſtræ

Caſtri Georgiani obſidio 88. ſolo adæquatur. ib.
Caſus mirabilis. 197.
Caſus ſtupendus. 292.
Catholica religio liberis ex Alberto & Iſabella imperatur. 183.
Catholici Groningam Præſidium Hiſpanicum admittunt. 33
Catholicorum caſſatio. 43.
Catholicorum Anglobritannorum ad Iacobum libellus ſupplex. 367.
Cauaius ad orthodoxos tranſit. 236.
Cautio de cultu religionis orthodoxæ. 42.
Cautio vt Auſtrii cum alienis nuptias non contrahant. 183
Cauſationes Allobrogici cauſidici. 213.
Cephalonia. 189
Chriſtiani ſub vexillis Franciciis in ditionibus Turcicis ſecure nauigant. 372
Chriſtiani re infecta ab obſidione Caniſæ diſcedunt. 300.
Chriſtiani inſula Comora diſcedunt. 39.
Chriſtiani famelici Cliſſam dedunt poſt ſtragem ſi i auxiliantium. 139.
Chriſtiani in inſidias Turcarũ illapſi interficiuntur. 140.
Chriſtianorum dolus ſingularis. 185.
Chriſtianorum in Turcas eruptio. 38.
Chriſtianorum obſeſſorum ſummum diſcrimen 40.
Chriſtianorum erga Turcas res ſecundæ. 141.
Chriſtophorus de Morra. 187.
Citadella ciuitatum frena vulgo dicuntur. 42.
Claudii Riſii Falconis in Armorico Senatu ſupremi Præſidis obitus & elogium. 172.
Clemens 8. Ferrariam ingreditur. 192.
Clemens VIII. ante Pontificatum dictus Aldobrandinus. 31.
Clementis pacta cum Cæſare. 192
Cleri apud Regem Hiſpan. poſtulatio. 208
Cleri querela de militum rapinis in ſacra prædia & fundos. 115.
Cliſſa Illiriæ ſummum propugnaculum capitur. 138.
Codex Henricianus. 27.
Cædes adulterorum memoranda. 310.
Cœnæ ſtupendus apparatus. 268.
Cœnobium Capuſſinarũ monialium ædificatur 288.
Collocutio prima de Marchionatu. 212.
Colloquium irritum de pace inter Hiſpanum & Anglum. 201.
Colloquium Tacitum de deditione Caſtri Viennenſis. 65.
Colloquium ad Regem Galliæ pro Ieſuitis. 355.
Comes Eſſexa in Hyberniam mittitur. 285.
Comes de Brandis. 276.
Comes Eſſexa grauiſſime increpatur. 286. Nouis rebus ſtudet. ibid. Ab Anglicana vt hoſtis proclamatur. 286.
Comes Auerniæ cuſtodia ſoluitur. 326.
Comitis de Brandis Thraſonica iactantia. 264.
Comitia habita Caſtilerodi ad Vigennam fluuium. 165.
Comitia Pragæ habita. 60.
Comora inſula obſidio. 40.
Concio Rectoris academiæ Lugdunenſ. 26.
Concio Regis Galliæ in Senatu. 208.
Concio Iſabellæ ad milites. 242.
Condææ Principiſſa nouã religionẽ eiurat. 129.
Condæus loquentiſſimus inter Ieſuitas. 381.
Condæus Princeps Lutetiam adducitur. 107.
Coneſtabilis Lugdunenſibus auxiliatur. 65.
Connubium Ducis Aureliani cum vnica filia Montiſpenſerii. 492.
Coneſtabilis. 376
Coniugium Catharinæ Borboniæ cum Lotareno Principe. 199.
Coniuratio contra Gallum. 310.
Coniuratio prima in regem Angliæ. 374. eius cauſa quæ fuerit. 374.
Coniuratores Angliæ capite plectuntur. 375.
Conradus Licoſthenes. 292
Conſilium magnum Meduntæ habitum. 135.
Conſilium & actus de capienda Lutetia. 15.
Conſilia de Maſſilia capienda. 104.
Conſpiratio ad pacem Aurelianenſium. 6.

Controuerſia inter Regem B lua Archiepiſ. Bituricenſem, & Nicolaum Thuanum. 12.
Cornutea Regia vectionis vrbs. 11.
Conuerſio accolarum qui in confinio Geneuæ ſunt 197.
Cotoneus à pediſſequis proditorie vulneratur. 359.
Crequius. 216.
Crequij facinus. 215.
Creſſenſium obſidio. 76.
Cruceus. 23.
Cypriani Epiſtola contenta. 557.

D.

DAMNATI inſolens ferocia. 465.
Decretum Imperiale in Aquiſgranenſes. 194.
Decretum Lugdunenſiū ne exteri in adilitatem admittantur. 5.
Deditio fœderatorum qui Mercolii partes ſequebantur. 173.
Deditio Lugdunenſium. 5.
Deditio Sluſæ. 400.
Deditio Tholoſana condonatis teterrimis flagitiis. 118.
Deditio & defectio multarum vrbium & defectio à ſe eratis. 22.
Defectio Hiſpanobelgarum noua. 338.
Delphinum ſalutatum veniunt Heluetii. 334.
Delegati à Senatu Pariſienſi ad ſolennem recitationem ſtatutorum reformationis. 251.
Delphinus Gallorum regi naſcitur. 296.
Deſdiguierius. 50.
Dignitas Comitis ſtabuli ſub Valente Imperatore erat ſumma. 94.
Diffidia & ſimultates in Chriſtianorum caſtris. 300.
Dinedanum Metz. 354.
Diuus Ludouicus. 296.
Diui Hiacinti Dominicani in Sarmatia nati apotheoſis. 31.
Doctorum conſeruandorum munimentum bellicarum. 62.
Dolus Turcicus. 58.
Domitii factum in Venatorem. 190.
Doria Architalaſſus. 210
Dourlanæ ſtrages. 69.
Dracius ſummus nauclerus. 91.
Druſii Archidiaconi ad Hiſpaniæ regem pia admonitio. 16
Durandi ſententia de vera exiſtentia Corporis Chriſti. 233.
Dux Allobrogum domum reuertitur. 227.
Dux Lotaringiæ cum Gallo paciſcitur. 41.
Ducis Monſpenſerii obitus. 49.
Ducis Niuernenſis Legatio ad Pontificem. 6.

E.

EDICTVM de recuperandis bonis Eccleſiaſticis. 117.
Edictum de reuerſione Ignatianorum in Galliam 382.
Edictum de moneta immutanda abrogatur 559.
Edictum ſeueriſſimum de tollendis duellis. 560.
Edoardus Moleus. 263.
Electoratus ſuſcipiendi ritus. 34.
Eliſabetha Angliæ regina ſacris rul'tpraeſſ 361
Eliſabetha regina ſcientiſſima. 363.
Eliſabetha obitus & mors. 359. in cunabilis regina pronunciatur. 359. Funus. 364.
Eliſabetha Anglicana ad Mauritium litera. 184.
Elogium Canaii Fraxanei de ſumma eruditione 236.
Elogia Regum Francorum. 167.
Empirici medici audax ſollicitatio. 31
Engueranus Moſtreletius. 217.
Epiſcopus Moguntinus primas eſt Germaniæ. 380.
Epiſcopi Leodienſis ad Hollandos querela. 56.
Epiſtola Scotiæ regis ad Hibernonium. 235.
Epiſtola de bello Sabaudico. 271.
Epiſtola ducis Allobrogum inſignis. 164.
Epiſtola Legati Allobrogum ad ducem Infantiæ. 231.
Epiſtola Durenii Mareſcalli. 325.
Erneſtus Archidux præficitur Belgio. 9.

Eſpernonius Monteriſiū expugnat & Antipolim 103.
Eſſexa comes in Hyberniam mittitur. 285. *fruſtra infeſtos ſibi iudices inclamat.* 287.
Eſſexa comes in ſuſpicionem Eliſabethæ venit. 198. *morte afficitur.* ibid.
Ethruriæ dux ſacro fonte abluitur. 268.
Ethruriæ Ducis obitus. 519.
Euariſtus. 397.
Excurſio Chami Tartariæ in Poloniam. 86.
Expeditio in transfugas milites Alberti. 339.
Expeditio in Mercolium duce Briſſaco. 117.
Expeditio Rhodiorum militum. 352.
Expoſtulatio in Ieſuitas. 25.

F

FACINVS *literarum Syngrapharum æmulatio.* 496.
Facinus ſummum in obſidione Siluſæ contra Mauritianos. 400.
Fera ſub Henrico III. Gallo capta. 96.
Feræ munitiſſimi oppidi in Picardia obſidio. 74.
Feræ deditio. 122. *Eiuſdem deditionis pacta.* ibid.
Ferdinandus occiditur. 153.
Ferdinandus archidux moritur. 60.
Ferdinandi ad Albertum Epiſtola. 147.
Ferdinandi Epiſtola. 152.
Feritas & immanitas turcarum. 59.
Ferraria feudum Romanæ Eccleſiæ. 158.
Ferrarii fugientis dolus & ineſcatio. 80. *eiuſque ſtrangulatio.* ibid.
Fides caninæ inſigne exemplum. 463.
Flexiæ nouum Muſæum Ieſuitis conditur. 383.
Floridi Remondi Senatoris Burdigalenſis obitus & Elogium. 347.
Fœdus inter regem Poloniæ & magnum Moſcouiæ Ducem. 55.
Fœdus inter Gallum & Heluetios renouatur. 308.
Fœdus inter Venetos & Rhætos. 378. *pacta eius fœderis.* ibid.
Fœderatorum concio. 8.
Fons in locum Pyramidis ſublata ſufficitur, Pariſiis. 461.
Fontes ſalutiferi in agro Lingonenſi. 328.
Formula impetrandorum beneficiorum à ſummo Pontifice. 102.
Fortalitium Sanctandreæ in inſula Bomoi 214.
Franciſcus Faua impoſtor inſignis. 494.
Franciſci Fuxij Candala obitus. 13.
Franciſci Mironis obitus & Elogium. 562.
Frigoris ſummi effectus. 490.
Fuentius comes. 58.
Funicularii qui. 6.
Furtiuum incendium Caniſæ. 352.

G.

GABRIELLÆ *Eſtrææ mors & Elogium.* 214.
Gairaldi ſupplicium. 535.
Gallus Podagra tentatur. 383.
Galli conducti ad bellum Sueuicum. 525.
Gallorum laniena horrenda. 332.
Galliæ rex in gratiam Pontif. redit. 73.
Galliæ regis ad Nuncium Apoſtolicū verba. 230.
Galliæ regis Oratio ad Heluetios. 335.
Galliæ regis nouum pactum cum Anglis. 132.
Galliæ regis ſtudium ſummum pacis. 104.
Galliæ regis cum Rhoſnio familiare colloquium. 373.
Galliæ regis in Comitiis Oratio. 112.
Gallicæ gentis celebritas. 96.
Gaſparus Gaſtilioneus. 188.
Gauricus iunior necatur. 240.
Geneua olim dicta Aureliana. 345.
Geneua à Sabaudo bis obſeſſa. 267.
Geneuates finium propagandorum ſtudioſi. 284.
Geneuenſes Calendarium Gregorianum, odio pontificatus non ſequuntur. 555.
Georgius Baſtius commeatum in Feram inuehit 319.
Germaniæ Principes regem ſalutatum veniunt. 354.
Germanicarum rerum enarratio. 60.
Gerſonis Iudicium de Bibliorum contemptu. 253.
Garius in caſtris necatur. 21.
Gilberti Genebrardi Theologi obitus. 163.

Digitized by Google

Maurius paulo ante mortem ſpectro perterritus. 21.
Gomorra Inſula expilatio. 213.
Gonterii Epiſtola. 556.
Grauia conceditur precario à Mauritio deſertoribus A berts. 359.
Grani obſidio à Carolo Mansfeldio. 81.
Gratiarum actio ad auguſtiſſimum Senatū pro inſtaurata Pariſienſi Academia. 254.
Gratioſa Arcis deditio. 222.
Granatenſe regnum liberatur ab inſidiis. 189.
Grauia deditio. 337.
Graiis. 66.
Gregorius 14 203.
Gregorius Turonenſis. 330.
Groninga obſidio. 32.
Groninga deditio. 33.
Groningenſes ſacramento propugnationi vrbis ſe deuinciunt. 33.
Groningenſes intra ſe rixantur. 32.
Groslæ deditur quibuſque pactis. 161.
Greslam obſidet Mauritius. 160.
Guilel. Valerii Principis Aquenſis ad Maſſilienſes oratio. 108.
Guilelmus varius Eloquentiſſimus Gallorum Orator. 269.
Guilhelmi varii ad Auguſtam pro Senatu Aquēſi Oratio. 269.
Guiſius finitima oppida Maſſiliæ occupat. 105.
eius prepoſitum de recipienda Maſſilia. 105.
Guiſii ducis & Fratrum ad Regem reuerſio. 41.

H

HAMELINIVS. 23.
Hamiltonius. 23.
Heluetii ad fœderis iuſiurandum Lutetiam veniunt. 334.
Heluetiorum præſidium fidiſſimum. 308.
Henricus III. Audebarto nobilitatem induſit. 203.
Henricus IIII. Flexiæ oppido agri Andegauenſis conceptus. 357.
Henricus IIII. ſiu.lia Pacis. 382.
Heroina Nauarrea nuptias mireritu catholico recuſat. 205.
Hiſpano Belga ad ſacramentum pacis Lutetiam veniunt. 180.
Hiſpanobelgarum noua defectio. 358.
Hiſpano Belgarum ſumma internecio. 145.
Hiſpaniæ rex multa à Rodolpho Imperat. poſtulat. 193.
Hiſpaniæ rex ære alieno ſe liberat. 132.
Hiſpanica claſſis acta tempeſtatibus diſſoluitur. 362.
Hiſpani per captiuos Anglos inſidias detegunt hiſque ſe ſubducunt. 91.
Hiſpanorum ſumma vis 71. eorumque feritas ibid.
Hiſpanorum fuga & cædes. 128.
Hiſpanorum rex Auſtriis ſuos liberos copulat. 182
Hiſpanorum dolus. 146.
Hiſpanorum fuga. 67.
Hiſpanorum æſtus. 68.
Hiſpanorum ſumma ſtrages. 69.
Hiſpanorum ex Ambiana vrbe Eruptio. 151.
Hollandica claſſis ad fortunatas inſulas. 222.
Hollandicarum rerum narratio. 537.
Hollandicus exercitus luſtratur. 316.
Honorius Mediolanenſis Capuſſinus regium ſicarium prodit. 216.
Humierii mors. 63.
Huraldus Hoſpitalis. 168.
Huſti & propugnaculi de Naſſau deditio. 126.
Huyum oppidum intercipitur. 52.
Hyemis ſumma aſperitas. 50.

I

IACOBVS Guelem. 263.
Iacobus Auguſtus Thuanus Patritius. 262.
Iacobi Auguſti Thuani Oratio ad Academicos. 251.
Iacobus VI. regni Angliæ hæres pronunciatur. 367.
Iacobi aduentus in Angliam. 366.
Iana Sulfocia. 360.
Iani Bodini obitus. 97.

Iani

Iani Medicæi auxilium. 36.
Iani Paſſeratii Elogium & Obitus. 379
Iani Paſſeratii ad viduam Giurii conſolatio. 21.
Iani Reginaldi mors & Elogium. 52.
Ianarini bina denominatio & ſitus. 55.
Ianarini à Gallo felix recuperatio. 185.
Ianarini expugnatio. 37.
Ieſuitæ è Lutetia emiſſi. 48.
Ieſuitæ Regem adeunt. 5. feria Paraſceues. 354.
Ieſuitæ reditum in Galliam vrgent. 357.
Ieſuitarum Oratio & ſui ordinis propugnatio. 26.
Ieſuitarum nouum ſtatutum. 27.
Ieſuitarum Apologetica reſponſio ad quatuor potiſſimum quæ illis obiiciebantur. 28.
Ieſuitis quæ obiiciantur. 26.
Ieſuitis in Nauarræ Regnum incolatus permittitur 493.
Ignauia Ruſticorum in arte Bombycum. 351.
Ignominia Bironii adimitur. 320.
Illiodorum. 214.
Imperatoris Turcici Mors. 59.
Impoſtoris Italici inſigne facinus. 494.
Impoſtura caſus notabilis. 495.
Impoſturæ inſignes. 495
Inaugurationis ordo. 493.
Incendium Caniſæ. 351.
Inedia ſumma in Scluſa, 400.
Ingens pugna in Belgio. 242.
Inedia ſumma in obſeſſa Fera. 120.
Inſidiæ Chriſtianorũ ad Turcas capiendos. 140.
Inſidiæ in inſidiatores recidunt. 72.
Inſubriæ Ducis molimina. 110.
Inſula Melite quanta ſit. 340.
Inſultus Chriſtianorum in Grani caſtrum. 81.
Inundatio Ligeris. 123.
Ioannis Adami Epiſcop. Maguntinenſis obitus. 380.
Ioſephi Scaligeri obitus. 518.
Iouiani Pontani de Academia Lutetiana teſtimonium. 243.
Iſabella natu maior nuncupatur. 457.
Iſabellæ & Alberti in Belgium reditus. 211.
Iſabellæ ad milites concio. 242.
Italia amans otii. 191.
Italorum egregium facinus. 84.
Italorum Principum æris collatio in bellum Turcicum. 9.
Iubilæum ſeu delictorum ſecularis expiatio 225.
Iubilæi indictio in Aureliana ſanctæ crucis. 288.
Iuliacenſis & Cliuenſis ducatus ab Hiſpano ad Imperat. Rodolphum poſtulatio. 193.
Iuriſiurandi ſolennis dies 335. *forma eius.* ibid.
Iuſti Lipſii Epiſtola. 91.
Iuſti Lipſii opus de miraculis virginis Halenſis. 183.

L

LARETIVM *à Lotareno reſtituitur.* 41.
Latronum ſtupenda flagitia. 516.
Laudes Academiæ Pariſienſis. 259.
Lazarus Cocleus, 263.
Legatio Regis Galliæ ad Pontificem. 166.
Legationes crebræ ad nouellũ regem Angliæ. 373.
Legatus Hiſpano belgicus à Batauorum auxiliis dimouere nititur Anglum. 375.
Legati Delphinales Delphinum ſalutatum veniunt. 332.
Lex Salica nata cum Gallico Imperio. 9.
Libellus ſupplex ad Senatum pro Academia Pariſienſi. 243.
Libertas à Caſala ſatellitibus ſummũ periculum. 108.
Lippæ obſidio. 140.
Lira occupatur à Batauis. 90.
Litera Mahometis ad Galliæ regem. 377.
Lothoica Lotaringia. 188.
Lodoica Lotharingia obitus & Elogium. 287.
Longouillæi ducis elogium. 63.
Ludificationes præſtigiatorum. 122.
Ludorum ſecularium Origo. 225.
Lues Angliæ acerrima. 366.
Lugdunenſis Academia reſtitutio. 243.
Lugdunenſis vrbis commendatio. 5.
Lugdunenſium ad regem Galliæ aduentus. 4.
Luſitanorum ad regẽ Chriſtianiſſimum libellus ſupplex. 304.

Digitized by Google

1609. pidus, donatum libertate Luteriam abduxit, ac rudimentis fidei Catholicæ imbutũ, ipſo die quo natalitia Virginis anniuerſario ritu colũtur, ſacro lauacro tingendum, in parœcia Diui Benedicti Pariſienſis exhibet. Ille ad prætoriam portam rogatus, de poſtulatis, interprete Dominicano, Chriſtianum velle fieri reſpondet ac eiurata Alcorana ſuperſtitione, illuſtricis ſponſoribus Alphonſo Dornano, ſummo Galliæ Mareſchallo, & Regis in Aquitania vicario, ac Maria de Seneton, primæ nobilitatis fœmina, tingitur, tam effuſis turbis, vt non paucis, ſpectaculum damno fuerit, qui eiecti, colliſi, volutati, ægre ſe ſubduxerunt.

Dux Niuernenſis, ad Moſam vrbem in ſuprema ſua ... condidit. Charleuille.

Carolus Gonſag. Dux Niuernenſis, in ſupremæ dynaſtiæ exiguis finibus ad Moſam, poſitis mœnibus, ad futuras ædes per agrimenſores diſtributis areis, cõpitis triuiiſque deſignatis, vrbem nouam molitur, æmulatus Sedani, Iametii, ſimileſque regulos, qui quo propius Germaniæ accedunt, ex Aquila olim vnguibus orbem premente, ſubductis plumis, hoc eſt, à fonte diductis riuulis, quædam ſimulachra dominationis effingunt, nouos incolas inempta artearum partitione, lenocinilſque immunitatum, ad ponendas ſedes inuitauit, ac nouæ Carthagini impoſito prænomine, Carolopolim nuncupari voluit, hinc percuſſit nummũ æreum, hac epigraphe circulari, *Carolus Gonzaga Dux Niuer. & Rethel. ſupr. Princeps Archenſis.*

Laudatio Ioachimi de la Chetardie qui Petro Ronſardo tumulum poſuit.

Ioachinus de la Chetardie Senator Pariſienſis, de claſſe myſticorum Sextili menſe moritur, cur, vitum probis ſane moribus, nec purpura indignum, ſed non ita propagata fama magnis heroibus interſeram, facit pium eius & immortalitate omnibuſque linguis dignum facinus, ille Diui Coſmi in ſuburbano agro Turonum ad Ligerim, monaſtico prioratu titulo cõmendæ affectus, lacerum ſqualentemque ruinis & ruderibus, bellorum ciuilium tempeſtate & anteceſſorum incuria reſtaurauit, longæuamque deformitatem loci olim ſanctiſſimi & amœniſſimi, (vt qui ſitus ſit in Eliſiis campis Galliæ) non modo abſtulit, ſed cum magni Ronſardi cineres populari loculo, muto & illiterato iacere videret, melior æquiorque illis qui eius opimis exuuiis ditati ſunt, tandiu manes eſſe neglectos non tulit, ac Ronſardum illum, (cuius gloriam exili charta conſtringere minus facile eſt quam pugillo Mundum cõtinere) Chetardius marmoreis alta ſtatue, ſtatua ad viuentis ſimilitudinem veriſſime expreſſa, à Phidia Luteriano donauit, breui nota & elogio: nam ſatis fuit viatorem monuiſſe, ibi iacere Ronſardum, nec enim hac mortalium cura & impenſa indigebat, qui viuus æternitatem ſuam vidit, cuius poſthuma gloria non poteſt ſuperare eam, quam ſupeſtes iamque gloria immortalis percepit, tamen pius & liberalis Senator, de nobis omnibus qui litterarum ſacra veneramur, hoc vno officio egregie eſt promeritus, & vt de Romano olim dictum, qui cum alterius collapſam ſtatuam erexiſſet, propriam ſtabiliuit, ſic Chitardius, dum Ronſardi in muto marmore poſuit, propriam in vocalibus ſcriptorum monumentis collocauit, at ille his notis locum ſignauit:

Epitaphium.

Digitized by Google

1609.

Epitaphium Petri Ronſardi Poetar. Principis, & huius Cœnobii quondam Prioris,

D. M.

CAVE VIATOR, SACRA HÆC HVMVS EST, ABI NEFASTE, QVAM CALCAS HVMVM SACRA EST, RONSARDVS ENIM IACET HIC, QVO ORIENTE ORIRI MVSÆ, ET OCCIDENTE COMMORI, AC SECVM INHVMARI VOLVERVNT, HOC NON INVIDEANT, QVI SVNT SVPERSTITES, NEC PAREM SORTEM SPERENT NEPOTES.

In cuius piam memoriam Ioachi. de la Chetardie, in ſupr. Pariſ. Curia Sena. & illius viginti poſt annos in eodem ſacro Cœnobio ſucceſſor, poſuit.

Nicolaus Rapinus delicium Phœbi, terris ſubductus eſt. Latiæ poëſis æuo noſtro Antiſtes auguſtus, elegans, ad mundiciem & ſales procliuior, quam ad ampullas, alii tangunt, vellicant, mouent quidem, ſed ille vnus rapit, ita vt vi carminis potentiam nominis adæquet, quæ ſcripſit ſparſa & hiulca circumferuntur, tanquam ſcopæ diſſolutæ, ſed audio Iacob. Gilotium primæ claſſis Senatorem, amico ſepulto à poſthumis operibus cumulum gloriæ moliri, vt qui tot violas floſculoſque in faſciculum & ſertum legi & colligari curet, ego illi longe alio carmine, quam quod fundere ſolebat oſſa ſua oneraui: *Obitus & elogium Nicol. Rapini.*

Hoc te non decuit fuerat quod nomen auitum,
Vita inſons, mores ingenuique negant:
Orphea debuerant, qui te dixere Rapinum,
Threicia hic traxit ſaxa feraſque cheli,
Auritaſque ornos teſtudine duxit eburna,
Sed rapis Auſoniis corda animoſque modis.
Quis ſuccinctum hominem credat, ceciniſſe Togati.
Sagatique omnes, quod ſtupuere viri?
Palladis armigeræ & paccatæ ad munus vtrumque
Gnauus, & hac Martem mollit arte ferum.

Quid non effingit mens hominum, cura & ſtudium aucupii: quis crederet accipitres non modo ad prædam minorum volucrum cicuratos, ſed quod nulla ætas vidit, ad piſcatum ita efformatos, vt ſtagnis fluuiiſq; illi ſuperuolitantes, & ſummo cœlo dilapſi vncinis pedibus, ex imo gurgite piſces eruant, & in ſiccum exportent, mox herili pugno inſideant, & ab domino viſcerationem demereantur. Magnus Britaniarum Rex Iacobus, hoc genus manſuefactorum accipitrum, ad Chriſtianiſſ. miſit, quibus interdum Rex in illimi & limpidiſſimo lacu, qui ſua Bellæi fontis viridaria irrigat, ſine retibus ingentes piſces, ad menſæ ſuæ cupedias & obſonia capit, credo huiuſcemodi aues eſſe de genere illarum, quas audiui, à Iacob. Bethonio Archiepiſc. Glacuacenſi eſſe in Caledonia, quæ pedem hamatum vnum habent, alterum latum & anſerinum & anatinum, illo Salmones expiſcantur, altero innatant præſtolantes prædam, quam vbi fluctibus exemerunt, in arduas rupes, quæ littus Oceani præcingunt, euolant, ac depaſto roſtro. *Accipitres piſcatores.*

Salmonũ (illius enim abdomine maxime capiuntur) quod reliqui eſt faſtidiunt, mox pueri accurrunt & partem prædæ auferunt.

Diximus anno 1606. ex anguſtiis valetudinarii, ad Diui Marcelli ſuburbia, non mediocriter luis tabificæ auctas vires & virus, hinc à Decurionib. Curatoribuſq; publicæ ſanitatis, decretum fuiſſe, vt auerſa parte vrbis longe amplius valetudinarium poneretur, conſilium res æquauit, nam in Diui Martini ſuburbiis ædificatum, tam arduo & luculento opere, pomerii latitudine, ſtructura marmorea, muro coctili, ceruleo tecto, concamerationibus, areis ſpatiiſque vt Luparam adæquet, & Regum plurimorum Regias longe ſuperet, quod triennio pene opus abſolutum, præfixumque veſtibulo Baſilicæ hoc marmoratum elogium.

HENRICVS. IIII. FRANC. ET NAVAR. REX CHRISTIANISSIMVS. BONO. REIP. NATVS. PACE. DOMI. FORISQVE. PARTA. AD ORNANDAM. VRBEM. CONVERSVS. INTER. CÆTERA. ANIMO. INVICTO. DIGNA. OPERA. PROPTER. QVÆ. VRBIS RESTITVTOR. NON. MINVS. QVAM. PATER. PATRIÆ. ET REGNI FVNDATOR. DICI. MERVIT. HOC. QVOQVE. PTOCHOTROPHIVM. VETVSTATE. COLLAPSVM. PRO SVA. ERGA. DEVM. OPT. MAX. PIETATE. ERGA. AFFLICTOS. LIBERALITATE. ERGA. OMNES CLEMENTIA. RESTITVENDVM. CVRAVIT.

Regina fœminam enixa.

25 Nouembris diluculo Auguſta Medicæa, propitia Iunone & Lucina, fœminam enixa eſt, Gallia regiis marib. ſatis fulta, à fœminis non parum roboris expectat, quarum coniugiis exteros principes fœderatos ſibi faciat, illa vt plurimum Ethruriæ obſtricta eſt, quæ tot liberorum parentem imo Diuorum Berecynthiã ad ſe tranſmiſit, cuius ſi vnquã opportuni partus fuere, certe hac ipſa ſunt tempeſtate, qua veteres hoſtes Galliæ, priſcas artes renouant, quibus de more ſuo primores obſequio & fidei, qua in principem & patriam obnoxii ſunt, ſubducunt, profugos ſuſcipiunt, cogitantes cupienteſque reuerti, ſub certiſſima ſponſione ſecuritatis, longe ablegant inani molitione ad perniciem Galliæ, quandoquidẽ olim transfugæ ad Auſtrios, vt illis ſic iſtis exitio fuit: Sic auotum memoria Burgundus à Carolo VII. filium abalienatum ſuſcepit, paterno imperio iuſſum reuerti, per ſeptennium aluit retinuitq;, cumq; Carolus Burgũdo exprobraſſet, fouere in ſinu vulpem, quæ poſtea ſuas gallinas deglutiret, vaticinium expertus eſt, nec deſiit Ludouicus vi & dolo, receptatorem nutriciumque ſuum inſectari, donec tandem ſuo infelici exitu, in Nancæia obſidione, Gallum, Lotharenum, Heluetios, ac pene finitimos omnes paccatos reliquit, nec vox vlla vnquam verior, & ad Chriſtianam pietatem accõmodatior, quod alteri neqviter feceris, id ipſum tibi aliquando factum iri puta, hæc ego ſub inuolucris vera tamen & nimis vera aliis explicanda relinquo, apertius fuſiuſque ſcripturus, vbi res & tempus fiduciam dabunt.

Verſio Polybii ab Iſaco Caſaubono.

Ego obſcurus ſcriptor, ex alieno igne fumo meo lucem dare laboro, vt hedera vappam commendat, bona merx malæ adiuncta venalem facit, ſic ex aliorum operibus, mea minus deſpicabilia facio: Iſacus Caſaubonus, erud. torum ex tanta clade

clade pene vnus Reip. litterariç dictator hoc anno Polybiũ antea fœde laniatũ, 1609.
pure & caſtigate cum vertiſſet, hiſtoriæ militaris principem ſcriptorem, Henrico IIII. militiæ principi, quique ſcribendis Annalibus vberrimam ſegetem dietim præbet, dedicauit obtulitque, præmiſſa operi epiſtola, vere aurea & digna plane Regum auribus. ille nõ modo vultu comi, affatu blando offerentem proſequutus eſt: ſed aureo muneri aurum addidit, quantum neſcio, & ſi forte ſciam efferre nolim, regia tamen liberalitas nunquam illaudata, nec enim Muſæ benefactorum memoriam interire patiuntur, viget adhuc poſt tot ſæcula, fama illius Cæſaris, qui Græci poëtæ de venatione ſingulos verſus, nummo aureo donauit, his præmiis ſeſe erigunt iacentes litteræ, vt verum cecinerit ille:

Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones

Alius miſerabilem vicem, ieiunam inopemque vitam eruditorum, ſic defleuit.

Sola pruinoſis horret facundia pennis.

Annus, qui ab orbiculari forma annulus dicitur, qui inſtar anguis ore caudã *Opus Caroli Paſchalii*
prementis, cuius exitus eſt initium alterius, coronam referens me admonet, ne *de Coronis.*
dum annum abſoluo, de luculento opere Caroli Paſcalii apud Rhætos Legati Regis Chriſtia taceam. ille de Coronis libros decẽ edidit, Dii boni? quanta, quã abdita, penitiſſima, penetrabili, inexhauſta inſuperabili ſtupendaq; rerum omnium inueſtigatione, quis ex titulo putet de coronis ſermonem, in decem libros excreuiſſe, ſuperauit ille ingeniũ Glyceræ Coronariæ, quæ in conficiendis ſertis & coronis, ea arte fuit, vt cũ ea Pauſias pictor, de variandis colorib. certamen inſtituerit, nonne ergo de Paſchalii mirabili ſolertia, vere Naſonis illud effari poſſum?

Materiam ſuperauit opus.

Nihil tamen in longo & ſerio opere ludicrum, abſonum, ieiunum, hiulcum, omnia ita appoſite compacta vt quæcũq; ex Latii & Græciæ vberrimo pœnu collegit, ad coronas ſcripta credideris; ſic res alienas ſuo ingenio inſeruire cogit, vis dicam? dum ille de coronis ſcribit, non ſibi lauream, quernam, æſculeam, gramineam, vel aliter frondeam & vireſcentem, ſed immarceſſibilem & æternam coronam texuit, ita vt veteris legis 12. tabula. elogiũ meritiſſime illi conueniat, *qui coronam parit ipſe, virtutis ergo arguitur*, longe ille Meneſtheum, Callimachum, & Theophraſtum, qui de coronis priuatim ſcripſere, ſuperauit, illi delibarunt ſuauia illa, iſte plena falce odoratam illam meſſem demeſſuit, ita vt non niſi aurea corona, & ſi Diis mortalibus placet, & dum ille inter mortales agit, auro Coronario puro & puto digniſſimus, vbi iam non viuus, ſed Diuus eſſe incipiet illa corona.

Syderibus quæ cincta nouem, Minoia fulget,
Gnoſidis auulſam capiti, quam inuexit Iacchus:
Et lucere polo dedit, & radiare Coronam.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

RERVM, VERBORVM, NEC NON PROPRIORVM NOMINVM, IN HOC OPERE

contentorum locupletiſſimus.

A

ABEATISVALLÆ ad regem reuerſio. 20.
Academia Lugdunenſis inſtauratio. 243.
Academia Lutetiana teſtimonium. 243.
Academia Pariſienſis laudes. 259.
Academia Pariſienſis ad Auguſtiſſimum Senatum pro reſtauratione gratiarum actio. 254.
Acerbitas pœnarum in Proditores. 77.
Achilles Harlæus 262.
Acies Pontificia Clementis VIII. 83.
Acmat nouus Turcarum imperator. 383.
Aduocati foroſe vltro abdicant. 328.
Æmulorum ſtudia. 80.
Alba regalis Vngariæ metropolis. 298.
Albertus cum Iſabella in Belgium reuertitur. 211.
Albertus ſimulata deditionis colloquio luditur. 292.
Alberti in pugna ſumma virtus bellica. 243.
Albignius 342.
Alciati verba de ſingulari certamine. 331.
Aldobrandinus. 273.
Aldobrandinus in Inſubriam feſtinat. 271.
Aldobrandinus moritur. 300.
Albertus Cardin. Ardeam ex improuiſo obſidet. 121.
Albertus Cardinalis aciem in campos educit. 120 *circa Monſtrolium vergit.* ibid.
Albertus Galeram & Purpuram exuit in æde diuæ virginis Hallenſis. 183.
Albertus Cardinalis ſuis ſuppetias molitur. 119.
Alberti Cardinalis aduentus in Belgium. 119.
Alberti cohortatio ad Ferdinandum. 148.
Alberti miles à ſtatione tempeſtatibus depellitur. 349.
Alberti Programma. 338.
Alberto nunciatur obitus regis Hiſpaniæ. 194. *in Auſtriam proficiſcitur.* ibid.
Allobrox ſuam eſſe contendit Geneuam. 341.
Allobrogum Dux domum redit. 217.
Alphonſus Iddiacus. 68.
Alphonſi Eſtenſis mors. 158.
Amazones. 279.
Ambaſia vxor Bulignii moritur. 46.
Ambroſianus monachus, 394.
Amedæus VI. comes Sabaudiæ, ordinem annunciationis inſtituit. 54.
Amedæus VIII. primus Ducatum in Sabaudia erexit. 345. *Pontifex factus & dictus Felix* 345.
America res. 173.
Amiralii Tarraconenſis ſæuitia. 196.
Ampulla Cœnobii nomen. 16.

Amura-

Amurathes prædo Siculorum. 51.
Anachoreta fratris ſolitarii obitus & elogium. 563.
Anchora vulgo Anchre. 153.
Andreas Cardinalis. 210.
Andreas du Val & Philippus Cramaihe Profeſſores regii. 173.
Angli oppidum Calis expugnant expilantq́. 131.
Angli oratores & Bataui Lutetiam aduenuint. 126.
Anglorum vetus in Gallos exprobratio. 121.
Anglia auitam religionem excludit. 361.
Anglia olim Albion. 364.
Anglia extrema illuuies. 465.
Anglia Regis feſtiuum iudicium. 332.
Anglicana Caluariam Comitis de Eſſex Bironio oſtendit. 295.
Anglicana nauigatio per arctoum mare. 95.
Anglicani cum Batauis pacem cum Hiſpanis dehortantur. 177
Antonii Luſitaniæ regis obitus. 385.
Antiſtes Pariſinus conatu fruſtatur. 215.
Antonius Arnaldus quis fuerit. 95.
Antonianæ arcis deditio. 18.
Antuacutum veteribus Antuers. 9.
Apparatus Deſdiguerii ad expugnationem propugnaculi de Barauit. 172.
Apparatus ad bellum Sabaudicum. 237.
Aquauiua Generalis Ieſuitarum. 29.
Aquenſis & ſuorum ad Hiſpanas Triremes fuga 107.
Aquenſis vrbs ab Eſpernonio obſidetur. 103.
Ardea deditur. 121.
Arceſſio Tartarorum in Turcica caſtra. 36.
Archiepiſcopus Colonienſis & Capitum Rimpergam vice depoſiti ſibi eredi poſtulant. 160.
Arcium Sabaudiæ expugnatio. 241.
Ardeibus deprecatio. 72
Arioli. 206.
Armatorum Eccleſiaſticorum ludicra proceſſio. 27.
Armorum vſus interdicitur. 190.
Arreſtum Senatus Lutetiæ. 2.
Artes impoſtoris. 497.
Aſperitas hyemis. 490.
Aſtolphus Vignacurius. 285.
Audeberti Aurelii Germani Encomium. 203.
Audobertorum Germani patris & Nicolai filii Titulus. 205.
Augurium Fauæ quod in malam partem accepit. 495.
Auguſta Hiſpania & Albertus tota Italia magnifice excipiuntur. 195.
Auguſta ſubit Ferrariam. 195.
Auguſta Hiſpaniam ingreditur. 211.
Autuorum dolus. 14.
Aumalius. 210.
Aurelia funditus exciſa. 288.
Aurelianenſis vrbis deditio. 5.
Aurelia à olim Geneua dicta. 345.
Aurum in Gallia. 330.
Authoris carnificina in Belgio. 23.

B

BALAGNIVS. 45.
Banqueroute vox vnde dicta. 559.
Banqueroutiers Creditorum fraudatores dicti. 558.
Bare Salignacus cur ad orthodoxos tranſeat. 106.
Baronii & Bellarmini Elogia. 203.
Barbarorum in obſidione Grani conatus. 81.
Barnabæ Briſſonii elogium. 24.
Barnabæ Briſſonii opera in iure. 24.
Baſtiæ Solentis dictum memorabile. 85.
Baſtiæ à Comorra diſceſſio. 41.
Baſſas Ianarini cum filiis occiditur. 81.
Batauii Ædem ſacram incendunt. 223.
Batauorum Nauigatio ad Septentrionem. 131.
Batauorum nauigatio in Inſulam Iauam. 351.
Bellum Ferrarienſe. 191.
Belli denunciatio à Gallis aduerſus Hiſpanos. 57.
Belli Ferrarienſis initium. 159.
Beinenſis Caſtri deditio. 62.

..duenſis vrbis tumultus. 61.
B.neficia Conſiſtorialia. 100. Innocentii 111. de ſpiritualibus Oeconomis iudicium 101. qui Iuris pontifitii Lucerna dictus. ibid.
Berus vrbis obſidio. 197.
Beza Galliæ regem adit. 267.
Bironius & Comes Auerna capiuntur. 315. audaciter reſpondet regi. 314.
Bironius Pompe. Belleureus Cancell Brulartius Sillerius Bruxellæ pacem iureiurando ſanciunt. 181.
Bironii Regis inſomnis diligentia. 66.
Bironii Expilatio. 128.
Bironii de rege adeundo cautiones. 313 eius aduentus inſperatus. 313. Gentiles eius apud regem deprecantur. 316. Regis ad agnatos reſponſio 317. Oratio eius ad Patres conſcriptos 318.
Blaſii Vigenerii obitus. 102.
F. Bona Calatogironus generalis Franciſcanorum pacis internuncius. 170.
Borbonii Cardinalis libellus ſupplex ad Senatum Pariſienſem. 30.
Borbonii Cardinalis obitus. 30.
Boſleduc fruſtra à Mauritio obſidetur. 297.
Botkatia obitus & Pœnitentia. 464.
Bouuenei Epiſtola ad regem Galliæ. 266.
Breaute Belga proditorie caditur. 229.
Briqueraſenſis obſidio à duce Sabaudia. 49.
Briſſacus. 171.
Buda intercepta & derelicta. 333. caput regni Vngarici. 333.
Buda emigrant Chriſtiani. 140.
Buda obſidio differtur. 90.
Burdei precatio morituri 534. eius Apoſtrophe ad virginem. ibid.
Burdigalenſis Palatii conflagratio. 135.
Burgum Sabaudiæ oppidum capitur. 238.
Burgundicus Dux prælio fundìtur. 67.
Briſſeus ſicarius. 23.

C

CÆSAREÆ expoſtulationis in Ardechium & Perlinum cauſa. 77.
Caietani apud collegas de vnitate Romanæ eccleſiæ diſſertatio. 63.
Calletenſis arcis expugnatio. 121.
Campagnole. 121.
Camborsacum. 276.
Cancellarius magni conſilii primarius præſes 18.
Cancellarii Polonici animus ferox & vindictæ appetens. 85.
Caniſa à Chriſtianis amiſſa. 270.
Caniſæ incendium furtiuum. 352.
Caniſæ obſidio altera ſed infelix. 299.
Cameracum Hiſpanus ex inſperato inuadit. 71.
Capellæ obſidio. 20.
Capuſinus fit Cardinalis. 398.
Capuſini cohortatio. 84.
Carbonaria obſidetur. 276.
Carbonaria Arcis Sabaudiæ deditio. 241.
Cardinalis Florentini in Galliam aduentus. 127.
Cardinalis Florentini reuerſio ad ſummũ Pontificem. 182.
Cardinalis Aldobrandini aduentus in regia caſtra. 265.
Cardinalis Lotaringiæ ſtupendus morbus. 394.
Cardinalium creatio. 201.
Carnifi is dolus in Necando Bironio. 323.
Carnuteus Epiſcopus. 12.
Carolus Galliæ & Angliæ regno inſidiatur. 188.
Carolus V. prælia & bella contra proteſtantes inſculpi fecit. 188.
Carolus Mansfeldius Summus Cæſaris vicarius. 60.
Caroli Paſchalii opus de Coronis. 567.
Caſtelaius Iuuenis regem Galliæ percutit. 46. eius capitalis interrogatio & reſponſio. ibid.
Caſtellei impia verba. 47.
Capitale eius iudicium. 47.
Caſtelai ſupplicium. 48.
Caſtelletum. 69.
Caſtelonaus Gallus occiditur. 292.
Caſtræi Mareſcalli Oratio apud Aurelios. 6.

Caſtra

Caſtri Georgiani obſidio 88. *ſolo adæquatur*. ib.
Caſus mirabilis. 197.
Caſus ſtupendus. 292.
Catholica religio liberis ex Alberto & Iſabella imperatur. 183.
Catholici Groningam Præſidium Hiſpanicum admittunt. 33
Catholicorum caſſatio. 43.
Catholicorum Anglobritannorum ad Iacobum libellus ſuppellex. 367.
Cauaius ad orthodoxos tranſit. 236.
Cautio de cultu religionis orthodoxa. 42.
Cautio vt Auſtrii cum alienis nuptias non contrahant. 183
Cauſationes Allobrogici cauſidici. 213.
Cephalonia. 189
Chriſtiani ſub vexillis Francicis in ditionibus Turcicis ſecure nauigant. 372
Chriſtiani re infecta ab obſidione Caniſæ diſcedunt. 300.
Chriſtiani inſula Comora diſcedunt. 39.
Chriſtiani famelici Cliſſam dedunt poſt ſtragem ſui auxiliantium. 139.
Chriſtiani in inſidias Turcarũ illapſi interficiuntur. 140.
Chriſtianorum dolus ſingularis. 185.
Chriſtianorum in Turcas eruptio. 38.
Chriſtianorum obſeſſorum ſummum diſcrimen 40.
Chriſtianorum erga Turcas res ſecunda. 141.
Chriſtophorus de Morra. 187.
Citadella ciuitatum frana vulgo dicuntur. 42.
Claudii Riſii Falconis in Armorico Senatu ſupremi Præſidis obitus & elogium. 272.
Clemens 8. *Ferrariam ingreditur.* 192.
Clemens VIII. *ante Pontificatum dictus Aldobrandinus.* 31.
Clementis pacta cum Cæſare. 192
Cleri apud Regem Hiſpan. poſtulatio. 208
Cleri querela de militum rapinis in ſacra prædia & fundos. 115.
Cliſſa Illiria ſummum propugnaculum capitur. 138.
Codex Henricianus. 17.
Cædes adulterorum memoranda. 310.
Cœna ſtupendus apparatus. 268.
Cœnobium Capuſſinarũ monialium ædificatur 288.
Collocutio prima de Marchionatu. 212.
Colloquium irritum de pace inter Hiſpanum & Anglum. 202.
Colloquium Tacitum de deditione Caſtri Viennenſis. 65.
Colloquium ad Regem Galliæ pro Ieſuitis. 355.
Comes Eſſexa in Hyberniam mittitur. 285.
Comes de Brandis. 276.
Comes Eſſexæ grauiſſime increpatur. 286. *Nouis rebus ſtudet.* ibid. *Ab Anglicana vt hoſtis proclamatur.* 286.
Comes Auernia cuſtodia ſoluitur. 326.
Comitis de Brandis Thraſonica iactantia. 264.
Comitia habita Caſtilorodi ad Vigennam fluuium. 165.
Comitia Pragæ habita. 60.
Comora inſula obſidio. 40.
Concio Rectoris academia Lugdunenſ. 26.
Concio Regis Galliæ in Senatu. 208.
Concio Iſabellæ ad milites. 242.
Condaa Principiſſa nouã religionẽ eiurat. 129.
Condæus loquentiſſimus inter Ieſuitas. 382.
Condeus Princeps Luteriam adducitur. 107.
Coneſtabilis Lugdunenſibus auxiliatur. 65.
Connubium Ducis Aureliani cum vnica filia Montiſpenſerii. 492.
Coneſtabilis. 376
Coniugium Catharina Borboniæ cum Lotareno Principe. 199.
Coniuratio contra Gallum. 310.
Coniuratio prima in regem Angliæ. 374. *eius cauſa quæ fuerit.* 374.
Coniuratores Angliæ capite plectuntur. 375.
Conradus Licoſthenes. 292
Conſilium magnum Meduntæ habitum. 135.
Conſilium & actus de capienda Lutetia. 15.
Conſilia de Maſſilia capienda. 104.
Conſpiratio ad pacem Aurelianenſium. 6.

Controuerſia inter Regem & lue Archiepiſ. Bituricenſem, & Nicolaum Thuanum. 12.
Cornutæ Regia vectionis vrbs. 11.
Conuerſio accolarum qui in confinio Geneuæ ſunt 197.
Cotonus à pediſſequis proditorie vulneratur. 359.
Crequius. 216.
Crequii facinus. 215.
Creſ'enſium obſidio. 76.
Cruceus. 23.
Cypriani Epiſtola contenta. 557.

D.

DAMNATI inſolens ferocia. 465.
Decretum Imperiale in Aquiſgranenſes. 194.
Decretum Lugdunenſiū ne exteri in ædilitatem admittantur. 5.
Deditio fœderatorum qui Mercolii partes ſequebantur. 173.
Deditio Lugdunenſium. 5.
Deditio Sluſæ. 400.
Deditio Tholoſana condonatis teterrimis flagitiis. 118.
Deditio & defectio multarum vrbium & defectio à ſe eratis. 22.
Defectio Hiſpanobe'garum noua. 338.
Delphinum ſalutatum venuunt Heluetii. 334.
Delegati à Senatu Pariſienſi ad ſolennem recitationem ſtatutorum reformationis. 251.
Delphinus Gallorum reginaſcitur. 296.
Deſdiguierius. 50.
Dignitas Comitis ſtabuli ſub Valente Imperatore erat ſumma. 94.
Diſſidia & ſimultates in Chriſtianorum caſtris. 390.
Dinedanum Metz. 354.
Diuus Ludouicus. 296.
Diui Hiacinti Dominicani in Sarmatia nati apotheoſis. 31.
Doctorum conſeruandorum munimentum bellicum nouum. 621.
Do'us Turcicus. 38.
Domitii factum in Venatorem. 192.
Doria Architalaſſus. 210
Dourlanæ ſtrages. 69.
Dracius ſummus nauclerus. 91.
Druſii Archidiaconi ad Hiſpaniæ regem pia admonitio. 16
Durandi ſententia de vera exiſtentia Corporis Chriſti. 233.
Dux Allobrogum domum reuertitur. 217.
Dux Lotaringiæ cum Gallo paciſcitur. 41.
Ducis Monſpenſerii obitus. 49.
Ducis Niuernenſis Legatio ad Pontificem. 6.

E.

EDICTVM de recuperandis bonis Eccleſiaſticis. 117.
Edictum de reuerſione Ignatianorum in Galliam 382.
Edictum de moneta immutanda abrogatur. 559.
Edictum ſeueriſſimum de tollendis duellis. 560.
Edoardus Moleus. 263.
Electoratus ſuſcipiendi ritus. 34.
Eliſabetha Angliæ regina ſæuis vult praeſſe 361.
Eliſabetha regina ſcienti ſsima. 363.
Eliſabethæ obitus & mors. 359. in cunabilis regina pronunciatur. 359. Funus. 364.
Eliſabetha Angliæ ana ad Mauritium litera. 184.
Elogium Canaii Fraxanei de ſumma eruditione. 236.
Elogia Regum Francorum. 167.
Empirici medici audax ſollicitatio. 31
Engueranus Moſtreletius. 217.
Epiſcopus Moguntinus primas eſt Germaniæ. 380.
Epiſcopi Leodienſis ad Hollandos querela. 56.
Epiſtola Scotiæ regis ad Eſpernonium. 235.
Epiſtola de bello Sabaudico. 271.
Epiſtola ducis Allobrogum inſignis. 264.
Epiſtola Legati Allobrogum ad ducem Leſuiticam. 2'3.
Epiſtola Durenii Mareſcalli. 325.
Erneſtus Archidux præficitur Belgio. 9.

Eſſe-

Eſpernonius Monteriſiū expugnat & Antipolim 103.
Eſſexa comes in Hybirniam mittitur. 285. fruſtra infeſtos ſibi iudices inclamat. 287.
Eſſexa comes in ſuſpicionem Eliſabethæ venit. 198 morte afficitur. ibid.
Ethruriæ dux ſacro fonte abluitur. 268.
Ethruriæ Ducis obitus. 519.
Euariſtus. 397.
Excurſio Chami Tartariæ in Poloniam. 86.
Expeditio in transfugas milites Alberti. 339.
Expeditio in Mercolium duce Briſſaco. 117.
Expeditio Rhodiorum militum. 352.
Expoſtulatio in Ieſuitas. 25.

F.

FACINVS literarum Syngrapharum æmulatio. 496.
Facinus ſummum in obſidione Sluſa contra Mauritianos. 400.
Fera ſub Henrico III. Gallo capta. 96.
Feræ munitiſſimi oppidi in Picardia obſidio. 74.
Feræ deditio. 122. Euſdem deditionis pacta. ibid.
Ferdinandus occiditur. 153.
Ferdinandus archidux moritur. 60.
Ferdinandi ad Albertum Epiſtola. 147.
Ferdinand. Epiſtola. 152.
Feritas & immanitas turcarum. 59.
Ferraria feudum Romanæ Eccleſiæ. 158.
Ferrati fugientis dolus & meſtatio. 80. eiuſque ſtrangulatio. ibid.
Fidei caninæ inſigne exemplum. 463.
Flexiæ nouum Muſæum Ieſuitis conditur. 383.
Floridi Remondi Senatoris Burdigalenſis obitus & Elogium. 347.
Fœdus inter regem Poloniæ & magnum Moſcouiæ Ducem. 55.
Fœdus inter Gallum & Heluetios renouatur. 308
Fœdus inter Venetos & Rhætos. 378. pacta eius fœderis. ibid.
Fœderatorum concio. 8.
Fons in locum Pyramidis ſublatæ ſufficitur, Pariſiis. 461.
Fontes ſalutiferi in agro Lingonenſi. 518.
Formula impetrandorum beneficiorum à ſummo Pontifice. 102.
Fortalitium Sanctandreæ in inſula Bomei 224.
Franciſcus Faua impoſtor inſignis. 494.
Franciſci Fuxii Candalæ obitus. 13.
Franciſci Mironis obitus & Elogium. 562.
Frigoris ſummi effectus. 490.
Fuentius comes. 58.
Funicularis qui. 6.
Furtiuum incendium Caniſæ. 352.

G.

GABRIELLÆ Eſtreæ mors & Ellogium. 214.
Gairaldi ſupplicium. 535.
Gallus Podagra tentatur. 383.
Galli conducti ad bellum Sueuicum. 525.
Gallorum laniena horrenda. 332.
Galliæ rex in gratiam Pontif. redit. 73.
Galliæ regis ad Nuncium Apoſtolicū verba. 230.
Galliæ regis Oratio ad Heluetios. 335.
Galliæ regis nouum pactum cum Angliis. 132.
Galliæ regis ſtudium ſummum pacis. 304.
Galliæ regis cum Rhoſnio familiare colloquium. 373.
Galliæ regis in Comitiis Oratio. 112.
Gallicæ gentis celebritas. 96.
Gaſparus Gaſtilioneus. 188.
Gauricus iunior necatur. 240.
Geneua olim dicta Aureliana. 345.
Geneua à Sabaudo bis obſeſſa. 267.
Geneuates finium propagandorum ſtudioſi. 284.
Geneuenſes Calendarium Gregorianum, odio pontificatus non ſequuntur. 555.
Georgius Beſtius commeatum in Feram inuehit. 119.
Germaniæ Principes regem ſalutatum veniunt. 354.
Germanicarum rerum enarratio. 60.
Gerſonis Iudicium de Bibliorum contemptu. 253.
Garius in caſtris necatur. 21.
Gilberti Genebrardi Theologi obitus. 163.

Digitized by Google

Maurius paulo ante mortem ſpectro perterritus. 21.
Gomorra Inſula expilatio. 223.
Gonterii Epiſtola. 556.
Grauia conceditur precario à Mauritio deſertoribus Alberti. 339.
Grani obſidio à Carolo Mansfeldio. 81.
Gratiarum actio ad auguſtiſſimum Senatū pro inſtaurata Pariſienſi Academia. 254.
Gratioſa Arcis deditio. 221.
Granatenſe regnum liberatur ab inſidiis. 189.
Grauia deditio. 337.
Graiis. 66.
Gregorius 14 201.
Gregorius Turonenſis. 330.
Groningæ obſidio. 32.
Groningæ deditio. 33.
Groningenſes ſacramento propugnationi vrbis ſe deuinciunt. 33.
Groningenſes intra ſe rixantur. 32.
Groila deditur quibuſque pactis. 161.
Groslam obſidet Mauritius. 160.
Guilel. Valerii Principis Aquenſis ad Maſſilienſes oratio. 108.
Guilelmus varius Eloquentiſſimus Gallorum Orator. 269.
Guilhelmi varii ad Auguſtam pro Senatu Aquēſi Oratio. 259.
Guiſius finitima oppida Maſſiliæ occupat. 105.
eius prepoſitum de recipienda Maſſilia. 105.
Guiſii ducis & Fratrum ad Regem reuerſio. 41.

H

HAMELINIVS. 23.
Hamiltonius. 23.
Heluetii ad fœderis iuſiurandum Lutetiam veniunt. 334.
Heluetiorum præſidium fidiſſimum. 308.
Henricus III. Audebarto nobilitatem indulſit. 203.
Henricus IIII. Flexia oppido agri Andegauenſis conceptus. 357.
Henricus IIII. ſtudia Pacis. 382.
Heroina Nauarrea nuptias mireritu catholico recuſat. 205.
Hiſpano Belgæ ad ſacramentum pacis Lutetiam veniunt. 180.
Hiſpanobelgarum noua defectio. 358.
Hiſpano Belgarum ſumma internecio. 145.
Hiſpaniæ rex multa à Rodolpho Imperat. poſtulat. 193.
Hiſpaniæ rex ære alieno ſe liberat. 352.
Hiſpanica claſſis acta tempeſtatibus diſſoluitur. 362.
Hiſpani per captiuos Anglos inſidias detegunt biſque ſe ſubducunt. 91.
Hiſpanorum ſumma vis 71. *eorumque feritas ibid.*
Hiſpanorum fuga & cædes. 128.
Hiſpanorum rex Auſtriis ſuos liberos copulat. 181
Hiſpanorum dolus. 146.
Hiſpanorum fuga. 67.
Hiſpanorum æſtus. 68.
Hiſpanorum ſumma ſtrages. 69.
Hiſpanorum ex Ambiana vrbe Eruptio. 151.
Hollandica claſſis ad fortunatas inſulas. 222.
Hollandicarum rerum narratio. 537.
Hollandicus exercitus luſtratur. 336.
Honorius Mediolanenſis Capuſinus regium ſicarium prodit. 216.
Humierii mors. 63.
Hiraldus Hoſpitalis. 168.
Huſti & propugnaculi de Naſſau deditio. 126.
Huyum oppidum intercipitur. 52.
Hyemis ſumma aſperitas. 50.

I

IACOBVS *Guelens.* 269.
Iacobus Auguſtus Thuanus Patritius. 262.
Iacobi Auguſti Thuani Oratio ad Academicos. 251.
Iacobus VI. regni Angliæ hæres pronunciatur. 367.
Iacobi aduentus in Angliam. 366.
Iaua Sulfocia. 360.
Iani Bodini obitus. 97.

Iani

Iani Medicei auxilium. 36.
Iani Paſſeratii Elogium & Obitus. 379.
Iani Paſſeratii ad viduam Giurii conſolatio. 21.
Iani Reginaldi mors & Elogium. 52.
Ianarini bina denominatio & ſitus. 55.
Ianarini à Gallis felix recuperatio. 185.
Ianarini expugnatio. 37.
Ieſuitæ è Lutetia emiſſi. 48.
Ieſuitæ Regem adeunt. Sexta feria Paraſceues. 354.
Ieſuitæ reditum in Galliam vrgent. 357.
Ieſuitarum Oratio & ſui ordinis propugnatio. 26.
Ieſuitarum nouum ſtatutum. 27.
Ieſuitarum Apologetica reſponſio ad quatuor potiſſimum quæ illis obiiciebantur. 28.
Ieſuitis quæ obiiciantur. 26.
Ieſuitis in Nauarra Regnum incolatus permittitur 493.
Ignatia Ruſticorum in arte Bombycum. 351.
Ignominia Bironii adimitur. 320.
Illiodorum. 214.
Imperatoris Turcici Mors. 59.
Impoſtoris Italici inſigne facinus. 494.
Impoſturæ caſus notabilis. 495.
Impoſturæ inſignes. 495
Inaugurationis ordo. 493.
Incendium Caniſæ. 351.
Inedia ſumma in Scluſa. 400.
Ingens pugna in Belgio. 242.
Inedia ſumma in obſeſſa Fera. 120.
Inſidiæ Chriſtianorū ad Turcas capiendos. 140.
Inſidiæ in inſidiatores recidunt. 72.
Inſubriæ Ducis molimina. 110.
Inſula Melite quanta ſit. 340.
Inſultus Chriſtianorum in Grani caſtrum. 81.
Inundatio Ligeris. 523.
Ioannis Adami Episcop. Maguntinenſis obitus. 380.
Ioſephi Scaligeri obitus. 518.
Iouiani Pontani de Academia Lutetiana teſtimonium. 241.
Iſabella natu maior nuncupatur. 457.
Iſabellæ & Alberti in Belgium reditus. 211.
Iſabella ad milites concio. 242.
Italia amans otii. 191.
Italorum egregium facinus. 84.
Italorum Principum æris collatio in bellum Turcicum. 9.
Iubilæum ſeu delictorum ſecularis expiatio. 225.
Iubilæi indictio in Aureliana ſancta crucis. 288.
Iuliacenſis & Cliuenſis ducatus ab Hiſpano ad Imperat. Rodolphum poſtulatio. 193.
Iuriſiurandi ſolennis dies 335. *forma eius.* ibid.
Iuſti Lipſii Epiſtola. 91.
Iuſti Lipſii opus de miraculis virginis Halenſis. 183.

L

LARETIVM à Lotareno reſtituitur. 41.
Latronum ſtupenda flagitia. 516.
Laudes Academiæ Pariſienſis. 259.
Lazarus Cocleus, 263.
Legatio Regis Galliæ ad Pontificem. 166.
Legationes crebræ ad nouellū regem Angliæ. 373.
Legatus Hiſpano belgicus à Batauorum auxiliis dimouere nititur Anglum. 373.
Legati Delphinales Delphinum ſalutatum veniunt. 332.
Lex Salica nata cum Gallico Imperio. 9.
Libellus ſupplex ad Senatum pro Academia Pariſienſi. 243.
Liberta à Caſale ſatellitibus ſummū periculum. 108.
Lippæ obſidio. 140.
Lira occupatur à Batauis. 90.
Litera Mahometis ad Galliæ regem. 377.
Lothoica Lotaringia. 188.
Lodoica Lotharingiæ obitus & Elogium. 287.
Longouillæi ducis elogium. 63.
Ludificationes præſtigiatorum. 112.
Ludorum ſecularium Origo. 225.
Lues Angliæ atrrima. 366.
Lugdunenſis Academia reſtitutio. 243.
Lugdunenſis vrbis commendatio. 5.
Lugdunenſium ad regem Galliæ aduentus. 4.
Luſitanorum ad regē Chriſtianiſſimum libellus ſupplex. 304.

Lutetia

Digitized by Google

Lutetia Bipartita. 2.
Lutetiæ contagio. 461.
Lutetiæ ex longa inedia & macie reſtauratio. 17
Lutetiam captiui redempti deducuntur. 347.

M

MACHINA *ingens & ſtupenda.* 400.
Machina Chriſtianorum magnam edunt ſtragem. 82.
Machina eiaculatio ſtupenda. 104.
Machinarum globorum inſolita euectio naualis. 264.
Machinamentum ſceleſtum. 104.
Macl. uienſes Dinanenſes cogunt ad obſequium. 170.
Machumetes Biſantium reuertitur. 142.
Machumetes in Vngariam appellit. 141.
Machometes filium ſuffocandum vxorẽ demergendum curat. 352.
Mainius Dux. 3.
Mainius dux in Fera expugnatione regi militat. 114.
Mainius vrbem Belnenſem ſibi deuincit. 61.
Mainii Ducis ad Senatum Pariſienſem oratio 2.
Mainii ex Belgio in Burgundiam diſceſſus. 45.
Mainii mens auerſa ab Hiſpanis. 14.
Mamut pirata Turcarum famoſiſſimus. 31.
Mantuani Ducis ad Cæſarem aduentus. 85.
Marchio Roſnius regius Orator ad Anglobritannum regem mittitur. 371.
Marchionis Canilliaci pro Ieſuitis teſtimoniũ. 30
Marchioniſſa Bell inſulana fit monacha Fulienſis. 214.
Mareſcalli Turrenii in Belgicos fines expeditio. 58.
Margarida Valeſia. 218.
Margaridis Valeſia ad Regem Hiſpania Epiſtola. 219.
Maria medicea. 229.
Mariæ Vngariæ & Bohemiæ regina mors & Elogium. 365.
Matebia Auſtrii Coronatio & vnctio in Regem Vngaria. 530.
Mathia Caſtrametatio in Inſula Comora. 35.
Matrimoniũ inter Albertum & Iſabellam contrahitur. 196.
Mauritius à Cæſare ſummam Præfecturam ſuarum acierum promiſſam repudiat. 185.
Mauritius ab Alberto Ludificatur. 123.
Mauritius commeatum Spinola intercipit. 399.
Mauritius Couerdam obſidione liberat. 31.
Mauritius Grauiam obſidet. 329.
Mauritius Rimbergam obſidet. 159.
Mauritii Ducis naualis expeditio.
Mauritii dolus in obſidenda Rimberga. 286.
Mauritii inanis Conatus. 148.
Mauritiani fugantur. 148.
Maximiliani in Turcas facinora. 37.
Mediolanenſes poſtulant Cardinalem diuis adſcribi. 396.
Merces Exotica vetantur in Gallia. 217.
Melite Inſula quanta ſit. 340.
Melphii Proregis Inſubria ſingulare edictum de tollendis ſingularibus certaminibus. 331.
Memorentiana domus E'egia. 95.
Mercelius in ſuis elogiis ſancti Imperii Principem ſe venditat. 294.
Mercolius dum Galliã repetit moritur. 309. *eius Elogium* *ibid.*
Mercolii dux ad ſummam præfecturam Caſtrorum Cæſaris euocatur. 228.
Mercolii Deditio. 174.
Mercolii ſumma prudentia. 270.
Mercolii ſummum facinus. 299.
Miraculum de puella qua per triennium nullum cibum cepit. 319.
Miraculum in Cœnobio puellari Sueſſionum 536
Molimina Legati Allobrogum. 213
Molitiones nefaria in Angliæ regem. 236. *& ſeq.*
Mon'ucius occiditur. 121.
Monſtrolii caſtellum ex improuiſo Albertus obſidet. 120.
Montmeillani Deditio eiuſque pacta. 266.
Mondraconius Mauritianos fugat. 76.
Mores hominis ante conuerſionem
Mores honeſti vnde proueniant. 259.

Morinus

Digitized by Google

Morinus Cremeus. 23.
Molaii ſuprema vox ad miniſtros. 75.
Morlaii mors & conuerſio. 74. *morituri verba ibid.*
Mothaus Grauelinus necatur. 69.
Muliebre facinus egregium. 201.

N

NARRATIO *portentoſa de Sebaſtiana Rege Luſitania.* 302.
Naucleri Anglici indignum facinus. 371.
Nefaria molitiones in Scotia regem ſed fruſtra 236 *& ſeq.*
Neglectio pecuniæ interdum lucrum eſt. 258.
Nemoroſi Ducis aſtutia. 64.
Nemoroſi Ducis mors. 73.
Nicolai Rapini obitus & Elogium. 565.
Niuernenſis dux moritur. 73.
Niuernenſis dux ad Moſam vrbem in ſuprema ſua ditione ædificat. 564.
Niuernenſis erga Balignium periculoſum auxilium. 71.
Niuernenſis ad Gallos oratio.
Niuernenſium diſceptatio cum Pontifice. 7.
Nouatorum diſputatio inanis. 206.
Nouiogradenſis deditio & pacta. 10.
Nouiomenſis obſidio. 33.
Nouiomi deditio. 34.
Numerus Cardinalium effuſior. 202.
Nuncium optatiſſimum de Galli & Pontificis conciliatione. 96.

O

OBITVS *Domini de Schomberg.* 202.
Oiconomi in vacantibus Eccleſiis erant veluti procuratores & adminiſtri. 116.
Occurſus in Italico itinere Niuernenſis & legatorum aduerſæ partis. 8.
Olierius Senator. 18.
Oppidani de deditione Rimbergæ colloquuntur. 159.
Oppidanorum iuga. 222
Oppugnatio Laudunenſis. 21. *Dediti & pacta ibid.*
Oratio Academiæ ad Senatū Pariſienſem. 254.
Oratio Aldobrandini de pace inſtituenda. 265.
Oratio Cæſaris Rodolphi ad ordines. 184.
Oratio damnatæ mulieris. 515.
Oratio Franciſcani ad Regem Galliæ. 238.
Oratio Iacobi Auguſti Thuani ad Academiam Pariſienſem. 251.
Oratio Iſabellæ ad milites Belgii. 242.
Oratio Mercatorum Præpoſiti ad Heluetios 334.
Oratio ad Delphinum infantulum. 313.
Oratio Petri Lumini. 542.
Orator Hiſpanus de pace violata conqueritur. 217.
Oratores Moſcouiæ Cæſarem cum ingentibus donis adeunt. 220.
Ordo in exequiis Principum. 492.
Ordinis S. Spiritus ſuſceptio. 15.
Ordines militares exterorum principum. 54.
Ordinum Sueciæ edictum in Sacerdotes Monachos & Moniales. 97.
Oſtenda olim viculus fuit. 290.
Oſtenda occupatur. 307.
Oſtenda obſidionis initiū. 291. *incendium in Caſtris Alberti.* 291.

P

PACIS *Encomium.* 179.
Pacta inter Regem Galliæ & Lotarenum 41.
Pagninus nominat vetus & nouum Teſtamentum gemina vbera. 251.
Palma viris. 44.
Panegyrici. 19.
Paræneſis ad quatuor facultates. 253.
Pariſienſis Academiæ encomium. 252.
Paſchalis Ciconiæ Ducis Veneti mors. 62.
Patracii incendium. 20.
Paulus Æmilius. 218.
Paulus Æmilius. 116. *eius ad Cleri oratores reſponſio.* ibid.
Pauli V bellum cum Venetis ardere incipit. 458.
Pax inter Gallum & Allobrogum. 171.
Pecuniam negligere ſummum interdum eſſe lucrum. 258.
Peluæi Cardinalis obitus. 116.

Dddd *Petrus*

Petrus Seguierius. 262.
Petrus Spinaeus Archiepiſcopus Lugdunenſis. 4.
Petri Arriæ Bodai ſtupendum facinus.
Petri Ronſardi poetarum huius ſeculi Principis Epitaphium. 565.
Petri à Tolledo in Turcas dolus. 90.
Philippus Hiſp. rex baiulorum humeris vehitur. 186.
Phtiriaſi laborat ibid. Eius verba ad libros ibid. Spectrum ei & Comitibus apparet. 191.
Philippi Pertai obitus & Elogium. 461.
Philippi Hiſpanorum regis virtutes, vitia & præclara facinora. 187.
Philippi Huralti Chiuernii Franciæ Cancellarii mors & Elogium. 217.
Philippinus Frater nothus ducis Sabaudiæ à Crequio occiditur. 215.
Pingræi capitale iudicium. 558.
P. Pithæi obitus & Elogium. 143.
Placentini Cardi Legati ad Sabaudicos milites oratio. 50.
Pleſæi oratio. 232.
Pleſſis Bertrand moritur. 149.
Pleſſæi Dicterium. 235.
Pleſſæi Mornaci Elogium. 229.
Poloniæ rex vincitur ab auunculo vicario in regno Sueciæ. 200.
Polonus in Suenicum regnum proficiſcitur. 199.
Polonorum regis ipſius fuga. 200.
Pompa Erneſto Archiduci ab Antuerpianis exhibita. 22.
Pompeius Belleuræus. 217.
Poſtulatio de vniuerſali obſeruatione Synodi Tridentini. 114.
Poſtulatio de Henrici III. funere & Exequiis. 154.
Poſtulatio Cleri Gallicani. 198.
Pontifex proſcriptos in ſummum exitium depellit. 52.
Pontificis excuſatio cur Regi Gallorum non reſpondeat. 6.
Pontis Milnorum lapſus. 134.
Præmia propoſita ad Cad. ſimultu m. 398.
Proditio immanis in regem Scotiæ. 139.
Programma Alberti Auſtrii. 338.
Propugnaculum de Naſſau. 125.
Propugnaculi Diuæ Catharinæ obſidio. 267.
Puerilis iracundia. 494.
Puerorum certamen omen belli. 10.
Pugna ferox inter Gallos Regios federatoſque. 148.
Pugna Francofontana ſtupenda. 1.
Pyramidis Ieſuitarum forma. 48.

Q

QVERIMONIA Gallici oratoris. 372.

R

RATISBONÆ diæta imperialis. 34.
Regaliorum Iura ad omnes Galliæ Diœceſes extenſa. 525.
Regia conſtitutio de abrogandis ſpiritualibus œconomis. 116.
Regia fontis-bellei deſcriptio. 221.
Rex & Aula Londino diſcedunt. 366.
Rex Chriſtianus Eccleſiæ primogenitus eſt. 97.
Rex Scotorum Proditorum ſuorum feritatem exarmare nititur. 239.
Rex Scotorum in necis periculo. 240. mire liberatur à conſpiratoribus ibid.
Regis Scotorum verba regia. 240.
Regis de probitate & ſedulitate in demandatis ſibi functionibus luculentum teſtimonium. 75.
Regis Angliæ ſtupenda leuitas. 375. eius reſponſum ad Legatum Hiſpanicum.
Regis Galliæ vis Celica in ſanandis ſtrumis. 15.
Reſcriptum Athalarici regis. 258.
Rethelenſis factum audaciſſimum. 72. Cameracum ſubit. ibid.
Rhodiorum Equitum ingens facinus. 297.
Richardotii obitus & Elogium. 563.
Ridentis in re luctuoſa ſeuera caſtigatio. 8.
Rimberga deditur. 290.
Ritus funerum veteres ſeruat Romana Eccleſia. 365.

Rodolphi

Rodolphi Agricolæ Elogium. 33.
Rogerius de Bellegar. 267.
Roſnius. 274.
Rumuſculus in Gallia ad Bellam Cliurnſe. 563.
Rupipotius Gallus Orator violatur. 293.
Ruthenorum Ruſsianorumque in religione ritus 51.

S

SABAVDIA *bello inuaditur.* 238.
Sabaudiæ ducis Elogium. 222.
Sabaudiæ vrbium arciumque expugnatio. 241.
Saluncius Eques Rhodius occiditur. 340
Sanlucius occiditur. 153
Sanctio de expellendis Ieſuitis in Nauarra regno abrogatur. 493.
Sanlaurentii ſuorumq; fuga & cades. 150.
Saxo omne ius in Gronunga & Phriſia ceſsit Carolo V. Cæſari. 32.
Scaliger è Gallia ad Batauos euocatur. 528.
Scotiæ Regis in Catholicos animus. 44.
Scotiæ regis proditio immanis. 239.
Scotorum rex proditores ſuos vincit & exarmat. 232.
Scluſa ſumma inedia premitur. 400.
Scluſæ obſidio. 398.
Scluſæ deditio. 400
Secta quadam Aurelianenſis. 6.
Seguſianus ager. 284.
Senatusconſultum Prætorianum. 370.
Senatusconſultum inſpectantibus audientibuſq; rege & Allobrogum Duce. 217.
Senatusconſultum magni conſilii. 465.
Senatusconſultum in numinis peieratorem. 297
Sepulchri inſcriptio Eliſabethæ Reginæ. 361.
Seruire duobus nemo poteſt. 287
Siculorum Equitum nouus ordo. 98.
Sigiſmundus rex Poloniæ eiuſque facta. 2
Simon Marionus. 263.
Sinani Baſsæ proſopographia. 88. *eius feritas. ib.*
Spectacula edita in templo florentino. 497.
Spectacula reginæ Galliæ exhibita. 270.
Spinolæ ſumma vis in Mauritianos. 399.
Spinolæ ſummum facinus. 409.
Spoliatus ante omnia reſtituendus. 213.
Sponſiones inter Italos de expugnatione Arcis Montmeilanæ. 264.
Sponſalia regis cum Auguſta Medicæa. 268.
Strigonii obſidio intermiſſa. 350.
Subditos rudes & ignaros optare Tyranni nota eſt. 249.
Sullius Dux. 530.
Sullii caſtri ab illuuie concuſſio. 523.
Supplicium de ignauis ducibus. 77.
Surius Sleidanus. 139.

T

TARTARORVM *conſuetudo in traiiciendis fluminibus.* 37.
Tartarorum internecio. 41.
Tergoniſti repentina obſidio. 87.
Terralij comitiiq; ſui interceptio & obitus. 553.
Tholoſanum ſimulacrum regium alto ſolo collocant & venerantur. 118.
Thomaſſii Bruii vaticinium. 418.
Topographia Caſtri de Rochefort. 173.
Topographia Fontalitii S. Catharinæ. 267.
Torquati Tuſſi Ferrarienſis mos & Laudatio. 62.
Tranſyluanus Viennæ ſummis honoribus excipitur. 139.
Tranſyluanus Turcas fugientes inſequitur. 87.
Tranſyluanus Lypam obſidet & expugnat, 86.
Tranſyluani laudes. 136.
Tranſyluani Oratoris concinna & latina Oratio. 137.
Triremes Hiſpanicæ peſsimè habitæ à nauibus Hollandicis. 370.
Triremes Hiſpanicæ in mari Siculo Turcas inſectantur. 90.
Tumultus Metenſis. 353.
Tumultus rigens Byſantii 351.
Turca Lutetiæ tinctus Chriſtianam fidem profitetur. 561.
Turca Varadinum obſidet. 200.
Turca Agriam obſident. 141.
Turca dum pacē ſimulant ſerio bellū agunt. 219.

Turcæ incendiis omnia deformant. 220.
Turcæ Albam regalem obſident. 292
Turcarum mos cum à ſua gente vrbes deduntur. 78.
Turcarum rigens ſtrages. 141.
Turcarum Fuga. 271.
Turcica perfidia in deditis vrbibus. 83.
Turcici exercitus numerus. 35.
Tyberis inundatio. 201.
Tyrannorum nota. 249.

V

VALERIVS *maximus.* 2.
Valetius fortiſſimus bellator in obſidione Rupis bruniæ occiditur. 103.
Vaſtitas & depopulatio Turcica. 36.
Vaticinium eiuſque explicatio. 305.
Venetorum ad Amurathem Legatio. 50.
Venetorum ad Gallum Legatio. 293.
Verba nouiſſima Comitis Eſſexæ morientis. 287
Verba miniſtrorum ad Morlaiium. 75.
Veſania pugnandi in acie antiqua. 330.
Vetula venefica publice rogo adducitur. 226.
Vitius Sandionyſii Præfectus. 14. *Tiſſenbachius egregium facinus.* 41.
P. Victor Exoticarum linguarum ſciens. 64.
Victoria Transſyluanorum & Valachorum. 55.
Villartius. 70.
Villartius Rothomæ Præfectus. 4.
Villerius. 285.
Viriatus Luſitanus. 190
Virtus bellica Alberti Cardinalis. 243.
Viſſegradum obſidetur. 89. *eiuſque deditio. ibid.*
Vlcii mandatum ad Geneuates vt quieti ſint. 344.
Vnctio regis Galliæ. 11.
Vnctionis regiæ mos à regibus Iuda manauit. 531.
Vngarica & Transſyluanica res. 243.
Vrbium Sabaudiæ expugnatio. 241.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google